This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

BIBLIOTHECAE LAVSANNENSIS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Bibliotheca Lausannensis

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

D. O. M. S.

Prælectiones Academicæ
IN
DANIELEM PROPHETAM,

habitæ antehàc Lipſiæ,

A

MARTINO GEIERO D.

t. t. S. Theol Prof. P, ac Superint.

nunc Sereniſſ. Elect. Sax. à Concion. prim.

& Conſil. Eccleſ.

Adjuncti ſunt in fine Indices neceſſarii.

BIBL: STUD: ACAD: LAUS:

LIPSIÆ,

Sumptibus FRIDERICI LANCKISCH.

Literis JOHANNIS ERICI HAHNII.

M. DC. LXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO III.
Daniæ, Norvvegiæ, Gothorum,
Vandalorumqve REGI,
Duci Sleſvicenſi, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg
& Delmenhorſt,
RELIGIONIS ORTHODOXÆ ASSERTORI CONSTANTISSIMO,
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,
Gratiam, Victoriam ac Pacem à DEO Patre, per Filium ejus Jeſum Chriſtum, in virtute Spiritûs S. perennem!

NOn dedignata eſt MAJESTAS VESTRA, REX SERENISSIME, DOMINE CLEMENTISSIME, percontari nuper Ser^{mi} Electoris noſtri, Domini mei Clementiſſimi, Legatum de Welleri, anteceſſoris Opti-

Digitized by Google

Optimi, ſucceſſore modernô, qvis & qvalis iſte? en, audentior hinc idem factus procedit nunc in medium ipſemet, non eqvidem αὐτοπροσώπως, ſchemate tamen qvalicunqve interea ſui copiam facere attētans.

Verùm mentem hîc ſubit paupertinus ille opilio, puſillum volo Davidem, in conſpectum Regis Iſraëlitici productus publicum, nullô tamen ſplendeſcens apparatu pompâve aulicâ; nil ipſi præter baculum ac peram, nil præter veſtitum, viatori, & inter campi pecudes degenti homini idoneum. Nulla hîc ſerica, nulla Sarrana, nil aurô ſuperbiens intertextô, nil mu-

Digitized by Google

rice infectum, nil ambram moſchumve redolens, ſed ſimplicia cuncta, imò miſella, contemtum *citiùs* qvàm admirationem concitantia. Idem profectò & mihi de memetipsô nunc animus. Tantum ſalutare auſus ſum regem, cùm tamen minimè omnium didicerim, aut affectarim unqvàm, hujusmo*di* excelſa venerari aut compellare Terræ Numina.

Sed qvicqvid tamen horum ſit, dicam ego cum Paulô noſtrô; (nam & me *Paulum* vel *puſillum* profiteor lu- 1.Cor. 11, 1.
bens,) *non venio cum eminentiâ locutionis, aut ſapientia: - - -* οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τί, *non enim qvicqvam ad cognoſcendum delegi*, vel ſcire me nihil arbitratus ſum, *præterqvam Jeſum* Chri-

Digitized by Google

Chriſtum, eumq́; crucifixum: fuiq́; ego cum infirmitate & timore ac tremore multô, &c. Audio tamen hîc occentantem mihi clanculùm; qvid tu cum tuâ ſimplicitate? an tu tam curtæ ſupellectilis homo auſus es tantum aggredi Prophetam, qvô cum incedis jam, tot undiqve ſcatentem ænigmatibus, nempe DANIELEM? fateor, me horruiſſe non parùm, ubi manum admovi primùm. Sed admovere compulſus ſum, nempè à Reverend. Theologorum Collegio Lipſienſi, cùm A. 1658. m. Septemb. præter meam voluntatem eidem adjungerer συνεργὸς, adeoqve profeſſionem Lingvæ Sacræ, cui XIX. præfueram annos, deſerere juberer.

Confi-

Confiſus itaq; vocantis DEI gratiâ, vocem Superiorũ audivi tanqvam vocem ipſius Domini obſeqviosè; ac proin operam hanc ſanctam inchoavi, continuavi, conſummavi, imò ad inſtantiam qvoqve Bonorum nonnullorum publicè deſcribi curavi, omnia tamen per Chriſti Salvatoris mei gratiam, cujus *virtus perficitur in infirmitate.* Conſummavi autem, non ſine omine, Prophetam huncce Aulicum, cùm & ipſe ante bienniũ fermè hoc, è clauſtrô meô ad Aulam evocarer, corde eqvidē palpitante præter modum. Danielem in aulâ verſatum meditatus fueram devotè; en, imitari nunc opus

Digitized by Google

eſt eundem probè. Miratus ſum ſæpè, mirorq; adhuc ſubinde, qvî ego ad Aulam? imò ut præſenti accedã propiùs negotio, miror hanc ipſam meam, qvâ impræſentiarũ Aulam intro TANTI REGIS, inſolitam temeritatẽ. Verùm Rex POTENTISSIME, qvî non auderem comitari meum Principem, ſi hunc tanqvam Generũ propediem Regium tam pronâ excipi video benignitate? Regiam hic IPSE Dominus meus Clementisſimus brevi adducturus ſecum expectatur Conjugem; nonne Tantæ Sponſæ, cujus pretioſisſima qvoq; anima meam fortè poſthàc depoſcet ſibi curam, venerarer

&

Digitized by Google

& ego modis omnibus PAREN-TEM POTENTISSIMUM? De Auguſtô Cæſare *in Saturn. ſuis* refert Macrobius, eundem ex hôc, qvi libellum trepidabundus offerret, & modò protenderet manū, manum retraheret, lepidè qvæſiviſſe: *an putaret, ſe aſſem Elephanto dare?* parùm ſc. conformejudicans, ad Principem accedere, tanqvam ad feram aut ad empuſam aliqvā, & vel cauſæ ſuæ diffidere, vel ejus bonitati. Ne eandem & ipſe incurram incivilitatis notā, deponam, qvod fero, chartaceum hoc qvalecunq; mentis ſubjectiſſimæ documentum ad REGIÆ MAJ. V^RÆ. pedes glorioſos, eâ qvâ

par

Digitized by Google

par eſt ac decet, ſubmisſione mentis humillimâ, ſed confidente tamẽ; precatus inſimul DEUM ex animô, velit propter Chriſtum benignisſimè huic Domûs Regiæ Electoralisqve combinationi recenti benedicere ex altô, qvò omnia procul arceantur infauſta, omnia utrinq; confundantur conſilia nociva, floreat verò pax atqve ſalus omnigena, donec inchoët æterna! Audi ô DEUS ZEBAOTH propter ſanctum nomen tuum! Amen.!

SEREN. VESTRÆ MAJ. REGIÆ

humillimus in Dominô
Servus ac Interceſſor

MARTINUS GEIER.

Dresdæ, d. 7. Septemb.
Anno 1666.

Digitized by Google

In nomine JESU! Amen!

Prolegomena

in

DANIELEM.

VT ut accuratum Scripturæ S. ſtudium commendatum ſit nobis ſatis ſeverè *Joh.5,39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ſcrutamini Scripturas* inſtar metallicorum, venas argenti exactè ac indefeſsè indagantium, inſtar venatorum, &c. vix tamen ullum Scriptorem ſacrum ſpeciatim adeò noſtræ commendavit meditationi accuratiori Chriſtus qvàm Danielem, videlicet *Matt.24,15. Marc. 13,14.* Cùm autem videritis abominationem deſolationis prædictam à Daniele Prophetâ, ſtantem in locô ſanctô, *ὁ ἀναγινώσκων νοείτω! qui legit, attendat!* Qvô ipſô ſanè non perfunctoriâ contentos nos eſſe vult evolutione, cùm qvis ſcriptum aliqvod à capite ad calcem perlegit, ejusqve contenta qvodammodò memoriâ complexus eſt; verùm deſiderat devotam, ſedulam, conſtantemqve lectorum ponderationem, cum eventibus præteritis collationem, reſtantium adhuc viciſſitudinum collectionem, decentem ſui præparationem, &c. Ita namqve *τὸ νοεῖν* ſignificat unum ex altero colligere, v.g. Creatorem ex creaturis *Rom.1,20.* mentem dicentis ex dictis vel ſcriptis, *2.Tim. 2,7. (νόει ἃ λέγω.)* conf. *Eph.3,4. Matth.15,17. c.16,9.11.*

Qvapropter & nos mandati hujus cœleſtis memores, juvante Domino, debitâ poſthac devotione atqve curâ tractabimus tam ardua tanti Prophetæ oracula; qvod ut cum fructu fiat noſtro, Deus nos Clementiſſimus ſuô gubernet veritatis atqve lucis ſpiritu propter Chriſtum!

Antequam verò ipſa adeamus Vatis noſtri oracula, neceſſaria prius nonnulla præmittemus in anteceſſum, qvæ tàm Scriptorem qvàm Scriptum concernunt ipſum. Adeoq;

Digitized by Google

I. *AUTOREM* qvod attinet, eſt idem vel (α) *primarius*, videlicet Spir. S. utpote à qvo actus hic ſanctus Dei homo loqvebatur ſcribebatq; olim, *2. Pet. 1, 21.* non excluſo Patre luminũ, à qvo omne bonũ perfectumqve deſcendit donum, *Jac. 1, 17.* neqve etiam Dei excluſô Filiô, ſive τῷ λόγῳ, utpote cujus ſemper fuit mittere Prophetas, Sapientes atqve Scribas, *Matt. 23, 34.* Ut proin egregiè dixerit Athenagoras Athen. Philoſophus *in apol. pro Chriſtianis ad Antoninum & Commodum*: Prophetæ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν. συγχρησαμένου τοῦ πνεύματος ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς αὐλὸν ἐμπνεῦσαι; i.e. *extra ſe ſuasq; cogitationes poſiti, impellente eos divinô ſpiritu, qvicqvid afflatu percipiebant, eloqvebantur; qvum Spiritus iis uteretur, ut tibiis ad inflandum uti ſolet tibicen.* Qvæ Gnoſtici confinxerunt de 7. virtutibus ſive conditoribus, qvorum qvartus ſit Adonæus, cujus prophetæ fuerint Daniel, Jeſaias, Jeremias, Ezechiel, deq; Jaldaboth, cujus propheta fuerit Moſes, Joſua, Amos, Habacuc, de Jao, cujus Samuel, Nathan, Jona, Michas, de Sabaoth, cujus Elia, Joël & Zacharias, &c. indigna ſunt commemoratione: Vid. Iren. *l. 1. c. 34.* Vel (β) *ſecundarius*, nim. Daniel: delirium namq; eſt Judaicum, viros Synagogæ magnæ, & non Danielem ipſum conſcripſiſſe huncce librũ; qvod ipſum refutavit jam *L'Emper. ad Jachia. p. 6.* Danielis enim eſt & vocatur liber *c. 1, 1.* ab ipſomet obſignatus, *c. 12, 4.* vid. *Matth. 24, 15.* item *Dan. 8, 1. c. 9, 2. 11. 12.* cujus jam porrò attendendum venit

1. Nomen, דָּנִיֵּאל qvod haut dubiè parùm abeſt à nomine *Dan*, de qvo ſic ait Rachel *Gen. 30, 5. (6.)* דָּנַנִּי *cauſam meam egit*, vel, pro me ſententiam tulit Deus, etiamqve vocem meam exaudivit, & dedit mihi filium: ideòqve vocavit nomen ejus דָּן. Qvapropter Daniel idem erit ac *Judicavit pro me*, vel *Judex vindexqve meus eſt Deus.* Qvod enim nonnulli vertunt, *Judex Dei*, alij, ut *Corn. à Lap. Mald.* judicium Dei, *Sixt. Sen. bibl. 1. p. 16.* *judicatum à Deo*, &c. non adeò conveniens videtur. Pertinet huc, qvod verbum דִּין *judicare*, qvandoq; idem eſt, ac cauſam oppreſſi alicujus agere, innocentiam ejus aſſerere, adverſarium propulſare debitisqve pœnis afficere; uti notatum olim ad *Pſ. 54, 3.* propter nomen tuum judica me: Pſ. 68, 6. judicabit viduas, *Jer. 22, 16.* judicavit cauſam egeni & pauperis &c. Ante Prophetam autem hunc noſtrum jam nomine hoc gaviſus eſt qvidam filiorum Davidis *1. Par. 3, 1.* nec non unus poſterorũ, Ithamaris

Eſr. 8,

Digitized by Google

Eſr.8,2. De altero Belſazeris nomine dicendum erit bono cum Deo in expl. c.1,7.

2. *Stemma* diſertè in ſacris non determinatur. Ex regiô oriundum ſangvine cenſuerunt nonnulli Danielem, eò qvòd *Dan.1,3.* præcipitur à Rege, ut de filiis Iſraëlis & de ſemine regio ſeligantur qvidam juvenes, &c. qvô cum conferunt illud *2. Reg. 20,18.* ubi Hiskiæ prædicitur: *de filiis qvoq; tuis--tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babel.* Id qvod in Daniele impletum eſſe, affirmant *omnes*, aſſerente Ant. Fernandio *viſ. V. T. f.529.* item Sanctio *h.l.f.2.* Facit illuc Joſephus, qvi *l.X.ant. c.11. (12.)* qvatuor ait fuiſſe de Zedekiæ genere admodum pulchros & egregio præditos ingenio, Danielem, Ananiam &c. item Autor hiſt. ſcholaſt. *Petrus Comeſtor*, (A.1160.) qvi refert Jojakim regem Judæ, cùm captivus duceretur Babylonem, mutatâ regis ſententiâ dimiſſum eſſe, impoſitô tributô, & acceptis regiæ *ſtirpis* obſidibus, in qvibus fuere Daniel ejusdemq; tres ſocii. Idem de obſidibus habet etiam Pſeudo-Aug. *l.2. mirab. Scripturæ c.29. to 3.* Verùm obſides eô modô ad miniſteria aulica applicari ceu Danieli ſociisqve factum fuit, probabile non eſt. Imò regii ſangvinis certò fuiſſe Danielem, non apodicticè ex c.1,3. probari poterit, cû diſertè addatur: de ſemine regni & מִן הַפַּרְתְּמִים *de magnatibus.* Qvô fundamento autem *Carthuſ.* aſſerat, Danielē genere paternô fuiſſe de tribu Levi, maternô autem de tribu Judæ, defenſores vel aſſeclæ ejusdem viderint. Haut dubiè conciliari hoc modo debuit, qvod olim in LXX. ſub initium C.14. lectum fuit: *vir qvidam erat ſacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva regis, &c.* (uti refert *Hier. in præf.* hodiè namqve non ita legitur;) cum illo *Dan.1,3.6.* ubi Daniel de tribu dicitur *fuiſſe* Juda. Qvæ ipſa conciliandi apocrypha cum canonicis intentio planè duos qvibusdam (ut Bellarmino, aliisqve) peperit Danieles, unum ex tribu Juda, alterum è Levi; qvos tamen refellit ipſemet *Corn. à Lap. in præf. & ad c. 14, 30.* Patris nomen Epiph. *l.2 hæreſ.55.* ait fuiſſe Sabaa, (vel juxta Ebr. idioma: Zibcha:) verùm ex incertâ profectum id eſt traditione.

3. *Patria*, ut memorant Epiph. & Dorotheus *in vitis Proph.* fuit Bethoron ſuperior, in parte ſortis Ephraim, qvæ poſteà Levitis aſſignata eſt: de qvâ Adrich. *theat.f.26.* Editio Epiph. *de vit. Proph. per Zehnerum* legit, ἐν Βεθεβορῶ τῇ ἀνωτέρα πλησίον Ιερουσαλήμ, redditq; *in ſuperiore Bethabara prope Jeruſalem.* Sed Bethabara eſt in

Digitized by Google

tranſitu Jordanis.Imò Bethoron inferior longè propior eſt Hieroſo-lymæ, qvàm ſuperior :hæc enim ad fines Ephraimi ſeptentrionales ſita eſt,illa autem in tribu Benjamin ſita vix duobus ab Hieroſolymis diſtat miliaribus.*Zebn.* l. c. p.78. conijcit legendum βηθσουρᾶ, Bethzura (*2. Par.11, 6.*) Qvæ octavâ tantùm milliaris parte ab Hieruſalem disſita; cui reſpondet Bethſura inferior , de qvâ *Hieron. loc.Ebr.* Qvicqvid ſit, curioſitas omnis inſumitur in re incertâ , ſiqvidem nec patriæ, nec parentum meminiſſe vult Daniel , more Prophetarum alio-rum ;cur id factum, nemo facilè explicuerit ſolidè.

4. *Ingenium* ſeu dotes animi , formam corporis, ut & educatio-nem qvod ſpectat , habebimus de iis dicendi anſam *c.1,4.ſeqq.* Erudi-tio tàm circa naturalia, qvàm ſupernaturalia , tàm in ſacris, qvàm po-liticis, hiſtoricis ,profaniſqve aliis fermè fuit incomparabilis,adeò,ut qvi Sapientiſſimus haberi voluerit , Danieli fuerit collatus, *Eze.28,3.* ut proinde etiam totius mundi polyhiſtoricum appellaverit Hier. *epi-ſtol.ad Paulinum,* itidem docebit poſthac ſacer Textus.

5. *Vitæ genus* ex hiſtoricâ priorum ſex capp. relatione depre-henditur fuiſſe aulicum, adeò ut ad miniſteria regis muniaq; publi-ca fuerit præ cæteris adhibitus , imò , ſicut *Hieron.* alicubi loquitur, aliqvando *Prorex* fuerit conſtitutus. Conf. *Dan.2,48.*

6. *Conjugium* Danielis negatur ab his , qvi vel in perpetuô ipſum cœlibatu vixiſſe, vel evnuchum fuiſſe exiſtimant. Ita verò con-fidenter ſatis loqvitur *Corn. à Lap. f. 1264. Illibatam virginitatem ad mortem usq; ſervavit , uti OMNES conſentiunt* : (omnesne autem Cornel. hic vidit vel audivit?) imò Damaſc. *l.4.de fide orthod.c.25.* pro-pter tantam caſtitatẽ tàm Danielem à leonum ſævitiâ, qvàm tres pue-ros ab igne fuiſſe inviolabiles , aſſeveravit. Circumſpectiùs hâc de re Epiph. ἦν ἀνὴρ σώφρων ὥστε δοκεῖν τοὺς Ἰουδαίους εἶναι σπάδοντα. i.e. *erat ita continens , ut Judæi exiſtimarent ipſum eſſe ſpadonem;* id qvod habet etiam Dorotheus. Et non ſolùm Judæi id arbitrati ſunt , verùm et-iam *Orig. hom.4. in Ezech.* id abſolutè aſſerit , item *Metaphraſtes* in vitâ Dan. *Zonar.* to. 1. annal. *Hieron.* l.1.adverſ. Jovin. Qvod ipſum vel inde tantò citiùs creditum,qvòd Daniel magiſtro סָרִיסִים *ev-nuchorum regiorum* fuerit commiſſus, *Dan.1,3.* cum ex more gentis ſoli evnuchi in aulâ regis Chald. ſervirent. Verùm ambiguam eſſe hanc ipſam vocem סָרִיס , & non ſemper deſignare ſpadonem , obſer-vavit inter cæteros Gaulmyn *ad vit Moſ. p. 200* Eô enim nomine ait

in

[redacted], qvi regibus erant à ſecretis; cum à fidelitate [redacted] commendetur. Sic Potiphar dicitur סריס, qvi [redacted] (*Sanctius* h.l.f.5. vult etiam habuiſſe filiam ex [redacted] aliud ibi nomen, aliudqve officium:) & Bileam *in* [redacted] dicitur סריס, qvi tamen habebat filios; hinc סריס [redacted] & Syris מהימנא ſunt ſynonyma. Vid. et- [redacted] Dict. habet in *diatr. p. 142. ſeqq.* Danielem igi- [redacted] corporis, ſed officii ſecretioris, hoc ipſum [redacted] adeoqve fuiſſe uxoratum liberiſqve præditum, non [redacted] igitur ab aliis ex *Eze.14, 14.* ibi invicē conferuntur [redacted] tùm ratione devotæ pro aliis interceſſionis, tùm [redacted] particularis qvoad ſolam orantium perſonam, [redacted] ratione ſobolis, malo communi involutæ ac in- [redacted] itaqve Daniel liberis caruiſſet, incongruè eqvi- [redacted] eſſet cum Noacho atqve Jobo, qvibus liberorum ex- [redacted] liberatio denegata. Exceptio *Fernandii*, ſermo- [redacted] ſub conditione, ſi filios haberet; itemqve *Corne-* [redacted] qvalis *Matth. 26, 8.* ubi per diſcipulos unus Judas, [redacted] per latrones ſaltem alter intelligitur; non magni eſt [redacted] conjugatum ipſum cenſuit *D. Geſner. diſp. proœm.* [redacted]

[redacted] *propheticum* ſi attendimus, occurrit hîc ante omnia [redacted] à Judæis mota, qvi Danielem è cenſu Propheta- [redacted], adeò ut majorum non ſit ultimus, minoresqve [redacted] proximè, ſicut in Codd. latinis atqve aliis: verùm ut lo- [redacted] ſeu *Hagiographis*, poſt Jobum nempè, [redacted] ac Paralip. libros, atq; adeò minoris ordinis ſit ſcri- [redacted] per Prophetiam, ſed ברוח הקודש *in* vel *per Spir.* [redacted] ſolent diſcrimen confingere. Qvod ſi verò id [redacted] *ſcriptos* (per Spir. S. ſcil. ſicut Ellipti- [redacted] ſupplendam ex Kimchio notavit Druſius in [redacted]) vocandos eſſe illos libros, qvi poſt captivita- [redacted] fœderis asſervati haut fuerant, uti id emolli- [redacted] *Daniel. f. m. 767.* tolerabile hoc videri poſ- [redacted] Junio ceſpitationem hîc notavit Rivetus *præf.* [redacted] Job, Pſalmi, ac Proverbia inter כתובים nu- [redacted] tamen omnia captivitatem anteceſſerant.

 Qvid

Digitized by Google

Qvid verò per *Spiritum S.* Judæi aliàs intelligant, nimirum, cum qvis integris manentibus ſenſibus inſtar alterius hominis loqvitur, ita tamen, ut excitet eum Spiritus excelſus, ſuggeratqve verba laudis & Confeſſionis; & *per Prophetiam*, qvando homini ſive vigilanti, ſive dormienti omnes auferuntur ſenſus atqve vires, ut abreptus vel videat Viſiones, vel audiat vocem ſecum loqventē &c. id videre eſt apud Kimchium *Præf. in Pſal.* & Maim. *Lib. II. Doct. Perpl. c. 45.* qvos verbotenus adducit, vertitqve Voiſin. *in Reim. Pug. fid. fol. 99. ſeq.* Verum qvàm inconcinna ſit hæcce tùm diſtinctio, tùm ad certos Scripturæ libros accommodatio (utut placuerit ea Druſio *in Annot. ad Matth. 24, 15.* nec non Hornejo *Diſſ. 2. de Verbo D. ſect. 1. §. 5.* & Reineſio *Lib. II. Var. Lect. c. 13.*) oſtendit inter cæteros D. Glaſſius *diſp. 1. in Pſal. 110. θ. 45. ſeqq.* Fabricius *in partit. Cod. Biblici, c. 5.* Conſt. L' Emper. *in Jachiad. p. 4. ſeqq.* Hoornbek. *Proleg. contra Judæos p. 41. ſeqq. ad 47.* Res eò redit: Utut graduum Prophetiæ, vel donorum Sp. Sancti non negetur diverſitas, incongruè tamen Spiritus S. contradiſtinguitur Prophetiæ, utpote ſine qvo nulla unqvam Prophetia eſt allata, *2. Petr. 1, 21.* Qvapropter etiam Ezechiel inter Prophetas à Judæis relatus, à Spiritu tamen ſancto irruente ſuas dicitur habuiſſe revelationes, *c. 2, 2. c. 3, 24. c. 8, 3. c. 11, 1. 5. 24. c. 37, 1. &c.* Et qvid diſcriminis inter libros Hiſtoricos, adeò ut Propheticis accenſeantur liber Joſuæ, Judicum, Samuelis, & Regum; *τοῖς* כתובים ſive Hagiographis autem Eſra, Nehemia, & Libri Chronicorū? Qvid etiam diſcriminis inter Viſiones Ezechielis (qvas & ipſas extra terram habuit ſanctam) & inter Viſiones Danielis? Nonne utriqve viſi fuerunt angeli, auditæ voces? Unde probant, ultimos demum Prophetiæ gradus à *Maimonide* memoratos, conſtituere verum Prophetam? unde probant, hoſce non fuiſſe in Daniele, fuiſſe autem in aliis, v. g. in Obadia, Jona, &c? Ais Cenſuram hanc arguere viros Synagogæ magnæ, (qvod l. c. urget *Reineſ.*) At probandum priùs, eosdem viros hoc modo Codicem ordinaſſe ſacrum, adeò ut appendicis loco Pentateucho ſubnecterentur libri feſtivi, Canticum, Threni, Eccleſiaſtes, Ruth & Eſther; Ultimam verò claſſem כתובים occuparent Pſalmi, Job, Proverbia, Daniel, Eſra &c. Probandum priùs, diſtinctionem hanc à Spiritu S. (eô, ut Judæi jam exponunt, modò,) eſſe profectam; probandum, nunqvam à Synedrii M. tempore, aliter locatos fuiſſe ſacros libros in Codice Ebræo ullibi terrarum, atqve nunc locantur; Probandum priùs, diſtinctione

[illegible] *Luc.24,44.* Legis, Prophetarum, ac Pſalmorum [illegible] Judæorum ſtatuminari diſtributionem, adeò ut Pſal[illegible] etiam Libros Eſræ, Nehemiæ, Paralipomenon ac [illegible]. Tacemus alia, qvæ hîc moneri poſſunt. Qvàm [illegible] nonnulli Judæorum de Daniele ſentiant, haut [illegible] clariſſimè ex eodem convinci qveant erroris, qvid [illegible] debeat, oſtendit Cunæus *Lib. 3. de Rep. Hebr. c. 7.* [illegible] *p.23.ſeqq.* Polanus *in Proleg. ſuper Dan. p. 6. ſeqq.* [illegible] *Dan. Proœm. q.1.* Nimirum adſunt κρ[illegible]ια divinæ [illegible] tùm interna, v.g. Lux Spiritûs S. corda tùm [illegible] legentium inexplicabiliter movens & convincens, re[illegible] gravitas, cum reliqvis ſcriptis θεοπνεύςοις harmo[illegible] vaticiniorum eventus, &c. tùm Externa, qvod v.g. [illegible] M. relatus ſit inter Canonicos, proqve tali ſem[illegible] habitus, Commentariis etiam Rabbinorum [illegible] teſtimonium DEI Patris, Prophetam hunc à [illegible] ac pietate commendantis, *Ezech.14,14.* ([illegible] chielis de alio aliqvo Daniele accipit *Jovianus*: [illegible] locutum ait *Hier.* l.1. contra Jovin. vid. *Sixti* Bibl. [illegible] pertinet *Dan.2,6.& 9.* teſtimonium Filii, *Matth.* [illegible] *(Dan.9,27.)* Et teſtimonium Spiritus S. Danielis [illegible] rabilem commendantis, *Ezech. 28,4.* Tacemus [illegible] *Theſſ.2.* nec non Apocalypſeos ferme per integrum. [illegible] *lib.10. Antiq. c.21.* & *Lib.11, c.8.* Unde etiam *A*[illegible] nente *Vorſtio ad Maimonidis fundamenta fidei*, [illegible] à *Maimonide* ad Danielem qvodammodo de[illegible] allata. Sufficiat nobis, Jacchiadem *ad c.1,17.* fate[illegible] לקצה הגבול הנבואה *extremum gradum Pro*[illegible] monidem *in fundamentis Legis c.7.* Danieli [illegible] proprietates. Imò *Joſephus lib. 10. Antiq.* [illegible] προφητῶν, qvendam Prophetarum [illegible] *in pug. fid. p. 236. ex c.11. Sanhedrin* addu[illegible] traduntur: *Unde colligimus, Danielem præ*[illegible] *ſcriptum eſt* (Dan.10,7.) *Et vidi ego Da*[illegible] *erant mecum, non viderunt viſionem &c.* [illegible] *Dixit R. Jeremias, vel ſi mavis R. Chaja,* [illegible] *Zacharias, Malachias: illi erant Daniele præ*- *ſtantio*-

Digitized by Google

ſtantiores, & Daniel erat præſtantior ipſis: Ipſi erant præſtantiores, quia erant Prophetæ, Daniel verò non erat Propheta. Daniel tamē erat illis præſtantior, qvia ille videbat viſionem, illi autem non videbant viſionem. Porphyrii Tyrii Philoſophi (non Sadducæi, ut vult *Galatinus l. 4. Arc. C.V. c. 14.* ſed Chriſtiani, ſive ortu, ſive nativitate, ad Gentiles Apoſtatæ, juxta Auguſtin. *Lib. 10. de C.D. c. 28.* & Theodoretum *Lib. 1. de curat. aff. Gr.*) mendacia adverſus Danielem, ac ſi is non Nebucadnezaris coætaneus, ſed alius longo poſt illum tempore conſcripſerit talia, tanqvam futura, qvæ tamen ut præterita certò jam cognoverat &c. confutarunt jam alii, v.g. Geſner. *Diſp. Proœm. qvæſt. 3.* Polan. *in Proleg. p. 5. ſeq.* (Alex. M. oblatus eſt ut vatidicus, *Joſeph. l. 11. ant. c. 8.*) Fernand. *de viſionib. fol. 531.* Sixt. Senenſ. *Lib. 8. Bibl. Hæreſ. 6. p.m. 807. ſeqq.* Müller. *Judaiſm. p. 19. ſeqq.* Ex antiqvis idem præſtitit pluribus libris *Methodius, Euſebius Cæſarienſis, Apollinaris, Hieronym.* &c.

8. *Res geſtas* prætereà qvod attinet, qvomodo ſub initium ſimplex Miniſter fuerit aulicus, Regiæ Majeſtatis perſonam obſervans, poſteà Vice-Rex qvodammodo, ſeu Princeps ſuper omnes Provincias, præfectusqꝫ conſtitutus, qvi ſimul Academiarum Babylonicarum eſſet Cancellarius, Doctorumq; Inſpector, hinc poſt mutatam aliqvantisper fortunam, privatamqve, ut videtur, vitam aliqvandiu transactam, qvomodo Tertius in regno evaſerit, poſtmodum Triumvir in regno Darii permanſerit, &c. id ipſum ſcripti noſtri evolutio cum DEO pluribus oſtendet.

9. *Ætas* diverſimodè ſupputatur à Chronologis: Nonnulli abductum ſtatuunt noſtrum Danielem anno ætatis 12. alii 14. & 15. ſecundùm AbenEſram *ad Daniel. 1.* Qvicqvid ſit, qvinq; Monarchis potentiſſimis, Nebucadnezari II. (*Dan. 2, 46.*) Evilmerodacho (*2. Reg. 25, 27.* Belſazari, (*Dan. 5, 29.*) Dario Medo, (c. 5, 31. *& cap. 6, 1.*) & Cyro Perſæ, (*cap. 10; 1.*) familiariter innotuit hic noſter Vir deſideriorum: ut proinde annos ipſi tribuant LXXXI. Abulenſ. *in Matth. 2, qvæſt. 91.* XCIIX. Zehnerus *in Epiph. Vit. Proph. p. 77.* C. annos Wigandus *p. 9. b.* CX. Iſidorus, CXXXVIII. Pererius, CL. Ebræi *ap. Sanct. f. 8.* Ultra centum indefinitè aliqvot Fernandius *in Viſ. fol. 531.* Septuaginta ad minimum annos munere Prophetico functum cenſet Polanus *in Com. p. 2.* Adeò, ut VI. ſeculis & qvod excurrit, antecesſerit Meſſiam natum. Nos hìc in tantâ autorum ſupputatione variante, certiq; Scripturæ

Digitized by Google

[illegible] , definire nil audemus , neqve etiam tene-
[illegible]
[illegible] itidem Codex tacet. Peculiare tamen ali-
[illegible] hîc nobis *Corn. à Lapide* , qvi ſub imagine
[illegible] Græcorum Menologio MSC. & picto , auratis
[illegible] ante annos DCC. deſumpta, narrat , ibidem lo-
[illegible] tres ſocios tandem capite plexos ab Attico,
[illegible] mus legiſſe non meminit. Idem Corn. à Lap.
[illegible] ita : *In vetuſto illo codice Baſilii Porphyro-*
[illegible] *capite plexus depingitur , & ſubjectâ ſcripturâ*
[illegible] *rei fides ſit penes ipſum ; Nam nullus veterum*
[illegible] *, qvod ſciam, hoc memoria prodidit.* Verùm
[illegible] immeritò hoc vocat Cl. Reineſius, *Lib. 2. Var.*
[illegible] *Atticus* (at in Comment. ſcriptum eſt *Attalus*)
[illegible] , à Romano autem homine Judæum plecti
[illegible] , cùm Roma tunc nullius penè eſſet no-
[illegible] nondum eſſet inventa , (ut qvæ ſub Cæſaribus
[illegible] prorſus eſſe delirium : Vide originem er-
[illegible] Apponimus hîc, qvod refert Epiphanius &
[illegible] Babilone obdormiviſſe in pace , & in ſpelun-
[illegible] eſſe, cujus ſepulchrum Babilone omni-
[illegible] fuerit notiſſimum. Qvanqvam ſi attenda-
[illegible] Darii attigiſſe regimen, ſub eodemq;
[illegible] ſit, ipſummet non in Babiloniâ ob-
[illegible] modo hanc in rem Joſephus *Lib. X. An-*
[illegible] apud Ecbatana Mediæ , opere pulcherri-
[illegible] digno , qvod ſpectantibus recentiſſimæ
[illegible] in qva turri ſepeliantur Medorum , Perſarum,
[illegible] cuſtodia ſacerdoti Judaico fuerit concre-
[illegible] cujus etiam Hieronymus *ad Daniel. 8.*
[illegible] Referimus hîc narrata Benjaminis Tu-
[illegible] commemorat , in Suſan , metropoli
[illegible] tempore Danielis loculum vitreo con-
[illegible] ſupra Tigridem in medio catenis ferreis
[illegible] litigium inter utrosqve fluminis accolas,
[illegible] appetentes , componi non potuiſſet.
[illegible] in ſuo *Feſto Purim. p. 57.* ex R. Peta-

 chiæ

Digitized by Google

chiæ *Itinerario c.9.* refert Schickardus: In medio fluminis urbem Suſam interlabente ſtatuta eſſe fulcra ferrea, unde catenis ſuſpenſa ſit urna, qvæ tota ænea, ex alvei medio eminens decem ulnis ſuper aqvas, ut cernatur procul inſtar vitri pulchri: Narrantqve Judæi accolæ, ſi navis feratur ſub eâ, & probos ferat, tranſire indemnes; ſin minùs, mergi aqvis, itaqve ſubternavigare metuunt. Vide rurſus, ſi lubet, Reineſ. *loc. all. p.233.* & Longini *Navig. Indic. fol. 527.* Hotting. *Cipp. Hebr. p.70.*

II. SCRIPTUM. Certi jam de Scriptore, (qvantum eqvidem nobis jam ſufficit) attendimus porrò in SCRIPTO ipſo

1. *Materiam*, ſeu contenta: qvæ generatim loqvendo ſunt vel *Hiſtorica*, adeoqve res geſtas recitantia, vel *Dogmatica* aut Vaticinia, futuros eventus in anteceſſum prædicentia; & qvidem, qvoad poſteriora, contigerunt ejusmodi viſiones atqve ſomnia tùm Barbaris, v. g. Nebucadnezari ac Belſazari, citra tamen interpretationem, tùm Danieli ipſi, & qvidem cum interpretatione. Unde ſimul

2. *Diviſiô* noſtri libri conſtare poteſt, qvæ commodiſſimè fiet in duas partes, adeò ut *Prima* ſit *Hiſtorica*, de Daniele ejusdemq; ſociis, nec non de Regibus Nebucadnezare, Belſazaro, & Dario Medo, primis ſex capitibus. *Altera* verò *Prophetica*, qvatuor complectens viſiones admirabiles, Eccleſiæ Regnorumq; iſti vicinorum ſtatum adumbrantes, qvarum *prima* de 4. beſtiis extat *c.7.* *Secunda*, de hirco & ariete *c.8.* *Tertia* de Meſſiæ adventu, ſorte, Politiæq; Iſraëliticæ excidio, *c.9.* *Qvarta* deniqve de Alexandri Magni ſucceſſoribus, de Antichriſto, fine ſeculi, &c. *c. 10. ſeqq.* Ais: ubi ergo manet Hiſtoria Suſannæ, Belis, &c.? Reſpondemus: Hæc non pertinent ad Scripturam S. Canonicam, adeoq; à nobis in hâc diviſione haud qvaqvàm attendi. Proindeqve

3. *Additamenta* illa de SUSANNA, BELE, ac HABACUC, *c. 13. & 14.* ex *editione Græcâ Theodotionis Epheſii*, nec non ORATIONEM Azariæ, & HYMNUM trium puerorum, qvæ *capiti 3.* annectuntur in editione Græcâ & Latinâ, meritò prætermittimus ut Apocrypha, idqve ideò, qvia (1.) in Codice Hebræo, lingvâ Danieli notâ non ponuntur. (2.) Ἀπόςατα nonnulla manifeſtè complectuntur, v. g. de Daniele puero (παιδαρίῳ νεωτέρῳ) ſub Aſtyage, qvem Cyrus in Regno excepit, *Dan. 13, 65.* At Cyro ad Regnum evecto Daniel non puer fuit, aut nuper fuerat, ſed vir ſeptuagenarius & ultrà: Item de Judæorum

jurisdi-

Digitized by Google

captivitate, quod tam cum Threnis Jere-
Nehemiæ parum quadrat. Tacemus alia,
quo Pſeudo-Daniel filias Judæ præ reli-
Dan. 13, 57. Item de Jojakimo captivo, do-
, de Habacuco, qvi cibum ferens fer-
etiam aſſumta Prophetâ minore cen-
Gebrardus contra Epiphanium, Dorothe-
&c. qvæ urget Geſnerus *in Diſp. Proœm. q.*
fabulis Græcis, ut cum ſenex alter nominat
: Angelus Domini σχίσει σε μέσον, &
, Daniel vocabulo eô parumper flexô ait:
gladium πρίσαι σε μέσον, ſatis arguit, Græcu-
hujus conſarcinatorem. Hinc (4.) cum
vocabulorum luſu contra Danielem argueret,
Hebræos, ſed græci ſermonis eſſe commentum,
& Apollinaris, (referimus hæc è *proœmio*
Belis, ac Draconis fabulas non contineri in
eſſe Prophetæ Habakuk filij Jeſu de tribu Le-
Hieronymus) *ante annos plurimos, cum*
igitur juvenile hoc Hieronymi fuit judici-
notavimus, ſignificantes, eas in Ebræo non ha-
mihi, quaſi ego decurtaverim li-
Euſebius & Apollinaris, aliiq; Eccleſiaſtici
, ut dixi, Viſiones non haberi apud Ebræ-
reſpondere Porphyrio pro his, quæ nullam
ant. Adeat jam, qvi vult, Polanum
Bellarmini argumenta examinantur. Walthe-
(ubi Bellarminus itidem refellitur,) Span-
ſeqq. (ubi prolixius etiam ſatisfit argu-
autoritate,) *p. 162. ſeq.* (ubi contradictiones in
ur) *p. 226. ſeqq.* (ubi impia & ſuperſti-
di oſtenduntur.) Gerh. *Tom. 2. Conf.*
tanqvam nobis conſentanea Gloſſa
Lyranus & Carthuſianus dixerunt, hiſtorias
quod C. à Lap. *h. l. f. 1265.* eis condo-
ante Concilium Tridentinum. Sic & Patres
tunc ab Eccleſiâ non fuerit definita.)

Eraſmus, Jo.Driedo, Lud. Vives *ad Auguſt. lib.18. de C.D.c.31.* Julius Africanus (de cujus Epiſt. ad Orig. hac de re Photius *in Biblioth. Edit. Schotti fol.22.* & Sixtus Senenſ. *Lib.5. Bibl. ann. CCL.* item Pamelius *ad Tertull. de corona Mil. c.4.* nec non Pererius *Præf.l.16.com.in Daniel.*) Origenes, Canonem ſc. Ebræum ſemper ſecutus, utut à falſitate hiſtoricâ Suſannæ relationem vindicaverit, &c. Adde omnes illos, qvi locum de Scripturâ pertractârunt prolixiùs, adeoq; de vero Canone conſtituendo fuêre ſoliciti, inter qvos etiam Hornejus, *de Scripturâ S.p.137.ſeqq.* Et qvanqvam etiam Ebræi mentionem faciant hiſtoriæ Suſannæ, v.g. *Sepher Juchaſin p.136.* (ap. Joh.Voiſ.*Pug.fid. fol.104.*) diſertè tamen R. Dav. Gans *in Zem. David, part.2.p.10.* ait: Suſannæ hiſtoria recepta apud Chriſtianos, non apud nos. Vaticinia inſuper alia Danieli tribuit Epiphanius *in Vita*, v.g. qvòd ſignum dederit in altiſſimis Babiloniorum montibus, dicens: Qvando videbitis montem illum verſus Aqvilonem fumigantem, excidium Babiloniæ inſtabit, ſi autem videbitis eundem igne ardentem, finis totius terræ imminebit: Cùm verò alter ille mons verſus meridiem aqvis fluet, Populus Iſraël in terram ſuam redibit, &c. qvòd ſi deniq; idem mons ſangvine manabit, ſtragem portendet Beliali per univerſum terrarum orbem, veniet autem Dominus in terras ἐνανθρωπήσας, incarnatus, vel inter homines verſans. Ex qvo monte Epiphanii forſas natum eſt, qvod Hiſtoria Lombardica, *c.14.* de Magis refert, eos in monte ortum ſtellæ Bileam, *Num.24,17.* præſtolatos fuiſſe. Verùm cùm hæc omnia nudis nitantur traditionibus, meritò relinqvimus autoribus ſuis.

4. De *Lingvâ originariâ*, in qvâ immediatè ſcriptus hicce liber in confeſſo eſt, eam eſſe tùm Ebræam, tùm Chaldæam, qvæ poſterior ibi fermè adhibita, ubi loqventium formalia recitanda erant verba, v.g. *c.2.* à *v. 4.* ad usq; *c.8.* ſicut & alibi hujusmodi in Ebræo Codice occurrunt Chaldæica, *Jer.10,11. Eſr.4,8.* uſqve ad *v.20.c.6.* item *c.7,11.* ad *28.* Ut verò refert Hieronymus *in Proleg.* Eccleſia ante ipſum uſa eſt verſione LXXvirali, excepto Danielo, utpote qvem legit ex verſione Theodotionis: Et qvæ in Ebræo non reperit Hieronymus, ea tranſtuliſſe ſe ait ex græco Theodotionis.

5. Finis ſcripti hujus Prophetici, ceu ſacrorum aliàs librorum omnium, eſt tùm DEI tanqvam omniſcii, veracis, providi, benigni, ſapientisq; omnium Regnorum, præcipuè verò Eccleſiæ ſuæ modera-

toris

toris gloria, tùm hominum ſcriptô hoc informandorum, arguendorum, emendandorum, erigendorumq; divinis hujusmodi factis dictisqve, ſalus, *2.Tim.3,16.* ſpeciatim verò Iſraëlitica hôc modô corroborari debuit Eccleſia, ne ſpem de venturo Meſſiâ ejusdemq; inſtaurando regno abjiceret, ob ingentia adeò exilii, captivitatis patriæq; devaſtatæ mala, ſed ut prævideret varias illas adhuc imminentes tempeſtatum viciſſitudines, qvæ ipſa tamen hyems venturam aliqvando æſtatem haudqvaqvam ſit impeditura; imo Regna illa pesſum ibunt omnia, ſive ante, ſive cum mundi hujus aſpectabilis interitu, ſolum verò Meſſiæ Regnum perſtabit in æternum. Imò ne Judæi finitis LXX. captivitatis annis pollicerentur ſibi aureum aliqvod ſeculum, vel mera halcyonia, prædixit Deus per Danielem, turbas patriam recuperatam denuò concuſſuras, non ſine cauſâ, videlicet ne in carnali patriâ ultimum figerent deſiderium, ſed altiùs ſemper ad Meſſiæ Regnum animos erigerent, ipſumqve ut Juſtitiam reſtauraturum, iniqvitatesq; aboliturum, tantò avidiùs expectarent, licèt & hujus adventus ingrato populo panolethriam tandem inſimul ſit inducturus.

6. *Adjuncta* ſunt (1.) ardua in nonnullis *difficultas*, ſi tàm res, qvàm efferendi etiam modum attendamus. Qvòd ſi namq; mutationum Politicarum à Vate hoc prædictarum veritas explorata eſſe debet, neceſſe eſt, conſtare nobis de hiſtoriis iſtorum temporum probatis, qvâ de cauſâ etiam Hieronymus, *in Prolegom.* neceſſariam eſſe ait multiplicem Chaldæorum, Græcorum & Latinorum Hiſtoriam, Sutterii videlicet Callinici (ſic enim legendum eſſe loco Sutorii oſtendit Voſſius *de Hiſt. Gr. p. 225.* cum Sutorius cognomen fuerit Callinici Sophiſtæ, oriundi ex Syriâ, vel Arabiâ Petræâ, tempore Antonini Pij, ſicuti hoc Suidas habet,) Diodori, Hieronymi, Polybii, Poſſidonij, Claudi Theonis, & Andronici cognomento Alipii. Joſephus his addi poteſt, ut & Titus Livius, Trogus Pompejus, Juſtinus, &c. Qvi omnes extremæ viſionis hiſtoriam recenſent. Hottingerus *Theſ. Philol. p. 511.* inſuper reqvirit hiſtoriam Turcicam & Arabicam. Qvanta autem in conciliandis ejusmodi Chronologorum Hiſtoricorumq; diſcrepantiis ſit difficultas & moleſtia, nôrunt ii, qvi aliqvantiſper ſtudio tali fuerunt occupati. Porrò qvoad tradendi modum difficultas qvandoq; enaſcitur ex *ὑστερολογίᾳ*, vocum inuſitatarum adhibitione. Verùm hæc citiùs, juvante DEO, ſuperari poteſt, qvàm prior. (2.) Inſignis *Utilitas*; quippe ex ſcripto hoc habent abundè, qvod

qvod diſcant, tùm Eccleſiaſtici, tùm Politici, tùm in univerſum fideles ſinguli. Traduntur enim hîc tùm dogmatica de divinâ ſc. providentiâ circa Politias etiam profanas, de Angelorum officiis, de Meſſiæ ortu, beneficiis, adverſario Antichriſto, de reſurrectione, Mundiqve fine, &c. Tùm moralia, v.g. innocens inter homines diverſæ religionis converſatio, abſtinentia à refectionibus etiam licitis, ſobrietas, laborum aſſiduitas, in adverſis conſtantia ac magnanimitas, in Daniele ac ſociis: deinde etiam item faſtus, immiſericordia, luxus, &c. idq; in Perſona Nebucadnezaris ac Belſazaris; ſic invidia in aulicis, piorum itidem multiplex tentatio ac periculum, DEI ereptio miranda, ſalutaris reſipiſcentia, & qvæ ſunt plura alia. Nos itaqve præſentibus Prolegomenis contenti ad ipſam potiùs Prophetæ noſtri evolutionem debitâ aviditate CUM DEO jam properamus.

Cap. I.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

TRaditur in hoc capite, Danielis tùm Transportatio, tùm Educatio, tùm ad officium certum applicatio. Adeoq;

I. *Transportationem* qvod ſpectat, deſcribitur ipſa *tùm* à tempore, *tùm* à perſonâ transportante, *tùm* à termino à qvo, qvi eſt Jeruſalem, *v.1. tùm* à Directore ſupremo, qvi eſt DEUS tradens, *v.2. tùm* à termino ad qvem, videlicet Babel, *ibid.*

II. *Educatio* complectitur tùm *Regium decretum*, adeoq; (1.) Educantem ſeu nutritium, qvi eſt Rex Babel, *v.3.* (2.) Præfectum, Aſpenas, *ibid.* (3.) Educationis ſocios, qvi ſunt de ſangvine Regio, elegantes, ingenioſi, &c. *v.3.4.* (4.) Educationis finem, miniſtrare nimirum Regi, *v.4.* (5.) Modum, *tùm* qvà animum, cujus informatio verſabatur circa Scripturam lingvamq; Chaldæorum, *v.4. tùm* qvà corpus, cui alimenta præbenda de menſâ Regiâ, *v.5.* (6.) Durationem, Triennium ſc. integrum, *v.5. Tùm decreti Executionem*, qvoad (1.) Perſonas ſelectas, *v.6.* noviſq; nominibus inſignitas, *v.7.* (2.) Alimenti Regii in viliorem victum commutationem, *v.8. ſeqq.* Ubi Daniel tanqvam autor in corde proponens, Præfecto feliciter exponens, *v.8.9.* Præfectus ambigens, *v.10.* Daniel experimentum ſvadens, *v.11.12.13.* Præfectus tandem obſeqvens, *v.14.15.16.* Tùm *Exe-*

cutionis

Digitized by Google

ationis conſeqvens, qvod eſt (1.) juvenum inſignis profectus, *v. 17.* (2.) Regium examen, *v. 18. 19.* (3.) Examinatorum commendatio, *v. 20.*
III. Officium innuitur phraſi: Steterunt coram Rege, *v. 19.* Appendicis loco annectitur Danielis longævitas. *v. 21.*

EXPOSITIO TEXTUS.

בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ לְמַלְכוּת יְהוֹיָקִים׃

ANno tertio Regni Jojakim.) Deſcribitur his verbis tempus abducti in Babiloniam Danielis, & qvidem more hodieq; recepto in Politiis mundanis, ubi res geſtæ à Notariis publicis alligantur ad annos regiminis, v. g. Imperatoris, Papæ. Non enim niſi poſt editum Talmud Æram Mundi conditi obſervatam eſſe à Judæis, annotatum à Joſepho Voiſin. *Pug. fid. p. 63.* Jojakimum qvod ſpectat, fuit is antepenultimus Regum Judæ, filius Joſiæ Regis, qvi 25. ætatis anno ad regnum evectus, (*2. Reg. 23, 34. 36. 2. Paralip. 36, 4.*) undecim imperavit annos, *locc. citt.* Contra hunc duabus vicibus adſcendit Rex Babel Nebucadnezar, primâ vice, cùm Tributarium ipſummet redderet, *2. Reg. 24, 1.* Ubi tres annos eidem ſerviiſſe, & poſtmodum rebellaſſe ſcribitur. Alterâ vice, cùm anno Joakimi XI. & ultimo, Nebucadnezaris verò VII. (*Jer. 25, 1.*) rebellionis pœnas eidem inferret, ſimulq; abduceret Judæorum 3023. in captivitatem. *Jer. 52, 28.* Atq; de hâc poſtremâ Judææ invaſione præſentem textum accipit D. Kœnig, *Cent. Vindic. Loc. 94. 8. 13.* qvod nimirum anno tertio à Babiloniis Jojakimo conceſſi regni, ab anno nimirum regni octavo, ad uſq; præſentem undecimum ſupputando venerit Nebucadnezar, &c. Qvæ ipſa etiam fuit mens Lirani, Hugonis, Alph. Toſtati, Dion. Carthuſiani, Hiſtoriæ Scholaſticæ, Maldonati; item Joſephi, Autoris Seder olam rabba, *c. 25.* item & noſtri Geſneri, Meiſneri, Vinarienſium, Wichmanni *chronol. p. 148.* & è Calvinianis Polani, aliorumq;. Qvam interpretationem propterea amplectuntur Autores citati, qvia *Jer. 25, 1.* annus Nebucadnezaris primus dicitur fuiſſe Jojakimi qvartus. Qvâ ſanè ratione ſeqvitur, Nebucadnezarem, anteqvam Rex eſſet factus, invaſiſſe Judæam, Anno nimirum III. Jojakimi, juxta noſtram Danielis ſupputatio-

nem,

nem, cùm tamen inſuper annus IV. muniatur ex *Jer. [illegible]* ubi ab an-
no Joſiæ XIII. ad illum usq; Jojakimi annum IV. numerentur anni
XXIII. Jam Joſias regnavit annis XXXI. his ſi demas annos XIII. ma-
nebunt XVIII. qvibus ſi addas trimeſtre Joachaſi *2. Paralip. 36, 2*, nec
non IV. Jojakimi annos, evadet XXIII. annus. Addit præterea D. Kœ-
nig ſupputationem abductionis Zedekiæ, *Jer. 52, 12. 6. 2. Paral. 36, 11. ſ.
10.* nec non Joachaſi, *2. Reg. 24, 12. 2. Paral. 36, 10.* &c. Qvæ omnia qvi-
dem confirmant, annum Jojakimi IV. cum primô Regni Nebucad-
nezaris copulandum eſſe; verùm illam textûs noſtri interpretationem
annum Jojakimi III. nudè abſoluteq; ſic dictum de anno Regni à Neb-
ucadnezare reſtituti vel confirmati accipi debere; nondum evincere
hæc videntur, cùm abſurdum haud ſit, Nebucadnezarem [illegible]
Regnum vel unà cum vivô parente Nabopolaſsare, ſecundùm [illegible]
cum & Calviſium, adminiſtratum, vel ſecundùm Beroſum, [illegible]
& Torniellum, poſt parentis anno hoc obeuntis mortem [illegible]
plenius adiret, anno proximè præcedente incuſationem in Judæam
inſtituiſſe. Eſto enim Nebucadnezarem anno Jojakimi III. hîc à Da-
niele vocari Regem, nonne ſic dici potuit per anticipationem [illegible]
eò, qvòd cùm Daniel hæc ſcriberet, Nebucadnezar Rex jam eſſet,
qvanqvam anno Jojakimi III. idem non fuerit. Neq; etiam abſona
adeò Pererii, Riberæ, Cornelii à Lapide, Scharpii *in ſymph. p. 260.* &
Junij eſt conciliatio, per mutuum annorum contactum, ita ut annus
Nebucadnezaris I. cœperit cum Jojakimi anno III. adulto, vel aliqvan-
tiſper elapſo, finieritq; cum ejusdem anno IV. qvanqvam hæc ipſa
haud placeant Torniello *in Annal. ad A. M. 3429. num. 3.* nec non Sa-
liano, *ad A. M. 3428.* Inſtas: Si anno III. Jojakimi abductus, qvomodo
imperavit annos XI. *2. Reg. 23, 36*? Reſp. non ultima abductio, ſed ſub-
jugatio anno III. Jojakimi facta hoc loco aſſeritur. Ais porrò: ſi [illegible]
regni ſui III. Jojakim ſubjugatus fuit à Nebucadnezare, [illegible]
bus ſolum annis tributa ſolvit aut ſervivit, [illegible]
gnum ejus ad XI. usq; annum ſe extendit? Reſp. [illegible]
definiuntur; qvamdiu in rebellione manſerit, conniventi [illegible]
lonio, non adjungitur. Unde R. *Saadia* Jojakimum [illegible] regnaſſe
annos V. ut tributarium Ægyptiaci Pharaonis, [illegible] tres annos, ut
tributarium Babilonii, tres deniq; [illegible] ſine tributo.
Qvos ultimos tres libertatis annos [illegible] attendi vult
Maldonatus. Aliam vid. reſponſionem apud [illegible] Walthærum *in Harm.
Bibl.*

Digitized by Google

Bibl. ad h. l. adeoq́ & illud non adeò improbabile, qvod Conſt. L'Empereur *ad Jacchiadem p. 11.* notat, בשנה idem eſſe, ac ſub finem anni III. ſeu anno III. exacto, qvomodo ב pro *poſt* accipitur *Num. 28, 26.* Unde etiam LXX. præfixum hoc *Exod. 2, 23.* reddiderunt *μετὰ poſt dies* &c. Idem habet etiam *R. Levi.* Si adhuc obſtas, cur *Jer. 52, 28.* nulla abductionis hujus fiat mentio? Reſp. qvia ſub initium Babilonii nondum adeò in Judæos ſæviebant, utpote nondum fœdifragos, & qvia etiam pauci tunc abducti, qvorum nulla adeò habebatur ratio, fortè etiam Rege Judæ ex cognatis ſuis ultrò qvosdam tradente, &c. qvæ fermè eſt Sanctii ſententia. Atq́ ſic hunc annum III. à primordiis regni Jojakim ſupputant Jacchiades, R. Levi, Aben Eſra, Calvinus, Oecolampadius, Sanctius, Corn. à Lapide, Salianus, Tirinus, Euſebius, aliiq́. Qvoad Ebræam adhuc constructionem nota, nomen שְׁנַת *annus* collocari in regimine, eò, qvòd nomina numeralia cardinalia qvandoq́ induant naturam ſubſtantivorum, qvaſi diceres, in anno triadis. Similia exempla habes *Numer. 33, 38. Mortuus eſt Aaron* בִּשְׁנַת אַרְבָּעִים *anno XL. ex qvo egreſſi ſunt.* &c. *2. Reg. 12, 2.* בִּשְׁנַת *anno VII. Jehu,* &c. qvandoq́ præter nomen hoc שנה in regimine ſuperadditur idem ipſum locô ultimô, & qvidem in formâ Etymologicâ, ut *Gen. 7, 11.* בשנת *anno ſexcentum* שָׁנָה *annorum*, h. e. ſexcenteſimo, *2. Reg. 13, 10.* בשנת *anno XXXVII.* שנה *annorum*, *c. 14, 23.* בשנת *anno XV.* שנה *annorum* &c. Interpretatio videtur eſſe hæc, in annô (ultimô) XV, XXXVII: aut DC. annorum. Vide, ſi lubet, Baldovii *Gramm. Ebr. Can. CCXCVIII.* & Buxtorf. *Theſ. Gram. lib. II. c. 1. & 2. p. 338. & 343.* שנת שלש

מֶלֶךְ יְהוּדָה *Regis Judæ.*

Hoc eſt, qvi ex lineâ Davidis de tribu Judâ oriundi præerat tùm tribui Judæ, tùm Benjaminis. Notum namq́, deficientibus X. tribubus, duas has Judam atq́ Benjamin, partemq́ Simeonis remanſiſſe penes lineam Davidicam, ut hâc ratione regnum cultusq́ DEI conſervarentur in iisdem. Vid. *1. Reg. 12, 20. ſeq. 2. Par. 11, 2. ſeq. c. 25, 5.*

בָּא *Venit.*

Nimirum animô hoſtili, ambitioſô, regniq́ ſui dilatandi cupidô. Non enim laceſſitus fuerat à Judææ Regibus, niſi fortè invaſioni ea prætexuit cauſam, qvòd Rex Judæ Ægyptio pareret, *2. Reg. 23, 35.* qvi tamen Ægyptius à Chaldæô impugnabatur. *Venit* autem non

Digitized by Google

ſolus, ſed amplô, beneq; armatô exercitu inſtructus, & qvidem ſecundùm vaticinium *Eſa.5,26.* & *Jerem.25,8.9.*

נְבוּכַדְנֶאצַּר מֶלֶךְ בָּבֶל׃ *Nebucadnezar Rex Babel.*

Nebucadnezar. Nomen hocce proprium diverſimodè exponitur: *Prophetans ejusmodi anguſtiam; ſedens in anguſtiâ agnitâ; ſeſſio in agnitione anguſtiæ; Gemitus ſeu planctus judicii anguſtiæ; divinus Judex* vel *tribulator Aſſyrius:* (vid. Greg. Franzii *Lex. Sanctum* §.*46.* & Chytræi *Onomaſticon in voce Nebuchodonoſor.)* Verùm cùm hæc Ebræam potiùs, qvàm Chaldaicam concernant lingvam, cùm etiam in hujusmodi nominibus propriis valdè variet ſcriptio, apud gentem diverſæ lingvæ pronunciatio &c. tutò iisdem originationibus inniti haut licet. De cæterô Nebucadnezaris hujus meminit ſacer Codex, modò ſub terminatione *Nezar*, modò *Rezar*, ut *Jer.21,7.c.22,25.cap.24,1.c.25,1.*&c. qvâ ratione alibi etiam נ & ר comutantur, ut עָכָן & עָכָר nomen furis *1.Par.2,6.* ſic qvi *Eſr.2,2.* dicitur רְחוּם *is Neh.7.* נְחוּם & pro וַיִּתֵּן & dedit *Pſ.18,33.* in textu parallelô *2.Sam.22,33.* adhibetur וַיַּתֵּר exploravit. An verò fortuitò id factum, an ex communi gentis pronunciatione, an ex occultô qvôdam Myſteriô, definire difficile. Sufficiat, Regem hunc, Regis magni filium ab imperio inter gentes plurimas commendari paſſim, v.g. *Jer.27,6, Ezech.26,7 Dan.2,37.*&c. imò ſervum etiam DEI ob punitos per eundem populos appellari, *Jer.27,6.c.43,10. Ezech.29,18.20.* De ſuperbiâ ac tyrannide ejusdem conſule *Eſa.14,2.8.* itemq; Joſeph. *Lib.X.Ant.Jud.c.11.* ex Megaſthene, Diocle, & Philoſtratô. De tribus Reg. hujus nominis vide ſis D. Geſn. *Diſſ.l.in Dan.6.9.ſeq.*

Babel. *Babelis* autem Rex h.l. appellatur, qvia Babel Chaldææ erat metropolis *Gen.10,10. 2.Reg.17,24.30. Pſal.137,1.8. Eſa.13,19. Jerem.50,12.* cujus nomen è lingvarum confuſione traxit originem, *Gen.11,9.* qvæ etiam celebris jam olim ab artificum mercatorumq; freqventiâ, unde togæ afferebantur pretioſiſſimæ, *Joſ.7,21.* item Babilonica periſtromata & tapetia apud *Plautum*, nec non Babilonica picta ſuperbè texta apud *Martialem*, & pelles Babilonicæ, vermiculata pictura, apud *Hieronymum*; ſiqvidem, teſte *Plinio*, diverſos colores picturæ intexendi artem maximè inſtituit Babilon, cujus acûs meminit *Martialis:*

—— —— —— —— *Victa eſt*
Pectine Niliaco jam Babilonis acus.

De

De ejus mercimoniis lege *Ezech. 17, 4. Eſa. 47, 15.* De amplitudine, qvæ in ambitu juxta Ariſtotelem *Lib. III. Polit.* XV. habuit milliaria, adeò, ut tertiâ demum die urbis expugnatio innoteſceret incolis alterius partis, *vid. Dan. 4, 30.* item Herod. *lib. I.* Diod. Sicul. *lib. II.* Plin. *lib. VI. c. 26.* Strabon. *lib. XVI.* Curt. *lib. V.* De ejus munitione, murisq;, *Jerem. 51, 53. 58.* item de lacu, ponte, porticu, obeliſcô, hortô penſili, aliisq; admirandis Bochardi, *Phaleg, lib. IV. c. 13. fol. 261.* & Mey. *Lib. II. Phyſ. qvæſt. ad Dan. IV. 30. p. m. 253.* Sicut igitur aliàs per metropolin ſynecdochicè totum indicatur regnum, v. g. per Samariam regnum X. tribuum Iſraëlis, *1. Reg. 21, 1. c. 22, 52. 2. Reg. 1, 3.* ita & h. l. per Babel tota Chaldæa, imò cuncta Monarchiæ huic ſubjecta regna indicantur.

יְרוּשָׁלִָם *Hieroſolymam.*

Metropolin ſcil. regni Judaici, ubi tùm ſedes regia, tùm locus cultûs publici, qvâ ſubjugatâ, ſubjugatum ſimul erat totum regnum. De cæterô, qvæ urbis hujus nomenclaturam, ædificia, ſitum prærogativasq; ſpectant, haberi poterunt inter cætera ex Adrichomii *terr. S. fol. 145.* Wolff. *in Nehem. fol. 24. ſeqq.* Capell. *Hiſt. Apoſt. p. 146. ſeq.* Villalpand. *part. 1. Appar. lib. 1. c. 3. ſeq.* D. Dorſch. *part. 1. Theol. Zachar. p. 17.* Item, qvomodo in mediô terræ ſita ſit, ejusdemq; illinc dicatur umbilicus, videre eſt apud Delrio *tom. 1. Adag. p. 508.* Eſtium *in Annotat. aureis p. 371.* Et Amamam *in Antibarb. p. 789. ſeq.* Qvoad conſtructionem deſideratur à fine dictionis hujus (ה) locale, vel ab initiô præfixum (ל) aut אֶל־ *(ad, verſus* Jeruſalem) ceu aliis in locis habetur plenius. *Jeruſalem.*

וַיָּצַר עָלֶיהָ׃ *Et obſedit eam.*

Tùm copiis militaribus, tùm aggeribus eandem undiqve claudendo, ut ne ſuppetiis *introituris*, fugitivisq; abituris relinqveretur locus. Ita namq; Ebræum צוּר & צָרַר accipi ſolet, conſtructum ſeqvente עַל־ uti conſtat ex *Devt. 20, 12. Ezech. 4, 3. 1. Reg. 15, 27. 2. Reg. 6, 25. cap. 24, 11. Jer. 32, 2. c. 37, 5.* וְצַרְתָּ עָלֶיהָ Sic eadem forma Grammatica (retractô ob ו converſivum accentu, poſitôq; patach in ultimâ) legitur *1. Reg. 20, 1. c. 6, 24. cap. 17, 5. c. 18, 9.* Alium verò efformandi ſignificatum obtinet hocce verbum cum particulâ אֶת־ conſtructum, *Exod. 32, 4. 1. Reg. 7, 15.* &c. Qvamdiu autem hæ obſeſſionis anguſtiæ fuerint continuatæ, qvantâ etiam cum vehementiâ, partiumq; damnis, cùm non exprimat Scriptura, noſtrum non erit curioſius rimari. צוּר

Poriſmata ex Verſu I.

1. Difficultates Scripturæ S. (qvalis h. l. ſupputatio annorum Chronologica) ſtudium Lectoris magis acuunt, qvàm Laicorum illinc prohibendorum incuriam evincunt. Notum eſt illud Auguſtini *lib. 2. de D. Ch. c.6*: Magnificè & ſalubriter Spiritus S. ita Scripturas modificavit, ut locis apertioribus fami occurreret, obſcurioribus autem faſtidium detergeret, &c.

2. Bonorum Principum mali ſæpè exiſtunt filii, ac ſucceſſores, v.g. pii Joſiæ degener Jojakimus, Joſaphati Joram, &c.

3. Etiam profanorum Regum expeditiones bellicas moderatur ſapientiâ ſuâ Dominus, veluti Nebucadnezaris adverſus Judæos immorigeros, *Ezech.21,21.*Conf. *Habac.1,12*: Dominus ad judicium diſponit eum, &c.

4. Ingens obſidionum eſt miſeria, periculum, damnum.

5. Etiam ſplendidæ, munitæq; urbes hoſtium expugnari poſſunt armis, ſi vindicis DEI inſtet dies.

וַיִּתֵּן אֲדֹנָי *Et tradidit Dominus.*

VERS. II. Innuitur hâc ratione antegreſſa Dei cura ac defenſio planè peculiaris, adeò ut præſidiô ſuô cinxerit eô usq; urbem, ejusq; Regem, ne vel ullus hoſtium vicinorum compos ejusdem fieri poſſet, ſed opus priùs eſſet *conceſſione* divinâ. Ac proindè excluditur hic cœca belli fortuna, hoſtium item aſtus atq; robur. Notum verò eſt, verbum נתן *dedit*, eô modô de *permiſſione* & traditione non rarò accipi, ut *Pſ.118, 18. Morti non* נְתָנָנִי *dedit*, vel permiſit *me. Pſ.121,3.* Non יתן *dabit moveri pedem tuum. Pſ. 132, 4. ſi dedero ſomnum oculis meis*, &c. Conf. Druſium *ad Lib. Jud. p.308.* Porrò de voce אֲדֹנָי non niſi Deo vero competente, utpote, qvi ſolus demum אֶדֶן *fundamentum* rerum omnium meretur dici, vide præter eos, qvi nominum Dei tradiderunt doctrinam in loco de DEO, D.D. Dorſch. *Diſp. 12. Pentad. Θ. 45.*

(margin: נתן)

בְּיָדוֹ *In manum ejus.*

Hoc eſt, in poteſtatem, ut pro libitu ſuô Rex agere poſſet cum hôc Rege Judæ, æqvè ut ea, qvæ *manibus* tenemus noſtris, poſſumus vel retinere, vel projicere, vel aliô modô, ſive in bonum, ſive in malum tractare. Similem vide ſis phraſin *Gen.39, 4.8.22. c.14,20. Exod. 23,31. Num.21,2.3.34. Deut.1.27. Jud.3,8.* &c.

אֶת־יְהוֹיָקִים מֶלֶךְ־יְהוּדָה *Jojakimum.*

Expugnatâ ſc. vel ad deditionem adactâ urbe, adeò ut Rex tanqvam caput populi leges victoris cogeretur ſuſcipere, eidemq; ſe unà cum urbe atq; populô univerſô ſubmittere.

וּמִקְצָת כְּלֵי בֵית־הָאֱלֹהִים

Et partem vaſorum domûs DEI.) Poſt perſonam Regis proximè ſubjungitur ſupellex hæcce ſacra, non memoratis ſubditis ſubditorumq; bonis, haud dubiè, qvia nil in totô illô regnô iisdem vaſis ſanctius: qvia etiam vel maximè mirandum, Deum adeò poſthabuiſſe domûs propriæ curam, qvia etiam vaſorum turpiter profanatorum infrà ſubjicietur mentio. Similis ferè proceſſus à Deô temporibus Eli obſervatus circa arcam fœderis Philiſthæorum manibus expoſitam, *1.Sam.4,11.* Non autem vaſa omnia hoſtibus permiſit Deus, ſed *partem* ſolummodò, qvam vocem מִקְצָת Ebræi qvidam accipiunt, ut nomen ab initio per מ auctum à radice קָצָה *abs-excidit.* Verùm haud incongruè dici poteſt, eſſe nomen קְצָת *extremitas*, in regimine collocatum, cum præfixô מ *ab* dageſch forti ex ſeqvente literâ ſchevatâ ob euphoniam ejecto, ut ſenſus ſit: Dedit in ejus manum *de extremitate*, h.e. aliqvid vaſorum templi. Ita namq; aptior, & uniformior evadet vocis hujus verſio, qvater prætereà occurrentis, videlicet mox *verſ.5.* וּמִקְצָתָם & à fine eorum vel ſub finem annorum iſtorum trium ſtabunt &c. ſic *verſ.15,& 18.* ac deniq; *Nehem.7,70.* וּמִקְצָת & de fine, vel extremitatibus (i.e. aliqvi) capitum familiarum dederunt in opus, qvaſi diceret: Non totus primorum cœtus, ſed de cœtu ſaltem illô aliqvi extremas veluti ſtationes occupantes. *Maſora* tùm magna, tùm parva ait, vocis hujus ſcriptionem eſſe cum (ֵ) ſimilia in regimine exempla dat Buxtorff. *lib.2. Theſ.Gramm. c.3. & 4. p.358.381.* Per *vaſa autem domus Dei* intelliguntur omnis generis pocula, pelves, patinæ, aliave rerum ſive liqvidarum, ſive aridarum receptacula, aut utenſilia, qvæ in cultu ſacro, velut ad menſam Dei Regiam adhibebantur. De vaſis ſanctuarii conf. *Exod.27,19. c.31,7. c.39,40. 1.Reg.7,14. c.8,4. 1.Paral.9,28.29. c.28,13.14. 2.Par.5,5. c.28,24. c.36,7.10. Eſr.1,7. Nehem.10,40. c.13,9. Jer.27,*
19. c.28,6. ubi deprehendes partem ſacræ hujus ſupellectilis ſub initium transportatam, qvam brevi reſtituendam falſô pollicebantur Pſeudoprophetæ, *(Jer.27,16.ſeqq. c.28,3.6.)* cùm tamen reſidua potius pars ſecutura

cutura eſſet partem abductam, *c.27,22.c.52,18.19. 2.Reg.25,13.ſeq.* Plura de vaſis his Villalpandus *tom. 2. in Ezech. part. 2. c.36.* ſeqq. Item de numerô omnium tàm aureorum, qvàm argenteorum Joſeph. *lib. 8. Antiq. c.2.* qvorſum illud *Eſræ 1,11.* ubi per Cyrum dicuntur reſtituta vaſa aurea & argentea qvinq; millia qvadringenta. Deniq; *domus Dei* appellatur templum, non qvòd ibidem concluſus aut circumſcriptivè præſens ſit Deus, qvemadmodum paterfamiliâs in domô ſuâ; ſed qvòd peculiarem gratioſamq; ibidem promiſerat præſentiam, & qvidem his, qvi ibi fuſuri erant preces, oblaturi ſacrificia, petituri informationem aut reſponſa.

ויביאם *Et aſportavit ea.*

Ita Vulgatus; deduxit eos, *Pagninus*, *Polanus*, atq; alii. Deſcribitur his verbis traditionis conſeqvens, qvidnam videlicet Rex Babel fecerit cum vaſis ſacris in manum ſibi à Deô veluti traditis; nimirum non annihilavit inſtar Moſis vitulum aureum abolentis, *Exod.32, 20.* neq; vendidit, militibus donavit, aut aliorſum transmiſit, verùm in patriam abduci curavit. Difficultas hîc oritur qvoad affixum (ם..) qvod tàm ad Regem ac conçaptivos *v.3.* qvàm ad כלים vaſa, vel ad utrumq; ſimul referri poteſt. De Rege hominibusq; accipiunt *Vatablus*, *Junius*, *Polanus* &c. eò qvòd diſertè vaſorum mox fiat mentio, membrô ſeqvente, adeoq; committeretur ταυτολογία, ſi unum bis repeteretur. Verùm cùm terminus deportationis non niſi vaſis competat, *(detulit in domum Dei ſui,)* homines namq; alterius religionis tanqvam profani ac impuri non introduci ſolent in templa, imò illationis ejusmodi hominũ vix probabilis dari poſſet ratio, (niſi fortè ad ſervitium, vel mactationem, qvorum tamen neutrum Hiſtoriæ qvadrat,) idcircò de ſolis intelligimus vaſis ſacris, de qvibus enunciatur, qvòd qvoad locum *communem* devenerint in Babel, qvoad locum *proprium* in templum Babilonicum, *ſpecialiſſimè* in templi iſtius gazophylacium. Adeoq; tautologicum non eſt: Deduxit ea in terram Sinear, imò, hæc ipſa vaſa (Emphaſin namq; exigit ה Emphat. ואת־הכלי׳ qvæ nimirum ſupremi veriq; Numinis propria fuerant vaſa) intulit in templum ſuum idololatricum. Interim non improbamus prorſus interpretationem hanc, qvæ & homines & vaſa conjungit, hôc modô: Et detulit eos (nempè Regem, regiive ſangvinis homines ac magnates alios, unà cum vaſis ſacris) in terram Sinear, qvæ בית־ *locū* deorum ipſius (i. e. ubi idola ſua patria venerabatur)

vaſa

Digitized by Google

vaſa autem ſacra peculariter intulit in ſacrarium, ſeu gazophylacium idololatricum. Atq; ſic *AbenEſra* & *Maldonatus* tàm ad captivos, qvàm vaſa referunt, ita ut triumphi cauſâ tàm captivi, qvàm ſpolia ad templum fuerint deducta.

אֶרֶץ—שִׁנְעָר *In terram Sinear.*

Hoc eſt, in Chaldæam. Ita namq; Ebræam vocem LXX. reddunt per *Βαβυλῶν Zach.5,11. Eſa.11,11.* & in Onkelos conſtanter redditur בבל: In Jonathane, & Hieroſolymitanâ paraphraſi modò Babel, modò pontus: de qvo ultimo, ſi lubet, conjecturam videbis apud Bochard. *in Phaleg, lib.1.c.5.* cui ipſi Autori ſimul certiſſimum eſt, terram *Sinear* fuiſſe circa Babilonem, cùm *Gen.10,10. & cap.11,2.9.* expreſſe Babel dicatur fuiſſe in terrâ Sinear. Qvin & *Hiſtiæus Mileſius*, rerum Phœniciarum vetuſtus ſcriptor apud Joſeph. *lib.1. Antiq. c.5.* & apud Euſeb. *Lib.9. Præpar. Evang.* meminit Σίνεαρ τῆς Βαβυλονίας. Etymologia vocis à *Bochardo* locô citatô petitur ex נער *excuſſit*, eò qvòd terræ hujus incolæ à Deô excuſſi ſunt, diſſipatiq; per totum orbem ob inſanam turris Babel ſubſtructionem; qvorſum citat illud *Jobi 38,13.* impios è terra excuti (qvæ deductio convenientior, qvàm illa Ruperti *ad Gen. lib.4. c.41. qvi excuſſionem dentium* reddit, ob ſermonis illic corruptionem factam.) Iterum verò hîc deprehenditur ἔλλειψις ה localis, vel præpoſitionis אל aut ל, ſicut in voce ירושלם verſ. 1.

בֵּית אֱלֹהָיו *In domum Dei ſui.*

Vel deorum ſuorum, qvibus nimirum felicem hancce expeditionem bellicam transſcribebat, iisdemq; victoriam anathematis his, DEO Iſraelis tanqvam imbecilliori ſubtractis, ſolenniter tribuebat. Nonnulli poſt *Polanum* qvinq; inprimis deos à Chaldæis cultos annotant. 1. Schacham, ſive terram, in cujus honorem celebratum feſtum Sacæan, ubi qvinq; diebus Heri famulorum ferebant imperium, (qvorſum referunt nomen Seſach, *Jer.25,27. c.51,41.*) de qvo ipſo feſto plura Urſinus *analect. p.45.* 2. Mylittam ſive Venerem. 3. Rach, ſive ſolem, cujus ſacerdotes dicti Rachiophantæ, h.e. ſolis obſervatores. 4. Nego, h.e. ignem, à נגה ſplenduit, & deniqve. 5. Belum, ſeu dominum ſupremum, (ex בעל contractô) cujus ſit mentio *Eſa. 46,1. Jer.51,44.* & in additamentis *Dan.c.14,2.* Sic Jovis Beli meminit *Strabo l.XVI.* qvem *Beroſus l.V.* & *Metaſthenes* Perſa, ſcribunt fuiſſe

Sinear.

Saturni

Digitized by Google

Saturni filium. Vide ſis Natal. Comit. *lib. 2. Mythol. c. 1.* Huic ipſi autem Jovi Belo ampliſſimum templum in mediô Babilonis extructum fuiſſe à Semiramide, in qvô Jovis iſtius aurea ſteterit columna, qvadraginta pedum altitudine, mille talentorum Babilonicorum pondere, memorant *Diod. Siculus lib. 2. f. m. 98. (edit. Rhodom.)* & *Herodot. lib. 1.* Qvod ipſum templum adhuc Veſpaſiani tempore extitiſſe ſcribit Plinius *lib. 6. H. N. c. 26.* Qvapropter omninò veriſimile, in hocce Beli templum translata fuiſſe ſacra hæc Iſraëlitarum vaſa, ut rerum precioſarum cumulus hôc modô augeretur, ſiqvidem, ut *Diodorus* habet locô citatô, in eôdem Beli templô Opis Dea, pondere mille talentorum Babilonicorum in aureâ ſellâ reſidebat, ad cujus genua duo adſtabant leones, juxtaq; ſerpentes argentei ingentis magnitudinis, adeò, ut ponderis qvilibet eſſet talentorum XXX. Junonis adſtans ſignum ponderis erat talentorum octingentorum. Qvibus omnibus communis erat menſa aurea, longitudinis pedum XL. XV. latitudinis, ponderis talentorum D. Duo præterea in hâc carcheſia talentorum XXX. erant, totidemq; thuribula, utrumq; CCC. talentorum, crateres ex aurô tres, qvorum Jovi dicatus talenta MCC. Babilonica pendebat, aliorum qvilibet DC. &c. De cæterô per Belum Babilonicum intelligendum eſſe Martem, pluribus oſtendit Voſſius *lib. 1. Idololatr. c. 16. p. 124.* & Seldenus *lib. 2. de Diis Syris, c. 1.* Idem Voſſius *lib. 2. c. 22. p. 416. ſeq.* non nulla profert de Sacæâ feſto Perſarum, Babiloniorumq; in honorem Anaitidos, h. e. Dianæ, atq; Veneris; De Mylitta verò ſeu Venere (à מוֹלֶדֶת *nativitas*, fortè ſic dictâ) in cujus fanô puellæ præſtolabantur advenas corruptores *l. c. p. 413.* De ſole Aſſyriis Chaldæisqve dicto Bel, *lib. 2. c. 6. p. 334.* De igne, qvem Ninus pro Deô colere docuit, *lib. 2. c. 64. p. 648.*

וְאֶת־הַכֵּלִים הֵבִיא בֵּית אוֹצַר אֱלֹהָיו׃

In domum theſauri Dei ſui.) h. e. ad locum, ubi anathemata fictitiis iſtis numinibus conſecrata, ornatûs ſplendorisq; cauſâ cum curâ aſſervabantur, fermè ut in templis Papiſtarum peculiaria dantur reconditoria, ſive conclavia, ubi calices, patinas, thuribula, candelabra, veſtes item pretioſas, &c. ſolent aſſervare. Facit huc, qvod de theſauris in templô Beli cuſtoditis relatum modô fuit ex *Diodorô & Herodotô.* In locô parallelô *2. Paral. 36, 7.* ſic recenſetur hoc: *Et de vaſis domus Dei detulit Nebucadnezar in Babel, poſuitq; ea* בְּהֵיכָלוֹ

Digitized by Google

[illegible] *in Babel*; qvæ verba nonnullos induxerunt, ut [illegible]lligerent regium, ſive profanum, cùm tamen ge[illegible] de qvovis accepta ædificiô ſpatioſô, atq; [illegible] ſolet eſſe templum. Vid. *1.Reg.9,3. Jer.7,4.* In [illegible] i. e. templum ſibi Regi peculiariter charum at[illegible]vit hæc ipſa Rex Chaldæus.

[illegible]mata ex Verſ. II.

[illegible]s rebus, præſertim ſi membra ſpectes Eccle[illegible] providentiâ. Jojakimi, rerumq; ejus compos haut [illegible], niſi *tradidiſſet ipſum Dominus*. Hinc ſi ur[illegible] regnumq; alterius audiamus expugnari copiis, [illegible]ndùm *Deut.32,30.* rupes eorum dedidit eos, & [illegible] Adeoq; qvi tradidit alteri, poterit priori co[illegible]; ut olim urbem ſanctam, ac vaſa ſanctuarii, [illegible], &c.

[illegible]es qvandoq; adverſus immorigeros excitet ſi[illegible] Salomonem *1.Reg.11,14.23.*) qvi hoſtes etiam arma [illegible]antur, veluti Cyrus Dei Paſtor, *Jeſa.44, ult.* & [illegible] diſcincturus, *c.45, 1.* &c. hautqvaqvam ta[illegible] hominum influit, adeò ut ſævitiei, exſpo[illegible], neqvitiarumq; cæterarum dici qveat autor. A[illegible] miſeria bellica, tanqvam pœna delinqventibus debi[illegible]toribus pœnarum iſtarum adhærentia: Illam De[illegible] conſiliô permittere decernit.

[illegible] non niſi à Deo: Is ſuccumbentem victori *tra*[illegible] tàm perſonarum, qvàm rerum conſeqvatur do[illegible]do h.l. tàm Jojakim cum ſubditis, qvàm ſacra vaſa [illegible] qvàm eccleſiaſtica ad novum tranſierunt do[illegible]*17,47. c.18,14. Prov.21,31. 2. Reg.5,11.*

[illegible]oltor gradatim acuere ſolet pœnas: initiô [illegible], partem bonorum alíorſum derivat, &c. hoc [illegible] ſubſeqvitur everſio. Adeoq; ex conniventia [illegible]icioſiſſimè ſubſumitur impunitas omnimoda. [illegible]torum v.g. delicta ſecundùm Anabaptiſtas non [illegible], &c.

[illegible] depauperando, pacem ac halcyonia denuò

 inſtauran-

inſtaurando, incrementa regioni nova largiendo, ad pœnitentiam invitat. *Rom.* 11, 4.

6. Ut ſubjugatio Jojakimi non arguebat Religionis Iſraëliticæ falſitatem, uti etiam victoria Nebucadnezaris, vaſorumq; ſacrorum ad idolorum gazas derivatio non evincebat Idolomaniæ ejuſdem veritatem; Ita abſurdè etiam à Papiſtis felicitas temporalis, inq; hâc victoria, conſtituitur Eccleſiæ veræ nota, qvâ de re inter cæteros B. Höpfnerus *Sax. Evang. p.* 169. *ſeqq.* Müllerus *in Anti Janſenio p.* 480. D. Godofr. Olearius *de felicitate Eccleſiæ temporali*, & ex mente Judæorum Hottingerus *Theſ. Philol. p.* 4. *ſeqq.*

7. Non raró qvæ ad externum Dei faciunt cultum, (ut h. l. vaſa ſacra) vaſtari permittit Deus, adeò, ut & loca, & tempora, & perſonæ, & res ſacræ miſerè ſe habeant; idq; ideò, ut idem doceat, ſe magis internô cordis cultu, qvàm externô ceremoniarum apparatu delectari; Miſericordiam qvippe vult, non ſacrificium, *Hoſ.* 6, 6. Taceo, qvòd hæc templi ſpoliatio præludium velut fuerit tùm brevi ſubſecuturæ devaſtationis omnimodæ temporibus Zedekiæ, tùm abrogationis diſciplinæ Leviticæ temporibus Meſſiæ.

8. Qvæ in veri Dei ignominiam primâ fronte videntur vergere (ſicut h. l. vaſorum ſacrorum in profana delubra illatio) hæc tantò glorioſiùs ejuſdem poſteà Majeſtatem evincunt, v. g. cùm Cyrus eadem vaſa contra ſpem omnium liberaliſſimè beneficiis aliis adjectis reſtituit, &c. Sic Arca à Philiſthæis capta ſcrupulum haut dubiè non paucis movit, ac ſi Deus Iſraëlis Philiſthæorum numinibus eſſet imbecillior; verùm præcipitatô tandem Dagonis idolô, afflictisq; tot magnatibus ac regionibus, gloria Dei veri tantò fortiùs effulſit. Nemo proin offendatur, ſi res, loca, perſonæve Deo dicatæ ad tempus opinione noſtrâ duriùs tractentur.

9. Grande nefas eſt, res Deo ſacratas in profanos uſus vertere; pejores proin Nebucadnezare ſunt nonnulli Papiſtarum Epiſcopi, de qvibus in Jur. Can. xvi. q. 5. *Pervenit ad nos fama ſiniſtra, quòd quidam Epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ Diœceſis deſignata, neq; Chriſtianorum oblationes conferant, ſed potiùs laicalibus perſonis, militum videlicet ſive ſervitorum, vel quod gravius eſt, etiam conſangvineis &c.* Nebucadnezare qvoq; pejores ſunt ij, qvi bona Eccleſiaſtica Papiſtis erepta non in templorum, ſcholarumve uſus, ſed in luxum alioſq; minùs laudabilia impendunt, adeoq; penitiùs profanant.

[illegible] patriâ non vult reverenter colere, non [illegible] inter qvamplurimas miſerias & pericula [illegible] eorumq; adeſſe cultibus. Honorantes me ho- [illegible]

[illegible]

[illegible] *Aſpenas.)* Incipit hîc *alterum* capitis membrum, Vers III.
[illegible] educatione, cujus procurator ſupremus erat [illegible] *Nebucadnezar*, miniſter verò *Aſpenas*, deſcriptus tùm [illegible] ab officio. Nomen *Aſpenas* idem eſt ac *Pharetra* [illegible] (à פרה adſperſit:) vel *Magus, Aſtrologus*, aut *Me-* [illegible] *20.) adſperſus.* Alii referunt ad נָשַׁף afflavit, quaſi [illegible] deſignaretur. R. Saadia exponit איש פניו זועמים [illegible] Junius, *primarius objurgantium*. Verùm cùm in [illegible] non adeò deſudandum, remittimus Lectorem [illegible]

[illegible] רַב *Præpoſito eunuchorum.*

[illegible] voce סריס denotetur, monitum *in Proleg.* ubi de [illegible] ſi evolvamus Scripturæ loca, in qvibus ea vox [illegible] hôc modô primùm vocari Potipharem סריס [illegible] poſtea ſummus pincernarum ſummusq; pi- [illegible] appellantur סָרִיסָיו eunuchi ejusdem Pha- [illegible] *Sam. 8, 15.* de futurô Iſraëlis Rege dicitur: de [illegible] vineisq; veſtris capiet decimas, dabitq; לסריסיו [illegible] *1. Reg. 22, 9. 2. Paral. 18, 8.* Rex Iſraëlis Achab [illegible] ad accerſendum Prophetam Michajam. 2. *Reg.* [illegible] Joram mandat cuidam eunucho ſuo, ut mu- [illegible] procuraret bonorum reſtitutionem. *v. 9, 32.* men- [illegible] Jeſabelem de feneſtrâ præcipitantium, *v. 20, 18.* & [illegible] dicitur, de filiis ipſius tollendos, qvi futuri ſint [illegible] Regis Babel, *2. Reg. 25, 19.* & *Jer. 52, 25.* Ne- [illegible] *eunuchum* qvendam, præfectum viris militari- [illegible] *v. 11.* Joſaphat deſtruxiſſe dicitur eqvos ſoli de- [illegible] Netanmelech eunuchi. *v. 24, 12. 15.* & *Jer. 29, 2.* Je- [illegible] cum ſervis, principibus, & *eunuchis ſuis* [illegible] dicitur. Sic David *1 Par. 28, 1.* congregâſſe [illegible] principes tribuum, principes turmarum

Regi [illegible]antium, tribunos, centuriones, principes peculii Regis, cum *evnuchis* & potentibus. Sic in libro Eſther mentio fit evnuchi Regis cuſtodis mulierum *c.* 2, 3. 14. 15. qvales etiam miniſtrabant Eſtheræ *c.* 4, 4. item VII. evnuchorũ in conſpectu Regis miniſtrantium *c.* 1, 10. 12. 15. *c.* 6, 14. *c.* 7, 9. item duorum evnuchorum liminis cuſtodum *c.* 2, 21. *c.* 6, 2. Porrò Prophetas ſi adeamus, evidens occurrit textus *Eſa.* 56, 3. 4. *Ne dicat evnuchus; Ecce ego ſum arbor arida* &c. *dabo ei nomen meliùs, qvàm filiorum & filiarum. Jer.* 38, 7. *Cùm audiviſſet Ebedmelech Æthiops, vir evnuchus, qui in domo erat regis Zedekiæ* & c. *c.* 41, 16. *Poſtqvam percuſſit Gedaliæ viros bellatores, & mulieres, & parvulos, & evnuchos* (*videl. Regis Zedekiæ*) *c.* 34, 19. *Tradam Principes Judæ, & Principes Jeruſalem, evnuchos & ſacerdotes, & univerſum populum.* Deniqve in Daniele noſtro occurrit vox hæc infrà, *v.* 7. 8. [illegible] Ex qvâ inductione conſtat, Regibus tùm Ægyptiacis, tùm Chaldaicis, tùm Perſicis, tùm Iſraeliticis, tùm Judaicis, tales in uſu fuiſſe perſonas, qvibus tanqvam ad generationem ineptis tutò concedi poſſet tùm fœminarum cuſtodia, tùm negotia qvoq; alia ſecretiora. Qvod ipſum hodieqve fit apud Turcam, item in regno Sinarum, nec non olim apud Conſtantium, Juſtinianum, (cujus exercitui præerat Narſes evnuchus tot victoriis celebris,) aliosq;. Inventionem hujusmodi mutilationis nonnulli Semiramidi aſcribunt. Ubi tamen, qvantum ad Reges præcipuè Judaicos attinet, qvalis erat David, veroſimile non eſt, caſtratos ab iisdem in hujusmodi honore fuiſſe habitos, cùm diſertè adeò interdixerit Dominus, *Devt.* 23, 1. *non ingredientur, qvi contuſione fractos, aut contritos habet teſticulos, in congregationem Jehovæ.* Proindeq; ſicut non rarò mutatis etiam rebus, manent tamen nomina antiqva, aut receptiora, (qvomodo v. g. *Senatores & Presbyteri* vocantur, etiam qvi non ſunt ſenes; itẽ *alabaſtrum*, vas etiam fictile aut vitreum, pyxis non tantùm è buxô, ſed etiam ex aliâ qvâvis materiâ, *κυνέη* non tantùm galea ex coriô caninô, ſed ſimpliciter galea, ferrea, ænea, argentea, &c. Vid. Dallæi *de jejuniis. p.* 493. *ſeqq.* ita *tentoria* pro domô, *meretrix* pro cauponâ &c.) ita Ebræis סריסים etiam dicti cubicularii, qvi non caſtrati, verùm qvi ſecretioris erant admiſſionis inſtar caſtratorum. Utrum verò eadem obtineat ratio in aulâ Chaldæorum, in qvâ Daniel noſter vixit, non adeò expeditum fuerit aſſerere; Qvanqvam licèt ſpadones propriè dictos intelligamus, illinc non illicò ſeqvatur, Danielem qvoq; idem cum ſuis expertum eſſe dedecus uti qvidem id videtur h. l. *Corn. à Lap.*

aliisq;

[illegible] eorundem uxoribus liberisq; ne uſpiam legatur,
[illegible] pingitur imberbis &c.) utpote qvi ſplendidæ adeò
[illegible] natu etiam major, imò ſecundùm nonnullos ob-
[illegible] modò tractare haut æqvum eſt, aut veroſimile. Imò
[illegible] præfecto evnuchorum eſt commiſſus, ergò &
[illegible] eſt. Nam etiam milites commiſſi non rarò
[illegible] de cauſſâ etiam *AbenEſra* obſervat, nullibi Da-
[illegible] factum de ipſo, ſociisq; ſcribi, fuiſſe juvenes *abſq;*
[illegible] graviorem eſſe maculam, qvàm evnuchiſmum. I-
[illegible] ut informarentur, non ad miniſtrandum mu-
[illegible] coram Rege, cujus cauſſâ ſcientiis dederunt ope-
[illegible] evnuchorum propterea hos cenſet commiſ-
[illegible] ipſorum conſtaret virginitate. Urget etiam
[illegible] qvæ per evnuchiſmum corrumpi ſolet ac defice-
[illegible] *Jeſchua*, qvi dupliciter dicit ſumi סריס
[illegible] ſpadonibus, vel pro [illegible] miniſtris, &c. qvo
[illegible] præfectis aulicis qvibuslibet accipit etiam *Calvi-*
[illegible] *Junius*, aliiq;. De cæterô qvot modis evnu-
[illegible] læſi conſiderentur apud Judæos, qvomodo
[illegible] ſolis, h.e. ab uterô inde frigidi, vel evnu-
[illegible] facti &c. tractavit Majmonides *H. Iſſure bia*
[illegible] Fagius *ad Gen. 40, 2. & Deut. 24, 1.* Qvomodo
[illegible] Synedriorum, neq; magnum, neq; XXIII. virale
[illegible] eò qvòd ob defectum prolis immiſericordes eſſe ſo-
[illegible] apud Chriſtianos, ſecundum Canones Apoſtolicos
[illegible] ipſos Dalæus *in Pſeudep. Apoſtolicis lib. 3. c. 17.*
[illegible] qvod tantæ antiqvitatis hoc interdictum haut ſit) ca-
[illegible] à natalibus talis ad ordinationem admiſſus fuerit,
[illegible] ordinatione & antè ordinati gradu depoſiti, qvi ſei-
[illegible] Seldenus *lib. 2. de ſynedriis p. 410. ſeqq. Ibid. p. 563.*
[illegible] lege *Judæorum* recenſentur, qvi hominem, beſtiam,
[illegible] De Chriſtianorum pœnis civilibus in hos, qvi
[illegible] ant, videatur Photii *Nomocanon, tit. 1. c. 14. p.*
[illegible] cui addi poteſt Joh. Fileſaccus, Theologus Pa-
[illegible] *c. 11.* ubi prolixè de evnuchorum conditione, tùm
[illegible] apud Chriſtianos, & qvidem occaſione *can. 1. Con-*
[illegible] Item de diſtinctis eorum generibus, de

Valeſiis hæreticis, & Evnomianis ſibi ipſis hujusmodi vim inferentibus, de evnuchorum etiam furioſâ libidine, ſeu æſtu, de eorum qvoq; impuni in locis venenatis converſatione, deqve nomine evnuchi, qvid dignitatis qvandoq; fuit ante tempora Conſtantii Imp. de Gyge Lydorum Rege, etiam fœminas mollitiei causâ caſtrante (qvâ de re Cælius Rhodiginus, *l.20.var. lect. c.14.* Wierus *de Præſtig. dæmonum, lib. 4. c.20.* Zachias, *lib.2. qvæſt. medic.*) &c. Vide ſis etiam Baſilii acerbiſſimam evnuchorum inſectationem, *Epiſt.87.* ad Simpliciam, nec non *tract. de Virgin.* item Ambroſ. *ep.33.* Plura de ſpadonum nomine, diverſitate, qvomodo arte, & medicamentis tales fiant, an bonæ mentis ſint, morum malorum &c. refert Zachias *qvæſt. Medico-Legalium lib.2. tit.3. q.7.* Franciſc. Valleſ. *Philoſ. S. c. 24.* Scalig. *exerc. CCLXVIII.* Muretus *lib.10. var. lect. c.xi.* De officiis eorum fœminis olim; luxuriantibus olim præſtitis Lobierzychei *de luxu Rom. lib.2. c.3.* Briſſonius *de regio Perſar. apparatu, p.138. & 235.* Druſius *ad Sulpit. p.74.*
רב Hieron. Magius, *lib.2 Miſcell. c.5.* De voce רב adhuc annectimus, eandem propriè deſignare *magnum*, vel *multum*; qvòd ſi tamen cum ſubſtantivo alio conſtruatur; tunc commodè reddi *magiſtrum*, ſeu *præfectum*, v.g. *2.Reg.25,8.* Nebuſaradan Magiſter רב ſatellitum. Item *Jer. 40,2.5. c.52,14.ſeqq.* ſic *Jona 1,6.* רב Magiſter nautarum, ſivè nauclerus. Belgæ reddunt: Dem Oberſten ſeiner Kämmerlinge. Luth. Oberſten Kämmerer. Junius; *præfecto Prætorii* ſive aulicorum, cujus officium erat præeſſe comitatui Prætoriano, inſtitutione regiâ, dignos miniſtros legere, ineptos loco movere. &c.

לְהָבִיא *Ut introduceret.*

Eb. לְהָבִיא *ad adducendum*, vel ut adduceret; nimirum è carceris vel captivorum domicilio in aulam regiam, qvorſum captivis aliàs non integrum erat accedere. Adeoq; ſicut idem verbum *verſ. 2.* bis adhibebatur ad abductionem vaſorum ſacrorum, inq; ſacrarium idololatricum illationem, ita & h. l. exprimit nobilium horum introductionem in aulam regiam profanam. Simul verò in voce hac latet prima negotii Aſpenaſo injuncti pars, videlicet juvenum certorum electio; qvam mox excipiet altera, v. 4. electorum videlicet eorundem informatio.

מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל *De filiis Iſraël.*

Ponitur hoc ad differentiam nationum aliarum, qvæ in magnâ copiâ

Digitized by Google

[illegible] adeoq; non ſine arcano Dei nutu factum eſt, [illegible] tùm peculiariter à cunctis aliis gentibus ſecre[illegible] omnem idolorum deteſtans, ſelecta nihilo[illegible] ad ſervitia intimiora, qvaſi nulla alia af[illegible]. &c.

[illegible] *De ſemine regio.*

[illegible] regni, h. e. regio, qvomodo v. g. urbs regni, [illegible] 2. *Sam.* 12, 26. ſolium regni, h. e. regium, 1. [illegible] h. e. regium 2. *Reg.* 25, 25. *Jer.* 41, 1. *Ezech.* 17, 13. & [illegible] de communi Iſraëlitarum ſorte, ſed de ſtirpe [illegible] Nebucadnezar, tùm ut honori conſuleret [illegible] regii ſangvinis habere apparitores, qvàm [illegible] nobiles,) tùm ut victorem Judæorum h. m. ſe [illegible] etiam in his perſonis regiis deprehenderet [illegible] in poſterum arduis poſſent functionibus [illegible] obſervat h. l. L'Empereur, *ſemine regni* non [illegible] Juda tùm paterno, tùm materno genere [illegible] cognatione qvalicunq; ſtirpem illam attingunt. [illegible] nepotibusq; Hiskiæ, ad hujusmodi [illegible] adhibendis meminimus jam ſupra. Adeoq; Jo[illegible] cognatione oriundum aſſerens, vaticinii [illegible] aſſeverat.

[illegible] מן הפרתמים *Et tyrannorum.*

[illegible] At parùm commodè, tùm qvà vocem ipſam, tùm [illegible] connectit namq; cum antecedente *ſemine*, [illegible] partim particula מן *de* interpoſita [illegible] *Et ex proceribus*. Qvæ verò latiùs de voce *Ty*[illegible] *L'Empereur*, nolumus transcribere, vel aliundè [illegible], Ebræam vocem פרתמים in ſacris [illegible] Perſiæ & Mediæ, פרתמים *Satrapa* [illegible] cum illo) nec non *c.* 6, 9. (in manu [illegible] *Anteſignanis*) occurrere. Con[illegible] Græco [illegible], nomenq; dignitatis eſſe [illegible] Kimchi *in Lib. Rad.* ait eſſe princi[illegible] illuſtres; *Aben Eſra* vocabulum dicit eſſe pere[illegible] ſit Perſicum, exponitq; per [illegible] Pri-

mates.

mates. Atq; in Perſico qvidem conſentit eſſe *Junius in ſcholiis ad Eſther*, hîc verò exponit per פרתמים Duces *LXX.* & *Aquila*, Electos; *Symmachus* Parthos tranſtulerunt. Joſeph. Gorionides, *lib. 1. c. 1.* Non decet, inqvit, qvenqvam regnare in Judâ, qvi non ſit ex ſemine Judæ tàm à patre, qvàm à matre, & ex Paratimis, qvi ex ſemine regio. Druſius *lib. 12. obſerv. c. 14.* conjicit, inſigniri hâc voce eos, qvi in hiſtoriis vocabantur *Regis cognati*, ut apud Curtium *lib. 3. & 4.* vel potiùs, qvi à Xenophonte appellantur ὁμότιμοι. Theodoretus accipit de παρθένοις, alii de præfectis פרת *Euphratæis*, vel regionum circa Euphratem ſitarum, ut *R. Joſeph* & ex eo *Pagn.* (fortè ut apud nos dantur Comites Palatini, Rheni, &c.) item Geſnerus. Chaldæus in Eſther habet פַּרְתּוּנַאי qvod ex Græco πρώτων deductum conjicit *Junius* & *Grotius* h. l. *R. Saadias* compoſitam hanc putans vocem reſolvit in פֵּרוֹת תְּמִימִים *fructus perfectos*, ſeu integros, ſubjiciens: ſicut pomum, in qvo non eſt macula, & ſicut fructus formoſus. *Avenarius* derivat à ברא *creavit*, & תמם *integer fuit*. *L'Empereur* h. l. deducit à Chaldæo פְּרַת *diſrumpere* (pro Ebræo פרץ unde פָּרִיץ obfirmatus, durus, potens, *Pſal. 17, 4.*) ita ut מ non ſit radicale, ſed addititium, ſicut in שִׁלְשֹׁם & ſimilibus, proindeq; exponit de potentibus, magnatibus, *frangendi aut perrumpendi vim habentibus*. Hottingerus, *lib. 1. ſmegm. p. 77.* etymologiam arceſſit è lingvâ Perſicâ, ubi באר vel באר eſt altus, magnus, & דם Spiritus, ut פארדם ſit *magnanimus*, *magnificus*, pro qvô Ebræi, mutato ד in ת additâq; terminatione plurali, dicant פרתמים. Vid. ipſummet porrò, ſi lubet. Belgæ: Uyt den Princen. Luther, Herren Kindern / qvæ ipſa egregiè exprimunt vim vocis, nimirùm tàm de ſemine regio, qvàm de procerum poſt Regem proximorum liberis adſcitos fuiſſe ad informationem novam ob cauſas ſuperiùs indicatas.

Poriſmata ex Verſ. III.

1. Inexplorabilis eſt Dei providentia, qvoad fidelium ſuorum ductum, dum pueritiam ac adoleſcentiam ipſorum educatione commodâ format, de alimentis patroniſq;, etiam diverſum ſæpè intendentibus, proſpicit, &c. Ita namq; Nebucadnezar inter cætera à religione avitâ juvenes hos abducere, ſuiſq; ſacris idololatricis ſenſim aſſvefacere cogitabat, at hôc ipſô modô plùs propagari voluit veritatem ſuam Deus, fermè ut Naamanis converſio occaſionem habuit ex puellâ captivâ, 2. *Reg. 5, 2.* &c.

2. Boni

2. Boni Principis eſt, decorum inter miniſtros ſervare ordinem, certosq; cuivis generi præfectos ponere, autoritatem iis conceſſam decenter roborare, diſciplinam inprimis curare, præmia, pœnasq; ritè diſpenſare &c. adeoq; nullibi laudanda eſt *confuſio* Cyclopica, nullibi non prodeſt juſtus beneq; inſtitutus *ordo*.

3. Qvod hi pueri Iſraelitici experti ſub tyranno Babilonico, idem multi hodieq; Chriſtiani patiuntur ſub Turcico, cujus prætoriani milites, qvos Janitſcharos vocant, Chriſtianis orti ſunt parentibus, iiſdem verò vel vi, vel fraude ſubducti, erroribusq; Mahummedicis à teneris ſtatim immerſi. Orandum proinde tùm pro nobis, tùm pro Chriſtianis aliis Turcæ ſævitiei propioribus, ne horrendum hoc *captivitatis* experiantur malum, &c.

4. Eſt inter prima felicitatis temporalis bona, claris ortum eſſe parentibus; *ſtemma* regium, ducale, nobile, generoſos ut plurimum producit fructûs, *nec enim imbellem aqvilæ generant columbam*, &c. ſæpè tamen generoſa etiam à plebejis ortum ducunt ingenia, ex Iſai abjecto heroicus oritur David. &c.

5. *Nobilitas generis* exempta non eſt à Barbarorum etiam ſervitiis, imò qvi ſunt è Dei populo, mancipiis nonnunqvam Dæmonum coguntur inſervire. Tangere etiam Deus poteſt montes, metuant proinde depreſſiores valles.

6. Qvid de violentâ naturæ membrorumve mutilatione, ſive hæc fiat caſtitatis, ſive ſanitatis aliâve de cauſſâ, ſentiendum ſit, pateſcit ex ſuperiùs allatis.

יְלָדִים *Pueros.*

Verſamur adhuc in Proſopographiâ educandorum, qvi ſicut VERS IV.
proximè deſcripti ſunt à ſtemmate, ita nunc porrò definiuntur tùm ab ætate, tùm à corporis formâ, tùm ab ingenii eruditione, tùm ab aptitudine ad miniſteria aulica. Voce יֶלֶד talis deſignatur *Puer*, qvi ילד
non multis à nativitate ſuâ (ילד namq; eſt *genuit, peperit*,) abeſt diebus aut annis, qvi vel eſt puer recens natus *1. Reg. 3, 25. Ruth 4, 16. Exod. 13. ſeq. 2 Sam. 12, 15.* vel jam jam ablactatus, ut *Gen. 21, 8. Eſr. 10, 1.* vel etiam inter adoleſcentes relatus, ut Benjamin, *Gen. 44, 20.* aut Joſeph. 37, 30. qvæ ipſa acceptio ultima præſentis eſt loci, uti docet adjuncta eruditionis conditio. Ipſam verò hanc ætatem propterea delegit Rex, qvia ſicut cera, tantò faciliùs tùm addiſcenda imbibit, tùm domeſticorum citiùs obliviſcitur, tùm novis moribus aſſveſcit, tùm

E pericula

pericula ſenibus magis perſpecta non adeò metuit, tùm ad expedienda etiam negotia alacrior eſt, nec non amabilior, tùm nova victoris imperia citiùs, qvàm faciunt viri, ſuſcipit. Adeoq; ut arbor tenella, ſi transplantetur, citiùs aſſveſcit ſolo, atq; creſcit, qvàm annoſa, ramisve patula: ita etiam adoleſcentes hi, qvos *Epiphanius & Iſidorus* (ipſo *Corn. à Lap.* arbitro) malè vocant *puſiones*, aliusq; vir doctus apud eundem Cornel. pueros trium annorum; ſicut etiam *Pererius* X. annorum cenſet fuiſſe Danielem cum ſociis, (cùm facilè XX. annorum fuerint docente *Maldonato*,) faciliùs aſſveſcere potuerunt regimini novo, majoremq; fidelitatis futuræ ſpem de ſe excitare.

אֲשֶׁר אֵין־בָּהֶם כָּל־מְאוּם׃

In qvibus non eſt macula.) Pertinent hæc ad formam corporis, adeò, ut ab eodem tùm defectus omnes ipſum deformantes removeantur, tùm pulchritudo etiam, ceu ſeqvitur, in ipſo ponatur ſingularis. Aliàs מום *maculam* vel *vitium* denotat, qvò vel in qvantitate membrorum debitâ, vel qvalitate, colore ſc. potentiâ naturali, aliöve modô à regulâ velut abluſum eſt, ut proinde v. g. victima fiat inepta ad ſacrificium, *Lev.22,20.21.25. Devt.15,21.c.17,1.* item ut ſacerdotio aliqvis non potuerit fungi, *Levit.21,17.18.21.23.* (de qvibus, ſi lubet, ex antiqvitate Judaicâ diſſerentem vide Seldenum, *lib.2. de ſucceſſ. Pontif. c.5.& 6.*) item legitur vox hæc Ebræa de fracturâ, carentiâ oculi aut dentis, aut de qvâcunq; læſione aliâ, *Levit.24, 19.20.* Proindeq; ſicut formoſus Abſolon ſic deſcribitur, qvod מום *vitium in ipſo deprehenſum non ſit, 2.Sam.14,25.* item Sponſa *Cant.4,7.* Ita pari qvoq; ratione reqviſitum h. l. puerorum eſt, ne ullâ laborent deformitate, ſive faciei, ſive membrorum etiam aliorum (adeoq; nec caſtrati) ne luſci, ſurdaſtri, balbi, gibboſi, claudicantes, aliove modo ſint deſpicatui &c. *R. Jacchiades* ſic deſcribit: Ne laborent defectu membri alicujus, aut detorſione, aut ineptitudine; nam ſicut victima laborans reprobatur, ita regnum terræ imitatur etiam regnum cœli &c. Imò *R. Saadias* extendit hoc etiam ad cicatricem è venæ ſectione reſiduam. In Ebræo ſcribitur hæcce vox cum א Epenthetico מאום ac ſi eſſet ex מְאוּם *qvicqvam*; qvâ ratione cum א ſemel adhuc reperitur ſcriptum, *Job.31,7.* ſi manibus meis adhæſit מאום *qvicqvam*, vel macula: qvem locum intendit hic Maſora marginalis. Porrò, qvoad poſitum particulæ negandi, notæq; univerſalitatis obſervandum, *in qvibus*

Digitized by Google

... ac: in qvibus plane nulla macula, ſicut ... impoſſibile erit omne verbum, id eſt: Plane nihil ... c.2.10. Prov.13,7. c.30,30. Pſ.143,2. Pſ.147, ... weren.

... Decoros formâ.

... Eſram, qvi non eſſent ירקרקים ſubflavi, & ... Vel, ſecundùm R. Saadiam, qvi non ... modum albi, h. e. pallidi. Juxta Jaccbi..., ... rubedine æqvali, prout humana exigit natura, ... nigri admodum, &c. Vox מראה Aſpe... pro intuitione, aut contemplationis actu, ... למראה ſecundùm aſpectum oculorum ... ejus intuentur. Item Devt.28,34.67. Lev.13, ... intuitionis objecto, ſeu rei contemplabilis ſi... aſpectu rotatum, Ezech,1,16. lepræ, Lev.13, ... pulchra aſpectu, Gen. ... c.29,17. vaccæ pulchræ ... מראה ... aſpectu, c.24,16. c.26,7. ... valdè formoſa, ... 11,2. Eſth.1,11.c.2,2.3. ... ſæpiùs ſtatim legitur cum תאר formâ, ubi per מראה ... תאר autem lineamenta ſolent intelligere; v.g. ... pulchra formâ, & pulchra aſpectu. Qvod ipſum ... Joſepho c.39,6. Verùm an id ſemper accuratè ob... ... Qvando itaq; cum ſubſtantivo hoc ... antecedens טוב bonus vel טובה in formâ re... ... ſpecioſus, bonâ vel elegante præditus formâ, ... erit conſpicuum. Et qvidem de eâdem adje... ... vide ſis Prov.10,8. ſapiens corde, c.14,29. ... intelligentiâ, ſimili ferè modô apud Tacitum lib. ... bonus militiâ. Cauſſas autem reqviſitæ hujus ... erit facilè, ſi ... non ſolùm ea per na... ... oblectare qvemlibet, atqve ſic etiam Reges; ... corporis formâ, index utplurimum eſſe ... tali corpore habitantis. Qvâ de cauſſâ etiam ... novit, gentibus in corporis majeſtate veneratio... ... non alios capaces exiſtimare, qvàm qvos ... natura dignata eſt. & Ariſtoteles lib.4. Polit.c.4. ... eſſe ait, ut ſecundùm magnitudinem,

E 2 aut

מראה

Digitized by Google

aut ſecundùm pulchritudinem magiſtratus, honoresq; publici diſtribuerentur. Hanc ipſam autem Danielis formoſitatem ita deſcribit *Epiphanius*: Ἦν ἀνὴρ ξυρότατος τῇ ἰδέᾳ, ἀλλ' ὡραῖος ἐν χάριτι Θεοῦ, i.e. *Vir erat ſpecie* ſive ſtaturâ *gracillimus, ſed gratiâ Dei venuſtus*.

וּמַשְׂכִּילִים בְּכָל־חָכְמָה׃

Et eruditos omni ſapientiâ.) A reqviſitis corporis commodè progreſſus fit ad animorum qvoqve culturam, in qvibus tùm ſapientia, tùm ſcientia, tùm intelligentia reqviritur. *R. Saadia* ſic diſcernit, ut חכמה *ſapientia* verſetur circa promptitudinem reſpondendi ad qvodlibet interrogatum, דעת *ſcientia*, circa rem omnem, qvam audiebant, מדע circa explorationem conſilii. *Aben-Eſra*, primum eſſe, dicit, univerſaliſſimum, alterum דעת ait complecti talem ſagacitatem, qvâ qvis ſub initium ſermonis ab aliqvo facti conjicit, qvid dicendum reſtet in fine, cum multi ſint ſapientum, qvi id ignorent, anteqvam ad finem perductus ſit ſermo: Ultimum מדע deniq; refert ad hujusmodi promptitudinem, qvâ qvis communicare poteſt aliis, ut intelligant, qvid in ſuo ſit corde, aut cogitatis, cum multi dentur ſapientes, qvi difficulter poſſunt proferre animi ſenſa, & non niſi per ambages circuitûsq; tortuoſos. *Jacchiades* primum refert ad apprehenſionem propoſitorum, qvæ eſt perfectio contemplativa; alterum ad bonam aſſvefactionem, converſationemqve cum hominibus, tàm œconomicam, qvàm politicam, ad expeditionem negotiorum, ſtrategematumq; bellicorum, qvæ eſt perfectio practica: Tertium ad ſagacitatem, qvâ præter perfectionem Theoreticam & Practicam, qvam addidicerunt, elicere qveunt unum ex altero, (ſuopte velut ingenio proficientes.) *Liranus* ſapientiam refert ad Philoſophiam naturalem, ſcientiam ad Philoſophiam rationalem, cujusmodi eſt Grammatica, Rhetorica, Logica: Diſciplinam ad Philoſophiam Moralem. *Hector Pintus* per ſapientiam intelligit Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam: per ſcientiam, Phyſicam, Metaphyſicam, Mathematicam: per diſciplinam, Ethicam, Politicam, & Oeconomicam. *Corn. à Lap.* per ſapientiam cognitionem rerum ſublimium & divinarum: Per ſcientiam cognitionem rerum naturalium: Per diſciplinam Prudentiam. Aliter adhuc *Grotius*, cui ſapientia eſt Lex Moſis: ſcientia, monita de moribus, re familiari ac civili, qvalia multa apud Salomonem: Diſciplina deniq; artes metiendi, numerandi, & Hiſtoriæ cognitio. Verùm vix ſolidè diſcrepantia

hæc

Digitized by Google

hæc probari poterit; ſi partim originationem vocum, partim uſurpationem attendamus. Ut proinde nil niſi eruditionis omnimodæ copia, & ſcientiarum velut encyclopædia vocabulorum hac congerie ſignificetur. Qvod placuit hîc qvoqve *Maldonato, Sanctio*, aliisq;. Vide dicta ad *Prov. 1,2.3.* Porrò, qvoad verbum השכיל notandum, illud qvandoq; tranſitivum eſſe, vi conjugationis tertiæ, ita ut ſit *ſcientem facere, erudire*, v.g. *Dan. 11,33.* communiter tamen intranſitivè ſignificare, *intelligentem eſſe*, *attendere*, ita ut משכיל *modò* opponatur homini pudefacienti ſe aliosq;, (ob imperitiam putà, ignaviamq;) *Prov. 10,5. c. 14,35. c. 17,2.* *modò* prævaricanti. *ibid. c. 10,19.* &c. ſicut itaq; *Pſal. 119,99.* David inqvit: *Præ omnibus informatoribus meis* השכלתי *attendo & intelligens ſum*: *Pſal. 106,7.* Non השכילו *attenderunt mirabilia tua*: *Pſal. 41,2.* Beatus *attendens*, משכיל vel intellectum applicans אל ד ad pauperem: *Neh. 8,13.* Congregârunt ſe להשכ׳ אל ד׳ *ad attendendum* ad verba legis: ita etiam h. l. juvenes reqviruntur משכילים *attendentes*, vel ingenium ſuum promptè applicantes ad omnigenam ſapientiam propoſitam. Ut proindè non adeò opus ſit obſervatione, qvàm *Sanctius* hîc ſubminiſtrat: Participium præteritum paſſivæ vocis (reſpicit verò vocem Vulg. *eruditos*) non tàm aliqvid factum aut præteriiſſe ſignificare, qvàm aut fieri poſſe, aut idoneum ad id habere ingenium, &c. qvomodo *locus inacceſſus* ponitur pro inacceſſibili; homo *invictus*, pro invincibili; *inviſus* pro eo, qvi ſine moleſtiâ videri neqvit: ita *doctus* pro docili, ut *Eſa. XLV, 13.* ex *Joh. VI, 45.* Filios tuos doctos à Domino. Qvâ ipſâ ratione etiam *Pintus* hl. reddit *erudibiles*. Hac, inqvam, obſervatione non opus eſt, cùm ſolum attentio, aviditas, animiqve prompta ad ſapientiam applicatio deſignetur, non verò perfecta ſapientiæ univerſæ jam acqviſitæ poſſeſſio, qvalem infert Latinum *Eruditus*. שכל

וְיֹודְעֵי דַעַת *Cautos ſcientiâ.*

Vel ſecundùm Junium, *qvi periti ſcientiæ*. Ebr. יודעי דעת *ſcientes ſcientiam*. Ubi eleganter pro more lingvæ verbum cum ſuô verbali jungitur. Et qvidem, qvòd Participium hoc in regimine ſubſtantivi more collocatum ſpectat, deſignari eodem ſolet notitia, non tranſitoria, ſed accuratior, diuturnior, ſolidior; qvomodo v.g. nautæ exercitati vocantur יודעי *ſcientes mare*, *1. Reg. IX, 27.* & *2. Paral. VIII, 18.* item filii Iſaſchar יודעי בינה ל׳ *ſcientes intelligentiam*

Digitized by Google

quoad tempora, (h.e. qvi boni erant Hiſtorici, & Chronologi.) Et *Eſth. I,13.* יודעי העתים *ſcientes temporum*, nec non יודעי דת ודין *ſcientes ſtatutorum atq; judiciorum*, appellantur tùm Hiſtorici, ſeu Politici, tùm JCti, *Amos V,16.* ſcientes *planctûs*, ſunt exercitati in iſtis ceremoniis. Qvapropter & h.l. talis intelligitur peritia, qvâ ingenium in omni דעת *ſcientiâ*, vel circa qvodvis ſcibile, tàm naturale, qvàm politicum exercitatum fuit. Conf. *Prov I,4. Ad dandum pueris* דעת *ſcientiam & cognitionem*, ſeu circumſpectionem. Qvod enim Pineda *lib. III. de reb. Salom. c. XIV.* poſitum hoc putat pro captioſâ q; dialecticâ, de qvâ Seneca *Epiſt. LXXXII. (verba mihi captioſa componis, interrogatiunculas nectis, ſubulâ Leonem excipis,)* id nimis e[illegible] fundamentôqve carens.

וּמְבִינֵי מַדָּע *Et doctos diſciplinâ.*

בין Vel ſecundùm Junium: & *intelligentes cognitionis* [illegible] (à בין intelligere) duplici iterum accipitur modô, [illegible] intelligere, ut *Prov. VIII, 9. c. XVII, 10, 24.* tùm *tranſitivè* [illegible] tem reddere, informare; qvô in ſenſu poſteriore occurrit [illegible] *8.* ſicut parvus, ſic magnus מבין informans cum diſcipulo [illegible] *7.9. 2. Paral. XXXV,3.* Levitæ מבינים את כל ישר׳ informabant populum. *Pſal. CXIX, 130.* מבין פ׳ Erudiens ſimplices, [illegible] *v.27.34.73.125.144.169.* Atqve hôc modô tranſitivè etiam hic accipitur à nonnullis, ita ut donum communicandi, ſeu eloqventia [illegible] ſignetur, qvâ qvis promptè alios intelligere facit ea, qvæ intelligit ipſemet. Qvô ſenſu accipit Calvinus: *& diſertè exprimentes cognitionem*, addens; alioqvin frigidam eſſe, & ineptam repetitionem, adeo vult, reqviri diſertos, qvi non ſibi & intus ſapiant, ſed & aliis qveant exprimere mentem ſuam &c. Verùm, utut egregium hoc ſit in homine aulicô reqviſitum, haut tamen intendi id h. l. videtur, ſi conſideretur conſtructio, cùm ſubjectum informandum diſertè aliàs in accuſandi caſu exprimi ſoleat, ſi tranſitiva obtineat verbi hujus ſignificatio; Hîc verò ſubjectum illud planè deſideratur, ſolumq; adeſt מדע ſcibile, tanqvam objectum circa qvod, & qvidem in Genitivô caſu, qvem poſtulat forma regiminis, eodem modô, ut in proximô antecedente: ſcientes ſcientiæ. Porrò alterum vocabulum מדע (à rad. ידע ſcivit, cognovit) qvod pro animô hominis ponitur ſecundùm aliqvos, *Coh. X, 20.* (etiam במדעך *intellectu vel apud animum tuum ne maledicas Regi*) ſemper deſignat talem animi culturam, qvâ qvis ſcienda dextrè apprehen-

Digitized by Google

prehendit, accurateq; dijudicat, qvomodo id reperitur tùm de Salomone 2.*Par.I,10.11.12.* cui data חכמה ומדע ſapientia, & ſcientia tùm de Daniele, ſociisq; *ſic & v. 17.* Qvâ de cauſſâ & nos talem bonæ mentis conditionem vel ſuppellectilem etiam intelligimus, qvâ ſagax ingenium pollet rerum iſtarum notitiâ, qvæ & arduæ, & neceſſariæ, & utiles, & jucundæ ſunt ſcitu.

וַאֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם לַעֲמֹד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ׃

Et qvi poſſent ſtare in palatio Regis.) Ultimum hoc eſt adſciſcendorum reqviſitum, aptitudo ſcil. ad miniſteria aulica, ſiqvidem non pauci, qva corpus, ſunt formoſi, qvà animum eruditi; verùm converſationi minùs aſſveti, adeòq; ad vitam aulicam planè inepti. De verbò ad verbum eſt: *In qvibus ſit* כח *robur*, ſive facultas לעמד *ad ſtandum in palatio Regis.* Ubi per Ebræam vocem, qvæ aliàs *robur corporis* denotare ſolet, qvale eſt Gigantum, &c. *Pſ. XXXIII, 16.* deſignatur aptitudo aut congruentia, ſive naturalis, ſive acqviſita, qvâ qvis idoneus eſt aut facultatem habet ad aliqvid expediundum præ aliis: ferme ſicut *Eſr. X,13.* dicitur, nullam fuiſſe כח *aptitudinem*, כח
aut commoditatem ſtandi ampliùs in plateâ. Vide ſi lubet Arn.Boot. *l.3. anim. c.8. §.6.* ubi verſiones invicem confert, &c. Ita ergò reqviritur *facultas ad ſtandum*, h.e. miniſtrandum. Non enim certus cor- עמד
poris ſitus, ſeſſioni aut decubitui oppoſitus innuitur, (qvomodo *v.g. Ex.XXXIII,9.* Moſes ſtabat in oſtio tabernaculi, item Abſalon in portâ *2.Sam.XV,2.*) ſed officium apparitorium, qvô qvis adſtat Regi ejusdem juſſa excepturus: qvomodo *Jer. LII, 12.* Nebuſaradan, qvi *ſtabat coram Rege*, dicitur veniſſe Hieroſolymam. Conf. *1. Sam. XVI, 21.22. 1.Reg.I,2.* puellam, qvæ *ſtet* coram rege *c.X,8.* (beati ſervi tui qvi *ſtant* coram te.) *2.Reg. VI,32. 2.Paral. IX,7. c.X, 6.8. Prov. XXII,29.* Huc Angeli *ſtantes* coram Chriſto, *Zach.III,4.* Levitæ *ſtantes* coram Domino, *Deut.X,8.* Elias, *1. Reg. XVII,7.* Item *ſtare* in loco magnatum, *Prov.XXV,6.* Atq; hâc de cauſſâ etiam mox additur locus ejusmodi ſtationis, *palatium* videl. *regium*, utpote in qvô certas ſuas habebant ſtationes conſiliarii, cubicularii, præfectiq, alii qvàmplurimi, diverſæ conditionis ac dignitatis. In qvibus etiam juvenes hi Judaici ſuum habituri erant locum, ſi penes eosdem eſſet talis כח *facultas* ſive animus generoſus absqve timore ruſtico agendi cum tantô Monarchâ. *Calvinus* accipit de corporis vigore, ne ſint valetudinarii, ſed vegeti.

vegeti. Ita etiam *Jacchiades*, ne ructarent, vel ſternutarent, aut ad ſatisfaciendum naturæ egrederentur, adeoq; poſſent adſtare jugiter, aliaqve plurima his ſimilia. Ita de firmâ corporis conſtitutione ad longas illas in aulâ ſtationes etiam *Grotius*. Verùm corporis reqviſita jam ſatis ſuperqve erant tradita, proindeq; meliùs de viribus animi, corporisq; commodis conjunctim ſumit *Junius*, ad partes officii aulici ritè obeundas. Luther. Die geſchickt weren zu dienen.

וּלְלַמְּדָם סֵפֶר *Ut doceret eos literas.*

Alterum hoc eſt laboris *Aſpenazo* injuncti membrum, nimirum juvenum ſelectorum ſedula inſtructio. Qvâ de cauſſâ etiam per copulam præmiſſam (cujus Vulgatus non habuit curam, ſicut Junius, *ut doceret eos*) connectitur cum infin. לְהָבִיא *ad adducendum v. 3.* למד Verbo itaq; לַמֵּד exigitur ſedula, accurata, atq; candida, qvà animi, qvà morum formatio, ubi indecora dedocentur, vera autem atqve congrua inſtillantur, &c. Res autem docendæ non ſunt exercitia ספר eqveſtria, pugillatoria, jaculatoria, &c. verùm סֵפֶר, qvâ voce aliàs exprimitur tùm *Catalogus ſcriptus*, v.g. genealogicus, *Gen. V, 1.* tùm *epiſtola*, aut σύγγραφα etiam alia, v.g. emptionis & venditionis, *Jerem. XXXII, 11.* repudii, *Devt. XXIV, 1.3.* Davidis ad Joabum, *2. Sam. XI, 14.* Regis Syriæ ad Iſraëliticum, *2. Reg. V, 5.* à cujusmodi epiſtolâ obſignatâ, qvam legere non datur, deducitur ſimilitudo, *Eſa. XXIX, 11. ſeqq.* ſic ſcheda, cui execratio erat inſcripta, vocatur ספר *Num. V, 23:* tùm *Liber* juſtæ magnitudinis, qvale volumen legis aut fœderis, *Exod. XXIV, 7. Devt. XVII, 18. c. XXXI, 24. 26.* Liber Hiſtoricus juſtorum, *Joſ. X, 13. 2. Sam. I, 18.* item Liber Chronicorum *1. Reg. XIV, 19.* Annalium Perſicorum, *Eſth. VI, 1.* tùm *Tabula Geographica*, in qvâ urbes, pagi, flumina aliaq; eò ſpectantia deſcribuntur, *Joſ. XVIII, 9.* tùm deniq; *ſcriptio ipſa*, aut *literæ ſcriptæ*, qvomodo *Eſa. XXIX. 11.* ספר epiſtola obſignata datur יודע ספר perito *ſcriptionis*, & *v. 12.* illi qvi non ידע ספר callet *ſcriptionem*. Hôc in noſtrô textu non artificium pingendi literas Chaldæas, à literis Ebræorum modernis diverſas, (uti qvidem hinc elicere vult B. Bartholomæus Majerus, *part. I. Phil. S. p. 39.* præſentem literarum qvadratarum ebræarum figuram eſſe novam, antiqvam verò planè deperditam; qvô etiam modô de literis acceperunt AbenEſra, & Saadia:) verùm *libri* omnis generis Chaldæorum indicantur, in qvibus *tùm* Hiſtoriæ, *tùm* doctrinæ Philoſophicæ, *tùm* religionem etiam gentis concernentia comprehenſa erant, unà

cum

Digitized by Google

cum arcanis aliis. Neqve etiam excludere hinc licet ſcriptiones epiſtolicas, cæteraq;, qvæ ad Cancellariam, ut vocant, ſive ſtylum curiæ ſpectabant. Qvô ferè modô *Jacchiades* de diſciplinâ decretorum, legum, negotiorum, ſtrategematum, (qvæ ad intellectum practicum pertineat) qvæ in Babilon. extabant lingvâ exponit. Adeoq; inſufficiens eſt, qvod *Maldonatus h. l.* contendit, nil aliud poſtulatum fuiſſe, qvàm *ut doceret eos ſcribere ac loqvi Chaldaicè, ut cum Rege loqvi poſſent, Rexqve ab illis de Ebræorum eruditione, qvæ totô terrarum orbe notiſſima erat, aliqvid Chaldaicè audire poſſet.* Qvid verò opus integrô tricennió ad hujusmodi lingvæ, qvæ Dialectus ſolùm erat vernaculæ, nec adeò enormiter ab illâ diſtans, ſtudiùm continuandum? Referri huc poteſt, qvod habet Strabo *lib. 1. rer. Geogr.* Chaldæorum Philoſophis, qvia alios ſapientiæ opinione ſuperabant, honores & regna fuiſſe delata. Et *lib. XVI. f. 508. Conſtituta*, inqvit, *eſt habitatio peculiaris in Babiloniâ, Philoſophis indigenis, plurimùm Aſtronomiam tractantibus, qvi Chaldæi appellantur. Sunt ex iis, qvi è natalibus hominum eventura iis vaticinari ſe profitentur; ſed à cæteris non probantur.* Vid. ib. paulò pòſt plura de diſtinctis generibus Chaldaicus Aſtronomorum. Hinc Theodoret. *de Græc. Affect. Curation. ſerm. 1.* Aſtrologiam & Genethlialogiam proprium Chaldæorum refert inventum. *Et Serm. X.* Necyomantiæ, qvæ Chriſto nato conticuit, eosdem deditos commemorat. Ita Clem. Alexandrin. *lib. 6. ſtrom.* plurimùm eosdem planetis tribuiſſe refert: & Tacitus *lib. II. Annal.* ſimili de cauſſâ *Chaldæos, Magos, & ſomniorum interpretes* conjungit. Qvod verò nonnullis abſonum videtur, Danielem informari ſe paſſum in artibus iſtis ſuperſtitioſis, divinatoriis, ac dæmoniacis, qvi tamen in capiendis cibis immundis adeò fuerit curioſus ac ſollicitus: expediri poteſt facilè, ſi inter nudam theoriam & praxin fiat diſtinctio, cùm aliàs Judæi ipſimet à Synedrii M. aſſesſoribus reqviſiverint notitiam rerum Magicarum, ut eſſent בעלי כשפים *periti præſtigiarum*, idq;, ut ſcirent deſtruere magiam, uti videre eſt ex Fagio ad *Devt. XVI, 18.* Qvanta autem aliàs hariolorum, magorum, aliorumve hujus furfuris hominum fuerit copia, æſtimiumq; in Babel, qvibus ipſis etiam adeò cum eratus Daniel cum ſociis, patebit, ſi ad *c. II. v. 2. c. IV, 4. c. V, 7.* refigamus oculos.

ולשון כשדים: *Et lingvam Chaldæorum.*

Partim ut negotiis expediundis eſſent idonei, partim ut cum

Digitized by Google

lingvâ Chaldæâ Chaldæorum qvoqve imbiberent mores, cùm vinculum planè arcanum intercedere ſoleat inter utrumq;, partim ut dominium etiam ſuum qvodammodo Rex exerceret; De qvo jure dandæ lingvæ victoribus in victos competente, conſuli inter cæteros poterit D. Dorſchæus *in Admir. Pentecoſt. p. 603. Hieronymi* ad textum hunc gloſſa talis eſt: *Philoſophi arbitrantur* (alii legunt: Philo arbitratur.) *lingvam Ebræorum ipſam eſſe Chaldaicam, qvia Abraham de Chaldæis fuerit: qvod ſi recipimus, qværendum eſt, qvomodo nunc Ebræi pueri lingvam, qvam noverant, doceri jubeantur? niſi fortè ſecundùm qvorundam opinionem duas Abrahamum lingvas, & Ebræorum, & Chaldæorum ſciſſe dicamus.* Verùm diſcrimen lingvæ Ebrææ ac Chaldææ non procul arceſſendum eſt, modò inſpexerimus ipſummet Prophetam noſtrum, qvi idiomate Chaldæo non pauca recenſet *c. II. ad c. VIII.* confer etiam *2. Reg. XVIII, 26.* & *Jerem. V, 15.* Proindeq; ſicut Latina lingva pura diſcrepat ab Italicâ præſente, Lingva Germanica ab idiomate Saxonico, Belgico, &c. ita Ebræa qvoqve mater à filiâ, ſeu dialectô Chaldæâ, unde etiam Ebrææ lingvæ peritum non ſtatim percipere Chaldaica, probat B. Majerus, *p. 1. Phil. S. p. 6. ſeqq. & p. 37. ſeqq.* qvi aliàs *p. 70. ſeqq.* negat, Chaldæam Ebrææ lingvæ dialectum propriè dici poſſe. Qvoad originationem vocis כשדים diſcrepant Autores: Aliqvi dictos volunt à כ ſimilitudinis, & voce שדים *dæmones*, ac ſi diceres, *qvaſi dæmonia*, ob præſtigiarum videlicet ſtudium: ita *R. Saadia*, & *Greg. Franz. lex. ſ. §. 264.* Qvorſum facit, qvòd Chaldæi κατ᾽ ἐξοχὴν pro divinatoribus genethliacis poſiti, ut videre eſt apud *Cicer.* lib. 1. de Divin. ſub init. *Strab.* l. 6. *Gell.* lib. 1. c. 9. & lib. 14. c. 1. *Hieron.* in Dan. c. 2. Alii, ut *Junius, Polanus, Hieronym.* in qvæſt. in Geneſ. ab ארפכשד per aphæreſin derivant, qvaſi diceres, *Arphaxadæi*, qvomodo etiam olim appellatos eſſe Chaldæos, notavit *Joſeph.* lib. 1. Antiq. c. 7. At rejectis his laudatus modò B. Majerus *lib. 1. Phil. S. p. 336.* derivat à כֶּשֶׂד filio Nahoris ex Milcâ, cujus ex fratre nepos Aram, unde Chaldææ & Aramææ lingvarum propinqvitas. &c. Atq; ſic etiam *Marcus Marinus* in Arcâ Noæ. A כשדים porrò Chaldæos dici, multi cenſent probabiliter, mutatô S. in L. Cùm verò in hiſce etymologicis parùm emolumenti ſitum ſit, non immorabimur iisdem, uti nec diſtinctioni lingvæ Chaldææ in puriorem, qvalis Eſræ ac Danielis temporibus; & impuriorem, qvalis in Targumim, ſcriptisqve aliis Talmudicis; de qvibus

Chaldai-

Digitized by Google

Chaldaicis paraphraſibus qvi vult, conſulere poterit inter cæteros *Chriſt. Helvicum*, & *Buxtorf.* jun. in exercit. aliosq;. De lingvæ etiam Chaldææ modernô in Oriente uſu, de ejusdem charactere, de dialectis, Babilonicâ, Hieroſolymitanâ, & Syriacâ, vid. *Hotting.* lib. 1. ſmegm. cap. 3. p. 35.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Ætatis teneræ, ſc. ילדים *puerorum ac puellarum* præcipua habenda eſt cura, qvò ceræ recta imprimatur forma, arbor tenella flectatur decenter, eqvus ferociens adſveſiat freno, &c. eaq; ſollicitudo incumbit tùm Præſidibus politicis, tùm eccleſiaſticis, tùm oeconomicis. Faciunt huc ea, qvæ de ſcholis prodita ſunt paſſim à Friſchliniô, Libaviô, Stampeliô, Pfünteliô, Althuſiô, *in Politicis*, Pelargô, Mayfartô *lib. 1. de Acad. c. 1.* Hyperiô *(in Methodo ſtudii Theol. p. 2. ſeq.)* Zepperô *de politiâ eccleſiaſtic. p. 78.* aliisq;.

2. Corporis *formoſitas* haut exiguum Dei donum: in elegante domicilio elegans etiam præſumitur habitare hoſpes, animus. Hinc facies modeſta ac ingenua plus ſæpè commendat, qvàm numeroſæ literæ, & è contrà fœdus aſpectus, velut inauſpicatum qvid, horrorem ſolet incutere. Ita de Macrobiis, qvi Meroën Nili inſulam incolunt, referente *Alex. ab Alex. lib. IV.* Principem, cui parerent, à formæ dignitate elegerunt, nec unqvam deformi obſeqvium præſtiterunt. Sic de Hierone, Ariobarzane, Xerxe, Demetriô, Polyocrate, Titô, Trajanô, à formâ commendabilibus Qviſtorp. *ad h. l.* nec non Eraſm. *Chil. 3. Cent. 3. Adag. 1.* non pauca commemorant. Phyſiognomiæ proin leges non inſuper habendæ, vid. Delrii *Diſq. Mag. p. 582.* & Mey *part. 2. Phyſ. p. 219.*

3. *Delectu ingeniorum* ad officia tùm aulica, tùm in univerſum alia in Rebusp. benè conſtitutis vel maximè eſt opus. Non enim ex qvovis lignô fieri poteſt Mercurius. Ut diſcrepantes in hôc & illô ſubjectô ſunt qvalitates atqve dona, ita diſcrepantes qvoq; animorum propenſiones. Nil verò dextrè invitâ, ut ajunt, Minervâ, prodit.

4. *Nobilitas vera* (ceu h. l. juvenum regii ſangvinis) vel maximè commendatur à nobili mentis morumq; culturâ, qvoniam nobiles ejuſmodi non ſuperciliosè deſpiciunt Literas Literatosq; (uti communiter qvidem fieri ſolet,) ſed à teneris edocti ſunt ſapientiam &c. ut

Digitized by Google

h.l. Daniel. *Non enim in genere, non in famulis, non in torqvibus, non in pompâ; ſed in eruditione & virtute verâ conſiſtit nobilitas*, uti h. l. dicit *Corn. à Lapide*, idemq; exemplô comprobat Philippi Macedonis Alexandrum M. hâc de cauſſâ Ariſtotelis informationi committentis: item Trajani, cujus Præceptor fuit Plutarchus, Scipionis Panætium Philoſophum indeſinenter ſecum etiam in caſtris habentis, Augusti Cæſaris, cujus, ut & Nepotum ipſius ex filiâ Magiſter erat Athenodorus, &c.

5. Nil aulæ ſalubrius copiâ virorum eruditorum, ſimul ac proborum. Non enim morionum, exterive luxûs magiſtrorum, in Chaldaicâ hâc aulâ florebat numerus; ſed juvenum eruditorum potiùs habebatur ſelectus; qvô ipſô multæ Chriſtianorum Principum Regumq; aulæ in ruborem dantur, imò aliqvando damnabuntur, *Matth. XII, 42.* qvippe ubi ſtrenuè helluari, turpiter adulari, artificiosè ſubditorum bonis inſidiari virtutes fermè ſunt præcipuæ.

6. Vita aulica (*ſtare coram Rege*) in ſe illicita hautqvaqvam, ſummis tamen innumeriſq; periculis expoſita: Unde peculiaris in hujusmodi aulicis reqviritur כח *virtus*, ſeu facultas, aut robur. Conf. Althuſii *Polit. p. 248. ſeqq.* Vedel. *de prud. vet. Eccl. p. 154. 169. 177.* Drexel. *tom. 1. opp. fol. 331.* (ubi de aulæ legibus) & *fol. 712.* (ubi de ejusdem dolis, variiſq; artibus:) Crombeccius *de ſtud. perfect. p. 37. ſeq.* ubi de perfectione aulicorum hypocriticâ, qvâ ſepulchra referunt dealbata. &c.

7. Informationem à gentilibus, & ex gentilibus ſuſcipere, in ſe illicitum hautqvaqvam: Aliàs namq; is, qvi tàm religiosè cibos averſabatur gentilium ſuſpectos, non adeò promptè, & citra refragationem admiſiſſet Chaldæorum libros, literas, literarumq; Doctores: idqve jamdudum obſervavit qvoqve *Hieronymus* ad v. 5. hujus cap. *Qvi de menſâ*, inqviens, *Regis, & de vinô potus ejus non vult comedere, ne polluatur, utiqve, ſi ſciret, ipſam ſapientiam atq; doctrinam Baboniorum eſſe peccatum, nunqvam acqvieſceret diſcere, qvod non licebat: diſcunt autem non ut ſeqvantur, ſed ut judicent atq; convincant.* Hæc ille. Plura de lectione uſuqve ſcriptorum ethnicorum, vid. apud Perer. *in Dan. p. 43. ſeqq.* Coch. *Sanhed. p. 395.* Aretium *tom. II. problem. p. 234. b.* Jac. Godofred. *Exerc. ſacr. p. 1. ſeqq.* Rivet. *ad Pſ. LVI, & in Exod. p. 47. ſeqq.* (ubi de Moſe ſapientiam Ægyptiorum addiſcente,) Voëtium *tom. II. diſp. ſelect. p. 605.* Dallæum *de Pſeudep.*

Apoſtol.

Digitized by Google

[illegible] Joh. Ca[illegible]
[illegible] & Gerhard. [illegible] conf. Carol[illegible]
[illegible] præſidii pro ſpontaneâ Ebræorum ad Jeſu[illegible]
[illegible]gatione, non ſine [illegible] ſollicitudo[illegible]
[illegible] à Brodenbachiô Detect. [illegible] v. 41. Sa[illegible]
[illegible] hac materia Jenæ habita anno 1612. Martyre

[illegible]orum ad Regem terræ apparatu fuit opus,
[illegible] erit ſtudiô appropinqvandum Regi cœlo-
[illegible] hunc irrumpere (in [illegible] ſacrorumqve
[illegible]eres qvidem comparere coram virô hono-
[illegible] principali, [illegible] &c.
[illegible]d ex hôc lingvæ Chaldææ Regiq; vernaculæ
[illegible] Regiq; Regum appropriatam volunt ex-
[illegible] ſacris aliô utendum ſit idiomate, qvâ in
[illegible] videre eſt apud ipſos, qvando ſacra vetant
[illegible], Latinam reqvirentes. Conf. Bellarm. *lib.*
[illegible] operibus Eccleſiæ, fol. 205. Caſaub. *Exerc. y. n. 3.*
[illegible]acut. *tom. II. Orig. Eccleſ. fol. 396.*

[illegible]

[illegible] *annonam per ſingulos dies.*) Poſt cu- VERS. V.
[illegible]m corporis qvotidianum pabulum, ubi
[illegible]et, (2) Modus, *determinavit*, (3) Obje-
[illegible], *demenſum ſc. ſingulorum dierum*, tum
[illegible] alimento per omnia ſimile. (4) Duratio,
[illegible] Conſeqvens, miniſteratio in conſpectu
[illegible] *determinavit, conſtituit*, (à [illegible] *numeravit*
[illegible] liberalitas, tum in præcipiendo pondus ac
[illegible] ſolertia. Itaqve verbum hoc pie-
[illegible] ac ſecundùm *numeras* velut conſti-
[illegible] ad abſorbendum Jonam, *Jon. II, 1.* cu-
[illegible]; *v. 7.* ventum orientalem, *v. 8.* Atq; ſic
[illegible] demenſi, item mox *v. 10. & 11.* Porrò
[illegible] Vulgatus *annonam* vocat, Hebraicè dicitur
[illegible] *rei diei in die ipſius*; h. e. ordina-
[illegible] ſingulis reſponderent diebus; qvæ ipſa

F 3 phraſis

phraſis adhibetur etiam *Exod. V, 13.* perficite opera veſtra, דבר יום ביומו *v. 19.* Non minuetis de lateribus, דבר יום ב׳ *c. XVI, 4.* Egredietur populus, colligetq; דבר יום ביומו *Levit. XIII, 37.* ut offeratis oblationem ignitam דבר יום ב׳ *1. Reg. VIII, 59.* ut faciat (Deus) judicium ſervi ſui, & populi ſui, ד׳יו׳ב׳יו׳ *2. Reg. XXV, 30.* Portio ejus (Jojachin è carcere liberati) dabatur ei à Rege דבר יום ב׳יו׳ cunctis diebus vitæ ipſius. Conf. *Eſr. III, 4. c. XI, 23. c. XII, 47. Jer. LII, 34.*

דבר Adeoq; דבר non verbum, ſed *rem* verbis enunciabilem h. l. deſignat.

מִפַּת־בַּג הַמֶּלֶךְ *De cibis ſuis.*

Vel ſecundùm Junium, *ex portione cibi regis.* Nimirum non cibo vulgari, vel aulicis reliqvis diſtribui ſolitô debebant hi nutriri, utpote qvi nonnunqvam fœtidus, malè paratus, aut valetudini alioqvin parùm commodus eſſe ſolet; verùm ex iisdem ferculis, qvæ ipſimet proponebantur Regi, demenda erat certa portio pro juvenibus his, vel patinæ è menſâ regiâ nunc reportatæ alumnis his debebant porrigi, ut illinc citra formoſitatis valetudinisqve diſpendium ſuam ſedarent famem. Notanda autem hîc alimenti regii peculiaris deſcriptio,

פת comprehenſa voce geminâ, qvarum prior פַּת (à פתת fregit *Lev. II, 6.*) fragmentum propriè denotat, communiterqve de fruſtô panis legitur, *Gen. XVIII, 5. Judic. XIX, 5. 1. Sam. II, 36. c. XXVIII, 22. 1. Reg. XVII, 11. Prov. XXVIII, 21.* qvale intingitur aceto, *Ruth. II, 14.* aut ſiccum editur, *Prov. XVII, 1.* aut qvale datur agnæ, *2. Sam. XII, 3.*

בג Altera autem בַּג idem eſt, notante R. Nathane, & Kimchiô *in Lex.* ac מאכל *cibus*, legiturq; *Ezech. XXV, 7.* dabo te (ô Ammon) לְבַג in cibum gentibus, & excindam te è populô; & præterea non niſi in Daniele *c. I, 8. 13. 15. 16. & c. XI, 26.* Et comedentes פַּת בָּגוֹ *bucellam eſcæ ejus*, conterent eum &c. Conf. ſi lubet *Dieu* h. l. de Syrô פטבגא qvâ voce epulas deſignant lautas. *Grotius* פת בג idem eſſe cenſet ac *ποτίβασις*, qvod eſt panis genus in oriente, ut ex *Dinon. 3. Perſicor.* refert *Athenæus* l. 2. Senſus proinde eſt, de portione cibi regii ſuccidendum ſemper, qvod in eſcam cedat nobilibus hiſce juvenibus opiparè delicatèq; nutriendis.

וּמִיֵּין מִשְׁתָּיו *Et de vino, unde bibebat ipſe.*

De verbô ad verbum ſecundùm Junium: *Et ex vinô potionum ejus*; Noſtri homines dicerent: von ſeinem Mundweine / qvô ipſô ſingularis

Digitized by Google

[illegible] verùm ejusdem planè pretii, & ex eo [illegible] cætera eô fine, ut [illegible] qvotidiè ederent, ac biberent, tantò im[illegible] adveſcerent; ut deliciis his etiam [illegible] de Chaldæorum regimine ſentirent, [illegible] Judæorum concaptivorũ aliorũ condit[illegible] [illegible] ac tandem penitùs abominarentur. Qvan[illegible] alias communiter ferè [illegible]ivium denotet, hìc [illegible] bibi) ſolùm accipi evidens eſt è Verſ. [illegible] de vino [illegible] באר׳ pretioſiſſimò & condi[illegible], melle & pipere parari ſolet) & ex [illegible]

[illegible] וּלְגַדְּלָם שָׁנִים [illegible]

[illegible] annis.) Hebr. ולגדלם & ad educandum [illegible] qvaſi fierent גדולים magni, id nam[illegible] v. g. 2. Reg. X, 6. filii regis erant apud [illegible] educantes ipſos. Jon. IV, 10. (herbam) [illegible] &c. item magnum fecit, ſive realiter, qvo[illegible] fecit Joſuam, Joſ. IV, 14. & nomen Abra[illegible] [illegible] Haſverus Hamanem Eſth. III, 1. &c. ſive ver[illegible] [illegible]dicavit, v. g. Deum, Pſ. XXXIV, 4. &c. [illegible] innuitur, & [illegible] reſtricta ad [illegible], qvod implantandum erat; radi[illegible] tantò meliùs hi advenæ adſveſ[illegible] [illegible] Sancti) ad Chaldæi Regionis [illegible] [illegible] doctrinam, non habitum, [illegible] geniuſſet. Qvoad con[illegible] [illegible] copula [illegible] infinito [illegible] Vendit id [illegible] [illegible] eis de ci[illegible] [illegible] annis.

[illegible] וּמִקְצָתָם יַעַמְדוּ [illegible]

[illegible] conſpectu Regis.) Vel ſecundùm [illegible] Repeti hìc poſſunt, qvæ dicta jam ſunt

Digitized by Google

tam [illegible] voce [illegible] a ſilio, v. 2. partim [illegible] regis, vel in regis palatio, verſ. 4.

Poriſmata ex Verſ. V.

1. Satanæ mundiq; aſtu multorum animi *lautitiis cibi potusq;* vel *voluptatibus* in genere, adeò ineſcantur, ut paulatim veræ religionis fratrumq; pertæſi, ea ſolùm magnifaciant, quæ ſplendidum [illegible] delicatumqve conciliant vivendi genus.

2. Arcanum qvandoq; Principum eſt inſtitutum, exterorum [illegible] dè ſenſimq; ſibi devinctorum fide perfidiam domeſticorum fortiùs cohibere. Qvorſum pertinet Germanorum in aulis Galliæ, Pontificis, aliisq; veneratio.

3. Regium eſt, *ſtudioſis ſapientiæ* proſpicere de victu commodo, necnon de cæteris ſolidæ eruditionis reqviſitis. Neceſſitas hoc exigit, ex parte tùm alumnorum, ubi bonæ mentes penuriâ ſæpiùs deprimuntur, ne emergere qveant, utut aliàs optimè ac cum laude poſſent, (uti h. l. in captivis videre eſt juvenibus,) tùm ipſorum Principum, ut qvi idoneis opus habent ſubjectis, ad officia tùm ſacra, tùm politica, per provinciam dextrè adminiſtranda. Honorificum hoc eſt tùm apud exteros, tùm poſteros, &c.

4. *Alimentorum* apud eos, qvi operantur ſapientiæ, non adeò ſeponenda eſt ratio: Cibi craſſi potusq; illaudabilis vix ſpiritus generabunt ſubtiliores. Ubi multi ob labores capitis abſumuntur ſpiritus, minusq; caloris ad concoqvendum, digerendumq; ventriculo relinqvitur, ibi neceſſariò ex lege Medicorum ſuccurrendum eſt [illegible] alimentis conducibilibus, qvorſum vini uſus moderatus à Paulo [illegible] 1. *Tim.* V, 23. Qvanqvam ſi hæc non ſemper adſint, ſolari nos meritò debeat Danielis ſociorumq; ſpontanea frugalitas, à Deo evidenter benedicta, ut mox ſeqvetur.

5. *Dimenſum* cibi moneat nos demenſi laborum: qvi non vult laborare, non debet manducare, 2. *Theſſ.* III, 10.

6. *Triennium* [illegible] definitum moneat nos, in unoqvoq; ſtudiò temporis inſumendi, ne deſultoriè res noſtras [illegible], tempus deſtinatum inutiliter abſumamus, ad [illegible] impendamus, nedum jam attigiſſe nos ante tempus præſumamus, [illegible] *καιρὸν*, a jebit [illegible] ingemiſcendum poſteà [illegible]: *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!*

7. Studia

7. Studia ad certum ſcopum (ceu h.l. *ut ſtarent coram rege*) tempeſtivè debent collimare, ne eveniat ſecundùm illud vulgare: *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.*

8. Si per triennium exuendus adeò fuit homo Ebræus, antequam regi miniſtraret Chaldæo, qvantò magis exuendus erit homo terrenus, anteqvam Regi inſerviat cœlorum. Huc oblivio domûs paternæ, *Pſal.* XLV, 11. raſio captivæ, *Devt.* XXXI, 12. abnegatio ſui ipſius, *Matth.* XVI, 24. &c.

וַיְהִי בָהֶם מִבְּנֵי יְהוּדָה׃

Fuerunt ergò inter eos de filiis Judæ.) Hactenus mandatum ſive regia inſtructio: nunc ejusdem ſuccedit qvoqve *executio*. Et qvidem, qvoad perſonas, videmus ex Iſraëlitis ſelectas fuiſſe multas; id namq; vult vocula בהם in eis; Vel, *inter eos*, putà captivos, ſecundùm *R. Saadiam*, vel potiùs inter juvenes ſeligendos, v. 3. 4. è qvorum numero hic ſaltim qvatuor pronunciantur, tanqvam egregii ac præ cæteris eximii. Qvi verò fuerint reliqvi *de filiis Iſraël*, qvorum meminit v. 3. non exprimitur nominetenus. Solùm namq; producuntur aliqvi, qvi fuerunt *ex tribu Judæ*, inqve his Judæis, non niſi qvatuor nominibus ſuis deſignantur, utpote celebres per totum regnum poſthac facti, inqve ſcenâ hâc primarias ſuſtinentes perſonas. Modeſtiam verò ſimul hìc aliqvi (ut *Calvinus*) conjiciunt, qvòd cùm ex illuſtri familiâ fuerit progenitus Daniel cum ſociis, noluerit tamen illud hìc extollere, eò qvòd captivus fuerit, contentus eô, dixiſſe ſe de tribu Juda. VERS. VI.

דָּנִיֵּאל *Daniel.*

De hujus nomine & perſonâ ſuperiùs. Ita verò nomen ſuum ſcriptores ſacri ponere conſveverunt, qvando utendum erat pronomine primæ perſonæ *ego*, ceu videre eſt in Moſe, Joſuâ, Davide, ſive ex humilitate, cùm faſtuoſum qvandoq; videatur, tali de ſe loqvi pronomine, (vid. qvæ habet D. Danhavver. *in Diſp. Decalog.* ad verba: *Ego ſum Dominus Deus tuus* &c.) ſive ob meliorem hiſtoriæ evidentiam, ſive uſu lingvæ. Vid. Glaſſ. *Lib.* III. *Philol. S. tract.* II. *Can.* VIII.

חֲנַנְיָה *Ananias.*

Vel ſecundùm Ebraicas literas *Chananja*, qvod nomen deductum à R. חנן *gratioſus fuit, gratiam contulit, miſertus fuit*, & ex

 nomine

[illegible] proindeq; eum denotat, cujus Deus peculiariter miſertus eſt; vel indefinitè ſignificat: *Gratiam exhibuit Deus*, ſive parentibus, eô ipſô, dum filium dedit, vel alterius etiam beneficii fecit compotes; ſive filio ſic nuncupato. Nominis hujus reperiuntur plures, v.g. Pſeudopropheta *Jer.* XXVIII, 1.16. filius Serubabelis *1. Paral.* III, 19. item in N.T. Hypocrita ille, cujus fit mentio *Actor.* V, 1. alius vir pius ad Paulum ablegatus *Actor.* IX, 10. ſeqq. ut taceamus alios *cap.* XXIV, 1. *Eſr.* X, 28. *Neh.* III, 8.23.30. *c.* VII, 2. *c.* X, 23. *c.* XII, 16. & 41.

מִישָׁאֵל *Miſaël.*

Hoc eſt, ſecundùm Polanum, *is, qvi eſt Dei fortis*, à vocula שׁ fuit, vel extitit, & אֵל Deus, vel ſecundùm Saadiam, *qvem expetiit mater ejus à Deô*; vel *qvis poſtulans*, ſecundùm Franzii Lexicon, n. CVI. Fuit hujus nominis pronepos qvidam Levi, *Exod.* VI, 22. item Levita alius, *Neh.* VIII, 5.

וַעֲזַרְיָה *Et Azaria.*

Hoc eſt, *auxiliatus eſt Deus*: ab עזר auxilium tulit, & יה Deus. Inſignitus fuit hôcce nomine Rex Judæ Uſias, *2. Reg. XIV, 21. 2. Paral. XXVI, 1.* item Propheta qvidam, *2. Par. XXV, 1. ſeqq.* ſummus Sacerdos, *c. XXVI, 17. c. XXXI, 10.* aliiq; plures, *Eſr. II, 1. 13. Neh. III, 23. c. VII, 7. c. VIII, 7. c. VIII, 8. c. X, 2. c. XII, 33.*

וַיָּשֶׂם לָהֶם שַׂר הַסָּרִיסִים שֵׁמוֹת:

VERSUS VII. *Et impoſuit eis Præpoſitus eunuchorum nomina.*) More ſcil. Barbaris receptô, qvi nomina mutârunt illis, qvos peculiari ratione ſuo addixerunt vel obſeqvio vel ſervitio: qvod non ſine omine, certâq; ſignificatione factum, annotante Druſiô *lib. XII. obſ. c. III.* ubi de Eſtherâ, dictâ etiam Hadaſſâ. Ita Chyſoſtom. *tom. V. opp. fol. 286.* de dominis refert, ipſos nominibus pro arbitriô impoſitis ſervos emptitios in ſignum tranſlati dominii diſtinxiſſe. Ita conſtat, externis qvos urbe donabant mutaſſe nomen Romanos. Qvorſùm pertinet, qvòd nominum impoſitio fuerit imperii herilis teſtimonium, ceu videre eſt ex ipſô Adamô *Gen. II, 19.20.* in Pharaone, Joſephum vocante Saphnat panea, *c. XLI, 45.* in Moſe, famulum Hoſeam vocante Joſuam, *Num. XIII, 17.* in Pharaone Necho, Eliakimum appellante Jojakimum *2. Reg. XXIII, 34.* in Rege Babel, Madaniam dicente Zidekiam,

c. XXIV,

[illegible] quoque tanqvam Præceptor mutabat no-
[illegible]omonis, 2. Sam. XII, 25. & Chriſtus diſcipulorum
[illegible] Joh. I, 42. Præter hanc autem novæ poteſtatis te-
[illegible] ſunt etiam aliæ aſſignari cauſſæ nominum mutato-
[illegible] juvenes hi cum nomenclatione veteri, cui ab incuna-
[illegible] quoq; exuerent qvodammodo naturam,
[illegible]ibus, novo aſſveſierent vitæ generi ac moribus,
[illegible]. nominibus incluſa, aboleretur penitùs, de-
[illegible]aretur æſtimium, ut Chaldæorum aulicorum er-
[illegible]otica declinaretur faſtidium, (horrori namq; eſſe
[illegible] gentilibus nomen Dei veri, à qvo hi juvenes de-
[illegible] fieret pronuntiatio, cùm Ebræorum for-
[illegible]erint moleſtiora, ut novi cives Chaldæi novis
[illegible] familiaribus venirent nominibus, &c. Plura de no-
[illegible] vel à Deo, vel à prophetis, piisq; viris, vel
à [illegible], latiùs tractavit, digeſſitq; Glaſſius *lib. IV. Phi-
lol.* [illegible] XIV.

· וַיָּשֶׂם לְדָנִיֵּאל בֵּלְטְשַׁאצַּר [illegible]

[illegible] *ſar.*) In Ebræô repetitur verbum, *& impoſuit* [illegible], quod ex antecedentibus facilè ſuppletur. *Belſazer* [illegible] poſita ex בֵּל qvod Dei Babiloniorum nomen, [illegible], contractum, occurrens *Eſa.* XL, 1. & ex לט [illegible] *aperire,*) vel potiùs מָשַׁךְ *delituit, adſerva-* [illegible] *occultavit,*) & אָצַר *theſaurizavit.* Adeoq; idem [illegible] *Beli index & cuſtos,* fermè ut Joſeph vocabatur [illegible], i. e. occulta revelans, *Gen.* XL, *1. 45.* vid. Franz. [illegible] reddit: Condus promus, aut μύστης ſeu ſacerdos [illegible]: Beli theſauri, aut Beli arcana & occulta. [illegible] nomine ipſum & Babilon. Monarcham poſt- [illegible] patet ex *c.* V, *1. ſeq.* qvanqvam illic deſit litera [illegible] conjectura *Epiphanii* in vitâ Danielis, qvem [illegible] non *Corn. à Lap.* Danieli hoc impoſitum [illegible], ob nomenclaturam filii ſui unigeniti [illegible] ipſo impingit, cùm Balthaſar Nebucad- [illegible] fuerit, fatentibus etiam nonnullis Papi- [illegible], cur Danieli & filio regio non idem fue-

rit à Rege datum nomen, neq; Daniel etiam cohæres illi ſic conſtitutus, contra *Epiph.* & *Dorotheum* adducit Sanctius *ad c. IV. 5.*

וְלַחֲנַנְיָה שַׁדְרַךְ: *Ananiæ Sidrach.*

Sadrach. Ebræum שדרך qvod aliqvibus eſt *mammilla trita*, à שד & דרך; aliis *mammilla tenera*, à שד & רך, aliis *Legatus*, qvi דרך viæ, vel *itineribus* adhibetur: commodiùs referri videtur ad רך *ſolis* nomen apud Chaldæos ita freqventatum, aut ad שד Dæmon, qvomodo *Grotius* accipit *pro Dæmone leni*: vel ad שרא *fundere*, *ejaculari*, *volare*: Vel deſcendit ex שדר *miſit*, & רך Rex, ut idem ſit ac *Legatus regius*. Atqve ſic ſcholia Syriaca, qvæ Romæ extant in Bibliothecâ Vaticanâ & Mediceâ, *miſſilis*, qvi hûc illûc ad negotia mittebatur. Vinar. ein Geſandte. Belgæ der Einflüſſung kriegte vom Könige der Planeten i. e. von der Sonnen.

וּלְמִישָׁאֵל מֵישַׁךְ *Miſaëli Miſach.*

Meſach. Ebr. מישך h.e. *aqvas* (מים) *ſepiens*, à שוך *ſepire*, vel *aqvas trahens*, *prolongans*, à משך *protraxit*; vel ſecundùm Junium, Polanum ac Belgas; *qvi eſt Deæ feſtivæ*, h.e. *Veneris*. Chaldæum namq; eſt שכא, unde Seſach, *Jerem.* XXV, 26. c. LI, 41. ita & Grotius. Scholia Syriaca modo citata: *Menſor terræ vel agri*. Vinar. ein fürtrefflicher oder köſtlicher. Vide ſi lubet Glaſſium *l. IV. Philol. S. tr. 3. obſerv. 14.*

וְלַעֲזַרְיָה עֲבֵד נְגוֹ: *Et Azariæ Abidenago.*

Abednego Ebr. עבד נגו idem eſt, ac *ſervus ignis ſplendentis*, vel *colens ignem*, ab עבד *coluit*, & נגה *ſplendor*, & qvandoq; κατ' ἐξοχὴν ſtella Veneris præ cæteris ſtellis ſplendidiſſima. R. Saadia *Abednego* putat dici pro *Abednebo*, ut Nebo ſit nomen idoli. Grotius: *Servus Luciferi*, נגו enim idem ac נוגה in Chaldæô *Eſth.* X, 3. & *Joſ.* XIV, 11. Vide etiam Franzii *Lexic. n. 916.* Scholia Syriaca, qvorum meminimus aliqvoties ex *Corn. à Lapide*, exponunt: *Servus, qvi ingreditur & egreditur coram Rege*, h.e. cubicularius, aut intimus regis. Alii exponunt: *Præpoſitus modo coqvendi*, vel *ciborum præcipuorum regis*. Verùm poſterius hoc cum inſtructione in ſapientiâ omnigenâ ad hanc culinæ præfecturam parùm qvadrat. Non alienum verò eſt, qvod colligunt hîc nonnulli, loco nominis Dei veri, in qvod priora nomina deſinebant (Daniel, Miſael, Anania, Aſaria) inſerta fuiſſe deaſtrorum novorum nomina hiſce juvenum appellationibus, qvalia fuêre Bel; Sol, Schacha, (terra) & ignis, ut hac ratione vi nominum novis his

[illegible] dificati, quodammodo cognoſcuntur. Qvam-
quam [illegible] juvenum fidelium permovere potuerit hautqva-
quam [illegible] Dei veri antiquâ. Plura de Chaldæorum Numini-
bus, [illegible] Solo, & Lunâ, igne & terrâ, ex Herodot. *lib. 1.*
[illegible] terrâ à Babiloniis ſub titulô Schacha, à Syris
[illegible] cultâ ſuppeditabit h. l. *Junius*, uti etiam ad
[illegible] ad Cteſiam *lib.* II. *Perſicor.* apud Athenæum *lib.*
XIV. [illegible] provocat, Schacham loco terræ fuiſſe cul-
[illegible]

[illegible]mata ex Verſ. VI. & VII.

[illegible] beneficium aliqvod ſelecti vel admiſſi paribus
[illegible] h. l. non omnes è Judæis ſegregati fuerunt
[illegible] ita in Eccleſiâ qvoqve Dei multi qvidem vo-
[illegible] *Matth.* XX, 16. &c.
[illegible] memorialia Dei noſtri, qvo cum fœdus iniimus
[illegible] h. l. in unoqvoqve Juvenum Judaicorum nomine
[illegible] nomen אל aut יה, ut proinde nos hodie au-
[illegible] li, meminerimus ſemper Dei noſtri, cui tunc
[illegible] fidem.
[illegible] Chriſtianæ mentis conjicitur ex nimiâ nomi-
[illegible] ratione, qvando Hectores, Achilles, Hercules,
[illegible] Julios multi malunt audiri liberos, qvàm Paulos,
[illegible] &c. contra qvos Concilium Nicænum *in Ca-*
[illegible] *editis*, n. XXX. *Ut fideles nomina gentilium*
[illegible] *ſed potiùs omnis natio ſuis nominibus utatur,*
[illegible] *Chriſtianorum in Baptiſmô ſecundùm ſcripturas.* Id
[illegible] Italia, teſtantur nomina Herculis, in Gonza-
[illegible] familia, item Hippolyti, Aldobrandini, Camil-
[illegible] Qvod ipſum excuſare qvidem conatur Tur-
[illegible] tatus tamen à Pererio aliisq;. Plura
[illegible] de nomine tùm Dei, tùm creaturarum, an
[illegible] ? de populis Atlantibus, qvi nullis no-
[illegible] vehebantur, de Adamô rebus creatis
[illegible] miſſis à Patronô noviter denominatis,
[illegible] imponentium nomina, de Puritanis in
[illegible] teri, qvàm Novô Teſt. nomina petenti-

bus, ſcolaſticè tractat Montacutius *lib. 1. Orig. Eccleſ. ... fol. 106.* De mutatis nominibus in ſcripturâ ſacrâ, *librum eruditum ſanè atq; elegantem,* (cenſente ſic Montacutio, *fol. 106.*) edidit Philo: Inſuper de nominis impoſitione legi poterit Aretius *tom. 1. Probl. p. 571.* Alſted. *Lex. Theol. p. 316.* Rivetus *tom. II. Catholici Orthodoxi tract. III. qvæſt. 8* Filleſaccus *lib. 1. ſelector. c. 3.* D. Kœnig. *Caſ. Conſc.* VIII. *de Baptiſmô p. 236. ſeq.* qvi ultimus Autor, ante Chryſoſt. tempora nominum impoſitionem in Baptiſmô factam haut qvaqvam cenſet probabilem.

4. Balthaſaris nomen illicitum Chriſtianis non eſt, uti qvidem Miniſter qvidam Genevenſis indere id filiolo recuſabat, teſte Bezâ *in vitâ Calvini*, cujus etiam ſententiæ eſt Druſius *ad Hoſ. II, 18.* nec non *ad lib. II. Sulpit. p. 198.* Ita etiam *Conſtitutio Eccleſiaſt. Genevenſ. §. 41.* diſertè abrogata vult nomina Claudii, trium Regum putatitiorum, (inter qvæ & Balthaſar) Angeli, Baptiſtæ, Lupæ, Porcæ, &c. Licèt namq; nomen בל aut בעל tunc temporis per abuſum idolis fuerit tributum, idem tamen abuſus infringere haut poteſt uſum ſignificatumq; verum, qvo בל *Dominum* deſignat. Adeoq; *theſaurarius Domini* ſalvâ conſcientiâ nominari Chriſtianus poteſt, ut qvi theſaurum geſtat in vaſe fictili *2. Cor.* IV, 7. Tacemus cauſas alias, qvæ ne nomina qvidem Apoſtolorum, ſanctorumq; aliorum licita nunc nobis evincerent, ſi ab abuſu argumentum ducere liceret, utpote cùm nomina illa in Papatu deformata fuerint in meros deos tutelares.

5. Parùm Chriſtiana eſt nominis baptiſmalis cum novô commutatio, qvando qvis ad thronum evehitur Papalem, cucullumve induit Monachalem; qvam mutationem defendere qvidem ac colorare h. l. nititur *Cornel. à Lap.* aliiqve; verùm invitâ veritate. Aliud namq; eſt nominis mutatio facta à ſupremô Dominô, aliud qvam tentat ipſe ſervulus Dominô inconſultô: aliud eſt novi nominis certâ de cauſſâ ſuperadditio, aliud veteris baptiſmalis omnimoda abrogatio, qvæ tamen citra injuriam fœderis baptiſmalis fieri hautqvaqvam poteſt, cùm hôc modô dominium vetus qvodammodo abnegetur, tabulæ civium cœleſtium corrigantur, &c. Hinc meritò Rich. Montacutius *l. c. f. 113.* reprehendit *eum, qvi in baptiſmô Joſephus vocabatur, ſi profiteatur in Soc. Jeſu, Arthurum demum appellari, non Joſephum, qvaſi aliqvam vitæ profeſſionem Chriſtianiſmo excellentiorem, & perfectiorem inveniſſet. Qvaſi nomen dare ſocietati, majori merito commendet eum,*

qvam

[illegible] (pergit) *[illegible] in pro* [illegible] *aſſumunt, ſed illo rejectô, & ab-* [illegible] *adhæreſcunt*. Ibid. *fol. 114.* refutat ra- [illegible] pro mutatione nominis Pontificalis, ac ſi ea [illegible] capiat, qvòd Papæ ad vitam aſſumantur per- [illegible] &c. cùm tamen Petro mutatum nomen ante [illegible] Papalis haut perfectiſſima, cùm hâc ratione [illegible] nomina ad tale S. officium admotis, [illegible] tamen haud factum &c. Unde Bellarmini avuncu- [illegible], qvi Cardinalibus, ut nomen pro more mu- [illegible] reſpondit: *Marcellus eram, Marcellus ero, nec no-* [illegible] *meos Pontificatus.* Plura de variatione no- [illegible] etiam D. Glaſſius *lib. IV. Philol. ſacr. p. [illegible]*

[illegible] Petrini mutatione à Salvatore factâ, infirmum [illegible] à Bellarmino, notavit inter cæteros [illegible] II. *Bibl. S. fol. 146.*

[illegible] imponi ab adverſariis ſatis horrida, v. g. Ubi- [illegible], &c. ne feramus ægrè, cùm illud impedire [illegible] ut Daniel ſociiq; avertere haut qviverunt, hanc [illegible] novorum injunctionem. Faciunt pro nobis, [illegible] habent Apologeticis de Chriſtianorum exo- [illegible] Athenagoras *in leg. pro Chriſtianis ad M. Anton.* & [illegible], Juſtinus, aliiqve. Ita Juſtinus hic [illegible] *Nominis, ait, appellatione neq; bonum* [illegible] *ſub nomen ipſum cadentibus judica-* [illegible] *cuiqvam, neq; pœna rectè de-* [illegible] *per pravitatem factum eſſe ab* [illegible]

[illegible] orum &c.) [illegible] ciem, adeò, ut intume- [illegible] gradusq; hîc, aliud ratione abuſûs [illegible] bant nonnulli Reformati ac fanatici: hunc [illegible] hîc Oecolampadius: *Viderint, qvi ex* [illegible] *glorientur, ac intumeſcunt, qvod non* [illegible] *in illis peccatum eſſe aſſeram, abſit. Ita* [illegible] *poſtulat, ut inter diſcipulos Doctoresq;*

diſcrimen

Digitized by Google

diſcrimen ſit, & publica autoritatis teſtimoniô qvidam commendentur, ſed fiduciam illam in noſtris viribus, vana gloriæ aucupium, turgidumq; faſtum Diabolica Babilonicaq; vitia eſſe, oſtenderim.

וַיָּשֶׂם דָּנִיֵּאל עַל־לִבּוֹ

VERSUS VIII.

Propoſuit autem Daniel in corde ſuo.) Vidimus hucusq; perſonarum ſelectarum novam nomenclaturam; ſeqvitur nunc earundem *alimentum*, ita qvidem, ut exprimatur *tùm* Danielis propoſitum intus conceptum, *tùm* Præfecto etiam expoſitum. (1) *Proponens* ſolùm nominatur *Daniel*, fortè qvia hic reliqvis religioſior, primusq; ad idem ſecum ſuſtinendum ſociis ſuis autor fuit atq; ſvaſor. Ita Jacchiades: *Qvia Daniel reliqvis omnibus erat perfectior, ipſeq; rei fuit autor, & ejus ſocii ab eô perſvaſi fuerunt, ideò primum ei ſoli hoc opus aſcribitur, poſteà autem ipſi unà cum ſociis.* (2) *Modus proponendi* eſt in phraſi:

Ponere ſuper Cor.

Poſuit ſuper Cor ſuum, h.e. bonum in corde ſuô motum ſenſit, eundem porrò piè meditando fovit, indiesq; in hôc ſeipſum confirmavit. Sic namq; phraſin hanc deprehendimus de ſeriâ rei expenſione, æſtimiôq; uſurpari Eſa. XLII, 25. *Inflammavit illum, & non cognovit, ſuccendit que eum, neq; poſuit ſuper cor.* cap. LVII, 1. *Juſtus perit, & nemo eſt, qvi ponat ſuper cor.* c. XLVII, 7. *Adeò, ut non poſueris hæc ſuper cor tuum, neqve recordata fueris noviſſimi tui.* c. LVII. 11. *Non es mei recordata, neq; poſuiſti ſuper cor tuum.* Jerem. XII, 11. *Deſolata erit omnis terra hæc, qvia non eſt qvisqvam ponens ſuper cor.* Mal. II, 2. *Niſi audiveritis, & niſi poſueritis ſuper cor, ut detis gloriam, &c.* Proindeq; ſicut aliàs *ponere cor ad aliqvem*, eſt ejus curam gerere, inſigniter illius cauſſâ affici, (v.g. 2.Sam. XVIII, 3. *ſi nos fugerimus, ſi media pars noſtra fuerit interempta,* לֹא יָשִׂימוּ אֵלֵינוּ לֵב *non ponent ad nos cor*, h.e. non æſtimabunt.) ita *ponere aliqvid ſuper cor*, eſt, illud jugiter, inſtar oneris cordi impoſiti ſentire, indeſinenter illud contemplari, perpendere, ſollicitum eſſe, &c. Ex qvô ipſô facilè colligitur religioſus Danielis animus, tantâ cum curâ ſtudioq; negotium hoc conſcientiam concernens tractando.

אֲשֶׁר לֹא־יִתְגָּאַל בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ

Ne pollueretur de menſâ regis.) Eſt hoc (3) *propoſiti objectum*, nolle contaminari pabulô illicitô, contaminatione ſc. non phyſicâ, ſed Leviticâ, qvâ pro impurô habebatur is, atq; ab expediundis negotiis

Digitized by Google

[illegible] qvi cibos
[illegible] ad minimum diei,
[illegible] prius. In Ebræo Pronomen אשר, *qvi*, אשר
[illegible] ut 3 fermè ut apud Latinos qvoq; vocula
[illegible] modò Conjunctionis ſuſtinet vices. Vide
[illegible] pro *ut*, *Coh. VII*, 21. *Eſth. II*, 10. Verbum
[illegible] *redimere*, *vindicare*, in Pihel, Pual, Ni- גאל
[illegible] ſignificationem mutuò velut accipit, à voce
[illegible] *faſtidio fuit*, adeoq; eſt contaminari ſive
[illegible] v.g. [illegible] 7 [illegible] *tis ſuper altare meum cibum*
[illegible] *in qvo* [illegible] *polluimus te?* v. 12. *cum di-*
[illegible] *polluta*, Zeph. III, 1. *Væ fœdata* [illegible]
[illegible] 3. *Manus veſtræ* נגאלו *pollutæ ſunt ſangvi-*
[illegible] *ſangvis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia*
[illegible] *polluam*, Thren. IV, 14. [illegible] *Polluti ſunt*
[illegible] *dentes contingere veſtimenta eorum*. Eſr. II,
[illegible] *& impurorum inſtar remoti ſunt à Sacer-*
[illegible] genealogiarum.) E qvâ inductione facilè præ-
[illegible] Danielem ſc. ſollicitè caviſſe, ne יתגאל
[illegible] (reciprocum namq; ſenſum hunc exigit conju-
[illegible] cibi potiſsqve in Lege Dei prohibiti, ut ſunt cer-
[illegible] piſcium genera, certæ itidem animalium
[illegible] &c. Qvâ de re *Exod.* XXI, 28. c. XXII, 31.
[illegible] 4. *ſeq.* c. XVII, 10. 13. c. XIX, 26. c. XX, 25.
[illegible] cibis immundis abſtinentiam vide ſis *Ezech.*
[illegible] XII, 2. De voce פתבג cibus, dictum *verſu*
[illegible] abſtinentiæ hujus Danieliticæ afferuntur tùm in-
[illegible] Judæorum cum gentilibus menſâ, *Act.* X. 18.
[illegible] periculum immiſtæ carnis ſuillæ, lepori-
[illegible] inter delicias relatæ freqventatæq;,
[illegible] ſi vitiô aliqvô, vel impuritate labo-
[illegible] debantur, *Exod.* XXII, 31. tùm qvia multi
[illegible] menſâ apponerentur, idolis conſecra-
[illegible] erant reſidui, qvâ ratione in *Alcora-*
[illegible] eſu interdicitur: qvod
[illegible] Deo, ideò videlicet, qvia Orien-
[illegible] Deo vel idolo ſuo

ſe ea nuncupare teſtabantur; tùm qvia à Juventute [illegible] peculiare adverſus ejusmodi immunda inſtillatum erat, qvo obſonia qvoqve gentilium horrebant, atqve ne intueri qvidem ſuſtinebant; tùm qvia delicata ejusmodi edulia fortiùs ad mollitiem, voluptatumq; ſtudium juvenes hos ſapientiæ deditos exſtimulâſſent; tùm qvia hôc modô ſcandalum apud infirmiores Iſraëlitas fuiſſet ortum, ac ſi juvenes regii religionem patriam, moresq; Moſaicos jam abjurâſſent.

וּבְיֵין מִשְׁתָּיו *Neq; de vino potûs ejus.*

Sine dubiô, qvia vel Phyſicè hoc nimis erat calidum, ſtudiisq; intenſioribus parum idoneum: Vel, qvia Ethicè ad laſciviam moresq; diſſolutos invitare potuiſſet, ſangvinemq; juvenilem magis adhuc inflammare, *Prov. XX, 1. Hoſ. IV, 11.* Vel, qvia Theologicè conſcientiam contaminâſſent, cùm aliàs communiter ferè gentilium potulenta diis conſecrarentur, uti colligere licet ex Virgil. lib. I. Æneid. verſ. 732.

Hic Regina gravem gemmis auroq; popoſcit,
Implevitq; mero, pateram &c.
Dixit, & in menſâ Laticum libavit honorem,
Primaq; libato ſummotenus attigit ore. &c.

Et lib. IV. Æneid. v. 206.

Juppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem. &c.

Lib. VIII. *In menſam læti libant, divosq; precantur.*

Lib. V. v. 77. *Hic duo rite mero libans Carcheſia Baccho,*
Fundit humi:

verſ. 235. *Dij qvibus imperium pelagi* &c.
Vobis lætus ego candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras, voti reus, extaq; ſalſos
Projiciam in fluctûs, & vina liqventia fundam.

Vid. Lipſius *lib.* III. *Antiq. lect.* ubi lib[illegible]em à priſcis in omni conviviô religioſè ſervatam ſcribit, dum videlicet ex paterâ leviter vini aliqvid deſundebant, vel in terram, vel in menſam, vel qvemqvam [illegible] locum, pro re natâ. Sic *Dio* [illegible] Auguſto decretum hunc honorem, ut in conviviis omnibus pro [illegible] ejus libarent. Ita Grotius qvoq; *h. l.* notat, moris fuiſſe gen[illegible] partem de pa[illegible]

vino

[illegible] adjicit, in locum vicare, atq; [illegible] illud, qvod erant comeſturi. Vero ſimi- [illegible] Chaldæis ſuas circa vinum fuiſſe ſuperſtitiones ri- [illegible] qvorum cauſſâ à vino regio abſtinendum ſibi no- [illegible] qvod ex laude deorum inter vini potationes, [illegible] colligere. Abſtinuit proindè Daniel à tali vi- [illegible] aut ſemper; poſthac enim vinum bibiſſe [illegible] Intereà juvenis abſtinet, fermè ſicut aliàs à [illegible] ex religione Nazaræi, *Num. VI, 3. 4.* itemq; [illegible] libaminis idolorum, *Deut.* XXXII, *38.* Atq; ſic [illegible] univerſum interdixerunt, ne biberent vinum [illegible] attigiſſent, imò cum vinô prohibuerunt [illegible] ciboq; alium à gentibus paratum, aut co- [illegible]

[illegible] וַיְבַקֵּשׁ מִשַּׂר הַסָּרִיסִים אֲשֶׁר [illegible]

[illegible] *præpoſitum, ne contaminaretur.)* [illegible] conceptum; nunc qvomodo id præfecto [illegible] modeſtè, ſeriò, freqventiùs; id qvod elici- [illegible] verbô pielitico וַיְבַקֵּשׁ *& qvæſivit*, operam de- [illegible] deſideratam inveniret, vel obtineret, Ita nam- [illegible] amiſſam, aut alioqvin valdè deſideratam ſo- [illegible] aliqvid ab alterô petere. Conf. *Prov.* [illegible] *29.* Oecolampadius ex verbô hôc, non [illegible] animoſitatem, qvi *poſtulaverit* qvodam- [illegible] ſubmiſſiori verbo uſi ſint, ἠξίωσε, præcipuè [illegible] qvippe in qvô ſingularis animi libertas con- [illegible] aliud dicebat, qvàm cibus veſter pollutus [illegible] exaſperare poterat Ethnicum, à ſuperſtitioſô [illegible] deſpici, ſuſpicantem atq; indignantem. &c. [illegible] *Oecolampadium,* prolixè de luctâ carnis atq; ſpiri- [illegible] oppoſitum, deq; utriusq; argumentis, ac ſubſe- [illegible]

[illegible] ex Verſ. VIII.

[illegible] propoſitum, evidens veræ fidei indicium, [illegible] Deo placentia, ut ſunt, vera in Deum

 fides

fidei, [illegible] ſtudium pietatis, virtutumq; [illegible] tium: Conſiſtit autem in ſeriâ rei ſatis deliberatæ approbatione, animiq; conſtante ac immutabili in illam directione; adeò, ut nec blanda, nec adverſa illinc nos patiamur abducere, ceu h.l. nec captivitas, nec regis aulicorumq; favor, nec aliorum exempla obſtiterunt Danieli. Pudefiant proin inconſtantes, inſtar arundinis hinc inde vacillantes *Matt*. XI, 7. inſtar vertumni alias ſubinde formas aſſumentes, temerè cum bonô qvidem propoſitô periculoſa loca adeuntes, turpiter tamen ab eôdem facilè deflectentes, (v. g. cùm peregrinantes intrant Galliam, Hiſpaniam &c.) item prava conſortia, cum intentione nudâ ſaltem curioſæq; contemplationis, ubi tamen ſenſim pollui incipiunt, atq; à fidei puritate morumq; caſtitate deficiunt ad mundi inqvinamenta, cum Petrô abnegantes &c.

2. *Puritati Conſcientiæ* ſemper ſtudendum, adeoq; in minutis etiam decet nos eſſe conſcientioſos, qvippe cùm qvis ſemel frontem perfricuerit, virginitate velut deperditâ, ad perpetrandum qvoqve grandia fit animoſus; qvi aliqvot vini cyathos cum Lothô hauſit, adeò dementatur tandem, ut inceſtum ſe commiſiſſe ignoret.

3. *Occaſio ad contaminationem* qvomodocunq; adducens ſtudioſè declinanda; adeoq; etiam in re licitâ circumſpectione ſedulâ eſt opus, ne inſcii abripiamur ad erroneam opinionem, ſcandaloſam imitationem, pravam conſvetudinem, &c.

4. *Ciborum diſtinctio* Levitica, nunc cum Synagogâ vetere per Meſſiæ adventum eſt ſublata, *Ebr*. IX, 10. hine indiſcriminatim iis, qvæ valetudini non obſunt, citra conſcientiæ diſpendium impunè uti licet, modò fiat temperanter, ſine offenſione tùm propriæ conſcientiæ, tùm fratris infirmi, cum precibus ac gratiarum actione, *Matt*. XV, 11. 17. *Act*. X, 11. *ſeq*. *Rom*. XIV, 14. 20. 1. *Cor*. VIII, 8. c. X, 25. *Col*. II, 16. *ſeq*. 1. *Tim*. IV, 3. *ſeq*. *Tit*. I, 15. *Ebr*. XIII, 9. Vide ſis Polanum *in Comm*. *p*. 48. *ſeq*. de eſculentis puris in ſe, impuris ſive ex interdictô divinô, ſive ſuperſtitione, ſive abuſu, qvô ipſô impurantur tùm abutentes ipſi, tùm alii, tùm Deus.

5. De factô Danielis qværitur ab interpretibus, an *ridicula* hæc fuerit *abſtinentia, metusq; pollutionis, qvaſi puerilis, oriundus ex ſuperſtitione, & zelô indiſcretô*, qvam ſententiam Calvino tribuit *Corn. à Lap*. Verùm haut dubiè non ipſum Calvinum inſpexit, verùm Maldonati non ſatis perpenſi, nimiùmq; acria veſtigia [illegible] preſſit.

Calvinus

[illegible] proferunt [illegible] dubia
[illegible] ſolutionem ſuppeditat. Plurima autem di-
[illegible] tangit noſter Wigandus *p. 22. ad hæc* ſatisfacien-
[illegible] operum externarum libertate, (niſi ſc. expreſſum Dei
[illegible] diſpenſationi non neceſſariâ declinatione, de Leviticæ
[illegible] diſpenſabilitate, de regis favore cum Eccleſia
[illegible], de ſingularitate fugiendâ, &c. Vid.
[illegible] *p. 97.*

[illegible] *Leviticæ* diſpenſationem admiſerunt, ubi tùm evi-
[illegible], tùm interior Spiritûs S. inſtinctus tale qvid
[illegible] panes propoſitionis, aliàs illiciti cibi
[illegible] Davidi, *1. Sam.* XXI, 6. quod factum à Salva-
[illegible] XII, 4. Qvâ ratione etiam Geſner. *Diſp.* Θ. 15.
[illegible] Danielem cum ſociis bonâ conſcientiâ cibis alio-
qvi [illegible] neceſſitatis uti potuiſſe, ſi Judaicæ diætæ non impe-
[illegible] tamen reſtrictione, qvæ mox Θ. 16. ſubnectitur
[illegible] omiſſionis cum ſcandalo infirmorum, aliorum
[illegible] Nam ſi hoc ſubeſt, etiam in N. T. cibis adhuc cer-
[illegible] *Cor.* VIII, 7. *ſeq.*

[illegible] ſummè commendanda in qvovis hominum gene-
[illegible] juvenibus, qvi ad refrœnandos affectus alioqvin ſunt
[illegible] De abſtinentiâ à carnibus vitioſâ tùm Pythagorica,
[illegible] Tatiani, &c. tùm Judaizantium poſt Meſ-
[illegible] Pontificiorum hypocritarum, &c. de abſtinen-
[illegible] qvæ propter bonum finem moderatè ac pruden-
[illegible] impulſu vis, de diſtinctis abſtinentiæ objectis &c.
[illegible] *in Comm. h. l. p. 37. ſeq.* Notandum verò, abſtinen-
[illegible] hypocriticam ac Monachalem, qvâ à cer-
[illegible] ſatisfactionis, meriti, perfectionis excellen-
[illegible] nonnulli vel ad tempus, vel ſemper abſti-
[illegible], de qvâ dæmoniorum doctrinâ vid.
[illegible] *16. t.* XXIII, 5. *Eſa.* LVIII, 3. *Jer.* XIV, 12.
[illegible] ſuperſtitioſa etiam pertinet continentia Apol-
[illegible] philoſophorum, ut & Pelagianorum ſperantium, ſe
[illegible] poſſe deficare, ut nullarum revelationum ſub-
[illegible], &c. cum tamen ſpiritus dona ſua diſ- XI.
[illegible] prout vult ipſe Spiritus,

1. Cor. XII, 11. Rom. IX, 16.) vel *genuinam*, ac verbo Dei conformem, qvâ ex verâ animi consternatione atq; humilitate ab iis alimentis, qvæ lautiora ſunt, vel delicias ſecum habent, ſive ad certum tempus, ſive omnimodè abſtinemus, & qvidem citra omnem meriti perſvaſionem, ſolùm ut ad preces, aliaq; exercitia ſpiritualia ſimus alacriores, &c. *Epheſ.* V, 18. 1. *Petr.* V, 7. *Marc.* IX, 29.

8. Inepti ſunt Papiſtæ, dum ex hâc Danielis abſtinentiâ ſuum probare contendunt *jejunium ſuperſtitioſum*, cùm tamen Daniel (1) non ad macerandum ſe, nec (2) ad certos dies, nec (3) citra expreſſum verbi divini interdictum; ſed (4) metu contaminationis; (5) ſub jugô Moſaicô, & non ſub libertate Evangelii; tale qvid ſuſceperit, abſtinens (6) etiam à piſcibus, (7) vinô, (8) ſolis leguminibus, ſatietatem tamen, contentus. Vide de iſtô Papiſticô ciborum delectu Chamierum *tom.* III. *Panſtrat. lib.* 19. *c.* 4. Gerhardum *tom.* IV. *conf. Cath. p.* 964. &c.

9. Inter Papiſtas verſanti orthodoxo, opus prudentiâ ſingulari, ne vel temerariè ob eſum carnium ſe periculo exponat, vel de luſtrationibus curioſè inqvirat (1. *Cor.* X, 25.) vel ſpectantes infirmiores (etiamſi ſint Papiſtæ, modò dociles, ac moderati) offendat, 1. *Cor.* VIII, 13. vel in gratiam pertinacium, aut libertatem noſtram explorantium, de veritate ſemel agnitâ cadat, &c.

10. Ut Daniel bonô verôq; perſpectô, non ſibi id ſervavit, obſervavitq; ſolus, ſed ſociis, ut idem ſecum ſectarentur, ſvaſor fuit atq; autor; ita cuivis Chriſtiano incumbit, tùm errantes in viam reducere, *Jac.* V, 19. tùm ad auguſtam pietatis virtutisq; viam alios qvoq; exhortari ac invitare. *Jeſa.* II, 3.

11. Poſt prudentem debitamq; deliberationem, cùm in corde diu multumq; aliqvid poſuiſti, agitâſti, decreviſti, animoſa atq; alacris ſeqvatur executio.

12. *Profeſſio veritatis* externa, ceu h. l. Danielis apud Aſpenaſum, ſit circumſpecta, modeſta, ſolidis argumentis ſuperſtructa; tàm verbis, qvàm geſtibus, factisq; expreſſa, tandemq; lenitate fruſtrà tentatâ ad qvævis adverſantia animoſa.

וַיִּתֵּן הָאֱלֹהִים אֶת־דָּנִיֵּאל לְחֶסֶד וּלְרַחֲמִים

Verſ. IX. *Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam.* Hactenus de Daniele, tùm ſocius proponente, tùm propoſitum ſuum

praeſid-

[illegible] ponente, [illegible] ſeqvitur [illegible], benign[illegible]
[illegible] acceptatio: Ubi *partim* benignitatis Aut[illegible]
[illegible] Deus, *partim* benignitas ipſa, *partim* benignit[illegible]
[illegible] ceps ſcil. eunuchorum. De verbô ad verbum eſt
[illegible] in vel *ad gratiam*, h. e. fecit pro [illegible] ſuâ ſa- Dare in gratiam.
[illegible] experirentur propenſionem
[illegible], ex ipſô dum tale qvid ab ipſô ſolli-
[illegible] ius, animumq; ab his alienare
[illegible] adeò inciviliter deſpicerent liberalitatem,
[illegible] alimenta [illegible], qvæ humillimâ potiùs [illegible]
[illegible] ptanda. Verùm non modò hoc non ægre tuli[illegible]
[illegible] primô ſtatim [illegible] repulavit, ſeverè ex-
[illegible] malevolè detulit exaggeratìvè, ve-
[illegible] periculô, in deliberationem admiſit, imò
[illegible] modô de Joſephô refertur, Gen. XXXIX,
[illegible] *gratiam coram Dominô ſuô, & miniſtrabat ei, à quô*
[illegible] *bat creditam ſibi domum*, v. 21. *Et inclinavit*
[illegible] *gratiam, deditq;* חן *gratiam ejus in conſpe-* [illegible]
[illegible] *tradidit in manu ejus omnes vinctos*. Exod. III,
[illegible] את *gratiam populo huic in oculis Ægy-*
[illegible] *vacui*. c. XI, 3. [illegible] XII, 36. *Et*
[illegible] *populi in oculis Ægyptiorum*, &
[illegible] de Samuele legitur, 1. *Sam*. II, 26.
[illegible] *Eſr*. I, 4. 6.
[illegible] *Jer*. XV, 11.
[illegible] Apoſtolis *Act*. II, 47.
[illegible] XXXIII, 16. [illegible] qvidem eſt,
[illegible] *Prov*. XXI, [illegible]
[illegible] adeò ut
[illegible]
[illegible] notat [illegible] favor, in qvem
[illegible] undiq; circumfluentem, à Deô velut im-
[illegible] experiatur & affectum, & effe-
[illegible] raelitis loqvitur Salomo 1. Reg. VIII, 50.
[illegible] coram illis, qvi captivos abduxerint,
[illegible] Succeſſum proſperum da qvæſo ſervo tuo,
[illegible] coram viro illo. Pſal. CVI, 46.
& dedit

Digitized by Google

[illegible] illos (miſeratas) [illegible] לרחמים *in miſerationes [illegible] omnibus, [illegible] captivos abduxerunt eos.* Eo ipsô autem dum vocabula hæcce duo [illegible], חסד *gratia*, & רחמים *miſerationes*, videmus plu[illegible] præ[illegible]nſum ac ſingularem exprimi affectum, qvo alterius tùm perſonæ præ plurimis aliis valdè placet, ut optima qvæq; ipſi & optemus, & procuremus, tùm miſeriæ, & adverſitates qvæcunq; perſonam prementes, peculiariter cor noſtrum ad compatiendum movent, ita, ut pro virili ea moleſta omnia amoliri annitamur, ſicuti id

רחמים vincunt loca tùm vocis רחמים *miſerationes*, tùm alterius [illegible] *gratia.* Qvorum prior eſt [illegible]rale tantùm, à voce [illegible] [illegible], adeoq; intimum atq; qvodammodo inperſcrutabilem affectum commiſerationis amorisq; exprimens. *Gen.* XLIII, *14. 30.* [illegible] רחמיו *commiſerationes ejus* (ſive viſcera.) *Deut.* XIII, *17.* 2. *Sam.* XXIV, *14. 1. Reg.* III, *27.* (exarſerunt ſuper filium ſuum רחמיה viſcera illius) *Neh.* I, *11. c.* IX, *19. 27. 28. 31. Eſa.* XLVII, *6. c.* LIV, *7. c.* LXIII, *7.* & *18. Jer.* XLII, *12. c.* XVI, *5. Thren.* III, *22. Dan.* IX, *9. 18. Zach.* VII, *9. c.* I, *16. Hoſ.* II, *21. Pſal.* XXV, *6.* XL, *12.* LI, *3.* LXIX, *17.* LXXIX, *8.* CIII,

חסד *4.* &c. De poſteriori autem voce, *gratia*, vel חסד vide dicta *Prov.* XIX, *22.* Qvivis autem de facili videt, tales prægnantes voces non absq; emphaſi conjunctim hîc occurere, videlicet, ut tantò plus innoteſcat affectuum in gentilibus hiſce moderatio divina.

לפני שר הסריסים.

In conſpectu [illegible] Qvi videl. intimiore, occultôve tactu, [illegible], audiretve, animum ad aff[illegible]

לפני mum ad aff[illegible] [illegible] vox לפני *in facie*, præſentiam involvit, cùm qvis alte[illegible] vultui coràm ſiſtitur, ut illi cor[illegible] deſideria, atq; ſic [illegible], ſive geſtibus, ſive ſermone [illegible] conciliare q[illegible]. Exempla pr[illegible] [illegible] *Abraha*[illegible] *inavit ſe* לפני *in facie*, vel *conſpectu* [illegible] c. XLI, 46. [illegible] לפני *in facie vel conſpectum Pharaonis*, &c. Qvòd ſi [illegible] [illegible]endatur Principis hujus in aulâ regiâ dignitas, occupationum [illegible] multitudo, mandati regii expreſſus tenor, periculum emergens, juvenum horum ab omni parte auxiliis deſtitutorum conditio, [illegible] eqvidem beneficii divini elicietur [illegible] tudo.

Porìum-

[illegible] Porismata ex Verſ. IX.

[illegible] ſe eſt gratiæ univerſæ Autor, ita ſuis etiam cultori-
[illegible] *gratiam* apud exteros, ignotos, barbaros, imò
[illegible] os. Deo namq; ſunt perſpecti modi, qvibus vo-
[illegible] hominum movere poteſt inſenſibiliter. Hinc *cùm*
[illegible] *pitur Jehova alicujus vias, etiam inimicos ejus pacå-*
[illegible] XVI, 7. *Ut rivi aqvarum, ſic animus Regis eſt in ma-*
[illegible] *vult, inclinat eum*, Prov. XXI, 1.
[illegible] malis artibus hominum ſectari favorem, v.g. aſſen-
[illegible] orum delatione, vafritie, veræ Religionis, pie-
[illegible] , & qvæ fortè ſunt generis hujus adinventio-
[illegible] ingenuè animoſeq; cum juvenibus his verita-
[illegible] bono conſtantem te oſtende: ſic eqvidem ſenties,
[illegible] contra ſpem favorem hominum altiùs nonnun-
[illegible] *tas & fides ne derelinqvant Te -- ita conſeqve-*
[illegible] *optimum ante oculos Dei & hominum.* Prov. III,
[illegible] *diligit munditiem cordis, propter gratiam la-*
[illegible] *erit Rex.* item preces Eſtheræ *in Addit. Eſth. c.*
XIV, [illegible] *Eſr. I, 11.*
[illegible] orum, qvi miſeriores te ſunt, tuive indigent, ut
[illegible] tu indiges [illegible] potentiorum, miſereantur tui.
[illegible] ur hominum magnatum gratia ac favor,
[illegible] , uniceq; ambienda ſaluberrima, vereq; con-
[illegible] optimi ac maximi in cœlis?

[illegible] ויאמר שר הסריסים לדניאל

[illegible] *eunuchorum ad Danielem.*) Vidimus huc VERS. X.
[illegible] opponentem; ſeqvitur nunc Præfectus ambigens,
[illegible] erat tùm indignationis regiæ, tùm capitalis

[illegible] ירא אני את־אדני המלך

[illegible] *meum Regem.*) Habes hîc *tùm* timo-
[illegible] à potentiore imminens aut arceſſibile ſo-
[illegible] moliri annitimur; *tùm* timoris objectum, qvod
[illegible] aulicus hic reverentiæ ergò vocat *Dominum*
[illegible] corpus, animum, fortunas, facultatesq; uni-

verſas ſubjectum hôc modô profitetur, qvaſi diceret: Eſto, tu non timeas regem meum, ego tamen, qvi perſpectiorem habeo ipſius animum, qvi plura intuitus ſum ſeveritatis exempla, non adeò levis eſſe poſſum animi, &c. Ita verò & alibi ambæ hæ conjunctim leguntur voces: *Dominus meus Rex*, 2. Sam. III, 21. c. IX, 11. c. XIII, 33. c. XIV, 9. 12. 15. 17. 19. 22. c. XV, 15. 21. &c.

אֲשֶׁר מִנָּה אֶת־מַאֲכַלְכֶם וְאֶת־מִשְׁתֵּיכֶם

Qvi conſtituit vobis cibum ac potum.) Eſt hæc Monarchæ Chaldaici qvædam deſcriptio, à ſingulari erga captivos hos munificentiâ, ita ut ſimul timoris modò memorati coinnuatur impulſiva: qvaſi diceret: Qvi tanqvam Dominus meus diverſum planè determinavit ipſemet alimenti genus, qvàm vos à me nunc petitis, hunc meritò vereor ego, ac metuo; At Rex Nebucadnezar diverſum planè &c. E. Ratio Majoris eſt, qvia hôc modô Dominus & ſervus inter ſe vehementer diſſiderent, adeòq;, cùm contraria mandato ejus mea fuerit executio, contrariam qvoq; mihi meisq; fortunis omnibus experiar haut dubiè regis mentem, pœnasq; grandes. De regiâ autem ciborum determinatione actum ſuprà, *verſ. 5.*

אֲשֶׁר לָמָּה יִרְאֶה אֶת־פְּנֵיכֶם זֹעֲפִים

Qvi ſi viderit vultus veſtros macilentiores.) Ebr. eſt אשר למה *qvi qvare videret?* &c. Qvæ ſanè interrogatio multò majoris eſt ponderis, magisq; lingvæ genio conformis, qvàm hypothetica interpretis vulgati verſio. Qvippe per *ἀνακοίνωσιν* ſeu *communicationem* deliberatio velut inſtituitur à præfecto cum juvenibus his ſibi commiſſis, qvare hâc ſuâ petitione indignationem regiam, capitisq; periculum velint curatori ſuo accerſere? Sic 1. Sam. XIX, 17. *Qvare te interficiam?* 2. Sam. II, 22. *Ut qvid percutiam te in terram?* 2. Par. XXV, 16. *Qvare percutient te?* Coh. V, 5. *Qvare iraſcetur Deus propter vocem tuam?* conf. etiam *Coh. VII, 17. 18. Ezech.* XXXIII, 11. *Prov.* V, 20. c. XXII, 27. Ais: qvid igitur ſibi vult Pronomen relativum אשר antecedens? Reſp. Nonnulli reddunt; *Nam*, ut Polanus, Piſcator, &c. verùm accipi poteſt vel pro pleonaſticô, vel pro qvalitercunq; connexivô cum ſermone antecedente, vel pro membrô velut interrogativi למה *qvare*, qvomodo aliàs conjunctim dicitur עקב אשר *eò qvòd*, אשר לא *ut ne*, ceu modò vidimus v. 8. Non enim poſſumus hic

[illegible] Dani, qvi [illegible] ex Arab[illegible] reddit *quando* [illegible] Notandum enim ſimilis ſignificatus voculæ hujus Ebraicæ [illegible] probatum. Res verò qvæ metuitur, eſt conſpectus [illegible] *intuebitur vultus veſtros*, inſtitutâ ſcil. viſita[illegible] improviſò ad ſe fortè vocatis; ubi per פנים *vultum*, [illegible] anterior, ſeu *facies*, verùm totius qvoqve cor[illegible] qve conſtitutio exprimitur. Vide ſi lubet, qvæ de [illegible] ficatibus latinſculè congeſſit Moſes Maimonid. [illegible] *cap.* XXXVII. Qvalitas verò faciei, de qvâ me[illegible] voce זעפים, qvæ aliàs idem eſt, ac *indignari*, ut [illegible] Uſiæ, 2. *Paral.* XXVI, 19. vid. & *Prov.* XIX, 3. [illegible] exterior indicatur geſtus, v.g. qvando captivi [illegible] deſtituti apparent זעפים *meditabundi, per*[illegible] Gen. XL, 6. cujusmodi forma & h. l. deſignatur (plu[illegible] in ſacris non extat,) cùm videl. qvis alimentis [illegible] q; deſtitutus, maciem præ ſe fert qvoad vul[illegible] a, qvando meditabundi inſtar aut Melancholi[illegible] frontem, oculos intrò reductos, ge[illegible] unô verbô, cùm eſt σκυθρωπός. *R. Saadias* ſic de[illegible] מצטער *anxius ob cibum potumve ſibi deficientem, vel ob adverſitatem aliam, ejus vultus non eſt ſerenus, ſed mæſtus, ſicut* [illegible] Gen. XL, 6. *Lutherus* reddidit: jämmerlicher.

מִן הַיְלָדִים אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם

[illegible] *adoleſcentibus coævis veſtris.*) Patet hinc, plu[illegible] Judaicis his nobilibus ſimili modô ad miniſteria [illegible] qvibuscum facilè inſtitui potuiſſet collatio, ali[illegible] ex diverſitate vultuum haut ægrè deprehendi. Locô [illegible] qvod vulgatus ponit *coævis*, in fontibus eſt: qvi כְּגִילְכֶם [illegible] *veſtram*; Qvæ ipſa vox גִּיל à *R. Nathan.* in Con[illegible] *ſimilem*, à *Kimchiô* in Michlol per דמוי [illegible] *Salomo* exponit דוגמתכם *ſimiles vobis*, qvâ ratio[illegible] Gleichheit mit Euch. Non verò uſpiam alibi in [illegible] legitur ſignificatione. Nam גיל aliàs eſt *tri*[illegible] vid. *Prov.* XXIII, 24. *Pſal.* XLIII, 4. *Pſal.* LXV, 13. [illegible] etiam Marino *in Arcâ Noæ*, vertenti: *Qvi ſunt ſic*[illegible] h. e. vultu hilari, ut & vos eſtis. Apud *Talmudiſtas* à

Digitized by Google

בֶּן גִּילוֹ *filius ſimilitudinis ejus* appellatur ille, qvi eâdem hora, & [illegible] eôdem Planetâ natus eſt. Qvorſum reſpexiſſe videtur *Hieronymus*. Nec adeò multùm diſtat *Piſcator* ita reddens : *Qvi eâdem vobiſcum temporis revolutione educandi ſunt*. Qvi ipſe deducit vocem גִּיל à Radice גָּלַל con-re-volvit. Junius : *Qvi ſimiliter, ut vos, ad tempus alendi ſunt* ; evolutô nimirum trienniô ſiſtendi coram regé. Calvinus vertit : *Qvi ſunt vobis ſimiles*. Oecolampadius: *Præ pueris æqvalibus veſtris*. Ludovicus de Dieu ex Arabicô declarat, ubi uſitatiſſimè גִּיל pro *ætate, vita tempore ac duratione* accipitur, ut *Matth*. I, 17. adeoq; vertit : *Pueri, qvi ſunt ſecundùm ætatem veſtram ætate vobis pares*. Lutherus: **Eueres Alters**. Ad ſuperiorem Talmudicum ſignificatum pertinet Baal aruch, vocem גִּיל exponens per מַזָּל *ſidus, Planeta*. Immò ſi reduceret qvis ad Radicem גָּלָה, *in captivitatem abduxit*, exponeretq; : *Qvi ſecundùm captivitatem veſtram*, h. e. *qvi ſimiliter, ut vos captivi* : is non deſtitueretur ſimilibus è Grammaticâ exemplis. Qvicqvid tamen horum ſit, contextus ſatis evidens eſt, præfectum intendiſſe hôcce vocabulô juvenes alios, ejusdem cum Daniele ſociisq; ſortis, qvibuscum hi conferri potuiſſent à Rege, diſcrimine utrorumq; palpabiliter deprehenſibili.

וְחִיַּבְתֶּם אֶת־רֹאשִׁי לַמֶּלֶךְ׃

Condemnabitis caput meum regi.) Calvinus & Piſcator: *& obnoxium reddetis caput meum regi*. Junius: *& effecturi eſſetis me reum capitis apud regem*. Sicut hactenùs de indignatione regiâ: ita nunc de ejusdem etiam effectu, capitali videlicet transgreſſoris regii mandati ſuppliciô. Peculiari autem hoc ipſum effertur phraſi, in qvâ (1) verbum חִיֵּב *debitorem, vel reum conſtituit*, qvod nullibi præterea in
חיב ſacris extat, neqve etiam aliud de eâdem origine, præterqvam nomen
חוב חוֹב Ezech. XVIII, 7. *ſi pignus* חוֹב *debitori reſtituerit*. &c. Chaldæis tamen id ſatis eſt freqvens, ita ut in Kal חוּב ſit *delinqvere, peccare*, in Pual חַיֵּב *reum, vel debitorem efficere*, item *condemnare*, ut legitur in Paraphraſi *Prov*. XVII, 15. *1. Reg*. VIII, 32. *Job*. X, 2. Ne condemnes me. *Pſ*. XCIV, 21. ſangvinem juſtum condemnant. &c. (2) Additur nomen *Capitis*, tanqvam præcipuæ partis corporis humani, capite ſiqvidem demptò actum eſt de totô homine. Unde R. Saadia ſic declarat: *Facietis, ut amputet Rex caput meum, dicens, me circa alimenta veſtra prævaricatum eſſe*: Qvôcum paria fermè habet *R. Salomo*. Facit huc,

Digitized by Google

[illegible] pro vitâ qvandóq; ponitur, v.g. *1.Sam.* XXIX,4. [illegible] *Matth.* V,36. item, qvòd *in caput venire*, dicuntur [illegible] X,6.c. XI,26. tùm mala, v.g. ſangvis, carbones igniti, [illegible] &c. Cujusmodi phraſes aliqvi petitas cenſent à victimis [illegible] velut execrabantur. *Lev. I. &c.* Qvod ipſum de [illegible] Herodotus *in Euterpe, fol. 46.* ipſosmet execratos [illegible] verba: *qvicqvid mali aut ipſis immolantibus, aut* [illegible] *futurum ſit* εἰς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι, *in caput* [illegible] Qvô ipſô ritu circa caput pecudum immolandorum [illegible] Ægyptios in omnibus templis uti ſubjicit, ex qvô ritu [illegible] Ægyptiorum de capite illius animantis deguſtet. Sic [illegible] præfectus metuit obnoxium futurum regi, qvippe [illegible] facie è veſtigiô colligeret, vel ex avaritiâ, vel ex [illegible] neglectu, mandatum ſuum à præfectô fuiſſe [illegible] *capitali* ipſummet ſubjiceret ſupplicio. Qvoad [illegible] repetendum venit ex præcedent. למה *qvare* [illegible] &c. Deinde ו ante præteritum חיבתם vim [illegible] in futurum. Pulchrè *Lutherus* qvoad ſenſum: So [illegible] mein Leben.

Poriſmata ex Verſ. X.

1. [illegible] Regis, imò magiſtratûs etiam cujuslibet culpabilis [illegible], qvinimò vi qvarti præcepti cuivis animæ injungi- [illegible] *ſeq.*

2. [illegible] *Dei* timorem hunc hominis mortalis, ſi hic illi [illegible] abſorbere debet penitùs: Deus namq; animam & [illegible] in gehennâ, cùm homo ſoli nocere qveat cor- [illegible] Meritò igitur Tertullianus *Apolog. c.* XXVIII. re- [illegible] *majori formidine, & callidiore timiditate Cæſa-* [illegible] *ipſum de Olympô Jovem.* &c.

3. [illegible] cœleſte, tùm terreſtre, qvi ſupra ſe ſemper [illegible] delinqvet, ſive committendo, ſive omittendo, [illegible] partibus defungetur candidè, ſtrenuè, con-

[illegible]

[illegible] ac ſucciplenam amamus adeò præ macilen- [illegible] animæ etiam habemus curam ſedulam, ut ha- [illegible] formoſæqve coram Deô atq; Angelis, ut bo-

num ea ſemper ſuccum attrahat, nutriaturq; è Dei verbô, ut ejuſdem alacer ſit fidei oculus, acer olfactus prudentiæ, &c. Aliàs *macilentus corporis vultus ſymbolum olim erat jejunantium*, ſeverèq; ſe macerantium Chriſti ſervorum, uti videre eſt apud *Baſilium*, aliosq; aſceticorum Doctores. Ubi tamen cautè ſervandum etiam medium, ne deflectamus ad Phariſæos σκυθρωποὺς, *Matth. VI, 16.*

5. Inter *tua ſortis* homines, ſociosq; pietatis, virtutum, doctrinæq; laudibus effulgere annitaris, ut comparatione inter te illosq; inſtitutâ perſpectus fiat tuus in pietate profectus: Hujusmodi enim æmulatio haut illicita aut interdicta, *1. Tim.* IV, *15. 1. Cor.* XII, *31.*

6. *Pietatis ſtudium* ne citra neceſſitatem ex imprudentiâ periculis involvat proximum, adeò ut obnoxium reddamus ipſum, &c.

6. Aſpenas religioſitatem Danielis non carpens, neq; de fundamentis etiam ſolidiùs inqvirens, ſed idololatricum ſuum cultum, ut veriorem omninò ſecurè ſupponens, effigiem præbet modernorum ſeculi cultorum, qvos *Politicos* vulgò vocant. Hi ſiqvidem diſceſſum à Papiſmi ſuperſtitionibus nugisqve non adeò improbant, imò ſimplicitatem, religioſumq; confeſſorum animum laude dignum cenſent; interim tamen & ſibi in inveteratis ſuis opinionibus, qvas rigidè diſcutere defugiunt tranqvillam concedi volunt commorationem, facti ſimul αὐτοκατάκριτοι.

וַיֹּאמֶר דָּנִיֵּאל אֶל־הַמֶּלְצַר אֲשֶׁר מִנָּה שַׂר הַסָּרִיסִים וגו׳

Versus XI. *Et dixit Daniel ad Malaſar, qvem conſtituerat Princeps evnuchorum. &c.*) Hactenus actio Danielis cum Aſpenaſô commemorata fuit. Nunc qvia nihil apud ipſum directè potuit obtinere, digreſſio fit ad Aſpenaſi miniſtrum Melzarum, ſc. apud qvem ſuum Daniel proſeqvitur propoſitum, fortè qvia ſubodoratus fuit, Aſpenaſum non adeò refragaturum, ſi privatim id à miniſtrô obtinuerint hi ipſi clientes, qvibus, ſuô tamen ſine damnô, benè cupiebat. Hinc cum *Polanus* Aſpenaſo per Mimeſin tribuit ſermonem, *p. 64. Non audeo qvidem veſtro poſtulato annuere, & promocondo ſuper eâ re mandata dare, ſi tamen id clam fiat, promô à vobis precibus perſvaſô, per me licebit, modò id mihi apud Regem fraudi non ſit.* Idem ſentit & *Junius*, noluiſſe ſc. Aſpenaſum, à ſe peti hæc debere, cùm multi futuri eſſent conſcii, ſed potiùs ab adminiſtrô cibariorum, qvam ad rem ipſe poſſit connivere. Proponens hîc iterum eſt Daniel: Perſona, cui hoc pro-

ponitur

המלצר

ponitur [illegible] ; quam dictionem ob præfixum ה Emph. nonnulli
accipiunt pro appellativo nomine, ita ut denotet *diſpenſatorem, pro-
curatorem, promũ condum, archimagirũ, architriclinũ,* ceu volunt *Kimchi*
Lud. [illegible] *Tremellius, Polanus*, &c. verùm cùm nulla detur ejusmodi
[illegible] radix, ſive לצר, ſive qvatuor literarum מלצר, acci-
[illegible] *Vulgatô, Lutherô, Calvinô, Belgis, Grotiô*, aliisqve pro
nomine proprio, non obſtante ה Emph. ſiqvidem & hoc nomini-
bus propriis, non modò locorum, montium, ac fluviorum, ſed &
perſonarum præmittitur, v.g. *Joſ.* I, 12. המנשי, & *Pſal.* CXXXV,
11. [illegible] Glaſſ. *lib.* IV. *Philol. S. tract.* III. *Obſer.* VII *p.* 730.
[illegible] hoc ipſum, niſi hîc, & *verſ.* 16. exponiturq; à
[illegible] *Circumciſio anguſtiæ*, vel *vincidi. R. Saadia*
[illegible] *interpres anguſtiæ*, vel ממולל וצר *circumciſus &*
[illegible] tamen interpretatione non valdè laborandum eſt no-
bis [illegible] hominem deſcribi à functione, qvod præfectus evnu-
chorum [illegible] Melzarum מנה conſtituerit על ſuper *Danielem*,
[illegible] injunxit eidem curam, diſpenſationemq; alimen-
torum [illegible] immediatè cibos vinumq; regium ipſemet affer-
ret [illegible] vel dapiferis aliis, ut rectè id curaretur, adſtaret.
Vid. [illegible] voce diximus *v.* 5.

Poriſmata ex Verſu XI.

[illegible] unâ tentanda eſt alia. Si renuit præfectus [illegible] compellare etiam præfecti miniſtrum. Non de- [illegible] propoſitô, licèt unus vel alter conatus fuerit fru- [illegible] *ne cede malis, ſed contra audentior ito.* Non enim decet [illegible] *Ebr.* III, 13. (Locus de conſtantiâ, ac impigrâ in [illegible] confirmari hîc poterit.)

[illegible] *officiorum* in benè conſtitutâ ſocietate ſummè [illegible] da: Adeoq; ſicut in re nauticâ & architecturâ, [illegible] is, &c. de manu in manum fit porrectio, ab [illegible] adſcenditur, ita in expediundis qvoq; negotiis

[illegible] ſervi (ut hîc Melzar) præponuntur Principibus [illegible] *Coh.* X, 6. *ſeqq.* ut proinde nemo ob nobile [illegible] ſcere, nimiumq; adeò confidere, nemo etiam ob hu- [illegible] deſperare poſſit, qvin ad varios potiùs fortunæ

luſus

luſus ſe in tempore diſponere, peccata mutationes ejusmodi poſt ſe trahentia vitare, ſortemq; omnem æqvanimiter ferre teneatur.

נַס־נָא אֶת־עֲבָדֶיךָ

VERSUS XII. *Tenta nos obſecro ſervos tuos.*) In hôc Danielis ſermone habes *tùm* petitum, decendialem ſc. alimenti vilioris conceſſionem, *tùm* petiti impetrati conſeqvens, liberum videlicet judicium, ac diſpoſitionem. In *petitô* continetur (1) *Actio*: נס *tenta, experimentum* נסה *fac*, à נסה *exploravit*, ſive perſonam, ſive rem, ad eliciendum id, qvod dubium erat, aut planè latebat; qvomodo v.g. Deus *tentat* Abrahamum, *Gen.* XXII, *1.* Moſen, *Exod.* XV, *25.* Populum, *Devt.* XIII, *3.* Davidem, *Pſal.* XXVI, *2.* (proba me וְנַסֵּנִי) & Deum Iſraël, *Devt.* XXXIII, *8. Numer.* XIV, *21. Pſal.* XCV, *9.* Regina Auſtri Salomonem, *1. Reg.* X, *1.* Tali igitur modô petit qvoq; Daniel experimentum fieri ſui, atq. ſociorum, qvoad leguminum ac aqvæ virtutem nutriendi, an illinc macies vel vigor ſint ſecutura &c. Majoris autem נא blanditiei cauſſâ annectitur interjectio obſervantis נא Qvæſo, de qvâ Glaſſius *lib. 3. Ph. S. tract. 8. Can. 1.* (2) *Subjectum explorandum*, humilitatis ergô Daniel appellat *ſervos tuos*, qvâ voce tùm ſe, tùm ſocios complectitur, dominium ſimul recognoſcens hujusce aulici, adeò, ut ſe ſubmittat ejus benevolæ voluntati, qvomodo & alibi locô pronominis primæ perſonæ, tàm ſingularis, qvàm pluralis numeri titulus hic adhiberi ſolet, v.g. *Geneſ.* XVIII, *3.* Ne prætereas *ſervum tuum*, i.e. me. *c.* XXXIII, *5.* qvæ largitus es *ſervo tuo*, i.e. mihi. *c. XLII, 11.* Non ſunt *ſervi tui* exploratores, i. e. nos non ſumus tales. Vid. ibid. *c. XLIV, 16. 21. 23. 31. c. XLVI, 34. c. XLVII, 3. 4.* &c.

יָמִים עֲשָׂרָה *Diebus decem.*

Eſt hæc (3) *Circumſtantia temporis*, qvandiu experimentum illud fieri debeat, nimirùm ad minimum decendium. Intra triduum namqve aut qvadriduum vix deprehendi poterit vis nutriendi in aliqvô cibô, potuve, aut notabile diætæ immutatæ diſcrimen. Ita *AbenEſra* ex commemoratione Phyſicorum ait, animal non poſſe ultra novem dies malum ſeu incommodum alimentum ſufferre. *R. Saadia* ad Myſtica confugit, videlicet ad x. illos dies intra novi anni auſpicium, & ſeqvens feſtum Kippurim: Item, ad decuplam illam tentationem, qvâ exploratus Abraham, nec non, qvâ Iſraël tentavit Deum. Abſur-

Digitized by Google

[illegible] in Deum. Abſurdum etiam [illegible] fovet, denari- [illegible] ſynecdochicè accipere pro indefinitô, qvaſi diceret: [illegible] impende dies. Qvomodo inferiùs *v. 20.* Daniel de- [illegible] teris Magis, & Aſtrologis dicitur deprehenſus, & [illegible] afflictionem *decem dierum. Conf. Hagg. II, 16.* [illegible]

וְיִתְּנוּ־לָנוּ מִן־הַזֵּרֹעִים וְנֹאכְלָה

[illegible] *legumina ad paſcendum.*) Habes jam (4) [illegible] exploratio fieri debebat, nutritio videlicet le- [illegible]. Ubi in Ebræô eſt וְיִתְּנוּ *& dabunt*, qvod rectè à [illegible] per imperſonale, *& dentur.* Lutherus. laß uns [illegible] locutio etiam *Neh. II, 7.* ſi bonum regi videtur, lite- [illegible] dantur mihi literæ. *Eſth. II, 2. qværant* regi [illegible] virgines *Prov: X, 24. Dabit* יִתֵּן i.e. dabitur [illegible] vid. ſi lubet Helv. *vind. LL. V.T. p. 12.* & Ga- [illegible] Porrò res concedenda ſunt *Legumina.* [illegible] nobis מִן־הַזֵּרֹעִים *de leguminibus.* Luther. [illegible] generis terræ naſcentibus aut ſativis, qvæ ex [illegible] *ſemine* naſcuntur, ut ſunt tùm olera, herbæ, v.g. [illegible] &c. tùm ſemina ex ſiliqvis, ut piſa, lentes, [illegible] modi גַּרְגְּרִים *granis*, ſeu baccis *areſactis* acci- [illegible] verò de fabâ albâ, & de fabâ Ægyptiacâ, de [illegible] ac ejus generis aliis, idq; eò, ut ob tetrum il- [illegible] Chaldæi à Sodomiticô cum juvenibus [illegible] v.g. rapæ, allium, raphani, porrus, ce- pæ, &c. [illegible] in formâ hâc nuſpiam occurrit prætereà, aliô ta- [illegible] ſubjungitur זֵרְעֹנִים *verſ. 16.* qvæ & ipſa forma [illegible] eſt זֵרוּעַ *ſativum Lev. XI, 37.* Si ceciderit de ca- [illegible] זֶרַע זֵרוּעַ *ſemen ſativum, qvod ſeminabitur* &c. & [illegible] *germinare facit* זֵרוּעֶיהָ *ſativa ſua:* Qvô ipſô [illegible] complebimus etiam ad hunc textum, fructus ar- [illegible] pruna, ceraſa, &c. *AbenEſra* ad v. 15. ex [illegible] multis differt, *qvod comederint oryzam, qva* [illegible] *triticô, nobilem generans ſangvinem, qvi* [illegible] *triticum: unde parant edulia; qva* [illegible] *unde etiam exigua ejusdem pars mul-*

tum ſatiet, &c. de naturâ ejus calidâ & humectante plura ibidem, item de miliô, ac lentibus, de appetitu, qvomodo is corrigat etiam cibos illaudabiles; item de decoctis hepati proficuis ex hujusmodi contuſis, &c. Additur autem uſus leguminum horum, ונאכלה *ut comedamus*, ubi ו per conjunctionem cauſſalem *ut* reddendum venit, æq; ut *Pſal. LXXVII, 5. LXXVIII, 7.* LXXXV, 7.9. LXXXVI, 17. & alibi paſſim. An verò cruda petierint, vel jam jam cocta, non clarè exprimitur; probabile tamen, coctionem non inſuper fuiſſe habitam, ne cruditatibus ventriculi, adeòq; invaletudini ſimul temerè ſuppeditent cauſſam. Cur verò *legumina* deſideraverint locô epularum regiarum, tactum jam eſt ſuprà, *v. 8.*

וּמַיִם וְנִשְׁתֶּה׃ *Et aqva ad bibendum.*

De cauſis recuſati vini vide dicta *v. 8.* Conſtructio in Ebr. rurſus hîc eadem, qvæ in membrô proximè præcedente.

Poriſmata ex Verſ. XII.

1. *Pietas* noſtra comitem habeat prudentiam modeſtiamq;, ſicut h. l. videre eſt in Daniele, qvi non importunè, non pervicaciter negotium tractaverit, verùm circumſpectè, humiliter, moderatè.

2. Qvi metuit impetrare totum, contentus ſit impetrâſſe aliqvid, experimenti ſaltem locô, & ad tempus. Accommodari hoc qvodammodo poterit ad exercitium Religionis in locis diverſæ fidei, &c.

3. *Civilitas, modeſtiaq;* ſermonis pietati hautqvaqvam adverſa, qvando v.g. Daniel, ſanctiq; viri alii etiam impiorum hominum ſe vocaverunt *ſervos*. Exeſtò tamen fraus ſubdola, qvâ aliud ore promitur, aliud corde conditur, qvi hodiernus ſeculî mos eſt.

4. Determinatio certi temporis Deo auxiliaturo denunciata haut dubiè *tentationis* meretur titulum; Hôc tamen locô res Danieli non cum Deô, ſed cum homine, & qvidem non ex diffidentiâ in Deum, ſed ex pleniſſimâ potiùs in eundem fiduciâ, cujus opem intra præfixum terminum certò, etiam gentili huic conſpicuam futuram, perſvaſus erat. Adeoq; fides hîc fuit heroica, ab extraordinariô haut dubiè Spiritûs S. afflatu oriunda: Propheta namq; futurus propheticum nunc exhibebat ſpecimen, dum leguminibus majorem arrogat nutriendi facultatem, qvàm naturaliter habere poterant. Aliud verò eſt, qvando auſu propriô ex diffidentiâ, vel temerariâ curioſitate

modus

Digitized by Google

[illegible] auxilii articulatè Deo præfinitur. *Judith. VIII,* [illegible]

4. In [illegible] neceſſitatis, aut indigentiæ ſoletur nos illud Devt. VIII, 3. [illegible] *pane vivit homo*, &c. Benedicente enim Dominô [illegible] legumina, qvàm otioſis lautiſſima aut ſa-[illegible]

וְיֵרָאוּ לְפָנֶיךָ מַרְאֵינוּ

[illegible] vultûs noſtros.) Hactenus de peculiari ro-[illegible] de ejusdem conſeqvente duplici, qvod eſt par- **Versus XIII.**
tim [illegible]toria contemplatio; partim ulterior de iisdem [illegible] eſt paſſivum plurale וְיֵרָאוּ & *inſpiciantur*, q. d. [illegible] tuis ſolis, eſto, adduc tecum alios, qvi לפניך *in* [illegible], vel te præſente noſtram examinent conferantq; cum [illegible] regiis conſtitutionem. Res verò examinanda vo-
catur מראה *conſpectus*, h.e. tùm vultus, tùm corporis totius, mem- **מראה**
[illegible], in oculos incurrens; adeoq; judicium ferre [illegible] corporum horum habitus ſit nitidior, amœnior, ſuc-[illegible] &c. Per polyptoton verbum nectitur ſuo ver-[illegible] vultus) *noſtri intuitioni exponantur*: de voce ipſa [illegible], actum *verſ. 4.*

[illegible] וּמַרְאֵה הַיְלָדִים *Et vultus puerorum &c.*

[illegible], ut nos, minùs tamen circa immunditiem re-[illegible] aliis, ſimili nobiſcum more modôq; ad [illegible].

וְכַאֲשֶׁר תִּרְאֵה עֲשֵׂה עִם־עֲבָדֶיךָ

[illegible]ris, facies cum ſervis tuis.) Liberum hîc re-[illegible] ſtatuendi de his alumnis, diſponendiq;, qvid è [illegible]tur, modò juſtum anteceſſerit priùs ejus experi-[illegible] hîc (1) Examen, exactô decendiô inſtituendum,
[illegible]; vel *poſtqvam* (utrôq; enim modô tàm pro **כאשר**
[illegible], qvàm temporis accipere licet,) *videris*, h.e. **ראית**
[illegible], qvàm internis deprehenderis; ſic namq; [illegible] hunc explorationis vel cognitionis qvomo-[illegible]ſignificatum, v.g. Cohel. I,16. *Cor meum videt* [illegible], &c. Poterit autem & hocce videre, vel ad

Digitized by Google

conſiderationem rei præteritæ referri: poſtqvam videris nutritionem ex aqvâ leguminibusq; factam, vel ad diſpoſitionem de futurô, q. d. *Qvemadmodum viſum erit tibi*, ita facies &c. (2.) Alterum, qvod explorationem conſeqvitur, eſt libera de alimentis vel continuandis, vel ad juſſum regium ſubminiſtrandis conſtitutio. Ubi rurſus *ſervos Melzari* ſe ſociosq; vocat Daniel, ad permovendum humili hâc ſubmiſſione eò citiùs, elatum aulici miniſtri animum, utpote qvem hoc modô de obſeqviô ſuô plenariô certum voluit reddere. Vid. de ipſâ hâc phraſi *v. 12*.

Poriſmata ex Verſ. XIII.

1. Examen profectuum in rebus ſive ſecularibus, ſive ſpiritualibus, qvomodo v.g. diſcipuli, auditores, ſubditi, milites ſub tali vel tali profecerint inſtructione, aut vivendi ratione, valdè eſt commendabile ac proficuum. Immò de propriis noſtris diurnis geſtis examen ante ſomnum inſtitutum inſigniter provehere ſolet, tàm intellectûs ac memoriæ, qvàm voluntatis & affectuum meliorationem. Pulchrè Auguſtinus, tom. X. opp. fol. 449. *Qvotidiè conſcientias noſtras intùs adſpiciamus, ſi aliqvid in ſtolâ anima noſtra aut per negligentiam diſſutum, aut per luxuriam ſordidatum, aut per iracundiam combuſtum, aut per invidiam conciſum, aut per avaritiam tenebroſum eſſe cognoſcimus, -- feſtinemus vulnerata curare*, &c. Egregiè hanc in rem Moſ. Majmon. *in Præf. Pirke abboth.* c. IV. (apud Pokok. *porta Moſis p. 208*) *Qvemadmodum Medicinæ peritus aliqvis, ubi temperamentum ſuum vel aliqvantillum immutatum eſſe viderit, neqvaqvam illud negliget, aut morbum invaleſcere ſinet, donec medicamentô admodum forti opus habeat; aut ſi noverit aliqvod corporis ſui membrum imbecillius eſſe, illud ſemper tuebitur, ea, qvæ illi nocent, fugiendo, & qvæ illi proſunt, ſectando, donec ad ſanitatem redeat, aut ſaltim non magis infirmetur: Ita & virum perfectum mores ſuos aſſiduè ad examen revocare decet, viasq; ſuas perpendere, atq; in animi ſui inclinationes qvotidiè inqvirere, &c.* Et rurſus p. 211. *Cùm qvis perpetuò facta ſua trutinet, & qvæ in mediô poſita ſunt, ſectetur, futurus eſt in ſummô eorum, qvæ in hominem cadunt, gradu, eâdemq; ratione qvàm proximè ad Deum accedet.* Qvotidianô de hôc conſcientiæ ſcrutiniô prolixè Drexelius *lib. 1. Triſmeg. i. tom. opp. c. 1. f. 372. ſeq.* Huc etiam *Viſitationes* Eccleſiarum, Academiarum, Scholarum.

2. Colla

2. [illegible] comparatio . diverſorum [illegible] ſtitutæ (velut h. l. Danielis, aliorumq; alumnorum lautè habitorum,) non [illegible] deducit nos in penitiorem qvalitatum, inclinationum, virium, operationum notitiam. Exeſto tamen in exercitiis pietatis cum [illegible] ve aliis collatio Pharifaica, *Luc. XVIII, 9. 11.* [illegible] ſe, non in relatione ad alium habebit laudem, *Gal. VI, 4.*

3. In rebus mediis, conſcientiam directè non vaſtantibus, ſi cuncta remedia [illegible]ter tentata fuerint, nec alia intercurrant obſtacula, [illegible] nos licebit arbitrio ſuperiorum; ſicut h. l. Daniel dicebat: *Fac [illegible] prout viſum fuerit.* Huc locus *de obſeqviô* ſuperioribus debito vi IV. Præcepti.

4. [illegible] temporalibus ſi Deus petito ſpeciẽ noſtræ nolit [illegible] vegetum habeamus corpus, ut alimenta benè [illegible] ejusdem beneplacitô. Ita Auguſtin[illegible] *cum modô petite, & cum timore*, vid. exemplum [illegible] XV, 25. 26. leproſi, *Matth. VIII, 2.* & Chriſti ipſius [illegible]

5. [illegible] etiam erga Barbaros, (ut h. l. Melzarum) colere [illegible] Daniel non veretur *ejus ſe vocare ſervum*, cui de ju[illegible]to: Et non initiò ſaltem eundem ſic compellat, ſed [illegible] non ſuccedentibus.

וַיִּשְׁמַע לָהֶם לַדָּבָר הַזֶּה

[illegible] *ſermone hujuſcemodi.*) Vel ſecundùm Piſcato- VERSUS XIV.
[illegible] *ei in negotiô iſtô.* Non memoratô reſponſô שמע
[illegible], ſubjicitur ſtatim realis ejusdem obſecundatio. Qvòd [illegible] וישמע h. e. non auribus ſolùm; ſed corde ſi[illegible] petitum. Ita nemo verbum שמע *audivit*, [illegible] idem eſt, ac *attendere, exaudire*; qvomodo le[illegible] *non* [illegible] שמע להם *exaudivit eos.* Gen. III, 17. [illegible] *obtemperâſti voci uxoris tuæ*, &c. 2. Paral. [illegible] לעצתי *conſiliô meo.* it. *Judic. II, 20. Hoſ.* [illegible] h. l. ſervilem hancce ל poſt ſe habet geminam, [illegible] exaudita, qvàm res deſiderata deſignentur; qvæ [illegible] non malè exprimitur per *negotium*, qvippe דָּבָר דבר
[illegible] alibi, tùm hîc accipi, conſtat è textuum apertis cir-

circumſtantiis. Conf. *Cohel. I, 8. 10.* Appoſitè Lutherus : und er gehorchet ihnen darinnen.

וַיְנַסֵּם יָמִים עֲשָׂרָה׃

Tentavit eos diebus decem.) Piſcator : *Probavitq; eos diebus decem*, meris ſc. leguminibus, meráq; aquâ, intereà temporis appoſitis. Qvô ipſô conformitas, tùm inter petitum, tùm rem obtentam indicatur, eodem & hìc, & *verſ. 12.* ſervatô verbô נסה *exploravit.* Qvod ipſum factum periculô ſanè non caruit, ſi intereà temporis Rex improviſò unum alterumve ex his ad ſe evocâſſet.

Poriſmata ex Verſ. XIV.

1. Inſignis ſuperiorum virtus eſt, haut gravatè inferiorum *audire*, & pro re natâ etiam exaudire voces atq; deſideria. *Audiamus* (ajebàt iſte bonus Imperator) *nos homines, ut viciſſim audiat nos Deus*. Si non potes in re omni, ſaltem in certâ ac legitimâ cauſſâ audias, ut h. l. Melzar in negotiô hôc.

2. Rei ambiguæ capeſſenda ſunt, ubicunq; modò licet, & datum eſt, *experimenta*, anteqvam negemus. Qvantum aliàs valeat *experientia* in re bellicâ, medicâ, in rebus Phyſicis, in officiis publicis, &c. alibi docetur latiùs.

3. Qvod non docet unus dies, id docebunt decem; h. e. *temporis* ubivis habenda ratio; cuiq; rei ſua hora. confer *Coh. III, 1. ſeqq.*

וּמִקְצָת יָמִים עֲשָׂרָה נִרְאָה מַרְאֵיהֶם טוֹב

Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum melio-

VERSUS XV. *res.)* En ſucceſſum obſecundationis exoptatum! Nimirum ex parte juvenum deprehenſa fuit conſtitutio laudabiliſſima, v. 15. ex parte curatoris autem ſecuta fuit pabuli deſiderati continuatio benevola, *v. 16.* Circumſtantia igitur temporis eſt *decendium elapſum*: Ubi qvoad vocem מִקְצָת *à fine* conſulantur dicta *v. 2.* qvoad denarium verò numerum dierum *v. 12.* de voce מראה *vultus* v. 13. Hujus verò vul-

טוב tûs conſtitutio dicitur fuiſſe טוב *bona*, ſeu melior in collatione ad alumnos reliqvos, putà, qvoad colorem vividum, qvoad elegantiam, nitoremq; hilarium oculorum, exporrectæ frontis &c.. Ita verò *bonus vultu* (טוב מראה) pro formoſô ponitur *Gen. XXIV. 16.*

טוב מראה *c. XXVI. 6. 2. Sam. XI, 2. Eſth. I, 11. c. II, 2. 3. 7. &c.* vid. ſupra *v. 4.* Hic inſuper

Digitized by Google

inſuper poſitivum טוב *bonus* per comparativum *melior* reddi debet, ob ſeqventem particulam comparativam מִן *præ*. Deinde pluralis בְּרִיאִים [illegible], cum ſignificationem habeat ſingularem, conſtruitur qvoqve cum verbo ſingulari נִרְאָה conſpectus fuit, ut & Adjectivo ſingulari טוב [illegible], per enallagen numeri non inconſvetam, ita tamen, ut [illegible] diſtributio: Uniuscujusq; ipſorum adſpectus fuit bonus, &c.

וּבְרִיאֵי בָּשָׂר מִן־כָּל־הַיְלָדִים הָאֹכְלִים אֵת פַּתְבַּג הַמֶּלֶךְ׃

Et corpulentiores præ omnibus &c.) Sicut verbis proximis deſcripta qualitas; ita his ipſis qvantitas. Sic namq; בָּרִיא *obeſum*, [illegible] carnis mole præditum, denotat. Qvomodo v.g. Eglon dicitur [illegible] בָּרִיא *pingvis* valdè, *Jud. III, 17.* item vaccæ formoſæ [illegible] *& pingves*, vel ſaginatæ, *Gen. XLI, 2. 4. 5. 7. 18. 20.* boves, *1. Reg. IV, 23.* &c. Carnis verò expreſsè ſimul meminit, æq; ut *Gen. XLI, 2.* [illegible] tumorem fortè ſubfuiſſe qvis opinetur, qvomodo [illegible] qvandoq; apparent hydropici, aliiq; malè habentes, qvibus [illegible] deeſt. Qvomodo autem ſemina nonnulla, v. g. [illegible] ad obeſitatem, dum laudabilem generant ſangvinem, ex [illegible] modum fit caro, differit h. l. *AbenEſra*, ut jam ſuprà [illegible]. Non abſolutè autem dicuntur hi leguminum decoctores [illegible] ſed comparatè etiam, *obeſiores reliqvis*, eduliorum regiorum [illegible] participibus; non tantùm qvòd Phyſicè [illegible] hos ingluvies ac intemperantia, qvæ multum [illegible] bonæ; verùm qvia Deus benedictionem hiſce [illegible] ſubtraxit; noſtris verò pietatis ac temperantiæ ſtudiis [illegible] conceſſit. Præcipuè namq; ad Dei providentiam [illegible]. Licèt enim legumina parcè, prudenterq; uſurpata, [illegible] non tamen obeſiorem. Adeoq; eadem hìc [illegible] Simſonem Nazaræum tantum roboris inter tenuiora [illegible] *Jud. XIII, 5.* & apud Juditham, *Judith X, 4.* Deniq; [illegible] actum ſuprà *v. 5.*

[illegible]mata ex Verſ. XV.

[illegible] corporis conſtitutio incomparabile Dei [illegible] [illegible] in alterô ſaltem uni præ alterô egregium lar[illegible]; verùm intemperiem qvoq; fidelibus emendare poteſt

re poteſt

re poteſt facilè, vires alioqvi debiles confirmare, victui ignobili benedicere, &c. Adeoq; non refert, qvô utaris alimentô, modò benedictione gaudeas Dei, qvem ſincerè colis. Deus eſt, qvi nos alit, *Pſal. CIV, 15.*

2. *Temperantia*, cupediarumq; fuga non caret commodis immenſis. Temperantiæ tamen locus etiam circa cibos viliores, v.g. lactucam, &c. item in aqvæ potu æſtivô tempore, ubi multi pro appetitu ſemper ingerunt, valetudine neglectâ: in lentibus *Gen. XXV, 30.* & aliis ejusdem generis.

3. Si feceris, qvæ jubet pietas; eventumq; Deo commiſeris, mirum tandem Dei tui deprehendes ductum. Chriſtum ſeqvamur, ſpretis lautitiis regni Ægyptiaci, exemplô Moſis ac Martyrum, *Hebr. XI, 24. 37.* Sic illic compenſationem recipiemus affluentiſſimam.

4. Profanis non proſunt etiam regiæ lautitiæ, ceu hîc videre eſt in juvenibus promiſcuè delitias ſectantibus, qvi exinde tamen non fiunt eò formoſiores, nedum doctiores.

5. Deo acceptam feramus valetudinem, formam, vires; ex ejus manibus accipiamus cuncta, *Pſal. CXLV, 16.* ipſi ſoli referamus qvoq; grates.

וַיְהִי הַמֶּלְצַר נֹשֵׂא אֶת־פַּתְבָּגָם וגו׳:

VERSUS XVI. *Porrò Malaſar tollebat cibaria &c.*) Viſò ſucceſſu adeò optatô ac admirandô, plenarius demū Melzaris ſubſeqvitur conſenſus, qvoad alimenti deſiderati continuationem. Perſona gratificans eſt Melzar, de qvô v. 11. Gratificatio ipſa conſpicitur, *tùm* in cibi immundi ulteriore remotione, *tùm* deſiderati innoxii ſubminiſtratione. In fontibus adhibetur peculiaris verbi præteriti circumſcriptio: *Et fuit auferens*, pro וַיִּשָּׂא *& abſtulit:* cujusmodi & alibi phraſeologia, v.g. Neh. I, 4. *fui jejunans & orans.* Devt. IX, 3. *fuiſtis rebellantes.* 2. Paral. XXIV, 14. *& fuerunt offerentes holocauſta*, &c. Non malè *Piſcator* phraſin hanc de continuatione interpretatur, reddens: *Itaq; perſtitit Melzar in eô, ut aufferret, &c.* & in Scholiô: *& fuit*, h. e. manſit aufferens &c. ſic & *verſu ultimô.* Aufferendi autem verbum ſupponit rei ablatæ, ſive ciborum antecedaneam præſentiam, non qvidem ratione realis appoſitionis; verùm ratione regiæ deſtinationis, qvæ ob ſuum pondus ac valorem præſentiæ reali erat æqviparanda. *Cibus* deniq; *potusq; illorum* idem eſt, ac cibus potusq; regiis his juvenibus determinatus, non autem actualiter unqvam uſurpatus. vid. rurſus *verſ. 5.*

וְנֹתֵן

Digitized by Google

[illegible] *Dabatq; eis legumina.*

[illegible] ria, bene & ad votum præparata, qvotidiè [illegible] *verſ.12.* Iterum verbum actus *dedit* ponitur [illegible] inuatione, *dare perrexit.*

Porismata ex Verſ. XVI.

1. [illegible] Melzari removenda ſunt è conſpectu proximi, qvæ [illegible] aloſa, inutilia. Pertinet hoc ad Patresfamiliâs in [illegible] imarum, juventutisq; curatores in Eccleſiaſticis [illegible], gubernatoresq; communitatum in Politicis: [illegible] *ex Iſraël, &c.*

2. [illegible] tùm noſtratibus, tùm peregrinis, & qvibusvis [illegible] honeſtè à nobis petunt, qvæq; in noſtrâ ſunt poteſtate [illegible] vergunt commodum. Simus in erogandô alacres [illegible] in labor[illegible]lo fideles, in continuandô bonô cœptô [illegible]

3. [illegible] non dimittitur, qvod in commodum [illegible] ſuſcipitur. Sicut Melzar Danieli atq; ſociis [illegible] mum, cibum potumq; regium lucratur; ita [illegible] iſſima reportant etiam ij, qvi vel frigidam tan[illegible] ſuppeditant. *Matth. X, 42.*

[illegible] אַרְבַּעְתָּם נָתַן לָהֶם [illegible] וְהַיְלָדִים הָאֵלֶּה וְהַשְׂכֵּל

[illegible] *hîs dedit Deus ſcientiam & diſciplinam.*) VERSUS XVII.

[illegible] tùm decreto, tùm decreti executione: nunc [illegible] conſeqvente eventu; Qvorum *Primus* eſt egregi[illegible] profectus. (1.) Proficientes ſunt pueri, vel *juve*[illegible] in fontibus de verbô ad verbum eſt: *Et pueri* [illegible] Qvâ ratione Nominativus ab initiô poſi[illegible] integri, ſicut Pſal. X, 5. *Omnes hoſtes ejus, ſuf*[illegible] qvod attinet, ſufflat &c. Prov. XII, 16. *Stul*[illegible] *ira ejus*, h. e. ſtultum ſi ſpectes, ipſâ illâ die [illegible] ; ſic & h. l. *Pueros hos* qvod concerne[illegible] Similia exempla ſunt *Pſal. XI, 4. Pſal. XVIII,* [illegible] &c. vide, ſi lubet, Sanctium *ad libb.* [illegible] *hermeneutic. p. 190.* Omittit autem

L hîc

hîc *Vulgatus* determinatum numerum, qvi in Ebræô adeſt, ארבעתם *qvaternio ipſorum*, vel qvatuor ipſi, nimirum Daniel, Miſaël, Chanania, & Aſaria, qvorum mentio facta *v. 6.* nimirum hi ſoli qvatuor inter captivos reliqvos Judæos ſingularem coluerunt paternæ legis obſervantiam, qvam cæteri ſive ex juvenili temeritate, ſive timiditate, ſive voluptatum ſtudio, ſusq; deqve habuerunt, ac proindè minorem qvoq; cœlitùs ſenſerunt benedictionem. Egregium verò qvid in noſtris hiſce qvatuor monſtrare voluiſſe Spiritum S. colligimus tùm ex ה emphatio, tùm ex pronomine demonſtrativô אלה itidem cum ה emphatico, tùm ex affixô hôc pleonaſticô ם qvaternio *ipſorum*. (2.) Profectuum Autor, non hîc producitur chorus ſapientum Chaldæorum, verùm האלהים *idem ille Deus*, qvem hi captivi tantopere reverebantur; Is ſiqvidem honorantes ſe honorare ſolet & ipſe, *1. Sam. II, 30.* Adeoq; ſicut ipſe ſolus eſt ſapientia, ſapientiæq; omnis autor, hominibus tùm facultatem comprehendendi, tùm occaſionem, informationemq; ſubminiſtrans; ita hîc qvoq; dedit per peculiarem intellectûs colluſtrationem, capacitatisq; ingenii naturalis elevationem. (3.) Profectus optimos dedit hiſce Deus, nimir. מדע
מדע *ſcientiam*, והשכל *& intelligentiam*: Qvoad prius nomen vide dicta *v. 4.* qvoad poſterius vid. *Prov. I, 3.* ubi notatum, tempus infinitum induere qvandoq; naturam nominis, æq; ut apud Latinos: *ſcire tuum nihil eſt*, &c. Diſcrimen verò vocum harum vix ſolidè oſtendet, probabitve ullus; fundamentô enim caret, qvod *Jacchiades* מדע
השכל ad intellectum practicum, השכל verò ad intellectum ſpeculativum refert. Arbitramur, voces qvodammodò ſynonymas conjungi emphaſeos majoris cauſſâ, uti monitum ſuprà *verſ. 4.* ita ut acumen ingenii, ſagacitas in eliciendis abſtruſis, dexteritas in comprehendendo, communicando, applicando, conferendoq; pateſceret undiqvaq;. Ac proinde ſicut Philoſophi profani ſuam nacti ſunt eruditionem mediis naturalibus, aſſiduâ ſc. tùm doctorum vivorum, mortuorumq; (ſeu librorum) freqventatione, tùm propriâ meditatione atq; ſtudiis; ita Daniel non tantùm his mediis ordinariis gaudere tunc potuit, verùm inſuper acceſſit lux qvædam ſuperna, immediatè intellectum inſtruens, prout jam meminimus.

בְּכָל־סֵפֶר וְחָכְמָה

In omni librô & ſapientiâ.) *Piſcator:* in omnibus literis & ſapientia. *Lutherus:* In allerley Schrifft. Et in Gloſſâ marginali: Das

iſt / ſie lerneten alle Künſte / die bey den Chaldeern waren geſchrieben:
Belga de libris. Nimirum exponitur objectum conceſſæ cœlitùs capa- ספר
citatis ac intelligentiæ, qvòd tàm Chaldæorum ſcripta, qvàm ea, qvæ
in ſcriptis comprehenſa erant, aſſeqvi potuerint, qvòd nul-
lus adeò inſvetus character, nulla phraſeologia, nullum au-
torum genus ſuperaverint juvenum horum captum, qvin pe-
netrarint potiùs omnia feliciſſimè, adeò, ut & materialia & forma-
lia, & continentia & contenta, & modum tradendi, & ipſa tradita
arcana, ſuis comprehenderint ingeniis. *Symmachus*, referente Hiero-
nymô, reddidit: *Dedit illis Deus artem Grammaticam*, & Theodotion:
dedit illis σύνεσιν καὶ φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ. Alii de arti-
bus liberalibus; qvomodo *Polanus* vocem סֵפֶר exponit, de comple-
xu artium liberalium, & literarum, diſciplinarumq; humaniorum,
maximè naturalium. חכמים verò de certâ rerum divinarum hu-
manarumve, & accuratâ cognitione; Verùm repeti hìc poterunt, qvæ חַכְמֵי
jam jam dicta ſunt ſuprà ad *v. 4*.

וְדָנִיֵּאל הֵבִין בְּכָל־חָזוֹן וַחֲלֹמוֹת׃

*Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſo-
mniorum.*) Ebr. *Et Danielem intelligentem reddidit in omni viſione, &c.*
ita Piſcator. Vel potiùs: *Et Daniel intellexit omnem viſionem & ſo-
mnia.* Uti Danielem præ reliqvis vidimus hucusq; religioſum, ita pe-
culiare etiam nunc ejus præmium cognoſcimus, qvod eſt penetratio
qvorumvis abditiſſimorum, ut ſunt tùm viſiones propheticæ, tùm
ſomnia ſignificantia. Diſcrepantia verſionum eſt ex Ebræô הבין (à
בין *intelligere*) qvod in Hiphil tàm tranſitivè valet, *intelligentem fa-
cit*, qvàm intranſitivè, *intellexit*. Priori modô infra occurrit c. X, 14. בין
uti לַהֲבִינְךָ *ad inſtruendum te*. Pſal. CXIX, 27. 34. ſeqq. הבינני *do-
ce me ſtatuta tua*. Poſteriori modô *Dan. IX, 23.* הָבֵן *intellige viſionem*;
& alibi creberrimè. Utrovis modô hìc accipias, non peccabis. Danie-
lem namq; Deus reddidit intelligentem, & Daniel (divinâ adjutus
aut illuminatus gratiâ) *intellexit* hujusmodi arcana. Objectum au-
tem nominatur geminum, (1.) חזון viſio, h. e. apprehenſio certarum
ſpecierum ſenſibilium, qvæ tanqvam ſymbola, modò ἔσωθεν, modò חזון
ἔξωθεν vel vigilantibus, vel dormientibus, extraordinariè repræſen-
tatæ, arcanô modô exhibent res futuras, ſive bonas, ſive malas, qvæ

cernuntur vel citra ἔκστασιν, ut manus in pariete, *Dan. V, 5. ſeqq.* vel in ἐκστάσει, aut raptu, qvales aliqvot Viſiones Jeremiæ, plurimæ Ezechielis, omnes ferè Joannis in Apocal. Vide inferiùs Prophetæ noſtri c. VIII, 1. 15. & c. IX, 21. item 1. Paralip. XVII, 3. 15. ubi חזון vocatur revelatio voluntatis divinæ de non ædificandô Templô, noctu Nathani facta. Sic *Eſa. I, 1. Obad. v. 1. Nah. I, 1.* vid. *Gen. XV, 1. c. XLVI, 2.* item, qvæ dicta ſunt *Prov. XXIX, 18. ubi non eſt* חזון *, diſſipatur Populus* &c. item *Eſai. XXIX, 7.* ubi ſomnium vocatur חזון *viſio noctis*, h. e. nocturna. Porrò (2) *ſomnium* h. l. eſt inuſitatior ſpecierum, ſive viſibilium, ſive audibilium repræſentatio in Phantaſiâ dormientis, facta ſive à Deô immediatè, ſive ab Angelis bonis maliſq;, ad informandum de occultis, incertiſve eventibus, &c. cujusmodi erat ſomnium Abimelechi, *Gen. XX, 3. 6.* Jacobi, *c. XXXI, 10. 11.* Joſephi, *Gen. XXXVII, 5. 9.* captivorum aulicorum gentilium, *c. XL, 5. 8.* Pharaonis, *c. XLI, 7. 15. ſeq.* militis Midianitici, *Jud. VII, 13.* Salomonis, *1. Reg. III, 5. 15.* Nebucadnezaris *Dan. II. 3.* Prophetarum, ſive verorum, ſive falſorum, *Deut. XIII, 1. 3. ſeq. Numer. XII, 6. Jerem. XXIII, 31. Joël. III, 1. 1. Sam. XXVIII, 6. 15.* &c. Qvandoq; junctim tanqvam unicum leguntur ambo, Job. XXXIII, 25. Data proin hîc dicitur Danieli peculiaris ἀγχίνοια ad exponenda talia tùm ſua, tùm aliorum, ſive vigilantium, ſive dormientium phantaſmata aut ſpectra, ita ut diſcerneret naturalia à præternaturalibus, ut unum ex alterô ſcitè erueret, &c. adeòq; ſe Prophetiæ donô cœlitùs inſtructum indies magis magiſq; demonſtraret. Si qværas: An per modum habitûs permanentis intelligentia hæc adfuerit Danieli, an verò ad modum motionis citò tranſeuntis? Arbitramur, poſterius aſſerendum, cùm non è veſtigiô hâc ſuâ uti notitiâ potuerit, qvando aut qvoties viſum; verùm imploratô Numine, &c. c. II, 16. c. IV, 16. cujusmodi intervalla ſenſit etiam Eliſæus, *2. Reg. III, 15. c. IV, 27.* Prophetæq; alii, ad qvos certô demum tempore fiebat verbum Domini, in qvos irruit ſpiritus fatidicus, ſuper qvos facta eſt manus Domini, &c. Vide, ſi lubet, Pererium *ad h. l. p. 50.* Intereà tamen videtur etiam ſuas qvaſi regulas aut obſervationes habuiſſe Daniel, è qvibus de ſomniis, viſionibusq; judicium formare ſolebat. Qvorſum facere videtur univerſalitatis ſignum בכל *omnium* Viſionum, h. e. qvicqvid modò ſive viſionum, ſive ſomniorum innoteſcebat ipſi, cujuſcunq; etiam eſſent generis, ea omnia ac ſingula penetrare poterat facilè, dextreq; interrogantibus interpetrari. Adeòq;

בכל

1. *omne*, non ſingula generum, ſed genera ſingulorum h. l. haut dubiè deſignat.

Poriſmata ex Verſ. XVII.

1. Deus eruditionis ſapientiæq; dator unicus ac ſolus, dat idem vel immediatè, vel mediatè. Qviſqvis proficit, proficit benedicente Dominô. Dat ille non uni omnia, ſed qvantum & qvousq; vult, &c. *1.Cor.XII,11.* Nil ſiqvidem ingenium, nil docti Præceptores, nil aſſiduitas, nil librorum bonorum copia, niſi *Deus det* ſapientiam & incrementa, *1.Cor.III 7. Prov.II,6.*

2. Deo itaq; ſerviendum ſincerè, ſi vis intellectum tuum in ſtudiis ſalutaribus perficere. Qvò religioſiùs enim hi juvenes mandata Dei reverentur, eô felicius qvoq; præ cæteris proficiunt. Mentem puram, puramq; corpus ſuperna amat ſapientia; impuros autem porcos deteſtatur qvàm maximè. *Sap.I,4.Syr.I,33.*

3. Si ex Dei donô contingit eruditio, qvid inſoleſcimus, alioſq; præ nobis tàm tumidè ut bruta deſpicimus? *1. Cor.IV,7.* Cavendum proin ſedulò, ne inflet ſapientia *c. VIII,1.*

4. Ingens literaturæ, librorum, Bibliothecarumq; eſt dignitas, *utilitas, jucunditas.* Qvi vult, de Bibliothecis conſulere poterit Lipſium, Pancíroll. *tom. 1. mem. cum not.Salm.p.64.* Schotti *prolegomena in Photii Biblioth.* Polyd. Vergil. *de rer. Invent. p. 127. & Append. p. 103.* Kornmanni *templum naturæ p.326.* Kircherum *tom. 1. Oedip. Propylæi c.I.* (ubi de Bibliothecis Æthiopiæ & Orientis) ſic in *Sina & Europa mirandis p. 1261. ſeq.* refertur, in monte Lungmuen Sinæ reperiri Bibliothecam 30000. Autorum Sinenſium.

5. De *Libris* Chaldæorum, ita Gentilium qvoq; aliorum, non abſolutè & indiſcriminatim præſcribendis, dictum qvoq; ſuprà *ad verſ. 4.* qvibus Autoribus ibi allegatis adjungi poterunt Coccejus *Tit. Sanhedrin p.395.* Hottingerus *Theſ. Philol.p 50.* (an Judæi permittant legere ſcripta extranea,) Hieronym. *Ep. ad Euſtochium*, ubi de caſtigatione ſui ob lectum Ciceronem. Clem. Alexandrinus, *lib.1.Strom. fol.277.* ubi aliter dicit ovem aſpici à paſtore, aliter à laniô; Sic ſcripta qvoq; Græcorum. &c. Appoſitè olim Imp. Maximilianus I. *Audiendi ſunt ſcriptores Ethnici ut rana, Chriſtiani ut luſcinia.* Latè etiam de hâc materiâ h. l. Pierius, *p.43.ſeq.* legenda videlicet eſſe ſcripta profana, tùm propter contenta illic vera, qvæ naturaliter omnes

 appeti-

Digitized by Google

appetimus ſcire, qvæ ab omni etiam licet accipere, qvæ cum Scripturâ ſæpè congruunt egregiè, qvæ utilitatem præbent in Phyſicis, Ethicis, Politicis, Oeconomicis, Medicinâ, Mechanicis, &c. tùm propter falſa, tùm ut ſolidiùs refellantur, tùm errantes reducantur, &c. Idem refutat qvoq; objectionem de Magicis immiſtis, qvòd hæc, ſi nudè ſciantur, neminem damnent, aliter, ſi addiſcantur animô imperitô, nondum ſatis præmunitô, curioſô, ſuperſtitioſô, ſine malô, ſtudiô immoderatô, & intempeſtivô, &c.

6. De *Viſionibus*, an hodieq; tales expectandæ, an, qvousqve, & qvomodo iis fidendum &c. vide apud D. Danhaverum *Hermen. p. 412. ſeq.* Chamierum *in Locis*, *fol. 6. ſeqq.* Spanheim. *tom. 2. ſyntagm. p. 235.* Crocium, *tom. 1. Weigelianiſm. p. 84.* & qvæ ſuperioribus annis diſputata ſunt de viſionibus inter D. *Fabricium*, *Stolterfothum*, *Wagnerum*, Prof. Tüb. aliosq;. In narratiunculâ *de ſtatu Angliæ anno 1654.* anonymi cujusdam refertur *p. 11.* hodiernos Schakeros, ſeu Qvakeros in tantas incidere ἐκστάσεις, ut totô corpore contremiſcant, tantumq; clament atqve reboent, ut homines ac bruta inde perterrefiant, &c. qvæ ſanè haut dubiè dæmonum ludibria ac dementationes.

7. De *ſomniorum varietate & veritate*, an ullis ſomniis habenda ſit fides, de cauſis ſomniorum verorum, de ſignis diagnoſticis, de cauſis, cur Deus in ſomno arcana ſua referet hominibus, cur ſomnia dentur obſcuris & indoctis hominibus, cur obſcurô modô, an Chriſtiano licitum ſit obſervare ſomnia, cujus ſit ea interpretari, an in ſomnô liber uſus rationis & voluntatis eſſe qveat? latè diſcuſſit h. l. Pererius, *à pag. 53. ad 81.* vide etiam de ſomniis Auguſtin. *lib. VIII. de C. D. cap. XXXI.* Gregor. *lib. VIII. Moral. c.* XIII. Ariſtotelem *lib. de divin. ex ſomniis.* Cœl. Rhodig. *lib.* XXVII. *antiq. lect. c. 7. ſeq.* Martyrem *in lib. Judic. fol. 83.* Del-Rio *Diſq. Mag. p. 496. ſeq.* Thyræum *appar. V. T. p. 335. ſeqq.* Peucer. *de divinatione p. 234. ſeqq.* Perkinſum *de faſcino p. 106.* Gisb. Voet. *tom. 2. Diſſ. ſelect. p. 1123.* Gerhard. *in hiſtor. Paſſion. p. 473. ſeq.* D. Weller. *Diſſ.* IX. *AntiMaſſon.* (ubi de ſomniô Zvvinglii) Brochman. *tom. 2. LL. de Lege. Caſ. Conſc.* XIX. *p. 108.*

וּלְמִקְצָת הַיָּמִים אֲשֶׁר אָמַר הַמֶּלֶךְ לַהֲבִיאָם

VERSUS XVIII. *Completis itaqve diebus, poſt qvos dixerat Rex, ut introducenentur.*) Poſt primum educationis conſeqvens *v. 17.* commemoratum, ſuccedit jam alterum, qvod eſt regium examen. ubi (1) tempus,

Digitized by Google

pus, eſt triennii complementum, ſive terminus *v.5.* præfinitus. (2) Examinis Autor, eſt Rex ipſe Nebucadnezar, utpote qvi non ſolùm alimenta ac informationis velut methodum præſcripſerat, ſed ſimul qvoq; terminum fixerat certum, qvô velit להביאם ut adducerent ad ſe hos alumnos, rationem reddituros ſuo huic nutritio de ſtudiis hucusq; tractatis.

וַיְבִיאֵם שַׂר הַסָּרִיסִים לִפְנֵי נְבֻכַדְנֶצַּר׃

Introduxit eos præpoſitus eunuchorum in conſpectu Nebucadnezaris.) En (3) Examinis apparatum, ubi tùm miniſter regius, præfectus ſcil. eunuchorum *v.3.* adducens; tùm introductio ipſa, tùm locus, ubi examen inſtituendum, videl. Regium conclave, ubi ipſemet Monarcha tantus erat præſens.

Poriſmata ex Verſu XVIII.

1. Cujusvis negotii ſuus tandem inſtat terminus. Felix itaqve, qvi ſemper hujusmodi meditatur noviſſima, tùm actionum certarum, tùm ipſiusmet vitæ, tùm totius qvoq; univerſi. *Syr. VII, 40.*

2. Rex cœli cuivis homini certos præfinivit limites, ultra qvos progredi haut datur. Videat proinde qvilibet, ut cautè rerum ſuarum ſatagat, certas accuratasq; Regi inqviſituro redditurus olim rationes.

3. Adducemur & nos univerſi atq; ſinguli in conſpectum Regis Summi, angelis, inſtar miniſtrorum aulicorum, aſſumturis aliqvando tùm morientium animas (ut Lazari, *Luc. XVI, 22.*) tùm collecturis ſeparaturisq; homines promiſcuè redivivos, *Matth.* XIII, *41.49.*

4. Benè ſibi conſcius non habet, cur magnatum reformidet conſpectum. Rectè igitur tempus colloca, ſollicitè ſemper fac facienda, cautèq; fuge fugienda; ſic namq; animoſitatem acqvires ſpe propriâ majorem.

וַיְדַבֵּר אִתָּם הַמֶּלֶךְ *Cumq; eis locutus fuiſſet Rex.*

Habemus jam (4.) Examen ipſum, qvod peractum fuit alloqviô ac ſciſcitatione regiâ, adeò, ut non explorari curaret ipſos per informatores hactenus juvenibus his præfectos, verùm Rex ipſemet formavit qvæſtiones, haut dubiè non vanas, ridiculas, aut de rebus nihili, verùm graves atq; arduas, de rebus ſive naturalibus, ſive civilibus, v. g. de modô belligerandi, gubernandi provincias, extirpandi hoſtes, &c. qvod ipſum plus adhuc eluceſcet ex *verſ. 20.* VERSUS XIX.

ולא

וְלֹא נִמְצָא מִכֻּלָּם כְּדָנִיֵּאל וגו׳

Non ſunt inventi tales ex univerſis, ut Daniel. &c.) En (5) judicium ſuper his examinatis latum, incomparabilem ſc. fuiſſe eorummet doctrinam, in relatione ad cæteros, pari cum his curâ ac ſumptibus enutritos. Adeòq; producti cum his ſimul fuêre alii qvoq; juvenes, tùm ſtemmatis Iſraëlitici, tùm ex nationibus aliis, qvod colligere licet ex *verſ.3. 6.10.13.15.*

וַיַּעַמְדוּ לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ׃

Et ſteterunt in conſpectu Regis.) Poſt exantlatos labores ſuccedunt nunc qvoqve honores, nimirum promoti ſunt hi ſtudioſi ad dignitates aulicas præcipuas, indicatas phraſi, *ſtandi in conſpectu Regis:* de qvâ ſuperiùs *v.4.5.* Non enim nudus corporis ſitus, aut unicus ille actus, qvô in præſentiâ regis examinati ſunt, exprimitur hôc *ſtandi* verbô: verùm officium potiùs honorificum, qvô familiariùs ſæpè agendum fuit his ipſis juvenibus in cauſis arduis cum Rege ipſô, coram qvô ad propoſita negotia expectabant reſponſum, aut ipſimet à Rege in conſilium adhibiti reſponſa dabant. Hinc *Luth.* Und ſie wurden des Königs Diener. Grotius: *Steterunt tanqvam qvotidiani miniſtri.*

Stare in conſpectu.

Poriſmata ex Verſ. XIX.

1. *Sermo* index animi. Sermone expiſcamur aliorum ingenium, profectûs, conſilia, &c. Sermone aliis noſtra communicamus animi ſenſa. *Loqvere, ut te videam:* non ſine cauſſâ dicebat Socrates. Et Romulus: *vaſa fictilia ſonô & percuſſu, hominem verò ſermone explorandum eſſe.* apud Maxim. *Ser.15.* Ita & Demonax: *in ſpeculis figuram vultûs, in colloqviis autem animi naturam & ingenium cerni poſſe.* ibid.

2. Magnates ne ignominiæ ſibi ducant, colloqvi cum ſubditis vel inferioribus aliis. Eſt namqve hoc & clementiæ, & prudentiæ, & juſtitiæ, &c.

3. Qvæ diu delituerunt, dum laboravimus, ea tempeſtivè ac ubertim erumpunt, cùm ſolertiam induſtriamqve juſtô tempore ac locô probatam dedimus. Pietatis ſiqvidem, virtutis ac laborum pediſſeqva eſt gloria: poſt ſementem meſſis. *Dicite juſto, qvoniam benè ipſi, qvoniam fructum ſuarum adinventionum comedet,* Jeſa. III, 10.

4. Superiores qvivis exemplô Nebucadnezaris diſcant inqvirere in inferiorum negotia ac profectûs.

5. Re-

5. Religione non obstante Daniel cum ſociis ſtat coram Rege idololatricô. Ita hodieq; illæſa conſcientiâ inſervire licet magnatibus diverſæ religionis, modò in miniſtrante par adſit religioſitas, qvæ h.l. in noſtro Daniele.

6. Adeo non raró theatra fiunt eruditionis pietatisq; edecumatæ, ſicut h.l. aula Chaldæorum, olim Ægyptiorum florente Joſephô, Perſarum erectô Mardochæô, &c.

7. Ætas non obſtat, qvò minùs excellere juvenis qvandoq; poſſit viros atq; ſenes, præcipuè ſi eruditionem comitetur pietas, juventam magis qvàm canitiem commendans.

וְכֹל דְּבַר חָכְמַת בִּינָה

Et omne verbum Sapientiæ & intellectûs.) Ebraicè tria, vel potiùs qvatnor invicem concatenata hærent וְכֹל דְּבַר חָכְמַת בִּינָה *& univerſitas verbi*, vel *omne verbum* (aut negotium) *ſapientiæ intelligentiæ*: Ubi ſemper Genitivus Genitivum excipit. *Verbum* autem *ſapientiæ* nihil aliud eſt, qvàm negotium, circa qvod ſapientia eſt occupata, aut qvod ad ſapientiæ perfectionem ſpectat. Polanus reddit: *Omni in re ad peritiam intelligendi pertinente*. vid. ſupr. verſ. 5. Deinde *ſapientia intelligentiæ* eſt ſapientia ſingularis, acumine aut perſpicaciâ mentis, ſingulari cum curâ acqviſita, valdèqve commendabilis; id namq; ſynonymorum in regimine nexus aliàs exprimere ſolet, v.g. *lutum cœni*, h.e. profundiſſimum *Pſal.XL*, 3. *Excandeſcentia iræ*, h.e. maxima *Zeph.*II,2. vide Troſtii *Gramm. p.* 115. Voces autem haſce *Sapientia*, *Intelligentia*, reperies pari ferè conſortiô Prov. IV,5. *Eme* vel acqvire *ſapientiam*, *acqvire intelligentiam*. Deniq; ſi verbum poſtules, qvô cum hæc nomina cohæreant, nullum eqvidem commodè oſtendi poteſt; Qvanqvam enim Vulgatus nectat cum ſubſeqventibus, h.m: *Et omne verbum ſapientiæ --- invenit in eis decuplum*; conſtat tamen, id commodè fieri non poſſe ob intercedens ו copulativum, nec non affixum plurale maſcul. וַיִּמְצָאֵם *& invenit eos*: taceo, qvòd in Ebræo non ſit, *in eis*, ſed Accuſativus, *eos*. Imò intercedit qvoq; accentus Athnach diſtinctivus. Qvâ de cauſſâ *Piſcator* Nominativum accipiens locô membri integri, ſic reddidit: *Porrò qvod attinet ad qvodcunq; negocium ſapientiam intelligentiæ poſtulans, -- deprehendebat eos decuplô ſuperiores omnibus*, &c. Verùm ſine cauſſâ deſeruiſſe videtur *Junium*, cujus hæc eſt verſio: *Omnibusq; in rebus ad peritiam*

VERSUS XX.
חכמת

Digitized by Google

ritiam intelligendi pertinentibus --- inveniebat eos decuplô ſuperiores,&c. Qvâ ſanè ratione, ſi præfixum ב ſæpiſſimè aliàs deſideratum ſuppleamus, nec non ו ante verbum וימצאם pro merè converſivô, non autem ſimul copulativô accipiamus, res erit ſatis expedita.

אֲשֶׁר־־בִּקֵּשׁ מֵהֶם הַמֶּלֶךְ

Qvod ſciſcitatus eſt ab eis Rex.) Pertinent hæc, vel per qvandam ὑστερολογίαν ad examinis *verſ. 19.* deſcripti amplificationem; vel exponunt juvenum, in publicis ſuis officiis jam miniſtrantium, qvotidianum velut incrementum, aut ſubindè magis increbeſcentem celebritatem, ita ut qvotiescunq;, & in qvibuscunqve mentem eorundem expiſcaretur Rex, deprehenderet hos & ſagaciores, & circumſpectiores, & fideliores præ cunctis Magis, Philoſophisq; aliis. Illuſtrari autem hæc ſciſcitatio poterit ex eâ, qvâ Regina Auſtri Salomonis explorabat ſapientiam, varia proponendo ænigmata &c. *1. Reg. X, 1. ſeqq.*

וַיִּמְצָאֵם עֶשֶׂר יָדוֹת *Invenit in eis decuplum.*

Elegans h.l. relatio inter τὸ *Qværere*, & τὸ *Invenire.* Adeòq; ſi novam cudere liceret verſionẽ, redderemus ita: *Qvaslibet res ſapientiæ reconditæ, qvas Rex qværebat ex his, reperit decuplô copioſius easdem* (penes hos) *qvàm apud cunctos ariolos*, &c. qvâ eqvidem ratione affixum ם pertineret non ad juvenes, ſed ad collectivum כל־דבר *omnes res*, vel qvælibet negotia. Eſto tamen, pertinere affixum ad juvenum perſonas, deſignatur hôc modô inexhauſtus qvodammodo reconditæ cujusvis ſapientiæ theſaurus, qvi multis modis antecellebat ſapientum cæterorum ſupellectilem, & inſtar luminis ſolaris obfuſcabat ſtellas minutas reliqvas, qvintæ vel ſextæ velut magnitudinis. ידות Phraſis עשר ידות eſt propriè, *decem partibus.* Ita namq; plurale hoc ידות (à יָד manus) uſurpatum legimus Gen. XLIII, 34. *auxit cibaria Benjamini præ cibariis univerſorum* חמש ידות *qvinq; partibus*, vel qvintuplô. 2. Sam. XIX, 44. *decem* ידות *partes ſunt mihi in Rege, & etiam in Davide plus qvàm tibi*, &c. Gen. XLVII. 24. *qvintam partem dabitis Pharaoni, qvatuor* ידות *partes erunt vobis pro ſemente agri.* 2. Reg. XI, 7. *duæ* ידות *partes veſtrûm erunt exeuntes à Sabbathô.* Neh. XI, 1. *novem* ידות *partes Iſraëlitarum habitabunt in civitatibus, una vel decima in urbe Jeruſalem. Denarius* autem numerus

haut

Digitized by Google

[illegible] per ſynecdochen accipitur pro ingente aut numeroſo indefinito. Sicut Cohel. VII, 20. *Sapientia roborat ſapientem magis, qvàm decem Dominatores*, &c. Vide ibidem dicta. Huc qvoq; Philo *in Libro de Decalogo*, omnium numerorum perfectiſſimum dicit eſſe denarium, appellatq; Decada, h.e. *δεχάδα*, qvòd capiat comprehendatq; omnia numerorum genera, atqve etiam rationum proportionumq; ad [illegible] corporum.

עַל כָּל־הַחַרְטֻמִּים הָאַשָּׁפִים אֲשֶׁר בְּכָל־מַלְכוּתוֹ׃

Super omnes Ariolos & Magos.) Antehac verſ. 19. comparatio [illegible] fuerat cum juvenibus; conf. & *v. 10.*) nunc altiùs aſcendit [illegible], adeò ut collatio non modò potuerit inſtitui inter juvenes hos ac viros, verùm cum *Magis* etiam ac *Ariolis*, iisdemq; non inferioris [illegible], [illegible] *omnibus*, imò non in ſolâ fortè urbe Babel, ſed & [illegible] *[illegible]adnezaris*, per totam Aſiam, bonamq; Africæ partem. Duo autem ſapientum Chaldæorum hîc producuntur genera, [illegible] complectitur חרטמים qvæ vox in ſacris non extat, [illegible] *Gen. XLI, 8. 24.* de Magis ad exponendum Pharaonis ſomnium [illegible] VII, *11. 22. cap.* VIII, *3. 14. 15. cap.* IX, 11. itemq; miracula [illegible] imitantibus: & deniq; hîc, ut & *Dan.* II, *2.* de [illegible]nezaris ſomniô conſultis. Adeoq; hominum hoc [illegible] Chaldæâ, tùm Ægyptiacâ, qvarum utraq; ſuper[illegible] dedita, notum tunc fuit, pervulgatumq; nimis. [illegible] ſit originatio, an Ebraica, uti vult Fulle[illegible] (eò qvòd ob ingentem lingvæ Chaldaicæ & Ægy[illegible] neutrius eſſe, ſit probabile:) an ſecundùm *R. Saa*[illegible], & אטומים *clauſus*, eò qvòd ex arboris fora[illegible] [illegible]nationes ſuas elicere conſveverint, (velut ex Do[illegible] ſecundùm alios ſit ex חר טימי *oſſa aduſta*, qvòd [illegible] ſuas adhibere conſveverint hi homines: an ſecun[illegible] nec non *Dionyſ. Voſſium*, *Menaſſ. ben. Iſraël.* probl. [illegible] *Avenar.* in Lexic. à חרט *ſtylus ſcriptorius* vel *ſcul*[illegible] incantationes ſuas ſuperſtitioſos adhibuerint [illegible] &c. an juxta alios à חרם *devovit*, interpoſi[illegible] Hottingerum *Theſ. Philol. p. 57.* ſit vox Perſi[illegible]) *ſcivit, cognovit*, opus haut eſt, cur pluribus [illegible] ex Scripturæ textibus adductis conſtare ſatis de eorun-

חרטמים

Digitized by Google

de eorundem ſtudiis parùm honeſtis, ut ſunt incantamenta, præſtigiæ, rerum naturaliter imperveſtigabilium revelationes,&c. Interea non improbabile cenſemus, eosdē qvoq; ſtudio Phyſico,ut vult Aben-Eſra *ad c.II,2.* peculiarem navaſſe operam,adeòq; abditas rerū naturalium cauſas, ortū,ſtatumq; venatos fuiſſe.&c. Itaq; *Abarbanel* in Exod. de peritis rerum naturalium. Ita *Vatablus* de Phyſiologis. Plura de vocis hujus Verſione Græcâ,Syrâ, &c. ſuppeditabit *Fullerus l. c.* Alterum ſapientum genus conſtituunt הָאַשָּׁפִים qvos *AbenEſra* ad c. II, 2. vult fuiſſe הרופאים *Medicos*, qvi videlicet attactu pulſûs, aut inſpectione urinæ judicium ferunt de valetudine aut hominis conſtitutione. Pari modô accipit etiam R. Nathan *in Concordantiis*, adjiciens tamen: aut חוזה *ſpeculator, videns*, vel Propheta. *Kimchi* exponit de Aſtrologis: *Jacchiades* de Sapientibus בשכל המעשי *intellectu practico excellentibus*. Sicut eidem חרטומים ſunt ſapientes, *intellectu Theoretico* præclari. L'Emper. *ad h.l.p.25.* vult Aſchaphim eſſe *Sophos* (demptô ſcil. א ab initiô) qvi nimirum myſticè & allegoricè omnia in divinis explicabant, & ita contemplationibus vacabant. Adeòq; idem ille σοφὸς deducit ex Arabicô צוף *lana*, &c. qvod ipſum placet qvoq; Hottingero *Theſ. Philol.p.57.* de Perſarum Zophis, ſeu Theologis myſticis interpretanti. Confer, ſi lubet, de modernis Perſarum Sophinis Forbeſium *Inſtruct. Hiſtoric.l. 4. c.15. §. 15.16.fol.204.* Contrà, *Grotius* אשף cenſet eſſe Græcum σοφὸς, eò qvòd Thales aliiq; Græci jam celebres fuerint ante Nebucadnezarem. *Lutherus* reddit Sternſeher und Weiſen. *Belga* verò Zauberer und Sternkucker. Sufficiat, in ſacris hoc ipſum nomen non niſi hìc, & *cap.*II,*2.10.27.c.*IV,*4.c.*V,*7.11.15* deprehendi, & haut dubiè tales innui viros eruditos, qvi in ſummâ apud Chaldæos erant exiſtimatione. Non autem eosdem fuiſſe Chartummim & Aſchaphim, colligit *AbenEſra ex c.*II,*2.* ubi ו copulativū interſeritur, qvod & h.l. meritò ſubintelligendum. His itaq; cunctis palmam præripuit Daniel cum ſociis, adeò ut multò feliciùs abditas rerum naturalium indagare potuerint cauſas, ut aſtrorum, influxusq; eorundem longè certiorem tenuerint notitiam, multò ſolidiùs de tempeſtate, aliisq; mutationibus ex aſtrorum influxu promanantibus præſagiverint, multò citiùs ænigmata aut occulta alia detexerint, itemqve inventiones aut ſtrategemata bellica, artificia mathematica, aut ex naturali Magiâ multò promptiùs ſubminiſtraverint, qvàm facere poterant prædicti ſapientes, utpote in plurimis falſi ac fallentes, in multis

אשפים

Digitized by Google

[illegible] hæſitantes. Hautqvaqvam verò comparatio- [illegible] Danielem atq; Magos Arioloſq; , qvoad incan- [illegible], aliarumq; ſuperſtitioſarum aut curioſarum [illegible] qvoad Magiam naturalem, aliaſq; ſcientias & [illegible], facilè colligere licet ex religioſitate circa cibos ſupe- [illegible], qvæ ſanè multò cautiorem artium Diabolicarum [illegible] fugam præſupponit in hiſce juvenibus pietati [illegible]. Intereà licet nihil præſtigiarum , prædictionumve [illegible] hos fuerit deprehenſum, ſuperabant tamen Magos [illegible] longè ſolidiora, veriora , copioſiora , &c. ubi Magi [illegible] dixerunt verum , Daniel plus decies hoc ipſum præſtitit, &c.

Poriſmata ex Verſ. XX.

1. [illegible] encomium *ſapientiæ*, ſeu culturæ animorum , tanquam [illegible] honoratiſſimæ, jucundiſſimæ, &c.

2. [illegible] qui aliorum examinare vult ſapientiam , ſapientiæ & [illegible] dederit, neceſſe eſt.

3. [illegible] ac ſolida ſapientia eſt, penes veros Dei cultores, [illegible] 1. Daniel ac ſocii multis antecellebant Philoſo- [illegible] paraſangis, cùm tamen aliàs hic populus præ cun- [illegible] eſſet conſpicuus. Unde proverbium : μῦνοι χαλ- [illegible] *Soli Chaldæi ſapientiam ſortiti ſunt*. Proindeq; ve- [illegible] phumq; ſimul excellentem, non ſunt incompati- [illegible] philoſopheris, Danielem in pietate imiteris.

4. [illegible] nomine, ſpeciebus, objectis, effectis, exemplis (v. [illegible]) vide ſis Polanum *ad h. l. p. 91. ſeqq.* Rhodigin. [illegible] Sixtum Senenſ. *lib.* II. *Biblioth. tit. Chaldæi. p. 56.* [illegible] *artium libri*. Majmonidem *more nev. lib.* III. c. [illegible] *per* Dion. Voſſ. *p. 74. & 152.* Wierum *de Præ-* [illegible] Del-Rium *l. 1. Diſq. Mag. c. 2. & lib.* II. *p. 95.* Gocleni- [illegible] Danæum, *opp. fol. 377.* Polyd. Virgil. *de re-* [illegible] Perkinſum *de Faſcino p. 4. ſeqq.* De Magiâ etiam [illegible] eſt Athanaſius Kircherus, *tom.* II. *Oedip. p. 2.* [illegible] Ebræorum & Arabum, de Geomantiâ , Alectrio- [illegible] mantiâ, &c. *fol. 471. ſeq.* Conf. Th. Bang. *cœl. orient.* [illegible] de Magiâ recenſet plures.

Digitized by Google

5. De *Aſtrologiâ*, qvousqve hæc licita aut illicita, qvantus ejus honor, utilitas, &c. vide Polan. *in h. l. p. 94. ſeq.* Peucerum *de Divinat. p. 379. ſeq.* Zanchium *de Creatione*, *p. 571.* Perkinſum *faſcin. p. 84. ſeq.* Bezam *in Epiſt. p. 182.* Ameſium *in Caſ. Conſcient. p. 135.* Voët. *tom.* II. *Diſp. ſelect. p. 1052.* Voſſium *lib.* II. *de Idololatr. p. 562. ſeqq.* Poſſevin. *lib.* XV. *Biblioth. ſel. cap. 10. ſeqq.* Mauden. *diſc. moral. fol. 372. ſeqq.* Filiuc. *tom. 2. moral. fol. 115. ſeq.* Dianam *in reſolut. Moral. fol. 243.* DelRio *Diſq. Mag. p. 569.* Abdiam Treu, diſcurſ. Vom Grund und Verbeſſerung der Aſtrologie. Brochm. *tom.* I, *LL. de Creat. quæſt. 10.*

וַיְהִי דָּנִיֵּאל עַד־שְׁנַת אַחַת לְכוֹרֶשׁ הַמֶּלֶךְ׃

VERSUS XXI. *Fuit autem Daniel usq; ad annum primum Cyri Regis.*) Appendicis locô hoc ipſum de longævitate Danielis additur, qvòd, cùm ingenia excelſa aliàs ut plurimum præmaturâ extingvantur morte, hic tamen præmii velut locô ſuperaverit annis alios qvàm plurimos, tùm ſui ordinis, tùm regiæ qvoq; dignitatis. Non ſolùm enim ad Chaldaicæ usqve Monarchiæ finem ſuperſtes manſit; ſed & alteram Medorum & Perſarum attigit: id qvod vult tùm Verbum ויהי *& fuit*, puta vivus, ſoſpes, honoratus; tùm nominatio *anni primi Cyri*; non qvòd eôdem fuerit extinctus, aut ſecundùm alios vaticinari etiam deſierit; (diſertè enim *cap. X, 1.* dicitur, qvòd annô ejusdem Cyri tertiô ſingularem adhuc habuerit viſionem,) ſed qvia hunc ipſum Orbis domitorem glorioſum adhuc vidit, ſub eôdemq; vixit, qvi ſecundùm Jeſaiæ vaticinium Iſraëlitis in patriam è captivitate remeandi conceſſit libertatem. Adeòq; ut durante Chaldæorum regnô floruit in urbe Babel, tot ac tantis charus Mundi Rectoribus, ita Babyloniâ ſubjugatâ, imperiôq; ad Perſas devolutô, (qvod factum annô Cyri Primo,) accerſitus fuit & ipſemet in Mediam, honeſtam ibi ſtationem nactus. Ita ferè circa locum hunc ſentiunt *Hieronymus*, *Iſidorus*, *Sanctius*, atq; *alii*. *Grotius* ſcribit, fuiſſe Danielem in Babel ad annum primum Cyri, poſteà iviſſe in Judæam, ſecundùm Ebræos; qvi autem Ebræi illi ſint, non exprimit. Fortaſſe etiam hâc *Cyri* nominatione digitum intendit Daniel ad Eſaiæ vaticinium, *c. XLIV, 28.* & *c. XLV, 1.* qvaſi diceret: Se Dei gratiâ per totum captivitatis Iſraëliticæ tempus ad usq; fauſtam ipſiusmet ſolutionem ſervatum eſſe. Diſparem intereà tamen ſortem expertum eſſe noſtrum Danielem, & non æqvali ſemper in pretiô fuiſſe apud aulicos, colligere licet ex *Dan. V,*

13. 16,

Digitized by Google

[illegible] De [illegible] qvæ ſeqventia non excludit ſemper, (ut nec h. [illegible], c. X, 1.) vide ſis 2. *Sam.* VI, 23. *Pſal.* CX, 1. CXII, 8. [illegible] *Eſa.* LXIV, 4. item qvæ notavit Sanctius *ad Libros Regg.* fol. [illegible] *Philol. S. tr. 5. c. 12.* Danhaver. *Hermenevt. p. 210.* [illegible], Danielem ultra LXXVII. annos vixiſſe in aulâ Babylonicâ, ſub Nebucadnezare magnô, Evilmerodachô, Belſazerô, donec tandem Cyrus potiretur rerum, &c.

Porismata ex Verſu XXI.

1. *Longævitas* haut vulgare Pietatis præmium. Patet hoc ex Patriarcharum præcipuè ſerie, itemqve aliorum Deo charorum hominum, uti fuerunt Polycarpus, Athanaſius, Hieronymus, Auguſtinus, qvi obiit annô ætat. 76. Epiphanius, qvi, ut habet Poſſevinus *in Biblioth.* vixit annos CXV. & tres menſes. Sic Simeon, Cleophæ filius, Chriſti [illegible], Martyrium crucis Hieroſolymis annô ætatis CXX. [illegible], *Cent. 2. Magd. fol. 12.* & Photinus, Diaconus [illegible] XC. natus, itidem factus fuit Martyr. *ibidem fol. 17.* [illegible]liſta obiit annô ætatis XCVIII. vel XCIII. apud [illegible] taceamus alios. Conf. *Prov* III, *1. 16. ſeqq. c.* X, *27.* it. [illegible] *honorat, bonorabo eum.*

2. [illegible] à ſenibus redundant commoda in communitates [illegible], collegium, rempublicam, &c. *ſenex ſignum* [illegible] Proverb. Ben Syræ. Sicut Daniel ſenex ſingula[illegible]fuit Iſraëlitis, excuſando, promovendo, con[illegible] qvoq; Theologi, Conſiliarii, aliiq; viri boni [illegible]t incommoda, multa etiam ſuis procurare [illegible]

CAP. II.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

[illegible] peculiaris futurarum in orbe ejusdemq; imperiis [illegible] revelatio, facta qvidem regi profano Nebucad[illegible] [illegible]iele tamen è tenebris velut oblivionis ac igno[illegible] Adeôq; tres conſtitui poſſunt capitis hujus par[illegible]

I. [illegible] *Regis ſolius* ſomniantis, *verſu*

II. Geſta

Digitized by Google

II. Geſta ejusdem *cum ariolis* ad manifeſtationem interpretationemq; fruſtrà adactis, *v.2.ad 11.* nec non ad necem ejus cauſâ damnatis *v.12.13.*

III. Geſta Regis *cum Daniele*, ubi tùm revelationis præparatoria, *v.13.ad 30.* tùm ſomnii ipſius recenſio, *v.31. ad 36.* tùm recenſiti interpretatio, *v.36.ad 46.* tùm ſubſeqvens remuneratio, *v.46. ad finem.*

EXPOSITIO TEXTUS.

ובשנת שתים למלכות נבוכדנצר

In anno ſecundô Nebucadnezar.) Recenſetur in verſu hôc tùm ſomnii tempus, tùm ſomniatio, tùm ſomniationis conſeqvens, ingens nimirum conceptuum ex conſternatione diſturbatio. Tempus ſomnii dicitur fuiſſe *annus regni Nebucadnezaris ſecundus*. Ubi nova ſtatim emergit difficultas, ſi verba hæc conferamus cum *cap.* I, *ſ. 18.ſeqq.* ubi integrum triennium à Rege Nebucadnezare informationi Danielis ſociorumqve legimus præfinitum, nec non reipſâ completum; qvomodo itaq; annô regni ejusdem ſecundô contigiſſe hæc potuerunt? Reſpondent diverſi diverſimodè: *vel* contigiſſe hæc trienniô Danielis nondum expletô, *vel* annum hunc ſecundum fuiſſe à completô Danielis trienniô; ita ut divellenda ſint textûs verba hoc modô, *& annô ſecundô* (poſt introductionem horummet juvenum ad Regem c.I, 18.) *in regnô* (non Cyri, cujus mentio facta *verſ.21*, ſed) *Nebucadnezaris &c.* qvorſum referunt accentum diſtinctivum *Reſia* in voce שתים *ſecundô*, vertuntq; : Im andern Jahr aber / im Reich Nebucadnezar ꝛc. ita *Piſcator, Tremellius, Polanus,* qvos è noſtratibus ſeqvi videntur *Geſnerus, Waltherus* in Harm. ad h.l. *Vinarienſes* &c. Verùm, qvam debile hoc ab accentu petitum ſit fulcimentum, docere poteſt *cap.* noſtri I, *v.1.* itemqve *2.Paral.* XXXV, *19.* ubi potentior adhuc accentus, *Sakephkaton*, nil qvicqvam tamen connexionem cum voce ſubſeqvente turbat. Qvapropter etiam *Belgæ* à Juniô ſuô hîc receſſerunt, cenſentes, annum hunc ſecundum inchoandum eſſe vel à morte Patris, qvi cum Nebucadnezare aliqvandiu imperaverat; (qvod ipſum qvoq; placuit Helvico *in Chronologicis*, hunc ipſum annum poſt mortem Nabopollaſaris ſecundum, nectenti cum annô Nebucadnezaris XIV.) vel *ſecundum* hunc dici ratione Monarchiæ ejusdem plenariæ, qvâ tot diverſis nationibus devictis, v.g. Ammonitis, Moabitis, Tyriis,

[illegible], Ægyptiis, &c. totius Orientis factus eſt Monarcha
[illegible] ad h.l. ex ſententiâ Ebræorum ait, *ſecundum* hunc dic
[illegible] omnium gentium Barbararum. Ita Joſephus qvoq;
[illegible] *Antiq. Jud. c. XI. μετὰ τὸ ἔτ☉ δεύτερον exactô biennio poſt*
[illegible]ſomnium hoc à Nebucadnezare viſum annota-
vit. [illegible] poſtrema ſententia etiam Pererio, Torniello, Sanctio,
Maldonato, Saliano, (*ad A.M. 3453.*) Tirino, Fernandio (*in Viſionibus V.T.* [illegible]) Wigando, Polychronio, Oecolampadio, AbenEſræ,
Grotio, [illegible] vel ideò, qvòd Daniel Nebucadnezarem vocet
[illegible] cui cœlitùs datum regnum, robur, imperium, &c.
[illegible] Judæorum Politiâ à Scriptoribus ſacris præmittan-
tur Judaicorum non exterorum regum nomina, ut *Dan.* I, *1. &c.* vide
ſis Pererium, qvi Auguſti imperium tùm à Conſulatu ſupputari re-
fert, [illegible]acâ victoriâ, qvâ ſuperatô Antoniô ſolus obtinuit
[illegible]; exiſtimant, Danielem tunc annum ætatis egiſ-
ſe XXVII. ([illegible],) vel XXXV. (ut vult *Pererius*,) vel LVII. (ſe-
cundùm *Cornel. à Lapide.*) Cui ſupputationi anni Monarchiæ ſecun-
di [illegible]emus, modò non obſtaret, hâc ratione priores
[illegible]ictoriarum coronidem abſorberi prorſus: qvod ſa-
nè [illegible] eſt, diminuere imperii annos; cùm è diverſo lon-
ge [illegible] filium, defunctô patre, rerum plenariè potitum à
mortis paternæ anno regni ſui Epocham deducere, adeòq; ſecundum
hunc eſſe annum imperii meri ſeu ſolitarii: qvæ ſententia, ut video,
placuit qvoq; *L'Empereurio* ad h.l. qv vide, item Wichmanno, *Chron. p. 152.* Qvæ *R. Saadia* habet de ſomniô hôc annô regni ſecundô qvi-
dem viſô, ſed de congregatione ariolorum, ſomniiq; interpretatione
ad uſq; completum Danielis triennium protractâ, item qvæ affert
R. Salomon de ſupputatione à templi devaſtatione, haut egent
operoſâ diſcuſſione.

חֲלַם נְבוּכַדְנֶצַּר חֲלֹמוֹת

Vidit Nebucadnezar ſomnium.) Vel ſecundùm fontes verbo-
tenùs à Piſcatore verſos: *ſomniavit Nebucadnezar ſomnia.* Habes hîc
ſomniantem, Regem profanum, atq; à verâ veri Dei notitiâ prorſus
alienum, & nihilominùs tamen futurorum revelatione à Deô dignum
factum: cujus nomen proprium bis h.l. repetitur, videlicet, qvia ſæpè
[illegible] ipſa adhibentur nomina præmiſſa, ſecundùm
[illegible]olem. *Somnium* ipſum phraſi effertur Ebræâ, qvâ ele- חֲלֹם

ganter verbum cum ſuô nectitur verbali. Et qvidem (*ſomniorum*) חלמות in plurali hîc fit mentio (cùm tamen *v.3.* ponatur ſingularis,) nimirum, qvia juxta *Jacchiadem* primò ſomniavit ſomnium, poſtmodum in eôdem ſtatim ſomniô ejuſdem qvoq; ſomnii prioris interpretationem: qvod ipſum tamen prorſus ἄτερ γραφῆς pronunciatur. Qvapropter tutiùs eſt, pluralem hunc ad plures ardui adeo multumq; ſignificantis ſomnii partes (*verſ.31. ſeqq.*) vel etiam ad diuturniorem ejus in phantaſiâ oberrationem, aut iterationem, referre. Aliqvi ad enallagen numeri referunt, qvod eatenus admitti poſſet, ſi plurali ſimul innui dixerimus præcellentem ſomnii dignitatem, ſublimitatemq;. Vide Glaſſ. *lib 3. Phil. S. tract. 1. can. 24.* & Gatakeri *Cinnum p.337.*

וַתִּתְפָּעֶם רוּחוֹ

Et conterritus eſt ſpiritus ejus.) Jun. Piſcator: *Unde perculſus fuit ſpiritus ejus.* Eſt hoc ſomnii conſeqvens enunciatum verbô פעם *agitavit, pulſavit:* qvod in Kal legitur non niſi ſemel. *Jud.* XIII, 25. de Simſone, qvem Spiritus Domini cœpit לְפַעֲמוֹ *agitare* aut *impellere*, ad invadendum ſc. hoſtium caſtra. In Niphal occurrit tùm *Gen. XLI, 8.* de Pharaone, cujus ipſius qvoq; ſpiritus, viſô noctu ſomniô inſolitô ac ſignificante, manè וַתִּפָּעֶם *agitatus* aut variè impulſus fuit; tùm *Pſal.* LXXVII, 5. de Davide: *Tenuiſti vigilias oculorum meorum* נִפְעַמְתִּי *compulſus fui, ut nec loqvi poſſem*: tùm deniq; hîc *Dan.* II, 3. de noſtrô Rege: ut proindè forma Hithpael *verſu hoc 1.* adhibita, ejuſdem ſit ſignificationis cum paſſivâ ſubſeqvente. Nullius namq; momenti eſt *R. Salomonis* ſubtilitas, hîc geminari חלום, qvia tùm ſomnium, tùm ſomnii interpretatio latuerit Nebucadnezarem, cùm è diverſô unicum adhibeatur חלום, qvando de Pharaone ſermo eſt *Gen.* XLI, 8. qvippe qvem ſola fugit interpretatio, non ſomnium ipſum. Deſcribitur verò hâc ratione regis poſt ſomnium inqvietudo, cogitationum modò in hanc, modò in illam partem divagatio, variorum de futurô jam præfiguratô ſtatu terrorum alternatio, ut animus internis qvaſi pulſibus vehementer fuerit ſubindè circumactus. Non malè *Jacchiades*: ut campanæ piſtillum jam huic, jam alteri alliditur lateri: ita diverſis Rex agitabatur cogitationibus, ut ſomnii recordaretur. Nimirum Coloſſus ille immenſus ac inſolitus in ſomniô conſpectus, terrorem intuenti incuſſit; terror autem ſomnii memoriam, ut fieri ſolet, excuſſit.

Digitized by Google

וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו׃

[illegible] ejus fugit ab eo.) LXX. καὶ ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἐγένετο ἀπ' [illegible] Pagninus: *Et ſomnus ejus fractus eſt ei.* B[illegible] ipſum. Junius; *cùm adhuc ſomnium caperet.* Vides hîc [illegible] planè eſſe interpretum ſententias, quæ ipſæ profici- [illegible] acceptione verbi נִהְיָה, utpote quod *Dan.* VIII, 27. [illegible] *confectus* vel *fractus fui, & ægrotavi*; adeòq; & hîc de [illegible] vel evaneſcentiâ ſomnii interpretantur. Horſum tendit [illegible] *dormiens ipſe fuit* נִשְׁבַּר *confractus*, [illegible] *infirmatus, eò quòd decerneret, interpretationis verba* [illegible] &c. Cui ipſi Rabbino *dormitio* ſeu ſomnus [illegible] ac *dormiens*. AbenEſra: opponitur hoc ſomno ſva-vi, notatq; verbum נִהְיְתָה idem ac שִׁבּוּשׁ *confuſionem aut perplexitatem*: Quorſum citat tùm *Dan.* VIII, 27. tùm *Mich.* II, 4. Ita Raſche etiam per שִׁבְרוֹן exponit h.e. *fractionem*, adductâ voce הֹוָה *pernicies*, ex eâdem hâc noſtrâ radice. Cum AbenEſra facit & *Kimchi in ſuô Lex.* Verùm, cùm non facilè propria vocis ſignificatio deſeri debeat, verbumq; נִהְיָה idem ſit ac *fieri*, idcircò aliis hæc placet verſio: *Cùm ſomnus ejus factus eſſet ſuper ipſum*; h.e. cùm non adeò diu ſomno indulſiſſet; ac proinde, cùm primus ſomnus ſoleat eſſe fortiſſimus, eò plùs conſternationis hoc ipſum excitavit ſomnium, utpote inſolitò tempore regem invadens ac perturbans: ita Dieu *in Animadverſ. h.l.* qvanqvam aliam adhuc addat conjecturam: *Et ſomnus ejus factus eſt contra ipſum*, h.e. non fuit placidus, aut favens, ſed moleſtus planè, ac adverſus. Calvinus exponit: *& ſomnus ejus factus eſt* (denuò) *ſuper ipſum*, h.e. iterum cœpit dormire. Ut noſtram ediſſeramus hîc mentem, placet adhuc *Lutheri* præ aliis Verſio, idq; ob inſpectos textus parallelos, v.g. *Eſth.* VI, 1. ubi de Ahaſverô Rege alia phraſis: נָדְדָה *fugerat ſomnus regis nocte illâ.* Gen. XXXI, 40. *interdiu abſumſit me æſtus* --- וַתִּדַּד *& fugit ſomnus meus ex oculis meis.* it. Geneſ. XXVIII, 16. *& expergefactus eſt Jacob à ſomnô ſuô.* ſic *Jud.* XVI, 14. 20. Conf. *Prov.* IV, 16. Cùm itaqve ſomni præſentia jam indicata fuerit per ſomnii mentionem, (nemo namq; niſi dormiens ſomniat,) idcirco hîc aliudqvid indicari veroſimile eſt, videlicet ſomnum apud Regem fuiſſe *fractum*, aut corruptum, vel ſomnum factum eſſe עָלָיו eidem adverſum ac hoſtilem.

Poriſmata ex Verſu I.

1. Etiam profani homines, ut Abimelech, Pharao, Laban, gratiâ nonnunqvam à Deô afficiuntur extraordinariâ, adeò ut ſomnia habeant fatidica, ſic ut Apollonius Thyanæus, Bileam, Caiphas, aliiq; iſtius furfuris homines, ut fiant fatidici, ut medeantur morbis, &c.

2. Malè proin *prædictio futurorum* nota ſtatuitur Eccleſiæ Catholicæ, cùm multis adhuc opus ſit limitationibus, anteqvam tale qvid pro Eccleſiâ concludatur Romanâ.

3. De ſomniis qvid ſentiendum ſit? vid. ſuprà *cap. I, v. 17.*

4. *Perturbationes animi* etiam hos vexant, qvi inter omne hominum genus videri poterant feliciſſimi, atq; à cunctis moleſtiis immunes, qvò altius officium, eò copioſior, gravior, periculoſiorq; animi de præſentibus, futurisq; ſolliciti eſt inqvietudo.

5. Somnus placidus, ut ingens Dei beneficium, ita *ἀγρυπνία* ingens etiam malum, qvod ne intempeſtivâ ſollicitudine nimioq; mœrore ſpontè acceſſamus, cautè cavendum atq; orandum.

6. Mundi imperia reverà nil fermè eſſe niſi fugacia, fallacia, ſummeq; moleſta vigilantium ſomnia, ex Platone, Philone, ac Baſiliô notavit h. l. *Cornelius à Lapide.*

וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ לִקְרֹא לַחַרְטֻמִּים

VERS. II. *Præcepit autem Rex, ut convocarentur Arioli.*) Poſt ſomnium, ſoli regi dormienti viſum, recenſetur jam, qvid idem egerit porrò cum ſuis ſapientibus ſive Philoſophis. Nimirum (1) jubet ipſos convocari, qvi ipſi qvoq; (2) comparent, ut hôc verſu docemur. Et qvidem mandati non additur tempus, an ipſâ adhuc intempeſtâ nocte, à Rege morarum impatiente, id fuerit deſideratum? an cùm merus jam eſſet dies, vel poſtqvam illuxiſſet aurora? parum refert id indagare ſcrupuloſiùs: Reſpicimus potiùs ad perſonas à Rege evocatas, qvæ qvatuor diſtinctis hîc inſigniuntur nominibus. Qvorum primum eſt חַרְטֻמִּים examinatum à nobis cap. I, 20. Lutherus reddit Sternſeher/Belgæ Zauberer. Alterum eſt:

וְלָאַשָּׁפִים *Et Magi.*

Ebr. אַשָּׁפִים Lutherus Weiſe. Belgæ Sterngucker. qvæ ipſa vox itidem jam adfuit l. c.

וְלַמְכַשְּׁפִים *Et malefici.*

Tertius hic eſt titulus, Ebr. מְכַשְּׁפִים qvod participium eſt à verbô

Digitized by Google

[illegible] [illegible] ſemel extante 2. Paral. XXXIII, 6. de Manaſſeh, qvi וְעוֹנֵן obſervabat tempora, וְנִחֵשׁ & augurabatur, וְכִשֵּׁף & divinationibus [illegible], [illegible] & conſtituebat Pythonem & Ariolum &c. Ipſum verò [illegible] noſtrum in formâ maſculinâ legitur *Exod. VII, 11.* vocavit [illegible] וְלַמְכַשְּׁפִים & *præſtigiatores.* Devt. XVIII, 10. *Non [illegible] in te traducens filium filiamve ſuam per ignem, divinans [illegible],* [illegible] *obſervans tempora,* ומנחש *& augurans,* ומכשף *& [illegible].* Mal. III, 5. *Ero teſtis velox contra* מכשפים *præſtigiatores & adulteros &c.* In fœmininô autem non niſi ſemel occurrit Exod. XXII, 17. (vel 18.) מְכַשֵּׁפָה *præſtigiatricem non permittes vivere.* Vox כֶּשֶׁף *præſtigiæ,* occurrit *Mich. V, 1. Nah.* III, *4. Jeſa.* XLVII, *9. 12. 2. Reg.* IX, *22.* (ubi de Iſabelis veneficiis) ut & כַּשָּׁף *præſtigiator* non niſi *Jerem.* XXVII, *8.* Qværis jam, qvale hominum genus per hoſce מכשפים intellectum putemus? Reſpondet *Bechai in Legem fol. 95.* indicari illos, qvi conjunctionem faciunt rerum diverſarum inter ſe, ut, qvemadmodum conjunguntur res illæ hic infrà, ſic conjungantur & commiſceantur virtutes illarum ſuprà, unde prodeat res admirabilis ac peregrina &c. (*v. Buxt. lex. Rabb. f. 1102.*) AbenEſra *ad Exod. VII, 11.* ſic deſcribit, qvod rei naturali, alium coram oculis inducant conſpectum ſeu apparentiam. Id qvod aptè ſatis qvadrat ad factum illud mutatorum in ſerpentes baculorum, non ſanè, niſi præſtigiatoriè. Placet hic ſimul afferre , qvæ idem *AbenEſra* Sapiens (ut vocatur) ad hunc noſtrum habet textum: חרטמים *ſunt periti Phyſici, ſcientes principia & qvalitates cujusq; rei, itemq; actiones, qvæ ſiunt cum execratione; qvomodo legere eſt de Chartumim Ægyptiacis. Aſchavim ſunt Medici: Mechaſchevim ſunt immutantes rem phyſicam ad intuitum oculorum: Chaldæi ſunt periti aſtrorum; Et* גזרין *Aruſpices* (de qvibus verſ. 27. & c. IV, 4.) *ſunt periti divinationum, prodeuntes in occurſum* נחשים *auguriorum. Hoſce igitur adhibuit Rex, non Ethicos, non Arithmeticos, aut JCtos &c. verùm* חרטמי, *ut qvi ſcirent principia ſomniorum, & qvomodo anima contempletur, vel ſuſcipiat viſiones nocturnas. Vocavit etiam* אשפים *h. e. Medicos, ut qui dignoſcunt pulſum diverſum, nec non urinam, alterationis in corpore (indicem.) Multa ſiqvidem ſomnia diſpoſitionem corporis imitantur. Vocavit prætereà Mechaſchephim* מכשפים, *ut qvi ſciunt horas, cuiq; negotio feliciter expediundo idoneas; qviq; norunt, qvale ſit ſomnium pro conſtellatione ſiderum in hâc ipſâ horâ. Vocavit Chaldæos qvoqve, qvippe qvi ſciebant futura*

tura tanqvam genethliaci, Regisq; perſpectum habebant thema natalitium, ac proin primô etiam locô reſpondebant, cùm ab ipſorum ſapientiâ ac ſermone totum hoc præcipuè dependeret negotium. Hactenus Aben-Eſra. Diſcedit ab hôc Rabbinô *Jacchiades*, exponens חרטמי de conſecraneis ſapientiæ contemplativæ, אשפים de cultoribus ſapientiæ practicæ, המכשפים de operam dantibus כשוף veneficiis, ex Pythone, ariolis, mortuorum percontatione, aliisqve artibus, ſub voce barbarâ *Necromantia* comprehenſis. Deniq; כשדים de aſtrologis, qvi in noviluniis futura prædicunt, ratione Aſtrologicâ &c. *Abarbanel* ad Deut. XVIII, de מכשפים ait, qvòd corpora diſponant, vel præparent ad ſuſcipiendum רשמי המשפיעים חמחבלים *impreſſiones influentium & deſtruentium*, putà Dæmoniorum, qvorum virtute ſua faciunt opera, ceu mox ibidem ſubnectitur. *R. Moſ. Nachmanides* ad Devt. XVIII, 10. ipſum hoc מכשפים exiſtimat eſſe nomen generale, complectens ſub ſe omnes artes diabolicas, qvarum ſubjiciuntur ſpecies, ibid. *v. 11. Hieronymus* hocce hominum genus ait, *uti ſangvine & victimis, & ſæpè contingere corpora mortuorum.* Sanctius ad hoc ipſum addit, qvòd *ſic divinent*, item, *qvòd imagines fingant cereas, aliisq; utantur modis ad illudendos, dementandos, aut etiam occidendos homines.* Lyra, & Carthuſianus deſcribunt h. m: *Hi homines à ſenſibus alienant, aliqvid circa ipſos vel loqventes, vel operantes, qvibus ſic alienatis multa revelantur à Dæmonibus --- ut dicant, ſe longinqva terrarum ſpatia peragrâſſe, convivatos cum Dianâ,* &c. Tacemus alias aliorum conjecturas. Nos ex Scripturæ textibus ſuperiùs adductis abundè cernimus, impias hîc comprehendi artes, qvæ vel circa rerum naturæ alioqvin impoſſibilium productionem, immutationem, aut deſtructionem occupantur, vel etiam curioſitati humanæ circa abſentium, futurarum, aut alioqvin latentium rerum detectionem ſatisfacere præſumunt. Lutherus reddit Zauberer. Belgæ Gauckler. Vide etiam ſi lubet, qvæ à Druſiô proferuntur ad difficilia *Devter.* loca c. LXXVIII.

וְלַכַּשְׂדִּים *Et Chaldæi.*

Qvartus hic eſt ſapientum accerſitorum ordo, de qvô nonnulla jam proximè audivimus ex AbenEſrâ & Jacchiade. Et qvidem nationis aliàs in regione Chaldæâ degentis proprium hoc eſſe ſolet nomen; qvia tamen circumſtantiæ textûs facilè hîc docent, Regem inter meros Chaldæos verſantem, Chaldæos tales accerſere non potuiſſe, idcirco peculia-

[illegible] ; ac in gente illâ peculiariter qvoq; [illegible] ſignificatur [illegible] qvi artes diſciplinasq; callebat , in aliis nationibus [illegible] cultas. Ita namq; apud profanos qvoq; ſcri-[illegible] nomine inſigniri videmus Aſtronomiæ, Genethlia-[illegible] , [illegible] in univerſum cultores. Veluti patet ex Juvenali [illegible]

[illegible] ſed major erit fiducia, qvicqvid
[illegible] credent à fonte relatum
[illegible]

[illegible] c. IX. *Diſciplinas altiores [illegible] veteres [illegible] (qvos gentilitiô vocabulô Chaldæos di-[illegible] dicit.* Conf. Horat. *lib. 1. od. 11.* item Cicer. [illegible] *Condemnamus etiam Babylonios , qvi ex Caucaſô [illegible] numeris & motibus ſtellarum curſus perſeqvuntur.* [illegible] libri p. m. 80. *Qvâ in natione* (Aſſyriorum) [illegible] *gentis vocabulô nominati, diurnâ obſervatio-[illegible] effeciſſe , ut prædici poſſet , qvid cuiq; even-[illegible] natus eſſet.* Imò ut idem prodit Cicero *lib. 2. de* [illegible] ſuas obſervationes jactitabant per 470. millia [illegible] periclitandis experiendisq; pueris , qvicunq; eſ-[illegible] Siculus *lib. 2. Bibl. f. m. 115.* de Chaldæis in Ba-[illegible] *in rep. ordinem tenuerint , qvem Ægypti ſa-[illegible] cultui addicti per omne vitæ tempus philoſopha-[illegible] Aſtrologiâ gloriam nanciſcebantur. Interim di-[illegible] res futuras prædicebant ,* &c. vid. ibidem [illegible] auguralis divinationis peritiam habuerint, [illegible] interpretati , nec inſolenter haruſpicinam facti-[illegible] dicere exiſtimati fuerint. Ita Philo in librô de [illegible] *cumprimis exercitati ſiderali ſcientiâ omnia [illegible] , à qvibus credebant diſpenſari mundi po-[illegible] ex numeris eorumq; proportionibus ,* &c. Vide qvæ [illegible] Similiter autem in ſpeciali ſignificatu certæ profeſ-[illegible] deprehendemus v. 4. 5. 10. c. IV, 7. c. V, 7. 11.

[illegible] לְהַגִּיד לַמֶּלֶךְ חֲלֹמֹתָיו [illegible]

[illegible] *regi ſomnia ſua.*) In finem convocationis ſeu [illegible] videlicet perfectamq; phantaſmatis in cerebrô re-[illegible] & diſparentis detectionem ; [illegible] anxia porrò

diſqviſitio-

diſqviſitione Rex diſtineretur fruſtrà, adeoq;, qvid viſione illâ voluerint ſuperi, ſimul addiſceret. Somnium verò penitùs evanuiſſe, nec ullam ejus in Rege ſuperſtitem manſiſſe reminiſcentiam, verùm eundem à Magis poſtulâſſe ejus reſuſcitationem, docebit verſûs hujus cum ſeqvente tertiô collatio.

וַיָּבֹאוּ וַיַּעַמְדוּ לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ׃

Qvi cùm veniſſent, ſteterunt coram Rege.) Alterum hoc eſt verſiculi noſtri membrum, obſeqvium referens hominum deſideratorum: nimirum hi ipſi tùm *veniunt*, citò confertimqve accumulati, negotiis intereà cunctis ſive privatis, ſive publicis poſthabitis, ſubjectiſſimâq; comparitione palàm præſtitâ; tùm *coram Rege conſiſtunt*, ſive is jam è lectô ſurrexiſſet, in thronô ſe conſpiciendum præbens; ſive adhuc ob debilitatem qvalemcunq; in conclavi remanſiſſet. Adeoqve alia hîc eſt phraſeos *(ſtare coram Rege)* acceptio, qvàm *cap. I, 4. 5.* nimirum, cùm illic conſtans denotaretur miniſterium aut apparitio, hîc unicus innuitur actus, ſeu certus hominum advocatorum coram Rege ſitus.

Poriſmata ex Verſu II.

1. Edicta magnatum non ſemper ſecundùm rectæ rationis ductum emanant.

2. Natura hominum depravata plùs curioſitati, qvàm pietati eſt dedita; unde tot Magorum, ariolorum, aliorumq; furfuris ejus hominum genera. Videri hanc in rem poſſunt, qvæ de divinationibus ſcripſit *Cicero*, *Peucerus* atq; alii. Item de magiâ ex recentiſſimis Schottus & Kircherus *tom. 1. Oedip. fol. 382. Tom. 2. part. 2. f. 436. ſeqq.* ubi de magiâ Ebræorum, Arabum, &c.

3. Exterriti qvocunq; caſu omnia citiùs experimur, qvàm ut Deum imploremus, ejusdemve nos regimini ſubmiſsè committamus.

4. Magiſtratui qvò minùs obtemperet, neminem impediat ſua ſive eruditio, ſive alia qvaliscunq; exemptio. Adſtant enim coram Rege è veſtigiô viri hi in gente ſuâ tùm ſapientiſſimi, tùm diviniſſimi, ipſumq; venerantur, utut imperet haut imperanda aut poſſibilia.

וַיֹּאמֶר לָהֶם הַמֶּלֶךְ׃ *Et dixit ad eos Rex.*

Poſt comparitionem ſeqvitur nunc colloqvium Regis Magorumq;

[illegible] propoſitio referatur regia v. 3. [illegible] reſponſum v. 4.

[illegible] חֲלוֹם חָלָמְתִּי *Vidi ſomnium.*

[illegible] vertente Junio: *ſomnium ſomniavi*, h. e. [illegible] ſive contenta ſomnii ignoro, [illegible] adhiberi ſingularem, cùm v. 1. poſitus eſſet plura- [illegible] Nebucadnezar diſtingvere non poterat, qvæ [illegible] eôq; pro unô adhuc ſomniô habebat.

[illegible] פָּעֶם רוּחִי לָדַעַת אֶת [illegible]

[illegible] *ignoro, qvid viderim.*) Paulò aliter hæc [illegible] *perculſus eſt ſpiritus meus* (de qvâ phraſi *v. 1.*) [illegible] h. e. conſternatione illâ ineptus ſum red- [illegible] ſomnium, vel ſecundùm Junium: *unde perculſus* [illegible]) *cognoſcerè ſomnium illud.* Poſſet etiam in [illegible] *agitatur ſpiritus meus ad reſciſcendum illud* [illegible] verbis exprimuntur tùm qvæ contigerint, vi- [illegible] *viſio*, partim ex conſternatione *oblivio*; tùm [illegible] entur, ſomnii videlicet tùm in memoriam *re-* [illegible] ſimul *interpretatio*, id qvod apertè ſatis ma- [illegible] *v. 4.* Cauſſam verò cur ſomnium hoc Nebu- [illegible] Dominus, interpretes reddunt, qvòd hôc [illegible] voluerit ſtimulum ad inveſtigandum hoc [illegible] in orbe mutationibus vaticinium, qvod non [illegible] ſuum Danielem, patefacere decreverat, ut [illegible] Babilonicæ palam innoteſceret vanitas, ſolius [illegible] ejuſdemq; religionis exſplendeſceret majeſtas.

[illegible] mata ex Verſ. III.

[illegible] conſilium, ea qvæ intùs premunt, animumq; tur- [illegible] premere, ſed prudenter cum Nebucadneza- [illegible] ſubveniant conſiliô, exponere.

[illegible] q; animi paſſiones ne pudeat coram aliis [illegible]

[illegible] fruſtrà mens hominum corrupta cum Ne- [illegible] proindeq;, qvi informet, qværendus eſt, vel [illegible] *qvomodò enim intelligerem, hodegetâ deſtitutus?* [illegible] eunuchus *Act.* IIX. 31.

Digitized by Google

4. Ingens Dei donum, felix atq; conſtans viſorum auditorum- qve *memoria*; pro hâc orandum, hæcne intemperantiâ modiq; aliqv detrimentum patiatur, anxiè laborandum, &c.

וַיְדַבְּרוּ הַכַּשְׂדִּים לַמֶּלֶךְ אֲרָמִית

VERSUS IV. *Reſponderuntq; Chaldæi Regi Syriacè.*) En (1) reſpondentes, qvi ſunt ſoli *Chaldæi*, vel qvòd iidem inter ariolos, magosq; reliqvos eſſent præcipuæ autoritatis, vel qvòd ad eosdem ſomniorum interpretatio vel maximè pertineret, vel qvòd à reliqvis ... torum claſſi vices reſpondendi eſſent delati, adeòq; hi ipſi ... tùm reliqvorum nomine loqverentur. (2) Reſponſi idioma vocatur

ארמית *Syriacum.* Ubi notandum, τὸ ארם ſeu *Syriam* ſumi tùm ... *Jud.X,6.* tùm latè, adeò ut complectatur totum illum tractum ... eſt inter Ægyptum, Armeniam, mare mediterraneum, ... Perſiam, h.e. Aſſyriam, Babiloniam, Meſopotamiam, Phœnic... Palæſtinam, &c. ita namq; ארם vocatur tùm Meſopotamia, ... Syria Zoba, tùm Syria Maacha, tùm Syria BethRechob, tùm Syria Damaſci, qvæ ipſa latiùs deducta vide apud Barth. Meyerum ... *Philol.S.p.14.ſeqq.* Conf. etiam ejusdem *lib.1.p.28.ſeqq.* Copioſius adhuc eadem accuratiusq; tractavit Bochardus *l.2. Phaleg. fol.* ... Sufficiat nobis Babilonicam ſeu Chaldæam hìc denotari lingvam, qvod conſtat ex collatione *cap.I,v,4.* Conf. *2.Reg.*XIIX,*26.* *Eſa.* XXXVI,... *Eſra* IV,*7.* qvâ ipſâ lingvâ ſermo ad Regem inſtituitur, qvòd ... gis eſſet vernacula; licet ex Ariolis Magisq; haut dubiè ... aliis uterentur lingvis, uti colligere licet ex *cap.*III,*4.ſeqq.* (3) Perſona, cui reſponſum datur, eſt Rex, de re propoſitâ peculiariter anxius, reſponſiq; ſolidi vehementer avidus.

מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי *Rex in ſempiternum vive!*

En (4) reſponſum ipſum, in qvo *tùm* ſalutatio, *tùm* poſtulatio, *tùm* pollicitatio. Salutatio ſic concepta eſt, ut conſtantiſſimam regi apprecetur proſperitatem. Et qvidem inchoat hìc Chaldaicum idioma; eò qvòd verba formalia referantur; à qvibus recedere reliqvom dixiſſe videtur noſter Propheta; vel (ſecundùm Polanum) qvia hæc ipſa totidem verbis in acta publica annalesq; regum Babilonicorum erant relata; continuatur autem ad usq; *c.*VIII. Compellant itaq; *Regem* non multò titulorum apparatu, ſed unicâ voce מַלְכָּא *Rex* contenti, cùm abſolutum velut unicumq; orbis dominatorem ve... relictur

[illegible] ntur; unde explicatur verbo: חיה Vive.
[illegible] animæve cum corpore unio intui-
[illegible] quæ beatam felicemq; vitam poſ-
[illegible] Ita namq; *vivendi* verbum accipi conſta-
[illegible] 27. *Vivat cor veſtrum in ſeculum.* Pſal. LXIX, 33. *Vivat*
[illegible] LXXX, 20. *Vivificas nos.* Confer. *Levit.* XIIX, 5. *Neh.*
[illegible] XIIX, 9. *c.* XXVI, 11. *c.* XXXIII, 11 *Luc.* X, 25. 28.
[illegible] *Pſal.* XXXIV, 13. 1 *Petr.* III, 10. &c. Conf.
[illegible] 97. Glaſſium *lib. 3. philol. S. tr. 3. Can. 14.*
[illegible] vel potius acclamationis) formulam reperies
[illegible] Vivat Rex! Ita infra eandem videbimus com-
[illegible] accuſantium c. III, 9. *Rex in æternum vive!*
[illegible] apud Curtium *lib. 6. hiſtor. p. m. 219.* Artabazus
[illegible] bat: *Tu qvidem Rex perpetuâ felicitate flo-*
[illegible] eſt vivere in æternum.) *Ego cæteris la[illegible] hac*
[illegible] *ſenectute diu frui tuâ bonitate non poſſum.*
[illegible] apud Ælianum *lib. 1. var. hiſt. c. 32.* Artaxerxi
[illegible] nil afferre valens, ſic ipſum ſalutat:
[illegible] βασιλεύοις. *ô Rex in æternum regnes!*
[illegible] *poſſum te muneror his Cyri aqvis.* Alias benè
[illegible] ptoribus aliis notatas ſuppeditabit Dempſterus
[illegible] Qvoad *vivendi* verbum ſuperioribus addi
[illegible] quoq; occurrunt, v. g. apud *Varronem,*
[illegible] *vivere puera, qvæ ſinit ætatula ludere.* Et
[illegible] ano:

[illegible], mea ſunt hic oſſua in olla
[illegible], dum licet, atq; vale.

[illegible] Poſthume, vive hodiè.
[illegible] dum licet eſſe benè!
[illegible], vivamus!
[illegible] Leſbia, atq; amemus!

[illegible] verba Lutheri in der Hauspoſtill *p. m. 208.* Leben/
[illegible] guten Muth haben: Darumb/ er iſt aus
[illegible] weg geriſſen/ heiſt: Er iſt nicht mehr bey
[illegible] und gute Tage haben. Supereſt ex noſtrâ
[illegible] matio לעלמין *in ſecula.* Ubi ſanè tem-

pus indicatur diuturnum, cujus terminus נֶעְלָם [illegible]. Id qvod pluribus congeſtis comprobavit exemplis Feſſelius *lib. 3. Adverſ. S. c. 2. §. 10.* Simili in re Bathſabâ hôc utitur vocabulô 1. Reg. I, 31. *vivat Dominus meus Rex David in ſeculum!* nec non Nehemias ad Artaxerxen: *Rex in ſeculum vivat!* Neh. II, 9.

אֱמַר חֶלְמָא לְעַבְדָיךְ

Dic ſomnium ſervis tuis.) En & hîc humilitatem, qvâ loco Pronominis primæ perſonæ *(nobis,)* adhibent ſubjectionis [illegible], *ſervis tuis*, qvâ de phraſeologiâ dictum *c. I, 10.* & qvidem [illegible] deprehenderunt lectionem Maſorethæ, adeò ut qvædam exemplaria habuerint ſingularem לְעַבְדָּךְ *ſervo tuo*, h. e. unicuiq; vel ſaltem uni noſtrûm, qvam lectionem exhibet *Keri*, ſive ſcriptio in margine; qvædam verò pluralem לְעַבְדָיךְ *ſervis tuis*, qvæ eſt *Ketif* ſive ſcriptio in textu, magiſq; qvadrat connexioni ſermonis.

וּפִשְׁרָא נְחַוֵּא׃ *Et interpretationem ejus indicabimus.*

Nimis audax hoc eſt promiſſum, cùm eqvidem non ſemel talia obtigerint ſomnia, qvæ non totius qvidem Ægypti ſapientes, etiamſi ſomnium narratum fuiſſet exactiſſimè, interpretari potuerint. Geneſ. XLI, 8.

Poriſmata ex Verſ. IV.

1. Ut ingens hominum pœna fuit lingvæ unius in multas [illegible] tio confuſioq;; ita ſingulare rurſus Dei donum eſt, lingvarum [illegible] re notitiâ, præſertim illarum, qvibus tùm ſacra, tùm profana [illegible] lubria ſunt conſignata. Proindeq; lingvarum ſtudium, ut ſunt Ebræa, Chaldæa, Syra, Arabica, Græca, Latina, meritò magnopere [illegible], ſicuti ex recentiſſimis in ſuo Smegmate oſtendit *Hottingerus.* An verò Chaldæum Ebræumq; idioma, ut ſenſit *Philo* ab *Hieronymo* [illegible] dum confutatus, ſint unum atq; idem, an Chaldæa atq; Syra lingva ſint unica? An lingva Syro-Chaldæâ uſus ſit Salvator; [illegible] cæteros Sanctius *ad h. l. fol. 64. ſeqq.* tacemus alios [illegible] ire alibi ſolicitos.

2. *Preces* ſubditorum pro ſalute Principum [illegible] crebræ conſtantes.

3. *Longævitas* peculiare Dei donum, ob [illegible] tùm privata, tùm publica, ob experientiam multiplicem, &c.

4. Somnio-

[illegible] , pericu-
[illegible]
[illegible] *prudentia* in promitten-
[illegible] obveniunt, imprimis verò Aſtrologo-
[illegible] hoc ſolet eſſe vitium, ut circa minutiſſima, ſive vi-
[illegible] contingentia, oracula ſua audeant promere. Taceo
[illegible] communi nimis omninò commune ſn.
[illegible] ex hâc vitæ ſempiternæ apprecatione
[illegible] gentilibus qvoq; creditam multis comm-
[illegible] h.l. *Pintus.*

[illegible] עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְכַשְׂדָּאֵי

[illegible] *ait Chaldæis.*) Colloqvium nunc ſeqvi- VERS. V.
[illegible] regis continuatum deſiderium, unà cum
[illegible] pollicitatione *v. 6.* tùm Magorum prius
[illegible]

[illegible] מִלְּתָא *Sermo receſſit à me.*

[illegible] : *Res à me abiit*; qvâ ratione etiam vertunt
[illegible] *Pelanus, Genevenſes, Belgæ, Lutherus*:
[illegible] confitetur hiſce verbis Rex oblivionem ſomnii,
[illegible] *illud negotium* evanuerit penitùs, regemq; מִלְּתָא
[illegible] ſomnium aliàs voluiſſet. Eâdem igitur
[illegible] tam *ſermonem*, qvàm *rem* ſermone enuncia-
[illegible] *dictio* (à מלל *locutus fuit*) ſimili
[illegible] patur etiam pro dictionis materiâ, ſive *ne-*
[illegible] bit ex *v. 8. 10. 11. 15. 17. c. V, 15. 26. c. VII, 28.* Simi-
[illegible] ſpectrô *auditio* pro re auditâ, *laus* pro
[illegible] terribili ſeu venerabili &c. De hâc itaq;
[illegible] nunciat, qvòd à ſe אזדא *abiens fuerit,* אזד
[illegible] *receſſerit*, inſtar viatoris, aut ho-
[illegible] ſemel diverſorium diſeruit, nuſpiam in ipſo
[illegible] namqve אזד Chaldæis eſt *abire, recede-*
[illegible] hîc & *v. 8.* occurrit. Convenit ut
[illegible] *abiit*, annotante etiam R. Saadiâ. Pecu-
[illegible] *L'Empereur*, ut & *Dieu in animad-*
[illegible] oblivione, ſed de ſententiæ judiciariæ
promulga-

promulgatione ageretur, h.m. *Verbum à me exit*, ſeu *hoc à me* [illegible] *tum & ſtatutum, niſi indicaveritis* &c. pro qvâ ipſâ verſione [illegible] participium præſens [illegible] *exiens*, cùm alii acceperint tanqvam præteritum: *abiit*. Verùm qvàm crebro *(fuit)* verbum ſubſtantivum [illegible] ligi ſoleat, aut expreſſè etiam ponatur ad participia, ut eadem præteritorum ſic induant naturam, fugere tantum virum non potuit. [illegible] verò clarè ſatis hanc decreti emanationem ſive promulgationem [illegible] fellit *verſ.8*. ubi eadem, qvæ hîc repetuntur verba, nullatenus [illegible] novum huncce ſenſum admittentia.

הֵן לָא תְהוֹדְעוּנַּנִי חֶלְמָא וּפִשְׁרֵהּ

Niſi indicaveritis mibi ſomnium & conjecturam ejus. [illegible] tur hîc tùm comminationis conditio, tùm comminatio ipſa [illegible] rum exitium inſtare, Rex dicit, *niſi ſcire ſe faciant* [illegible] ipſum, tùm ſomnii interpretamentum; cujus poſterioris [illegible] nondum diſerta anteceſſerat mentio. Vides hîc, Regem [illegible] niſi τὸ *ſcire*: nam à יְדַע *ſcivit*, eſt Chaldæum hocce *Aphel* [illegible] *ſcire fecit, indicavit*, qvod multoties in noſtrô redibit [illegible] *17. 23.26.28.29.45. c.IV, 4.15.&c.* Adeò avidus nimirum eſt animus humanus, ut ſicut ventriculus corporis ſatiari non poteſt, niſi ingeſto cibo atq; potu, ita mens qvoq; neqveat qvieſcere, niſi rerum expetitarum notitiâ ſufficienter fuerit expleta.

הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן *Peribitis vos*.

En comminationem ipſam geminam, qvarum una perſonas, altera ædes concernit. Prior juxta *Junium* ſic habet: *In membra* [illegible] *mini*. ubi הַדָּמִין eſt pluralis, *fruſta* denotans, ab הדם [illegible] *conſcindere, in fruſta ſecare ac dividere*, qvomodo id [illegible] rit, *1. Reg.* XIIX, 33. וַיְהַדֵּם *& membratim diviſit* [illegible] c. XIV, 6. *& diſcidit illum, ſicut qvi diſcindunt hœdum*. [illegible] *illam*. Verbum verò qvô cum nomen hocce [illegible] eſt [illegible] ethpaal תִּתְעַבְדוּן *fietis*, (ab עֲבַד *fecit*.) Adeoq; ſenſus eſt; [illegible] *ſta*, h. e. membratim diſſecabimini; qvomodo *Raſche* ait: [illegible] תתחתכו *in membra conſcindemini*; qvem ipſum etiam ſenſum miſeræ mutilationis afferunt AbenEſra, Jacchiades, [illegible] Eadem hæcce phraſis ſemel adhuc redit *c.* III, *28.* qvisqvis blaſphemiam dixerit contra Deum Sadrach, &c. הַדָּמִין יִתְעֲבֵד [illegible] &c. Pertinet [illegible] atrox illud diſſectionis ſupplicium, v.g. [illegible] *1. Sam.* XV, *33.* [illegible]

mbni-

[illegible] *Ebr.* XI, 37. & ſecun-
[illegible] *Luc.* XII, [illegible] laniationis ſuppli-
[illegible] Orphe[illegible] hon Beſſus ab Ale-
[illegible] generale eſt illud Vulgati: *Peribi-*
[illegible] tamen hunc [illegible] *Lutherus*: So werdet
[illegible]: Ihr ſolt in Stücken gehauen werden.
וּבָתֵּיכוֹן נְוָלִי [illegible]
[illegible]*bantur*.) Altera hæc comminatio-
[illegible] ſuorum ædificiis horribilem indicit
[illegible] denuò Vulgatus ſe nimis præbuit in com-
[illegible] נְוָלִי [illegible] *ſterqvilinium ponentur*,
[illegible] in Chaldæo. *Lutherus*: Schändlich
[illegible] Dreckhauffen gemachet werden. Vox
[illegible] occurrit, aliâ tamen formâ *Eſr. VI, 11.* נולי
[illegible]*qvilinium fiat*. Utrobiqve in fine deſidera-
[illegible]et [illegible] & [illegible] *inqvinamentum*,
[illegible] *inqvinavit, defœdavit. R. Saadias* ait,
[illegible], *ſicut eſt fimus & excrementum, vel ſicut*
[illegible] tamen accipiunt *de devaſtatione*. Porrò
[illegible] conſvetô more idem eſt, ac *redigi in ali-* שום
[illegible], ſe velle hos tantæ ſapientiæ jactatores,
[illegible] edant, perimere miſerrimè
[illegible] perduellium omnem apud poſteros
[illegible]: ſiqvidem, ut *Jacchiades* annotat,
[illegible] *ſuis hoc faciunt reliqvum, ut nomen ali-*
[illegible]*ent*. Non itaqve vulgare aliqvod da-
[illegible] inferre poteſt inferior, neq; etiam exu-
[illegible] minatur ſimplicem, ſed ignominio-
[illegible] publicas latrinas converſionem; qvod
[illegible] regiorum Latina interpretatio. Ac
[illegible] proverbialiter dixit: *Arcem ex cloacâ*
[illegible] Rex dicit: *Ex arce facturum ſe cloa-*
[illegible] qvoq; domos eorum, qvi contra
[illegible]. Ita namqve *Sp. Caſſius* affectatæ
[illegible] damnatus capitali ſuppliciô affectus
[illegible] *lib. 6. c. 3. de ſervitute*, qvi addit
cum

Digitized by Google

cum Spuriô Meliô eade[illegible]em factum: Area domus ejus, in[illegible] qvô juſtitia ſupplicii m[illegible]oſteros perveniret, Æqvimelii ap[illegible]lationem traxit, Marci [illegible] & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum [illegible]um corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti ſunt. [illegible] Manlii, L. Syllæ, Ciceronis, Marcelli, Vitruvii Vacci, Marci [illegible] aliorumq; ædes ſimiles paſſæ ſunt everſionis pœnas, ut eſt apud Al[illegible] ab Alexandrô *lib.3. Genial. dier. c.* XXIII. Auguſtus Cæſar, Ovidii [illegible]lionis, crudeliſſimi hominis domum funditùs evertit, at[illegible]in [illegible]loco Liviæ porticum ædificavit ut habet *Dion. Nicolus in Augusto.* In T[illegible]rina urbis vetuſtiſſimis legibus etiam habetur, ut optima domus [illegible]us, qvi Remp. graviter læſerit, diruatur. Atq; ſic ſuperioribus an[illegible]nis in Galliâ domus aliqvot eorum, qvi Evangelicis Eccle[illegible]um dederunt, dirutæ ſunt, & è fundamentis everſæ in [illegible] memoriam. Ita de Leutychide refert *Herodotus lib. 6.* domum [illegible] exciſam, qvòd in expeditione Pharſalicâ Dux multum pe[illegible] corruptelam donô accepiſſet. Et *Pauſanias lib. 6.* comme[illegible] Crotoniatæ curſoris domum in publici carceris uſum [illegible] Crotoniatis ignominiæ cauſſâ, qvod Syracuſanum ſe renu[illegible] curâſſet. Bormundi Teupuli Veneti tyrannidem affe[illegible] converſa in macellum, apud Egnatium *lib. 6. c. 8.* Petri [illegible]duellis ædes ſolo æqvata Pariſiis, apud *Æmilium lib. 10.* Ita Julius [illegible] Pontifex Johannem Bentivolum Bononienſium Principem expulit [illegible]noniâ, cujus domus incomparabilis ſtructuræ, qvâm mediâ [illegible] ædificârat, concurſu populi à fundamentis everſa eſt, apud [illegible]. Addimus adhuc unum è ſacrô Codice *2. Reg. X, 27. & deſtruxerunt domum Baal, poſueruntq; eam* למחראות *in latrinas, in hunc uſq; diem:* ubi nomen Ebræum מחרוה latrina (à חרר [illegible] חר *foramen, podex,* & חריים *excrementa)* hone[illegible] aliena ſub ſe habet puncta nominis מוצאות egreſſiones, ut ex marginali Maſoretharum patet notâ. Atqve hæc hactenus adducta magnitudinem ſupplicii, qvod h. l. comminatus fuit Rex, ſatis exaggerabunt.

Perismata ex Verſ. V.

1. Etiam Reges humanis vexantur infirmitatibus, ut ſunt *obli[illegible]*, ignorantia, animi anxietas, iracundia, pr[illegible], &c.

2. Grandes ſæpè grandium ſunt exce[illegible] in comminationibus, qvàm pollicitationibus, tàm in indignando atq; affligendo, qv[illegible]

Digitized by Google

[illegible] in commi-
[illegible] evidenter [illegible] eunt,
[illegible] revelationem, tùm in-
[illegible], eò quòd antehàc occultorum qvo-
[illegible] ac ſi nihil non ipſis eſſet
[illegible]one, &c. Videatur Fernand: *in viſion. V.*
[illegible] *ad h.l.* Verùm noſtrum non eſt ejus
[illegible] patrocinium.
[illegible] eſt debita, ſi imponatur onus negociumq;
[illegible] h.l. ab Aſtrologis, qvi deorum ſe profite-
[illegible] conſcios, hujusmodi exigebatur
[illegible] inſigniter excedebat.
[illegible] concupiſcentiis ipſorum ſatisfiat ſtoli-
[illegible] converti inſaniam, ac nil niſi mi-

[illegible] *ſuppliciorum genera* ſævisſiſſimorum nos ad-
[illegible] gehennâ. Hæc ne experiamur, reverenter
[illegible] regem veneremur, dum ſumus in terrâ.
[illegible] pectore, qvòd *libertate* gaudeamus
[illegible] barbarive magiſtratûs immanitate, certi
[illegible] Principis noſtri in Deum, ſubditos patri-

[illegible] puniuntur, qvotqvot impias Satanicasqve
[illegible] Dæmone initô, ſive expreſsè ſive tacitè.

[illegible] וְהֵן חֶלְמָא וּפִשְׁרֵהּ

[illegible] *& conjecturam ejus narraveritis.)* Com- VERS. VI.
[illegible] *pollicitatio*; ſicut & aliàs auſtera plerumq;
[illegible] in finem jucundioribus. Habemus verò in
[illegible]tionem, *tùm* promiſſum ipſum, *tùm* ex
[illegible]atione antecedaneâ elicitam adhortatio-
[illegible]*tura*, qvâ voce Vulgatus utitur, eſt פְּשַׁר
[illegible] aliqvid plenè planèq; redditur patens.

[illegible] מַתְּנָן וּנְבִזְבָּה וִיקָר שַׂגִּיא

[illegible] *honorem multum accipietis à me.)*
[illegible] prima מַתְּנָן *dona*, eſt à Rad. נתן

dedit, inde מַתָּן *donum*, quale erogari ſolet à virô liberali, *Prov.* XIIX, 16. c. XIX, 6. qvale pollicebatur Hemor, ſi compos fieri poſſet Dinæ, *Gen.* XXXIV, 12. qvale corrumpit animum accipientis, *Job.* VII, 7. *Prov.* XV, 27. &c. Sic in Daniele noſtrô eadem hæcce vox [illegible] 48. & c. V, 17. Altera eſt נְבִזְבָּה *Honorarium*, cujus radix [illegible]

בז Lexicographis בְּזַז *diripere, ſpoliare*, & in Piel בִּזְבֵּז *expendere, [illegible] gare, prodigere, dilapidare, ſemetipſum quaſi bonis exſpoliare*: unde nomen noſtrum, *erogationem* exprimens *ampliorem*, dilapidationi [illegible] ximam, aut ſimilem, ut in Chaldæô adhibetur *Jerem.* XL, 5. & *Deut.* XXXIII, 24. *AbenEſra* exponit מנחה ודורון munus, donum [illegible] δῶρον. Sic & *Raſche* declaravit per דורונות dona. vid. infra *V.* 17. Tertia deniq; eſt יְקָר שַׂגִּיא *honor multus*, aut gloria cop[illegible] qvis præ aliis colitur & evehitur collatâ ipſi prærogativâ [illegible] tiæ, inſpectionis, facultatum, &c. Ita de filiô hominis leg[illegible] c. VII, 14. *deditq; ei poteſtatem* וִיקָר *& gloriam, & regnum &c.* & cap. IV, 27. *Hæc eſt Babel magna, qvam ædificavi in robore* [illegible] *meâ* וְלִיקָר *& ad gloriam decoris mei*: v. 33. וְלִיקָר *& ad gloriam regni mei reverſus ſum.* c. II, 37. & c. V, 18. *Tu es Rex regum, qvia Deus [illegible] gnum, potentiam, & fortitudinem* ויקרא *& gloriam dedit tibi*, c. V, 20. *Depoſitus eſt de ſoliô regni ſui*, ויקרא *& gloriam* [illegible] *eô.* Patet hinc, promitti non tantùm bona ampla, tàm mobilia, qvàm immobilia, pecunias, gemmas, clinodia, veſtimenta, [illegible] lia, palatia, fundos, &c. verùm etiam honores officiorum ſplendido rum, cùm aliis imperandi conceditur facultas, immunitates [illegible] privilegia ſingulariſſima, &c. Cuncta autem hæc ſperanda promittit Rex מִן קֳדָמַי in vel à conſpectu meo, vel à facie meâ ferens [illegible] tura; qvaſi diceret, non in angulô, aut clàm hæc fient, ſed [illegible] aulicorum freqventiâ, in publicâ *coram me* Panegyri vel ſolemnitate, ut tantò certiùs, tantò uberiùs, tantoq; glorioſiùs hæc vobis laboris locô rependantur.

לָהֵן חֶלְמָא וּפִשְׁרֵהּ הַחֲוֹנִי׃

Somnium igitur & interpretationem ejus indicate mihi.) Eſt hæc primi thematis recapitulatio, qvaſi diceret; tùm tanta vobis tùm ſupplicia, tùm præmia parata videtis, [illegible] (ex ל propter & pronomine הֵן hæc, cujus locô [illegible] diceret לָכֵן idcircò) intendite ingenii nervos, artis veſtræ [illegible] intimos excutite, ut voti ego mei fiam compos.

Porismata

Porismata ex Verſ. VI.

[illegible] ſtituitur, magnam infidelitatis in officiô de ſe [illegible] Adeòq; ut Brachmanes, ſive Indorum ſapien- [illegible] ando humiq; cubando facillimè oblatos deſpice- [illegible], ſoli vacantes ſapientiæ; ita Magi communiter [illegible] ſeductores qvoq; alii, donis flecti qveunt facil- [illegible] ad technas, ad corrumpenda judicia, dogmata [illegible] vera impugnanda, &c. Vide de cauponantibus [illegible]

[illegible] ſollicitatio, quâ ſectatoribus ſuis ampla [illegible] ptates, honores &c. ad exemplum ducis ſui in- [illegible] qvid ea ad tranqvillandam conſcientiam? ad [illegible] itiem? ad depellendam Dei indignationem? [illegible] eum, qvi præter corpus occidere etiam poteſt *Matth. X, 28.*

[illegible] nalis aurô, ibi merces ut plurimùm adultera- [illegible] ibi fraudes facilè inveniunt locum adverſus [illegible] Expende Bileami Hiſtoriam, *Num. XXII.*

VII. *Reſponderunt ſecundò.*

[illegible] ſecundum adhuc regis cum ſapientibus ſuis col- **Verſus VII.** [illegible] conſtanter in ſuâ perſeverent ſententiâ, qvam [illegible] Nil namq;, præter perſonas Grammaticè [illegible] eodem. Nam ubi ſuprà in ſecundâ dixerunt: [illegible] *ſervis ſuis, & interpretationem indicabimus*, hic [illegible] *ſomnium dicat ſervis ſuis, & interpretationem ejus* [illegible] itaq; perſiſtunt, ſive minetur Rex, ſive polli- [illegible] profeſſionem agere nil qvicqvam poſſe; an [illegible], ad fortiter tormenta ſubeunda prompti, [illegible] magis) exterriti, nec pro declinatione fori [illegible] Regem reperientes, non adeò ex te- [illegible] pollicitationi regis ipſosmet pollicitationem [illegible] *interpretationem*, verùm conditionem [illegible] impoſſibilem ſomnii videlicet [illegible] recenſionem.

Poriſmata ex Verſ. VII.

1. Viri ſapientis eſt, in datô ſemel reſponſô perſeverare fortiter; ſuppoſitô tamen, qvòd reſponſum illud non temerè exciderit inſtar pomi immaturi, aut cibi ſemicocti; verùm qvòd rebus ſatis perſpectis & expenſis emanaverit ſecundùm regulas aut principia ſive artis, ſive ſcientiæ, &c.

2. Et minas & promiſſa generosè deſpicere, inqve profeſſionis terminis cautè ſe continere, laudis eſt haut poſtremæ.

עֲנֵה מַלְכָּא וְאָמַר *Reſpondit Rex.*

Versus IIX. Tertia hæc eſt colloqvii redintegratio, ubi tùm regis [illegible] exprobratio, *v. 8. 9.* tùm magorum exculpatio, *v. 10. 11.*

מִן־יַצִּיב יָדַע אֲנָה דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין

Certè novi, qvòd tempus redimitis.) In regis hôc ſermone (1) ſe offert exprobratio tergiverſationis, qvæ deſcribitur 1. ut ſolidè fundata, *de certô novi.* (2) ut juſta, qvòd *tempus* ſolùm [illegible] contentur cum damnô deſpectuq; regiô. (3) ut fundamentaliter [illegible] qvòd abutantur *regis oblivione.* Qvoad phraſin מִן יַצִּיב notandum venit, deſcribi hîc adverbium per nomen *firmitas*, cum præpoſitione מִן, cujus locô aliàs freqventer adhiberi ſolet ב vel ל. adeoq; ſicut *Cob.* VII, *10.* Ebr. מֵחָכְמָה è ſapientiâ, Lutherus eleganter reddidit Weislich: ita & h. l. appoſitè: Warlich. Sic R. Saadia, Raſche, Aben Eſra exponunt באמת *in rei veritate*, vel *reverâ.* Ita infra v. 47. מִן קְשֹׁט *de veritate* i.e. reverâ. Aliàs יַצִּיב id denotat, qvod compertum eſt *veritatis*, qvod firmum eſt, ut v. 45. *& verum eſt ſomnium.* Vid. etiam *c. III, 24. c. VI, 13. c. VII, 16.* Porrò Chaldæorum more participium *ſciens* cum pronomine *ego* facit primam præſentis, *ſcio, apprehendo, pro immotô habeo.* Deniq; *tempus redimere* aliàs idem eſt, ac magnô cum ſtudiô commodam rerum agendarum occaſionem obſervare, inſtar mercatoris, cum diſpendiô rerum aliarum in uſus ſuos vertere, qvod conceditur, imò tanqvam ſalutare præcipitur *Eph. V, 16. Col. IV, 5.* Hic tamen deſignatur talis tergiverſatio, qvâ aliud prætendendo declinare à nobis nitimur negocium deſideratum, ut, dum *tempus* unum poſt aliud tranſierit, oblivio poſtulantis per negotiorum aliorum turbas intervenerit, ira mortem comminantis deferbuerit, nos

interea

[illegible] qvod seqvens satis com-
[illegible] tempus fuerit immutatum. Vox עִדָּן עדן
[illegible], v.g. cum certa hora designatur datô
[illegible] Conf. c. II, 21. c. IV, 13. 20. 22. Esa. c. VII, 25. Vet-
[illegible] in sacris, in Targumim tamen adhiberi
[illegible] acqvisivit, v.g. Gen. XXV, 10. qvem קְנָה eme- זבן
[illegible] Chald. Ruth. IV, 5. *in die, qvô emisti agrum.* Jerem.
[illegible] Esa. XXIV, 2. כְּקוֹנֶה *emptor sicut venditor*
[illegible] non adeò commodè exponi hoc *de tempore*
[illegible] trahere aut producere conati sint, veluti habent
[illegible] parùm qvadret ad versum seqventem,
[illegible] oppositum est de qvæsitô spatiô cogitan-
[illegible] tempus anxiæ Regis investigationis , nec
[illegible] petitionis , qvod suum reddere , regiq;
[illegible] subdoli hi procrastinatores. *Saadias*
[illegible] *evanida continuatis colloqvia , usq; dum*
[illegible] &c. Item : *sicut ementes varias recipro-*
[illegible] *venalem , usq; dum consensu utrinq; enascan-*
[illegible] *tur verba,* &c. Verùm nec hoc cum se-
[illegible]

[illegible] דִּי חֲזֵיתוּן דִּי כָּל־קֳבֵל

[illegible] *fugerit à me sermo.*) Originem astuti Ma-
[illegible] videlicet qvòd deprehenderint
[illegible] *vidistis*, putà intellectûs vestri ocu-
[illegible] somnium (de qvâ phrasi, *abiit à me*
[illegible] ne desideratum à Rege tenerentur
[illegible] prætendebant semper , præmittendam esse
[illegible] qvæ qvamdiu dari non posset, tam-
[illegible] ad edenda sua oracula ; qvô ipsô eqvidem
[illegible] revolvebatur regem.

[illegible] ex *Vers. IIX.*

[illegible] nonnunqvam pro compertissi-
[illegible] enata sunt conjecturis, aut suspicio-
[illegible] *verò*, vel certissimè *scire* , qvæ
[illegible]

2. Sic impatientes in alios ſæpè culpam nituntur devolvere, ſeqve intereà pro ſapientibus ſagacibusq; venditare, cùm tamen ipſimet, infortunii culpa ſint præcipua, vel unica. Huc, qvòd tyranni, imò & delicatuli alii martyres, ſuſpicioſi, qveruliq; ſolent eſſe qvàm maximè, apud qvos modò hos, modò illos denigrari videas, &c.

3. *Tergiverſationis, procraſtinationisq;* ingens eſt tùm turpitudo, tùm damnum.

4. Tempus intereà ſeu occaſionem rectè agendi, periculumve declinandi decentibus modis mediisq; captare, efferveſcentiam aliorum morâ qvalicunqve lenire, temperare, adeòq; per obliqvum ſecuritatem ſibi conciliare, meritò prudentiæ deputatur.

5. Qvi conjecturas pro veritate venditant (qvod ut plurimum facere ſolent Aſtrologi) ſi conjecturis potentiorum premantur viciſſim, conqveri jure non poſſunt.

דִּי הֵן חֶלְמָא לָא תְהוֹדְעֻנַּנִי

VERS. IX. *Si ergò ſomnium non indicaveritis mihi.*) Fuit hactenus tergiverſationis exprobratio. Seqvitur nunc (2) doli fraudisq; convictio, nec non (3) petiti primi recapitulatio. Sic itaqve vult inferre Nebucadnezar: Qvi ſomnium ipſum indicare aut non poteſt aut non vult, is interpretationem qvoq; ſomnii genuinam indicare aut nòn potuit, aut non voluit, verùm mendacii confictiq; qvid prodere cogitavit. (ratio, ſi poſſibilis hujusmodi homini ac vera fuiſſet detectio arcani poſterioris, nempè interpretationis, poſſibilis etiam fuiſſet ipſi detectio arcani prioris, nempè ſomnii ipſius, aut omninò talis impoſtor falsò jactitavit, ſe ultra omnes omninò homines ſapere, & qvæ univerſos latent alios, ſe ſolùm poſſe in lucem proferre.) Atqvi vos ſomnium ipſum indicare aut noluiſtis aut neqvíviſtis. Ergò.

חֲדָה־הִיא דָתְכוֹן

Una eſt de vobis ſententia.) In fontibus eſt: דָּתְכוֹן *ſententia veſtra*, h.e. uniforme de vobis ſingulis ferendum meritò eſt judicium &c. Vox enim דָּת aliàs *jus, ſtatutum, legemq;* denotat, qvæ vel verbis certis conſcripta aut pronunciata eſt, vel etiam conſvetudine introducta, uti patet ex *Dan. II, 13.* דָּתָא *lex ſeu ſententia egreſſa eſt, ut interficerentur* &c. v. 15. *qvare feſtinat ſententia*, ſeu ſtatutum? ſic de ſtatutò ac lege divinâ, *Dan. VI, 6. Eſr. VII, 12. 14. 21. 25. 26.* de lege Perſarum *Dan. VI, 16.* &c. Affixum autem nomini additum (*ſententia veſtra*)

Digitized by Google

veſtra) non efficientem ſeu autorem, ſed materiam potiùs ſeu objectum vel ſubjectum patiens denotat, veluti rectè expreſſit Vulgatus: *de vobis*, aut ſecundùm Lutherum: So gehet das Recht über Euch. (qvomodo aliàs Germani dicunt, Es iſt Vrthel und Recht ergangen.) Cujusmodi exempla ſunt Gen. L, 4. *præterierunt dies fletus ejus*, h. e. de eô, vel, qvi ſuper eô inſtituebatur. Cohel. IX, 6. *amor eorum*, h. e. qvi circa ipſos occupatur. Jeſa. LIII, 11. *in cognitione ſui*, h. e. qvâ ipſe cognoſcitur. Ita & hîc: *una eſt ſententia veſtra*, h. e. de vobis ita pronuncio ac decerno, ſine exceptione ac *uniformiter*; qvòd de morte veſtrâ tanqvam impoſtorum ac veteratorum pronunciavi ſemel, non muto: Et ſi ita reticere pergitis meum ſomnium, una etiam meritò & communis vos omnes premit *ſententia*, vos impoſturæ labe non carere.

וּמִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה הִזְדְּמִנְתּוּן לְמֵאמַר קֳדָמַי

Qvòd interpretationem qvoq; fallacem & deceptione plenam compoſueritis. &c.) Vel ſecundùm Junium: *Verbum mendax & corruptum ſtatuiſtis dicere coram me*. Delictum itaqve, cujus Magi inſimulantur, eſt in verbô הִזְדְּמִנְתּוּן *præparâſtis*; ubi lectionis diverſitatem deprehenderunt in Codicibus *Maſoretha*, dum qvædam exemplaria in Aphel habuerunt הַזְמִנְתּוּן, alia in Ethpaal הזדמנתון, in qvâ itidem diatheſi paſſivâ activum tamen aliàs etiam ſenſum includere ſolent Chaldæi: ita in *Targum* occurrit Joſuæ XI, 5. *& convenerunt omnes Reges illi*. Amos. III, 3. *niſi inter ſe* אִזְדַּמַּנוּ *convenerint*. Jeſa. LXVI, 17. *qvi ſanctificant, vel præparant ſe*. Numer. XI, 18. & Joſ. III, 5. אִזְדַּמְּנוּ *præparate vos in craſtinum* &c. Undè patet, Regem ſapientibus his imputare callidam conventionem mutuumq; conſilium de proferendô coram ſe ſermone כִּדְבָה *mendace* vel *confictô*, (idem namq; eſt hoc cum Ebræo כָּזָב *mendacium*, vide Targum Hoſ. VII, 13. *loqvuntur* כִּדְבִין *mendacia*. Ezech. XIII, 19. *audiunt mendacia*, Jeſa. LVII, 11. *multiplicâſti loqvi mendacia:*) nec non שְׁחִיתָה *corruptô: aut noxiô*, qvi perniciem inferret. Id namq; vult poſterior hæc vox Chaldæa, originem trahens ex שְׁחַת *corrupit, perdidit*, reperiturq; ſemel adhuc c. VI, 5. *neqviverunt reperire ullam occaſionem* וּשְׁחִיתָה *& corruptelam, aut perniciem*, ſive detrimentoſum qvid, qvô incommodare potuiſſent Danieli. Ita in *Targum* Pſal. XVII, 1. *percolâſti me, ſed non inveniſti* שְׁחִיתָא *corruptelam*. *Ruth. IV, 22. qvod non inveniretur in*

illô machinatio aliqva וּשְׁחִיתָה *aut corruptela.* Ante vocem מִלָּה (*dictio*) ו vel otium agit, vel pro conjunctione כִּי *qvòd* uſurpatur, ceu Pſal. CXLIV, 3. *qvid eſt homo*, וַתֵּדָעֵהוּ *qvòd cognoſcis eum?* patet hinc, qvàm grande facinus ex hac tergiverſatione eliciat Nebucadnezar, videlicet meras impoſturas, fumosq; venditari tanto orbis Imperatori à ſuis ſubditis, qvi ex proæreſi, deliberatò invicem conſiliò aliud dicant, aliudq; ſentiant, adeòq; dominum ſuum turpiſſimè ludificari præſumant. Niſi adjectivè duas has accipere velis voces, dici poterit, antecedens מִלָּה *ſermo*, per Enallagen in formâ abſolutâ collocatum pro conſtructâ, ita ut *ſermo mendacii* idem ſit ac mendax. Exempla ejus ſtructuræ paſſim obvia.

עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא

Donec tempus pertranſeat.) Eſt hìc impoſturarum definitus terminus, unà etiam intentus finis, nimirùm, ut *tempus* anxiæ hujus inqviſitionis intereà *immutetur*, donec ſcil. Rex effari qveat juxta horum poſtulatum ſomnii ſui contenta; it. ut tempeſtas affectuum pauliſper ſedetur, redeatq; priſtina ſerenitas. *R. Saadias* refert ad tempus oblivionis, h.m: *cogitaſtis me circumducere, donec immutetur tempus, egoq; recorder ſomnii, & vobis ediſſeram,* &c. Et paulò poſt: *donec tranſeat tempus antemeridianum, in qvo perimi ſolebant juſſu regiô damnati,* &c. AbenEſra h.m. exponit: *donec ego occuper negotiô aliô* &c. Jacchiades: *donec vel ego moriar, vel vos ipſi*, ante complementum ſcil. interpretationis à vobis confingendæ.

לָהֵן חֶלְמָא אֱמַרוּ לִי וְאִנְדַּע דִּי פִשְׁרֵהּ תְּהַחֲוֻנַּנִי׃

Somnium itaq; dicite mihi, ut ſciam, qvòd interpretationem qvoq; ejus veram loqvamini.) En petiti primi *v. 5.* facti recapitulationem! Mens nimirùm regis eſt, ſe, etiamſi poſſet, nolle tamen hiſce nugivendulis jam aperire ſomnium, verùm, ut eò certior eſſe qveat de veritate, vel eventu interpretationis in futurum, velle ſe experiri ipſorum veracitatem, aut divinandi vim qvoad præteritum, ſomnii ſcil. ſibi viſi contenta. Nam ſi non poterant ſcire Regis ſomnium præteritum, qvod actu tamen extiterat, qvomodo ſcire potuiſſent res futuras ſomniô præfiguratas, qvæ nondum actu fuerant, cauſſasq; habebant indeterminatas. &c.

Poriſma

Digitized by Google

…mata ex Verſu IX.

… vehementer fallunt. In concludendo … tamen præmiſſas aut conſeqventiam in-

…

… coram omnibus, ita præcipuè coram ſuperio- … eandem habent maculam, ingentemq; meren- … hoc attenderent, qvotqvot coram magiſtratu … ſive tanqvam teſtes, ſive tanqvam partes … Nil dicimus de his, qvi coram Deô ipſô hypo- … tione magnoperè ſe contaminant.

… rehenditur in unô, item talis qvoq; præſumi- … verâ. *Papa* etiam pro cathedrâ pronuncians … in qvæſtionibus momenti minoris; qvî ergò … judicemq; venditare poteſt in articulis … omnibus?

עֲנוֹ כַשְׂדָּיֵא קֳדָם־מַלְכָּא

… (*Chaldæi coràm Rege dixerunt.*) Conti- VERS. X. … exculpatio, ita ut urgeant (1) rei poſtulatæ … ectum exempli, adeò ut nullus unqvam … fuerit talia exigere *verſ. 10.* (3) Transla- … à mortalibus ad immortales deos. *v. 11.*

לָא־אִיתַי אֱנָשׁ עַל־יַבֶּשְׁתָּא … יוּכַל לְהַחֲוָיָה

… *terram &c.*) En egregiam confeſſio- … Dei cultorem inviĉtè comprobabit. Id nam- … tanti Monarchæ tam luculentum veræ … , qvod ad omnes tanti regis ſubditos na- … ubertim poſteà emanaret. Determinatio … *aridam*, confer *Gen. I, 10.*) univerſalem … dicat: eſto, permeet qvis univerſum ter- … habitant homines, ſive ſit Græcia, ſeu … conſulat eruditos omnes atq; ſingu- … deprehendet, qvod tu Rex à nobis … fit, non opus eſt multis inqvirere. … , temperamenti corporiſq; diſpo-

Q ſitio-

ſitionem imitantia, & præter *moralia*, qvæ ex hominum moribus geſtisque enaſcuntur, dentur etiam *diabolica*, qvæ à dæmone immittuntur; idcirco dubium non eſt, dari qvandoq; homines, (dæmoni ſcil. addictos,) qvi talia δαιμονιακὰ, ſuggerente eôdem illô malô autore, ſciſcitantibus patefacere poſſunt; adeòq; tale qvid, qvale deſiderabat Rex, revelare. Intereà verum manet & illud, præſens ſomnium, qvod nec naturale, nec morale, nec dæmoniacum, ſed divinum fuit, à nemine mortalium revelari potuiſſe. Qvod autem Vulgatus hic habet: *Qvi ſermonem tuum poſſit implere*, id nimis à literâ abeſt, cùm aliud planè ſit, ſermonem (mandatorium) *implere*, illive ſatisfacere; aliud, negotium aliqvod *indicare*; id qvod vult verbum חַוִּי *indicavit*, in infinitô Aphel hîc uſurpatum.

כָּל־קֳבֵל דִּי כָּל־מֶלֶךְ רַב וְשַׁלִּיט מִלָּה כִדְנָה לָא שְׁאֵל
לְכָל־חַרְטֹם וְאָשַׁף וְכַשְׂדָּי׃

***Sed neq; regum qvisqvam magnus & potens, &c.*)** Qvoad connexionem in fontibus eſt כָּל־קֳבֵל דִּי qvod Pagninus reddit: *præterea*, Genevenſes, *& reverà*; Junius: *propterea*. Piſcator: *& qvoniam*. Lutherus: So iſt auch ꝛc. Sed bene obſervat Dieu *in animadverſ. h. l.* propriè reddendum eſſe: *propter qvod, qvamobrem, qvam ob cauſſam*: id namq; qvadrare ad relativum דִּי *qvod*, cùm aliàs כָּל־קֳבֵל־דְּנָה ſit *propter hoc, propterea*, (דְּנָה enim demonſtrativum eſt, *hoc*) verſ. 12. Similem phraſeos hujus acceptionem habebimus etiam infrà *v. 45.* alium verò *(propterea qvod)* infrà *v. 40.* & antehac *v. 8.* itemq; alibi. Ratio autem inferendi Chaldæorum hæc eſt.: Qvòd nullus potentiſſimorum maximorumq; regum à qvôqvam magô exegit unqvam, id neq; tu Rex noſter à nobis jure nunc exiges. (haut enim imprudentior ſæviorq; aliis libenter audies;) Atqvi à nullô, &c. Ergò. Iterum qvoad univerſalem particulam negativam obſervetur, ex lingvæ indole, *omnis* Rex magnus *non* petiit, æqvipollere Latinorum, *Nullus Rex petiit*; Sicut ſimili modô univerſalitatis ſignum כָּל־ præcedit, & negativum לָא ſeqvitur, Pſal. *XXV, 3.* *omnes* ſperantes in te *non* confundentur, h.e. *nulli*: ſic ubi negativum præcedit: *non* juſtificabitur coram te *omnis* vivens, h.e. nullus, Pſal. *CXLIII, 2.* *non* mirabile erit *omne* verbum, h.e. nullum. *Jer. XXXII, 17.* &c. Qvid verò diſcriminis ſit inter רַב *magnus* & שַׁלִּיט *potens*, an illud imperii, ſubditorum, opumq; amplitudinem, hoc

... hoſtium debellationem, victoriasq; de- ... poterit definiri. *Jacchiades* planè ſeorſim hæc ... ducem, qvi imperet pluribus provinciis ac re- ... ducem, qvi imperet multis civitatibus unius ... *Præfectum* ſive magnatem, qvi imperet mul- ... Sed ſufficiat, Nebucadnezari alios tacitè op- ... robore majeſtateve fuerant gaviſi; num- ... qvò hic, progreſſi. De vocibus אשר ... *c. II.*

... ex Verſu X.

... temerariis præcipuè juvenibus haut ... qvid vel ſcripſiſſe, vel dixiſſe, vel fe- ... nunqvam homines aut vidit, aut omnia legit, ... amiſit?

... aut aliorum nobis ſimilium hominum) ... ſvadendum, & ad diſſvadendum; imò plùs ... ita in Moralibus exempla valent, qvàm ...

... habet *poſtulandi*, videat, ne illâ abutatur; pe- ... anteceſſores plus, qvàm præſcripſerunt ... admittunt vires, plùs, qvàm officii ...

... satellites, admotis licet cunctis ... cogitata Nebucadnezaris penetrare, col- ... latere, qvæ homines in cerebro ſuo volvunt ... ſive dormiendo: qvâ de qvæſtione qvo- ... Brochmandus *tom. 1. loc. de Angel. qvæſt. 13.* ... autem bonos qvàm varient Scholaſtici circa ... videatur apud D. Glorium Ange- ...

... מלכא ... שאל ...

... *Rex, gravis eſt.*) Idem fermè ... qvod verſu proximò præceſſerat de ... hominum in terris vivens qveat aſſe- ... *preſſum, arduum, rarum*; qvâ ... epi-

VERSUS XI.

epithetô aliàs condecoratur Dei bonitas, *Pſal. XXXVI, 8.* redemptio fratris, *Pſal. XLIX, 9.* Nomen Domini, *Devt. XXIIX, 58.* imò *omnis* etiam יַקִּיר vocatur, qvod portari neqvit, *Pſal. XXXIIX, 5.* nec non res intolerabilis, *Jeſa. LIX, 1. Prov. XXVII, 3.*

וְאָחֳרָן לָא אִיתַי דִּי יְחַוִּנֵּהּ קֳדָם מַלְכָּא

Nec reperietur qviſqvam &c.) Etiam hoc cum verſu præcedente fermè coincidit; ſic namq; anxietas Magos ad incitas redegerat, ut ob defectum argumentorum idoneorum ταυτολογίαις uti cogerentur; qvanqvam id accedat, translationem cauſſæ in alios ſimul annecti, ceu docent ſubſeqventia. *Rabbi Saadia* videtur pro אחרן legiſſe אהרן *Aharon*, de qvô repetit, qvòd occulta per Urim & Thummim exploraverit. Verùm id à ſcriptione, nec non re ipſâ alienum.

לָהֵן אֱלָהִין דִּי מְדָרְהוֹן עִם בִּשְׂרָא לָא אִיתוֹהִי׃

Exceptis Diis, qvorum non eſt cum hominibus converſatio.) De verbô ad verbum ſecundùm Piſcatorem: *niſi dii, qvorum habitatio cum carne non eſt.* ubi notandum, Chaldæum לָהֵן poni pro אֱלָהִין *niſi.* ſenſus proinde eſt: Qvicqvid non niſi Diis notum eſt, id ab hominibus, utpote procul à deorum commerciô remotis ſciſcitari non licet: Atqvi obliterata ſomnia non niſi diis nota ſunt. Ergò. Vides hîc (1) πολυθεότητα, dum deorum fit mentio in plurali. Cur enim ſecundùm *R. Salomonem, AbenEſram & Saadiam* intelligere debeamus Angelos, qvos Magi vix crediderunt æqvè ut Judæi, cauſſam nondum cernimus. Qvod enim *AbenEſra* ait, angelos non habere commerciũ cum corporibus, ſed formas eſſe abſolutas, non inſtar animarum ad corpora regenda ordinatas, (qvorſum refert verba noſtra, *habitationem cum carne,*) id nimis eſt ſubtile, atq; à Chaldæorum dogmatibus πολυθεΐαν ſtatuentibus alienum. (2) Deorum illorum majeſtatem planè ludicram, utpote qvi certis menſurantur ſpaciis, qvi ſuam habent מדור *habitationem* aut domicilium, inſtar regum mundanorum fortè: idq; (3) non inter homines, ſed ſuper aſtra, vel etiam in infernô, ut Pluto, Proſerpina, &c. (4) Hominum à rerum ſupernaturalium notitiâ excluſionem omnimodam, ac ſi nulla planè contingere poſſit cœlitùs illuminatio, qvalis in populô Dei contigerat Prophetis, v. g. Moſi, Eliæ, Eliſæo, aliisq;. Nota autem deſcriptionem hominis ſynecdochicam, qvâ appellatur *caro*, (בִּשְׂרָא) nimirùm ob mollitiem, fragili-

Digitized by Google

[illegible] quippe qui non eſt [illegible] aut [illegible] qui Ægyptiorum dicuntur *caro* Jeſ. XXXI, 3. [illegible] *Matth. XXVI, 41. Gal. IV, 13. 2. Cor. IV, 11.* Sic [illegible] בשר *regem carnis & ſangvinis* vocant, regem [illegible] Adjicimus hîc conjecturam *Grotii*, qvi de [illegible] eſſe cenſet, cùm illorum dæmonum, ſive [illegible] hominibus commercium habent, notitia [illegible] intendit hîc haut dubiè ad Philoſophi- [illegible] præter Deos cœleſtes faciebant alios in aëre [illegible] vocabulô Dæmones appellabant, qvorum [illegible], & humano generi benevoli, à qvibus ſc. [illegible] non omnis magia naturalis deſcenderet: [illegible] ſubdoli ac deceptores. Atq; hæc duo gene- [illegible] ac conſvetudinem cum hominibus habere [illegible] proximè non miſcere ſe rebus humanis, &c. [illegible], ſi lubet, Auguſtinum, *lib. VIII. de Civi-* [illegible] *IX. c. IX.* copioſè & accuratè diſputantem.

[illegible] ex Verſu XI.

[illegible], adeoq; abditiſſima qvæq; perveſtiga- [illegible] Philoſophos. Unde *Zeno* rogatus, an [illegible] faciens? reſpondit, *imò ne cogitans qvi-* [illegible] Cui ſimile qvid de *Thalete* profectum [illegible] *lib. V. Stromat. f. 595.* Aliàs de ipſô hôc [illegible] ejusdem, nec non Valer. Maxim. *lib.* [illegible] *cogitationibus cœleſte numen adeſſe cre-* [illegible] codice habemus. *Pſal. CXXXIX, 1. ſeq. Pſ.* [illegible] *XL, 11. ſeq. c. XLII, 2. Dan. II, 23. 47. Ebr.* [illegible]

[illegible] hominibus, adeò ut hi ejus fiant tem- [illegible] plenitudinem habitare σωματικῶς in Chri- [illegible] confeſſô, ex 1. *Cor. III, 16. c. VI, 19. Col.* [illegible] hominum. *Prov. IIX.* &c.

[illegible], deducendi Thraſones (qvales hi [illegible] ſapientiam jactantes ipſum,) ad agnitio- [illegible] ſuæ vanitatis: haut dubiè enim igno- [illegible] libentiùsq;, niſi diſpendium vitæ

Digitized by Google

כָּל־קֳבֵל דְּנָה מַלְכָּא בְּנַס וּקְצַף שַׂגִּיא

VERSUS XII. *Qvô auditô, Rex in furore, & in irâ magnâ.)* Ultimum hoc eſt ſecundæ capitis hujus partis ſegmentum, comminationis ſcil. *v.5.* factæ decretoria ſententia, jamjam executioni mandanda; in qvâ (1) ingens indignatio. (2) Interfectionis præceptio, *v.12.* (3) Mandati promulgatio, (4) Danielis ſociorumq; ad idem ſupplicium reqviſitio. *v.13.* De verbô autem ad verbum in fontibus eſt ſecundum Piſcatorem: *Propter hoc Rex correptus fuit irâ, & excandeſcentiâ magnâ.*

בנס Duo nimirum adhibentur verba בְּנַס *indignatus fuit, efferbuit*, qvod in ſacrô Codice non extat alibi, in Targum autem Jonathanis *Geneſ. XL,2.* de indignatione Pharaonis, nec non *Eſther. IV, 17.* וּנְסַס וּבְנַס *& perturbatus eſt, indignatusq; Mardochai*, cap. II, 21. *& indignati ſunt, & efferbuerunt duo Evnuchi Regis*, &c. Alterum eſt קְצַף *ſpumavit, irâ commotus fuit*; qvod & ipſum in Codice Bibliorum Chaldaicô non uſurpatur alibi: in Ebræô tamen ſatis eſt freqvens, ut cùm Pharao *excanduit* in ſervos ſuos *Geneſ. XLI,10. c.XL,2.* Ahaſverus *Eſth. I, 12.* ejusdem duo Evnuchi, *c.II,21.* Moſes *Exod. XVI, 20. Num. XXXI, 14.* Principes Philiſthæorum *1. Sam. XXIX, 4.* Principes Judaici, *Jerem. XXXVII,15.* ſic ſæpiùs de indignatione Dei ipſius, *Devt. IX, 19. Zach. I, 2.* &c. Nexus itaq; verborum horum apertè ſatis indicat, non perfunctoriam aut leviculam in Rege commotionem ortam, cùm impatienti ſuo deſiderio adeò prorſùs non ſatisfieri, qvin deſperandum ſibi potiùs videret, ſed tantoperè exarſiſſe ipſum totum, ut oculi fulgurarent, frons caperaretur, naſus acueretur, os nil niſi ſæviſſima ederet tonitrua, corpus totum qvaſi contremiſceret, aut concuteretur, idqve שַׂגִּיא multùm, inuſitatè, diu, vehementiſſimè.

וַאֲמַר לְהוֹבָדָה לְכֹל חַכִּימֵי בָבֶל׃

Præcepit, ut perirent omnes ſapientes Babilonis.) Summa ſententiæ: *Exitium*, indicatum verbô אֲבַד *periit*, in Hiphel hîc uſurpatô; לְהוֹבָדָה *ad perimendum*, modô videlicet ſuperiùs *v.5.* jam determinatô. Idem verbum deprehendes etiam infrà *v. 18. & 24.* nec non *cap. VII,26.* Perimendi autem ſine diſcrimine ſunt *omnes ſapientes Babilonis*, non ſolùm, qvi coram Rege fuerant præſentes *v.2.* verùm qvotqvot per integrum Babiloniæ regnum dini ſtudiisq; illis eſſent addicti, idq; eâ de cauſſâ, qvòd ſimili laborarent omnes & ignorantiâ & impoſturâ

Digitized by Google

… incuſpaverat Nebucadnezar. *R. Saa-* … eſſe tam propter ſomnium, tum propter conſi- … quæ deſolutionem templi (Hieroſolymitani) … novô hôc titulô *ſapientum Babel* compre- … Aſtrologorum, Ariolorum, Præſtigia- … mentio facta *v. 2.* fermè ſicut Germani *Kluge* … qui præ aliis ordinariè ſapientibus plus ſapi- … Vide eundem hunc titulum *v. 14. 18. 24. 48. c. IV, 3.* … mentio fit חַכִּימִין ſapientum *c. II, 13. 21. 27. c. V, 15.* … regniq; *c. IV, 15.*

… mata ex Verſ. XII.

… multos ad meram adigit inſaniam ac rabiem … qvi injuſtiſſima qvæq; dictitat, nec mo- … excuſationes. Hinc de iracundiâ cohi- … librum *Plutarchus*, & de irâ totos tres … paſſim ſuggerunt & Ethici & Theologi.

… involvuntur ſuppliciis, qvi eadem noſtrô … promeruerant; idq; non tantùm in plagis cœli- … fame, bellô, &c. verùm etiam in pœnis ma- … perduellionis crimen integræ nonnunqvam … integræ communitates ob principalium primo- … privantur privilegiis, mulctantur, pre-

… tatus, etiam inſcias, fit miniſter Dei, ejus- … quomodo h.l. Nebucadnezar id exeqvi inſtituit, … ejusq; furfuris alios ſanciverat. *Levit. XX,* …

… nuncius eſt mortis, *Prov. XVI, 14.*

… וְדָתָא נֶפְקַת וְחַכִּימַיָּא …

… *ſapientes interficiebantur.*) De verbô … *Et ſententia illa exibat, & ſapientes* … Regis (vid. v. 9.) è conclavi, ubi … manabat in totam aulam, imò in … aliqvam provinciam: Evulgabatur non … eum intimatione ſimul cohæreret qvoq;

VERSUS XIII.

Digitized by Google

qvoq; realis executio. Ratio autem tam ſeveri decreti, ut legale illud eſſet, ſecundùm *Jacchiadem* fuit, qvòd rebelles hi ipſi ſapientes fuerint, nec regis voluntati voluerint parere: item, qvòd jamjam machinati fuerint figmenta ac corruptelas interpretamenti locô proferre, adeòq; regi fumum vendere. Executio ipſa effertur participiô מִתְקַטְּלִין i.e. *interfecti*, h.e. jamjam incipiebat laniena paſſim miſerabilis, ut violentâ morte tollerentur tanti Scholarum Babilonicarum Doctores, haut dubiè illi eò citiùs, qvi Regi in aulâ adſtiterant propiùs, & à qvibus Rex deluſum ſe conqverebatur. Qvorſum facit, qvod *v.14.* Arioch ex aulâ dicitur *egreſſus* ad interficiendum ſapientes, haut dubiè, qvi alibi adhuc ſuperſtites paſſim latitabant. Hujuſmodi namq; violentum mortis genus innuitur verbô קְטַל, ceu patet ex *cap. V, 30.* ubi de trucidatione Belſazeri, *cap. VII, 11.* de interemptione beſtiæ. *c. III, 22.* de flammâ interficiente appropinqvantes. In hithpael, ſeu formâ paſſivâ ultra textum noſtrum non legitur. Participium verò adhibetur locô præteriti imperfecti, idqve cum Ellipſi verbi ſubſtantivi *(erant,)* qvale aliàs diſertè ſolet addi, ceu notavit Buxtorfius, *lib. II. Gramm. Chald. cap. 15.* Sanctius qvidem opinatur, hoc non de actuali interfectione accipiendum, ſed de nudâ damnatione, atq; ad capitale ſupplicium conqviſitione; verùm qvomodo cum literâ hoc congruat, non patet; uti & ſub finem gloſſæ ipſemet lectori liberum relinqvit, amplecti, qvid velit.

וּבְעוֹ דָּנִיֵּאל וְחַבְרוֹהִי לְהִתְקְטָלָה:

Qværebanturq; Daniel & ſocii ejus, ut perirent.) Vel potiùs ſecundùm fontes: *Et qværebant etiam Danielem atq; ſocios ejus ad interfici*, ſeu, ut interficerentur modô cum ſapientibus aliis ſimili. Qværunt hîc interpretum nonnulli, qvî factum, qvòd cum Daniel ac ſocii adeò ſapientiæ laude poſt examen ſuum eminuerint, ut *decies* ſuperaverint cunctos Magos ac Ariolos in univerſô regnô, *c. I, 20.* in hâc tamen qvæſtione arduâ non fuerint reqviſiti, ſive omnium primi, ſive ad minimum unà cum Magis aliis? Sed diverſimodè ſatisfieri poteſt huic ipſi dubio, ita ut dicatur (1) Examen illud Ebræorum horum juvenum ſeu ſolennem eruditionis patefactionem, jam penè obliteratam rurſusq; ſepultam velut fuiſſe, cùm ex ſententiâ *Saliani* interceſſerint jam anni ferme XIIX, intereaq; Rex annis abfuerit permultis, obſidione Tyri atq; Hieroſolymæ, totq; bellorum expeditionibus occupatus

Digitized by Google

cupatus. *Cornelius à Lapide* effluxiſſe cenſet ipſos annos XXXIV. à primô Danielis ad Regem adventu. *Pererius* Comm. p. 89. ponit annos XXII. Alii (2) cauſſam conjiciunt in Magos, qvi Danieli inviderint hujusmodi interpretationis honorem, adeoq;, ne idem unà ſecum adhiberetur ad conſilium, impediverint modis omnibus. ita *Pintus, Pererius,* &c. (3) Potuit & hoc ex parte regis accedere, qvòd divinationis ariolandiq; artem in Ebræis his religioni ſuæ adeò tenaciter inhærentibus, nec ullam hujusmodi artem exercentibus hautqvaqvam ſuſpicatus fuerit, utpote qvæ omnia ſeverè ipſis erant interdicta. *Levit. XIX, 31. Deut. XIIX, 10. 11.* (atqve ſic *Maldonatus.*) vel (4) qvia hos tanqvam extraneos in negotiô ſalutem aut ſuam, aut regni concernente qvodammodò habuit ſuſpectos, adeòq; cum indigenis admittere fuit ſubveritus. (5) *Sanctius* opinatur, illos ſaltem hîc confluxiſſe, qvi præmiorum ſpe allecti fuerint; non enim ſingulatim, ut ipſe cenſet, ſuô qvisq; nomine fuerunt convocati, ſed ſolùm ſub ſpe præmiorum ingentium adfuerunt, qvi voluerunt. Præcipuè (6) divina ſubfuit providentia, qvæ tantò ſingulariùs ſuum patefacere voluit Prophetam, qvantò manifeſtior jam facta erat ſapientum omnium vanitas ac impotentia; cùm aliàs, ſi unà cum Magis ſimul qvoq; conſultus fuiſſet Daniel, facilè, qvæ ſolius Dei erat revelatio, profanæ magorum arti tranſcribi potuiſſet. Adeòq; admirandô Dei conſiliô tandem innotuit per totam aulam ac imperium tùm ſapientum totius Babiloniæ error atq; vanitas, tùm Dei unius atq; veri in Iſraële culti ſupereminens Majeſtas. ita *Auguſtinus* Tr. XI. in Johannem. *Hieronymus, Rupertus*, atq; *alii*.

Porismata ex Verſu XIII.

1. Qvò plus penes te eſt autoritatis, eò cautior etiam eſto, ne te pœniteat elapſi per præcipitantiam ſermonis: *nam ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum*.

2. Sapientia mundana mundanis etiam ſubjecta eſt caſibus: uti hî mortis eadem declinare non potuit ignominiam, utut eandem hâc vice promerita haut fuiſſet. Eſto namq; ſuperſtitioſis his mortem alioqvin omninò debitam fuiſſe ex lege Dei, hautqvaqvam tamen juſtè ea nunc inferebatur illis ex ſententiâ regis profani ac iracundi, aut ſecundùm leges humanas.

3. Pii à mundanis pari ſæpè in pretiô habentur cum aliis ſcelera-

tis, imò eorum cauſſâ in vitæ diſcrimen haut raro veniunt: ſicut hîc Danielem cum ſociis protrahi videmus tanqvam paris cum Magorum cæterorum catervâ ſortis, cùm tamen ab iisdem totô abfuerint cœlô. Et qvanqvam regium de Daniele ſpeciatim non extiterit mandatum, extendi tamen ad eundem id edictum videmus à miniſtris, qvod ſolos tangebat divinationum jactatores vanos.

באדין דניאל התיב עטא וטעם

Versus XIV. *Tunc Daniel reqviſivit de lege atq; ſententiâ.*) Incipit hîc *tertia* capitis noſtri ſecundi pars, continens geſta Regis cum Daniele; ubi rurſus antecedunt revelationis deſideratæ præparatoria, *à v. hoc 14. adusq; 30.* ita qvidem, ut (1) Danielis recenſeatur percontatio de cauſſâ ſupplicii intentati, *v. 14. 15.* (2) Danielis ad Regem Nebucadnezar pro impetrandâ dilatione oratio, *v. 16.* (3) Danielis ſociorumqve ad Regem cœli facta precatio, *v. 17. 18.* (4) Precationis exauditio, unà cum debitâ gratiarum actione, *v. 19. ad 23.* (5) Exauditionis factæ apud Ariochum denunciatio, *v. 24.* (6) Ipſa Danielis cum Nebucadnezare confabulatio, *v. 25. ſeq.* In præſente hôcce v. 14. adeſt tùm colloqvii tempus, (tunc, cùm deſperata jam Magorum erat cauſſâ) tùm colloqvens Daniel, tùm colloqvium ipſum, tùm Perſona ipſa, qvâ cum verba miſcet, nempè Arioch præfectus Regius. In colloqviô deſcribendô adhibetur phraſis: התיב עטא וטעם *repoſuit conſilium & ſententiam*: ubi Chaldaicum התיב *repoſuit*, coincidit cum

התיב Ebræô השיב *reſtituit, repoſuit.* &c. à verbô שוב *reverti*, mutatô ſcil. pro more Ebr. ש in Chaldæorum ת. Atq; ſic התיב idem qvandoqve eſt, ac *reſpondit*, v.g. Eſr. V, 5. tunc *reſponderunt*, vel repoſuerunt *epiſtolam ſuper hoc*: v. 9. *ejusmodi verbum* התיבנא *reſponderunt, vel repoſuerunt nobis.* c. VI, 5. vaſa domûs templi יהתיבון *reſtituant, & vadant ad templum,* &c. Dan. III, 16. *non oportet nos ſuper hâc re* להתבותך *reſpondere tibi.* Unde ſimul colligere licet, Ariochum initium compellationis feciſſe, indicando haut dubiè mortem imminentem, ad qvam tempeſtivè ſe è veſtigiô componerent, &c. ad idem alloqvium Daniel התיב *repoſuit* tale reſponſum, qvod & magis ſuperſtitibus, & præfecto ipſi ad tantam immanitatem, ut videtur, pavido, valdè erat proficuum ac ſalutare. Vocatur enim עטא

עטא *conſilium*, (ab Ebr. עצה cujus radix eſt יעץ *conſuluit*) qvæ vox Chaldæa non alibi in ſacris redit, qvanqvam infrà *c. VI, 8.* habituri ſimus

[illegible] *conſilium inierunt*. Si hæſitas, qvomodo Da-
[illegible] poſuerit in re adhuc ignotâ, (verſu enim ſe-
[illegible] ſubjicitur Danielis inſcii percontatio) reſponſio
[illegible] hîc qvandam ὑστερολογίαν, ita ut initiò mox de-
[illegible] Danielis ſermo tùm collimârit, tùm feliciter qvoq;
[illegible], ut exinde Arioch haurire poſſet medium decli-
[illegible] planè periculoſum ac infeſtum. Inſimul verò
[illegible] ſermo, appellatur טעם *judicium, ſententia, decre-* טעם
[illegible] Rex de adorandô idolô, *Dan. III, 10, 12.*
[illegible] Deô *v. 29. c. VI, 26.* de adducendis magis
[illegible] legitur *Eſra IV, 8. 9. 17. 19. 21. cap. V, 3. 9. 13.*
[illegible] *VII, 13. 21.* de mandatô Dei ipſius *Eſr. VI, 14.*
[illegible] tamen uſurpatur etiam de ſententiâ qvâdam
[illegible] *c. VI, 13.* accuſatur, qvòd non poſuerit טעם
[illegible] debitã æſtimationem ſuper Rege, ejusdemq;
[illegible] adminiſtrationis, qvæ alteri inſpectori reddi-
[illegible] dicitur, tribus præfectis ſummis ſatrapas
[illegible] ſuæ villicationis. Atq; hæc poſterior
[illegible] eſt præſentis loci; ita ut Daniel ſuggeſſerit
[illegible] placitum mentis ſuæ privatum, qvid ſibi vi-
[illegible] rei *guſtum* (ita namq; טעם eſt *guſtavit,*
[illegible] dignovit, fermè ut Latinorum *ſapere* eſt
[illegible] & nomen טעם expreſsè de *guſtatione vi-*
[illegible]) executionem præfecti prudentiæ com-
[illegible] Scholiô: *Reſpondit conſilium & ſapientiam ipſi*
[illegible] declarat: *Sermonis ſui ſvavitate repoſuit*
[illegible] *Ariocho*, &c. Lud. de Dieu *conſilium & pru-*
[illegible] *prudente*. Judicare hinc licet, qvid ſentien-
[illegible] *Reqviſivit de Lege* &c. qvi tamen *reqviren-*
[illegible] nunqvam probabitur; taceo, qvòd præter ne-
[illegible] præpoſitionis *(de.)* Parùm aptiùs Oeco-
[illegible] *& edictum*. Piſcator *retulit conſilium &*
[illegible] Polanus *ſciſcitatus eſt de conſiliô & edictô.*
[illegible] Genev. vertunt: *Tunc avertit Daniel con-*
[illegible] *exiverat* &c. hoc eſt, avertit id, qvod
[illegible]. Verùm aliqva adhuc ſubſunt, qvæ aſ-
[illegible] in hancce poſtremam.

לְאַרְיוֹךְ רַב טַבָּחַיָּא דִּי מַלְכָּא

Ab Ariocb præfecto militiæ regis.) Vel potiùs ſecundùm fontes, *reſpondit* לְאַרְיוֹךְ *Ariocho* &c. Vides hîc præfecti nomen, qvod deductum haut dubiè ab אַרְיֵה *Leo*, ut ךְ forſan affixum ſit, *tuus*: qvanqvam Hieronymus exponat, *Ebrietas tua*, à רָוָה *plenus, vel madidus fuit*: alii ab אֹרֶךְ *longitudo* derivant, ita ut idem ſit, ac *longurio*. Chytræus conjungit: *Leo longus*. Sed parùm refert, qvid horum eligas; id adjicimus, jam à Moſe idem hocce nomen tributum regi Ellaſar ſeu Ponti, (ex qvorundam mente) annotatum eſſe *Geneſ. XIV, v. 9.* Præter nomen verò miniſtri hujus aulici adjungitur qvoq; officium, qvòd fuerit רַב טַבָּחַיָּא *Præfectus ſtipatorum ſive ſatellitum regiorum*. Notandum hîc, Adjectivum רַב *magnus, multus, potens*, conſtructum cum ſubſtantivô aliô certum perſonarum ordinem deſignante, & qvidem tanqvam in regimine, æqvipollere Latinorum *Magiſtro*, aut *Præfecto*, ſive illi, qvi in iſthôc ordine eſt eminentiſſimus, qvi imperium qvoq; gerit in eosdem: qvomodo inferiùs *cap. IV, 6. & cap. V, 11.* mentio fit רַב *præfecti Magorum*. 2. Reg. XXV, 8. ſeq. Nebuſaradáni רַב *præfecti ſatellitum*. Jon. I, 6. רַב *præfecti nautarum*, & ſuprà Dan. I, 3. *præfecti Eunuchorum*. Aliàs ſi ſubſtantivum ſubſeqvens denotat adjunctum aliqvod, retinet hocce רַב ſignificatum *multi*, v. g. רַב חֶסֶד *multus miſericordiâ*, Exod. XXXIV, 6. Pſal. XXCVI, 5. 15. *multus intelligentiâ*, Prov. XIV, 29. *multus operis*, ſeu ad efficiendum operandumq; potens, *Jer. XXXII, 19. Nahum I, 3.* Qvod ſi itaq; adjectum hîc examinemus nomen טַבָּח, non eqvidem id in Chaldæô Bibliorum textu reperiemus ulteriùs; in Ebræô tamen infreqvens id non eſt, ſiqvidem à טָבַח *mactavit* deductum videmus טַבָּח *mactator*, qvi vel pecudes mactat, ut lanius, aut coqvus; vel homines, ut ſpiculator, &c. Ita verò legimus *Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1.* de Potipharô, qvòd fuerit Princeps טַבָּחִים (vide etiam *c. XL, 3. 4. XLI, 10. 12.* ubi mentio fit carceris, in qvô captivi detinebantur; & qvidem eâdem in domô præfecti ſatellitum, &c.) Ita Nebuſaradanem hôc gaviſum officiô jamjam vidimus ex *2. Reg. XXV, 8. ſeqq. Jer. XXXIX, 9. ſeqq. c. XL, 1. ſeq. c. XLI, 10. c. XLIII, 6. c. LII, 12. 14. ſeqq.* Utut igitur nonnulli intelligant magiſtrum laniorum, alii præfectum coqvorum, ſeu ἀρχιμάγειρον ſecundùm LXX. (qvomodo טַבָּחוֹת haut dubiè ſunt *coqvæ*, 1. Sam. IIX, 13.) alii præcipuum venatorum, qvi feris interimendis fuerit præpoſitus; alii Ducem militum, hoſtes publicos autoritate regiâ trucidare juſſorum;

... ſententiam illorum, qvi ſermonem
... miniſtrorum, capitales in reis pœnas exe-
... ali, vel de eô, qvi præfectus eſt rerum
... bellô aut pace animadvertit in ſontes, qvem
... Provoſt de l' hoſtell, Budæus, *prætorianum judicem;*
... proinde non exiguâ pollebat poteſtate, multumq;
... Pulchrè Lutherus: Dem Oberſten Richter des
... *Geneſ. XXXVII, 36.* reddiderit Hoffmeiſter.) Belgæ
... des Trabanten des Königes. Ditenb. des Königs
... Oberſten über des Königs Heer. Conf. *1. Sam. XXII,*
... ſtipatoribus regiis, capitaliter in reos juſſu regis
... *2. Sam. I, 15. c. IV, 12. c. XIIX, 15.* Qvod verò Po-
... Salomonis Jarchii de carnificum Præfectô hæc
... ochum vocari שַׁלִּיטָא *Præfectum regium,*
... regem, *v. 25.* id ſanè hautqvaqvam evincit id,
... Apud Orientales namq; interemptio facinoroſi
... infamis æſtimatur, utpote qvam etiam te-
... hodiè exeqvuntur, imò judices nonnun-
... ſunt executi. Inſpice apparitorum regiorum,
... exempla; item *1. Sam. XV, 33.* ipſiusmet Pro-

דִּי נְפַק לְקַטָּלָא לְחַכִּימֵי ...

... *ad i[n]ficiendos ſapientes Babelis.)*
... nunc ſpecialis deſcribitur officii illius exe-
... Rege condemnatos. Adeòq; נְפַק *exierat jam,*
... & adjuvantium & defendentium neceſſariâ

...mata ex Verſ. XIV.

... reos, juſtâ judicis ſententiâ ad capitis
... qvaqvam ex ſe laborat infamiâ. Qvod verò
... notâ hâc laborent, ex hominum potiùs
... voluntate. De ſententiâ Epiſcopii carnifi-
... dubitantis, imò ne in hominum qvi-
... v. D. Kœnig. *Caſ. conſc. p. 553.* & D. Ca-
... his, ſi lubet, D. Finckii *quæſt. illuſtres,*

 p. 835.

Digitized by Google

p. 835. & P. Martyris *LL. f. 923.* qvô in cenſu lictores & carnifices habendi ſint.

2. *Reſponſum tempeſtivum atq; prudens* multorum ſæpè ac ingentium malorum eſt remedium: ſicut h.l. videre eſt ex reſponſô Danielis, qvod dederat Ariocho.

3. Qvi malis ſubditis ac improviſis non vult obrui, aut ſuccumbere, pietati ſemper, precibusq; debitam impendat operam, qvò cum juſtô Daniele, in adverſis etiam, animô qveat eſſe præſente. *Arumore enim malô non pertimeſcit juſtus, qvia paratum cor ejus fidens Jehova.* Pſal. CXII, 7. Ubi igitur Magis præ conſternatione mentis prior omnis defuit ſapientia ac aſtus, ibi Daniel conſilio tamen polluit ſaluberrimô, nec qvicqvam ex metu ſenſit impotentiæ aut hallucinationis.

4. Etiamſi de piis jamjam penitùs videatur eſſe actum ac conclamatum, qvomodo hîc cervici Danielis & ſociorum carnificum jam imminebat gladius, iidemq; jamjam ad mactandum erant egreſſi, non tamen deſperandum ob id eſt è veſtigiô: poteſt enim Deus noſter ſuggerere conſilium, vel nobis, vel aliis, poteſt impedimenta interponere innumera, &c. modò id è re noſtrâ, divinæq; Gloriæ conveniens fuerit viſum: *mutare ſiqvidem poteſt omnia dextra Altiſſimi.* Pſal. LXXVII, 11.

עָנֵא וְאָמַר לְאַרְיוֹךְ שַׁלִּיטָא דִּי־מַלְכָּא

VERSUS XV. *Et interrogavit eum, qui à Rege poteſtatem acceperat.*) Vel ſecundùm fontes: *Reſpondens ac dicens.* Formalia jam referuntur verba inter Danielem & Ariochum reciprocata; ubi hic qvidem haut dubiè ſermocinandi fecit initium, ſignificans egreſſus adventusq; ſui cauſſam, videlicet trucidationem cunctorum ſapientiæ Chaldaicæ cultorum, adeòq; & noſtri etiam Danielis. Ad aſperam infauſtamqve hanc compellationẽ עֲנֵה *reſpondens* (fuit) Daniel, deq; cauſſâ præcipitatæ adeò immanitatis interrogavit. Adeòq; præter neceſſitatem *Piſcator* hîc Junium *(reſpondensq; dixit)* deſeruit, reddendo: *Orſus igitur eſt loqvi, & dixit.* Qvomodo enim *orſus eſſet* loqvi de cauſſâ interfectionis accelerandæ, niſi ex alloqvente interfectionem jamjam inſtare, priùs cognoviſſet? Novus autem hîc præfecto Ariocho nunc aſſignatur titulus, dum appellatur שַׁלִּיטָא *Dominator, Magnas, Plenipotentiarius Regis,* h.e. qvi ſingulari pollebat autoritate, שְׁלֵט namq; eſt

eſt *dominari*, inde שַׁלִּיט *Dominator*, v. 10. it. *c. IV, 14. 22. 29. c. V, 21. 29. Eſr. IV, 20.* &c. Originem ex hâc voce haut dubiè nactum eſt vocabulum Turcicum *Sultan*, & ex qvorundam mente etiam Germanicum Schultz.

עַל־מָה דָתָא מְהַחְצְפָה מִן־קֳדָם מַלְכָּא

Qvam ob cauſam tàm crudelis ſententia à facie Regis eſſet egreſſa?) Secundùm fontes: *ob qvid decretum* מְהַחְצְפָה *accelerans* (eſt, vel feſtinanter ita urget, aut prodiit) *à coram rege?* Vides, hîc inqviri cauſſam tùm decreti in ſe adeò ſævi, tùm feſtinationis ejusdem adeò periculoſæ, atq; ad apertam injuſtitiam tyrannidemq; declinantis, ſiqvidem Magis ſapientibusq; omnibus nondum auditis, omnes tamen deſubitò ad mortem fuerant condemnati ſapientiæ cultores. Decretum ipſum vocatur דָתָא tùm hîc, tùm *v. 9. & 13.* Decreti adjunctum, vel illud, qvod de decretô enunciatur, eſt *acceleratio.* Id namq; infert Participium Aphel verbi חֲצַף *acceleravit*, qvod non niſi ſemel adhuc *c. III, 22.* in Codice ſacrô legitur, *qvia verbum regis* מַחְצְפָה *urgebat, accelerans erat* ad ſuccendendam fornacem, &c. Aliàs, Rabbinis præcipuè, eſt etiam hocce חֲצַף idem ac *faciem obfirmavit, impudens fuit*, qvod tamen ab h. l. alienum eſt, niſi fortè *Hieronymus* eò reſpexit, adhibendo vocem *crudelis*. Decreti autor non prætermittitur, dum קֳדָם מִן *de coram*, vel à facie aut ore regis id feſtinanter adeò prorumpere dicitur per omnia univerſæ regionis domicilia ac angulos. Videlicet mirari qvodammodò videtur Daniel, qvam ob cauſſam *à rege tàm prudente, tàm æqvo, tàm benefico, tàm clemente alias*, adeò durum præcepsq; emanaverit deciſum. Vocula קֳדָם, *aliàs præpoſitionis* habet naturam, *coram;* qvo ſenſu otium fermè ageret in noſtrâ phraſi, *à coram*, h. e. *à rege;* qvandoq; tamen idem eſt, ac Ebr. פָּנִים facies, nominaliterq; collocatur; qvâ ratione non malè *Hieronymus* expoſuit: *à facie regis.* חצף מן קדם

אֱדַיִן מִלְּתָא הוֹדַע אַרְיוֹךְ לְדָנִיֵּאל׃

Cum igitur rem indicâſſet Arioch Danieli.) Vel ſecundùm fontes: *Tunc* מִלְּתָא *verbum* ſeu rem hanc *ſignificavit Arioch Danieli.* h. e. prolixiùs expoſuit tùm Regis ex nocturno ſomniô perturbationem, tùm anxiam de reſciſcendô iſthôc ſomniô ſolicitudinem, tùm fruſtraneam Magorum ad id operis convocationem, pollicitationum

minarumq;

Digitized by Google

minarumq; propoſitionem &c. Ex qvibus omnibus non potuerit non ſubſeqvi impatientiſſima exacerbatio, nil niſi mortem ipſam ſpirans. Vides hinc Danielem conſultationi iſti magorum hautqvaqvam adhibitum fuiſſe; qvod cur intermiſſum fuerit, ſuperiùs attigimus. Qvapropter cùm paris cum Magis reliqvis conditionis non fuerit in citatione, Arioch qvoq; eundem non pari habere voluit locô in feſtinâ interemptione, ſed ad ipſummet ablegavit regem, ut ſuam illic experiretur fortunam.

Poriſmata ex Verſ. XV.

1. *Interrogare* decenter, modeſtè ac circumſpectè, de negotii circumſtantiis, cauſis, &c. ſapientem omninò decet hominem, ne ex conceptu, qvem rumor aliqvis incertus, carptimq; forſàs hauſtus ingeneravit, monſtrum poſtea operis gignatur, cujus te & pudeat, & graviter pœniteat.

2. Utut ſubditorum ſervorumq; non ſit, mandata dominorum ſcrupuloſiùs cenſoriéq; examinare, licitum tamen eſt, in cauſſas originemq; eorundem inqvirere, ut tantò perfectiùs imperantium ſatisfiat intentioni.

3. Vitium in magiſtratu ingens eſt, deciſa, præſertim capitalia, præcipitanter adeò profundere, magnamq; ſic tùm privatis, tùm Reip. tùm propriæ etiam conſcientiæ calamitatem accelerare, qvæ impoſterum maneat irrevocabilis. Notum eſt Imperatoris Theodoſii M. contra Theſſalonicenſes acriter adeò ſævientis facinus, ad cujus mãdatum præceps atq; immaturum ad 7000. hominum ſive ſontium, ſive inſontium ſimul trucidata ſunt; apud Theodor. *lib. V. hiſt. Eccleſ. & in tripart. lib. IX. apud* Auguſtin. *lib. V. de C. D. cap. XXVI.* Qvâ de cauſſâ etiam gravis ab *Ambroſiô* adverſum ipſum exercebatur cenſura Eccleſiaſtica.

4. Virtus magnatum haut infima, inferiores ſibi ſupplices reſponſô dignari, ſolidè ipſos de neceſſariis inſtruere, ac ſummi ſui magiſtratûs edicta optimam in partem interpretari.

וְדָנִיֵּאל עַל וּבְעָה מִן־מַלְכָּא

VERSUS XVI. *Daniel ingreſſus rogavit regem.*) Acceptâ ab Ariochô inſtructione videmus nunc Danielis coram rege ſupplicationem, qvæ ipſa deſcribitur, (1) tanqvam animoſa; *Ingreſſus enim eſt ad regem ipſum.*

Digitized by Google

ipſum. (2) tanqvam humilis atq; ſubjecta: *rogat enim.* (3) tanqvam circumſpecta, ſiqvidem poſtulat *dilationem qvantulamcunq;*, ut ſibi *concedatur tempus.* (4) ut pollicitatoria, dum ſpem facit aperiendæ interpretationis. Ingreſſus exprimitur verbo עַל (ab עֲלַל qvod convenit cum Ebr. עָלָה *aſcendit,*) in qvô ſimul palatii thronive celſitudo connotatur, qvòd non in abjectâ humilive valle habitârit Rex, ſed pro more hujusmodi magnatum in locô eminente, qvi aliis inacceſſus, qviq; inferiorum omnium facilem præberet intuitum, &c. Ita de Magis aſcendentibus idem legitur *Dan. IV, 4.* de ſapientibus conclave Belſazaris intrantibus, *c. V, 8.* de regiâ matre, eundem convivii locum adeunte, *verſ. 10.* ſic in Aphel de introductione habebimus infrà cap. hôc *v. 24. 25. c. IV, 3. c. V, 7. c. VI, 19.* Ingreſſi porrò ſupplicatio effertur verbô בְּעָה qvod qvandoq; idem eſt, ac *ſolicitè qværere*, v. g. aliqvem ut interficiatur, proximè v. 3. item qverere occaſionem deprimendi aliqvem *cap. VI, 5.* vel interpretationem viſionis obſcuræ, *cap. VII, 16.* Qvandoq; tamen eſt, debitâ ſubmiſſione qværere aliqvid apud ſuperiorem, ſive ſit ipſe Deus, *Dan. VI, 8. 12. 14. II, 18. 23.* ſive ſit Rex terreſtris, ut hîc & infrà *v. 49.* Haut dubiè igitur Daniel debitam adhibuit reverentiam tàm verbis, qvàm geſtibus idoneis expreſſam.

דִּי זְמָן יִנְתֵּן־לֵהּ *Ut tempus daret ſibi.*

Supplicationis ſumma eſt qvaliscunq; morula. זְמָן ſiqvidem commodum rei expediundæ ſpatium involvit, v. *cap. III, 7. 8. cap. IV, 33.* &c. adeòq; mirum qvodammodò eſt, qvî Daniel id tùm petere fuerit auſus, tùm maximè adeò facilè à rege concitatô obtinuerit, qvod antehàc tamen à Magis qværi tàm ægrè idem ferebat, *v. 8. 9.* Imò conjicere hinc licet, Danielem non pari in cenſu habitum fuiſſe cum Magis apud regem; nam aliàs haut dubiè ſententiam & ſibi dictam unà cum Magis audiviſſet. Deinde dum ſoli ſibi (לֵהּ non לְהוֹן ipſis, Danieli, atqve ſociis ejus) moram hancce poſtulat, elicimus hinc tùm Danielis qvandam præ reliqvis ſuis ſociis prærogativam atq; eminentiam, tùm regis etiam renovatum & qvaſi refricatum prius honorificum de Daniele atq; ejus ſociis æſtimium, *cap. I, 20.* Niſi enim ſapientiæ hujus viri peculiare qvid Rex Nebucadnezar tribuiſſet, haut dubiè petita qvoq; nullum dediſſet locum.

וּפִשְׁרָא לְהַחֲוָיָה לְמַלְכָּא׃ *Ad ſolutionem indicandam regi.*

Determinatur hiſce petitæ moræ finis, percontatio nimirum interpre-

Digitized by Google

terpretationis ſomnii deſideratæ, vel ſi mavis, exprimitur conſeqvens bonum ſpacii clementer indulti. Tempus infinitum להחויה per conſvetam enallagen ponitur pro finitô, h.e. pro tertiâ futuri יהחוה *indicaturus eſſet*. Adeòq; repetendum qvodammodo eſt די, *petiit, ut daret ſibi tempus*, ודי *& qvòd indicaturus eſſet, &c.* Aliàs namq; copulativum ante ופשרא nullius foret uſus: qvanqvam id ipſum ſimili modô adhibitum mox videamus denuò *v. 18.* ורחמין; addo tamen qvæ habet h.l. *de Dieu*, ו ſeqvente infinitô cum ל facere conjunctionem finalem, *ut*, qvorſum citat *cap. I, 5.* ולגדלם *ut educaret eos.*

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Peculiaris Magnatum virtus eſt, admittere in conſpectum ſupplices, benevolèq; petitis honeſtis indulgere locum. Celebres hâc de cauſſâ in hiſtoriis Veſpaſiani ambo, Auguſtus, Tiberius, Adrianus, Antoninus Pius, Alexander Severus, Trajanus, (talis, inqviens, ero privatis Imperator, qvalem mihi optarem Imperatorem privatus) Conf. *Sir IV, 8.*

2. Tempus à regum Rege indultum ad laborandum, inqvirendum, benefaciendum, novitati vitæ ſtudendum, &c. carè omninò æſtimari debet.

Damna fleo rerum, ſed plus fleo damna dierum:
Rex poterit rebus ſuccurrere, nemo diebus.

de qvâ temporis jacturâ etiam Ben Syra, edit. *Druſii p. 35.* היום קצר והמלאכה מרבה *Dies brevis, negotium verò copioſum.* vide ſis Dilherri *dialog. II. pag. 3. ſeq.* & Drexeli. *in Aurifod. p. m. 36.*

3. Etiam in arduis fiducia in Deum non deſerenda; ſicut & h.l. interpretationis, unà cum ſomniô ipſô inveſtigationem pollicetur ſibi regiq; Daniel, non niſi Deô ſuô fretus.

אדין דניאל לביתה אזל

VERSUS XVII. *Et ingreſſus eſt domum ſuam.)* Secundùm fontes: *Tunc Daniel ad domum ſuam abiit.* Nil additur eqvidem de Regis ad petitum Danielis reſponſô, an, aut qvomodo, vel qvamdiu moram indulſerit; interim ex ipſô hôc Danielis factô tutò ſatis colligitur, voti compotem à Rege in domum ſuam conceſſiſſe Danielem. Adeòq; *tertium* è præparatoriis nunc recitatur, videlicet *Numinis ſupremi invocatio*, ubi tùm locus adducitur, Danielis nempe *domus*, qvæ ex conjecturâ *Sancti*

intr:

intra regiæ baſilicæ complexum fuit, vel ſaltem in regiæ viciniâ; cujus etiam domicilii mentionem facit Benjamin Tudelenſ. *Itiner.p.76.* qvòd ὄπισθεν Danielis lapidibus cæſis & lateribus conſtructô conſveverint ſuo tempore Judæi convenire vicies mille, ad preces ibi fundendas: tùm invocantes perſonæ, de totô hôc negotiô ſufficienter informatæ; tùm invocatio ipſa, *v.18.* unà cum ſubjectô invocatô, qvod eſt Deus cœli; cum re petitâ, qvæ eſt miſeratio ſuper arcanô propoſitô; & deniq; cum argumentô ſeu cauſſâ impulſivâ, ne perirent hi Dei veri cultores unà cum promiſcuâ Dæmonicolarum turbâ, *v.18.*

וְלַחֲנַנְיָה מִישָׁאֵל וַעֲזַרְיָה חַבְרוֹהִי מִלְּתָא הוֹדַע׃

Ananiæq́; & Miſaëli, & Aſariæ, sociis ſuis indicavit negotium.) En, qvomodo Daniel noluerit id oneris honoriſq; inſtantis ſervare ſibi ſoli, verùm in partes advocavit concaptivos qvoq; contribules, ejusdem ſecum religionis cultores, ſtudiorumq; hactenus ſocios, qvibus (haut dubiè rei hactenus geſtæ adhuc ignaris) מִלְּתָא *verbum* ſeu negotium omne expoſuit, additâ haut dubiè ſententiâ ſuâ de unicô precum nunc adhibendô remediô, ut experirentur, num Deo ſic viſum fuerit, nominis ſui gloriam egregiâ hâc occaſione per ſervos ſuos manifeſtare.

Porismata ex Verſu XVII.

1. Officina ut laborum, ita & precum noſtrarum ſit *noſtra domus*; qvietem namq́;, nec non à turbis remotionem, ardua hujusmodi reqvirunt ſtudia. *Matth.VI,6.*

2. *Domum* habere *propriam*, qvalem hîc habuiſſe dicitur Daniel, non officit perfectô pietatis ſtudio, uti qvidem Anabaptiſtis Monachisq; viſum.

3. In ſocietatem tùm laborum, tùm precum pii qvoq́; advocandi ſunt alii, *Matth.XIIX,19.* Oculi namq; plus vident, qvàm oculus; carbo ſuccenſus admotos qvoq́; ſuccendit cæteros. Admonemur ejus rei qvotidiè per orationem dominicam, ubi ſinguli pro univerſis orant: Pater (non meus, ſed) *noſter*, panem *noſtrum*, &c. Huc locus *de communione ſanctorum.*

וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא *Ut qværerent miſericordiam.*

Ritus precum effertur verbô infinitô לְמִבְעֵא à Rad. בְּעָא VERSUS
petiit, poſtulavit, de qvâ proximè dictum *v.16.* Ad preces itaq; XIIX.

Digitized by Google

confugit Daniel, haut dubiè memor, qvid Salomoni jam olim oranti itidem contigerit, qvoad incomparabilem ſcilicet ſapientiam *1. Reg. III,6.* Per copulam autem ו annectitur hoc ſuperiori verbo הוֹדַע *indicavit*, qvanqvam verbum hoc ſeqvens ejusdem modi non ſit, adeòq; videtur hocce ו ocium agere, niſi aliud qvid fortè ſuppleas; *indicavit*, & (admonuit) *ad implorandam gratiam*, &c. Similem vide ſis conſtructionem *v.16.* Id verò qvod petitur, incluſum eſt voce רַחֲמִין *miſerationes*, qvæ planè eadem eſt cum Ebræorum plur. tantùm רַחֲמִים *miſerationes* à voce רֶחֶם *uterus*; (vide notata ad *Prov. XII,10.*) adeòq; nil prætenditur hîc meriti aut juris, ſed provocatum ſolummodò fuit tùm ad miſerandum periculoſiſſimumq; ſervorum Dei ſtatum, tùm ad naturalem perennemq; miſerationis divinæ affectum, qvi non poteſt non ſubvenire ſe invocantibus, miſeriamq; amoliri adverſantem.

מִן קֳדָם אֱלָהּ שְׁמַיָּא *A facie Dei cœli.*

Habes hîc invocatum Numen, videlicet non Baalem qvendam, fictitiumq; Deum alium, non Davidem, Salomonemq; ſtudioſorum ſapientiæ forſas Patronos, implorant, ſed ipſummet *Deum cælorum*, h.e. ſupremum totius hujusce orbis moderatorem, cui *cæli* attribuuntur, tanqvam à rebus caducis ſejunctiſſimo, influentias cœli omnes pro lubitu gubernanti, celſiſſimo, potentiſſimo, &c. (Vide ſis Interpretes procemii Orationis Dominicæ.) Dum verò præmittitur מִן קֳדָם à facie, colligimus illinc precum ardorem, qvod irretortis velut mentis ſuæ oculis *vultum* Dei inter cœlites ſplendeſcentis ſollicitaverint, qvòd *faciem Dei* præ oculis qvaſi dévotiſſimè ſemper habuerint præſentem, conſtanter ingemiſcendo, petita repetendo, &c. Vide eandem hanc phraſin ſuprà *v.15.* de præſentiâ regis terreni.

עַל רָזָא דְנָא: *Super Sacramentô iſtô.*

In fontibus eſt רָזָא qvæ vox רָז exponitur in Concordantiis per Ebr. סוֹד *arcanum*, adeòq; id denotat, qvod captum exſuperat humanum, qvod omni humanæ ſagacitati mortalium eſt impervium, qvomodò ipſum hoc vocabulum adhibetur *v.19.27.29.30.47. & c. IV, 6.* Miſerationem proinde divinam ſuper abditâ hâc re implorant hi viri Iſraëlitæ, ut revelare nimirùm eandem ſibi velit gratioſiſſimè, qvò veri ſoliusq; Dei arcana ſolùm patefacientis *(v.29.)* gloria in tanti monarchæ regiâ, imò per orbem innoteſcat. Qvam commodè autem

Papiſtæ,

Digitized by Google

[illegible] Bellarminus, ex textu hôc probent *Sacramenti* acce-
[illegible] pro ſignô externô gratiam obſignante, diſcuſſit inter cæte-
[illegible] *tom. II. Philoſ. ſobr. p. 221.* & Chamier *tom. IV. Panſtrat.*
[illegible] poſterior diverſam ſimul vocis רז *arcanum*, uſurpationem
[illegible] Chaldaicâ adducit.

דִּי לָא יְהֹובְדוּן דָּנִיֵּאל וְחַבְרוֹהִי עִם שְׁאָר [illegible]

[illegible] *pereat Daniel & ſocii ejus, &c.)* Eſt hæc finalis pre-
[illegible] ſimul ex parte Dei maximè impulſiva, cur ſupplican-
[illegible] debeat, nimirùm *ne pereant*, morte ſcil. adeò infami,
[illegible] præcipuè autem ne pereant in pari cum maledictis
[illegible] nicis cenſu vel culpâ. Mortem namq; aliàs non re-
[illegible] ut conſtat ex *cap. III.* mortem itaq; deprecantur *cum*
[illegible] ne ſcil. ipſòrummet ſapientia cœleſtis, imò religio
[illegible] ditionis aut æſtimii cum ſapientiâ magorum pluri-
[illegible] ſtitioſâ ac Satanicâ.

[illegible] Porismata ex Verſu XIIX.

[illegible] doctrina *precum*, qvis, à qvô, qvando, qvo-
[illegible] re, qvibus argumentis invocandus. Orante Danie-
[illegible] jamjam inſtructô. *cap. I, 17.* orandum multò magis
[illegible] ut donis jam conceſſis utantur ritè, ut aliis adhuc
[illegible] ſufficienter inſtruantur, &c.
[illegible] precibus, ſive in aliis noſtris coram Deo negociis va-
[illegible] id qvod diſertè agnovit etiam hîc Papiſta *Mal-*
[illegible] *Corn. à Lapide* totidem verbis) inqviens: *Miſeri-*
[illegible] *patefactionem, qvia non pro ſuis meritis, ſed pro*
[illegible] *peri petebat*, &c.
[illegible] in precibus mentio admoneat nos ſeriæ mentium
[illegible] tionis, divinæ itidem majeſtatis, omnipræſentiæ,
[illegible] mutabilitatis, &c.
[illegible] myſteria hautqvaqvam rectè addiſcuntur abſq;
[illegible] gratiâ; id qvod non ſtudioſis ſolùm Theologiæ, ve-
[illegible] verbi divini lectoribus auditoribusve apprimè ob-
[illegible] precibus devotis ſalutare qvid ſe perfecturos
[illegible] intereà faciendum inter myſteria ad ſalutem
[illegible] & qvantum ſatis eſt; & inter myſteria,

 exter-

Digitized by Google

externum fortè Eccleſiæ ſtatum in Daniele & Apocalypſi depictum, attinentia, &c.

5. Vitæ ſalutisq; omninò in precibus habenda ratio : petit namqve Daniel cum ſociis, *ne perirent*, &c. Sic in morbis, malisq; aliis ſive particularibus, ſive univerſalibus, noſtrum qvoq; attendamus ſemper officium.

6. Perpetua ſit piorum impiorumq; ſeparatio tàm in vitâ, ſtudiis ac moribus, qvàm in morte, ne ſimilibus ſuâ culpâ involvantur infortuniis, &c.

אֱדַיִן לְדָנִיֵּאל בְּחֶזְוָא דִי לֵילְיָא רָזָא גֲלִי

VERSUS XIX. *Tunc Danieli myſterium per viſionem noctu revelatum eſt.)* Qvartum hoc eſt è præparatoriis, actualem ſomnii coram rege expoſitionem antecedentibus, nimirùm nocturna rei deſideratæ revelatio : ubi perſona, cui revelatur, ſolus eſt *Daniel*, non Chanania, nec alius ex ſociis, unà precantibus : medium revelationis eſt *viſio noctis*, ſeu

רזא nocturna, h.e. ſomnium ; Res revelata רָזָא *arcanum* antehac à rege expetitum : (Vulgatus antehac reddebat *ſacramentum*, nunc verò *myſterium:)* Revelatio ipſa eſt in Participiô גֲלִי *retectum*, ita, ut vela rem involventia reducta velut fuerint, liberq; Danieli conceſſus fuerit introſpectus in iſthæc abdita : Conſeqvens deniq; debita gratiarum

חזוא actio, *v. 19. uſq; ad 23.* Nomen חֶזְוָא *viſio* (à Rad. חֲזָא *vidit*) ſumitur tùm paſſivè pro aſpectu alicujus rei, qvalis ea aliis aſpicientibus apparet aut videtur, ut *cap. VII, 20.* חֶזְוַהּ *aſpectus ejus* (cornu) *major erat reliqvis* ; tùm activè, pro viſione rem aliqvam apprehendente. Communiter fermè eam mentis ſeu phantaſiæ in ſomnô operationem denotat, qvâ objecta certa, rem aliqvam repræſentantia complectitur; qvomodo hoc *cap. II, v. 28.* cum ſomniô retrocommeat: *Somnium tuum* וְחֶזְוֵי *& viſiones capitis tui in cubili tuô hæc ſunt.* ſic c. IV, 2. *ſomnium vidi & cogitationes in cubili meô* וְחֶזְוֵי *& viſiones capitis mei turbaverunt me.* ſic ibid. v. 6. חֶזְוֵי *viſiones ſomnii mei dic mihi.* item v. 7. 8. 10. cap. VII, 1. 2. 13. 15. Qvapropter ſicut dormienti regi futurorum ſchemata per ſomnium primitùs fuerant oſtenſa, ita nunc denuò Danieli dormienti eadem per ſomnium volente Deo fuere repetita, & qvidem ita, ut non diu per aliqvot dies expectandum ipſi fuerit, (id enim Rex haut dubiè non pertuliſſet,) ſed ut videtur, proximâ nocte hujusmodi habuerit viſum ; qvippe ſpes in Deô fundata placidum

Digitized by Google

dum largiebatur ſomnum, qvem metus aliàs haut admiſiſſet: imò revelatio ita fuit comparata, ut certus ſimul ac *ἀμετάπτωτος* apud ſemetipſum redderetur Daniel; idem hoc & non aliud fuiſſe ſomnium, qvod Nebucadnezar viderat, atq; hanc & non aliam ejusdem eſſe interpretationem. Id qvod haut obſcurè colligitur ex voce גְּלִי *revelatum*, à verbô גְּלָא *revelavit, retexit, manifeſtum reddidit*. Conf. Num. XII, 6. *Si qvis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loqvar ad illum.* & Job. XV, 16. *per ſomnium in viſione nocturnâ, qvando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulô, tunc aperit aures virorum.* &c.

אֱדַיִן דָּנִיֵּאל בָּרִךְ לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא׃

Et benedixit Daniel Deum cœli.) En conſeqvens exauditioni debitum, juxta illud Pſal. L, 15. *invoca me*, &c. Gratiarum actio eſt in verbo בָּרִךְ *benedixit, laudibus aliqvem extulit*. De cujus verbi ſignificationibus vide inter cæteros Baumbachium *tr. IV, cap. III.* Seldenum *lib. II. de Jur. N. & G. c. XI.* Martinum Roa, *lib. I. ſing. c. IX. in app.* Hoornbeck. *in Controverſ. relig. p. 13.* Sicut verò Daniel haut dubiè gaudiô ſpirituq; plenus has ipſas laudes protulit; ita non opus eſt, de ipſarum formularum anxiè diſqvirere; cùm eadem mox ſubjungatur. Laudatus verò idem eſt, qvi anteà & invocatus, nimirùm *Deus cœlorum*; de qvô *v. 18.*

Poriſmata ex Verſ. XIX.

1. De *ſomniis*, ſeu viſionibus nocturnis qvid ſentiendum, tetigimus ſuprà *c. I, 17.*

2. In Dei liberrimâ eſt manu, uni è multis unà precantibus largiri id, qvod poſtulârunt ſinguli. Nemo itaq; invideat, ſi Deus pro mirâ ſuâ ſapientiâ clementiâq; tàm diverſimodè ſua diſpenſet, *Matth. XX, 15.* Sufficiat, commodum redundare ad omnes, licèt honor qvaliscunq;, ex æſtimatione hominum, ſit unius aut paucorum.

3. Revelatio arcanorum ad ſalutem neceſſariorum, qvæ in ſacrô Dei verbô facta eſt, anteferenda arcanis cunctis aliis, qvæ vel naturam, vel Politiam, vel alias res hujus ſeculi concernunt. *Pſal. CXLVII, 19. 20.*

4. Gratitudo noſtra ſit devota, ad verum boni omnis datorem directa, (*Jac. I, 17.*) conſtans, ore vitâq; noſtrâ omni comprobata.

Digitized by Google

עֲנֵה דָנִיֵּאל וְאָמַר *Et locutus ait:*

Versus XX. In fontibus: *Reſpondens Daniel, & dicens.* ubi qvoad *reſpondendi* verbum nonnulli aliàs obſervant, idem illud ſignificare, ac, *loqvi incepit*, vel ut *Schindlerus* in Lex. affert: *Alternis locutus fuit, recitavit, cecinit, vocem edidit, aut reddidit, ita ut ubi unus deſiit, inde alter ordiatur; ſicut in choris & choreis ſolent, ſive qvi loqvitur, ſermonem ordiatur, ſive reſpondeat. Significat itaq; primò ſermonem, aut cantum ordiri, vel continuare, ſine præcedente interrogatione*, &c. ſic Exod. XV, 21. *& reſpondit eis Mirjam: Cantate Domino*, &c. 1. Sam. XIIX, 7. *& reſpondebant mulieres ludentes*, &c. Ita & hîc Jacchiades: *Incepit precationem ſuam.* Traditur autem h. l. gratiarum actio tùm generalis, *v. 20. 21. 22.* tùm ſpecialis, *v. 23.*

לֶהֱוֵא שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא מְבָרַךְ

Sit nomen Domini benedictum.) Secundùm fontes eſt Infinitivus לֶהֱוֵא *eſſe*; ubi tamen contextus docet, per enallagen reddendum eum eſſe in Optativô, *ſit*, vel in futurô, *erit*, ac ſi dixiſſet Ebræus יְהִי *eſto, ſit, erit.* Cujusmodi exempla Infinitivi pro futurô ſunt *Pſal. XXV, 14. XXXII, 9. Hoſ. IX, 13.* &c. Ludov. de Dieu qvidem ad *Eſr. IV, 12.* opinatur, eſſe hanc tertiam Futuri II. poſitô ל pro *Jod*; Verùm rationes ibi adductæ nondum ſatisfaciunt, cur ab enallage ſit recedendum ad hujusmodi inuſitatiſſimam formationem. Objectum itaq; laudis eſt *Nomen ejus, Dei*; ubi Chaldæorum Ebræorumq; more pleonaſmus eſt affixi *(ejus,)* nomen ſuum antecedentis, cùm noſtrô loqvendi more commodiſſimè id omiſſum fuiſſet. Exempla ubivis obvia. Porrò *Nomen Dei* ponitur pro Deô ipſô, in qvantum ſe nominabilem velut fecit, aut revelavit; hautqvaqvam enim literæ aut ſyllabæ, prout ſonant aut in chartâ ſcribuntur, per *Nomen* hîc intelligi debent, verùm Numen ipſum nomine hôc deſignatum, qvomodo Judæi dicunt: הוּא וּשְׁמוֹ שְׁמוֹ הוּא *Ipſe eſt nomen ſuum, & nomen ipſius eſt ipſe.* ſic Pſal. VII, 18. *Pſallam nomini Domini.* Pſal. CXVI, 4. *ſi nomen Domini invoco*; Gen. IV, 26. *tunc cœptum eſt invocari* vel prædicari *nomen Domini.* vide plura hanc in rem dicta ad Prov. XIIX, 10. *Turris fortiſſima nomen Domini.* Laus ipſa nomini huic conveniens effertur ita: *ſit benedictum*, h.e. extollatur illud ſuper cunctas res perſonasq; alias, laude alioqvi digniſſimas, prædicentur de hôc nomine ubivis atq; ſemper,

Digitized by Google

[illegible]ifica, jucunda, atq; optima; detur illi ſoli [illegible], clementiæ, potentiæ, ſapientiæ, &c.

[illegible] מִן־עָלְמָא וְעַד־עָלְמָא

A ſeculo & uſq; in ſeculum.) En determinationem durationis, qvæ [illegible] interminabilis æternitas: adeòq; ſenſus eſt, præconi[illegible] Deo, à creaturis cunctis ratione præditis, ab unô ſeculô ad alterum, & ita conſeqventer in cuncta infinita ſecula; vel ſecundùm Jacchiadem, *à ſeculô præſente hôc ad ſeculum uſq; futurum.*

דִּי חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי לֵהּ הִיא׃

[illegible] ſapientia & fortitudo ejus ſunt.) Hactenus gratiarum actionis propoſitio: ſeqvitur nunc ejusdem confirmatio, ubi *argumentum primum* ducitur, à Dei *ſapientiâ*: Ejus enim eſt *ſapientia* tùm *ſubjective*, vel [illegible] eſſentialiter, qvippe Deus per eſſentiam ſuam nil aliud eſt, [illegible] ipſa ſapientia; ſi hanc à Deô removes, Deum tolleis [illegible] *effective*, ejus ſiqvidem eſt, dare tàm Angelis, qvàm hominibus, [illegible], qvomodo, & in qvantum vult, ſapientiam: Adeòq; [illegible] verbis hiſce reſpexit noſter Daniel, utpote qvi à Deô [illegible] fuerat inuſitatam mentis circa tam abdita illuminationem [illegible] confuſa erat egregiè omnis Chaldæorum, de [illegible]arabili, jactantia ac gloriatio, utpote qvi veri Dei [illegible] nil veræ ſapientiæ cunctis ſuis eruere aut aſſeqvi [illegible] ac ſtudiis. Alienum inſuper non eſt, ſapientiæ [illegible] Danielem ſimul reſpexiſſe ad ſapientiam in tem[illegible] diſpenſationem inſigniter conſpicuam; ceu ver[illegible] [illegible]ſeqventes. *Argumentum ſecundum* eſt à *fortitudine* Dei [illegible] per גְּבוּרְתָא talis indicatur *valor*, (גְּבַר namq; [illegible] *fuit*) cui nihil qvicqvam ſit impoſſibile, & qvò [illegible]ppe *omnia, qvæcunq; vult Dominus, facit in cœlô* [illegible] *& omnibus voraginibus*, Pſal. CXXXV, 6. *magnus* [illegible] *multus fortitudine, intelligentia ejus non eſt nu-* [illegible] CXLVII, 5. Adeòq; *potentiæ* meminit Daniel, *tùm* qvòd [illegible] ſit ſolus ſuper omnes atq; omnia potentiſſi[illegible] viriumq; omnium alibi deprehenſarum uni[illegible] qvod diſertè ſatis ponitur *v. 23.* ubi Daniel de [illegible] *ſibi ſapientiam ac fortitudinem: tùm* qvòd [illegible] reges de ſede deponat, & exaltet humiles,

Digitized by Google

v.21. ſeqq: Luc.I, 51.52. De cæterô, Chaldæum hoc ſine dubiô coincidit cum Ebræô גְּבוּרָה *virtus, robur*, ut Pſal. LXXXIX, 14. *tuum eſt brachium cum potentiâ.* Prov. IIX, 15. *mea eſt intelligentia, meum eſt robur.* vide, qvæ ibidem diximus. Qvoad conſtructionem notetur adhuc, in fontibus eſſe qvendam Pleonaſmum voculæ דִּי poſteriori locô poſitæ: דִּי *qvia ſapientia & fortitudo* לֵהּ הִיא דִּי (qvæ) *ejus ipſa* ſc. eſt. Id namq; verbum ſubſtantivum ac pronomen 3. perſonæ ſubintelligitur, vel, qvod idem eſt, pronomen illud locô verbi *eſt*, pro more adhibetur. Deniq; ל qvod adjectum habet affixum הּ nota eſt dominii vel poſſeſſionis, ut Pſal. XXIV, 1. לַיהוָה *Domini eſt terra.* Pſal. L, 10. לִי *mea eſt omnis beſtia terræ.* vid. etiam Prov. IIX, 15. לִי mea eſt intelligentia, &c.

Poriſmata ex Verſu XX.

1. Occurrit hîc iterum gratiarum actionis objectum, modus, adjuncta, &c. Laus ſiqvidem debetur, non cauſis ſecundis, ſed ſupremæ, qvæ hîc innuitur per *Nomen Dei*. Debet hoc laudari non ore tantùm, ſed animâ, cunctisq; ejusdem viribus; non ad breve ſpacium, qvamdiu forte beneficii ſenſus percipitur, verùm *à ſeculô in ſeculum.*

2. Amplam laudis materiam ſuppeditat Divina *ſapientia*, conſpicua in operibus Creationis, Conſervationis, Redemptionis, &c. ubi mirus aptiſſimusq; rerum omnium eſt ordo, egregia cauſſarum ſubordinatio, &c.

3. *Potentia* divina nullis hominum circumſcribi poteſt regulis, qvousq; eadem ſe extendat, qvid eadem poſſit, vel non poſſit. Removeantur ea, qvæ imperfectionem involvunt, & dicatur ingenuè, *Deum poſſe ſuperabundanter facere ultra cuncta, qvæ vel cogitamus, vel petere poſſumus*, Eph. III, 20.

4. Qvicqvid in homine eſt vel ſapientiæ, vel potentiæ, guttula ſolùm eſt ex immenſô opulentiæ divinæ mari, *Jac. I, 17.*

וְהוּא מְהַשְׁנֵא עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא

VERSUS XXI. *Et ipſe mutat tempora & ætates.) Tertium* hoc eſt laudis *argumentum* à mirâ temporũ gubernatione, qvæ pro ſanctiſſimô, merôq; ſuô arbitriô Deus modò talia, modò alia eſſe jubet, adeò, ut qvod gentiles cœcæ tribuunt fortunæ, vel caſui, inſolidum dependeat à Dei ſapientiâ. Actus itaq; Deo tributus latet in Particip. מְהַשְׁנֵא *mutans*

(à Radice

Digitized by Google

(à Radice שְׁנָא *mutatus fuit*) qvô ipſô verbô innuitur abolitio ejus, qvod adeſt (ſive qvoad eſſentiam, ſive qvoad accidentia,) & ſubſtitutio alterius novi, qvod priùs non aderat ; qvomodo id uſurpatur de Perſarum decretis, *mutationi* ejusmodi, ut rebantur qvidem Proceres, non obnoxiis, *Dan. VI, 9. 16.* item *Eſr. VI, 11.* & de mutatione templi *Eſr. VI, 12.* &c. Objectum verò mutationis hujus Deo tributæ exponitur duobus vocabulis: עִדָּנַיָּא *tempora*, וְזִמְנַיָּא *& horas* ſive ſpacia. Prius עִדָּן *tempus*, jamjam adfuit *v. 8. vos* עִדָּנָא *tempus redimitis. v. 9. donec* עִדָּנָא *tempus fuerit immutatum*, qvod ipſum qvoq; recurret c. III, 5. 15. *eô tempore, qvô audietis ſonitum eorum*, &c. vide maximè *c. IV, 13. 20. 22. 29. & cap. VII, 25.* Alterum זְמָן *ſpatium* itidem jam vidimus proximè v. 16. *ut daret ſibi ſpatium*, inqvirendi ſcil. Deumq; invocandi. Qvod verò coincidat planè cum antecedente facilè colligitur ex eôdem *c. III, 5. 7. 8.* Conf. etiam. *c. IV, 33. cap. VII, 12. 22. 25. c. VI, 11. Eſr. V, 3.* Copulantur itaq; duo ſynonyma ad omnes temporis ſpecies coacervandas, qvaſi dicat, penes Deum unum ſunt cunctæ temporum revolutiones ac viciſſitudines, ſolus Deus poteſt mutare ut tempus diurnum in nocturnum, hyemale in æſtivum; ita lætum in adverſum, infauſtum, in felix, &c. adeò, ut qvi hodiè in regnô & ſtatione ſuâ floruit, cras omnia experiatur inverſa: qvi hodiè cum Daniele mortem timere habuit, cras ſupremum conſcendat honoris culmen, &c. Nonnulli, ut *Polanus*, diſtinctionem effigiant talem; qvâ עִדָּן deſignat *tempus* generaliter, זְמָן verò *tempus certò conſtitutum & determinatum*, ut *Cohel. III, 1.* Qvod ipſum licet aliàs admitti qvodammodò poſſit, æq; ut apud Ebræos עת & זְמָן qvoq; diſcriminari ſolent; dubium tamen, an h. l. ſubtilitas illa jure obtineat. Referimus potiùs ad Pleonaſmum Emphaticum, qvomodo virga & baculus, viæ & ſemitæ, opera & actiones, conſilia & cogitationes paſſim conjunguntur, *Pſal. XXIII, 4. XXV, 4. XXIIX, 4. XXXIII, 10.* &c. Sic Papa qvoq; Emphaſeos cauſſâ hujusmodi æqvipollentia conglomerare didicit in annullatione pacis Oſnabrugenſis, damnamus, reprobamus, nullamus, caſſamus, annullamus, viribusq; & effectu vacuamus, &c.

מְהַעְדֵּה מַלְכִין וּמְהָקֵים מַלְכִין

Transfert regna atq; conſtituit.) Vel ſecundùm fontes: *Transfert reges & conſtituit reges.* Eſt hoc *qvartum* Encomii *argumentum*, qvô potentia Dei proximè deprædicata amplificatur, prout eadem in

Digitized by Google

potentiſſimorum orbis moderatorum immutatione eſt conſpicua. Adeòq; actus Deo competentes ſunt, tùm *transferre*, tùm *conſtituere, vel confirmare*. Verbum עֲדָה *tranſiit, præteriit* (Dan.III, 27. c.IV, 28. cap.VI, 9.13. c.VII, 14.) in Aphel eſt *amovit*, legiturq; præter hunc textum tùm c.V, 20. *gloriam* (regiam) הֶעְדִּיו *abſtulerunt ab eô*: tùm c.VII, 26. & poteſtatem illius יְהַעְדּוֹן *transferent, ut diſſipent & diſperdant usq; in finem*. Qvapropter & hîc talem intelligimus translationem, ubi locô movetur qvis, ſive per extremum infortunii caſum, ſive per ipſam mortem. Alterum verò הָקִים (à קוּם *ſurgere, ſtare*) idem eſt ac, *conſtituit, conſtitutum confirmavit*; proindeq; innuitur ejus, qvi abjectus in terrâ velut jacuit, erectio evectioq; in altius regale ſolium, ut ibi imperet aliis, & qvandoq; etiam iis, qvorum antehac ipſemet reformidaverat imperium. Objectum verò geminæ hujus actionis divinæ ſunt *Reges*, putà ii inprimis, qvos in ſummis mundi imperiis viderat ſibi diverſimodè ſucceſſuros Daniel. Horum namq; viciſſitudines non ſucceſſioni hæreditariæ, non humanis conſiliis, viribus, victoriis, politicisve mediis ſunt aſcribendæ, ſed inprimis ſapientiſſimæ directioni divinæ, qvæ modò Saulem evehit, modò inſoleſcentem rurſùs deponit, qvæ Davidem abjectum ſurrogat, ſemen ejus in ſoliô longô tempore confirmat, Jeroboamum Salomoni adverſantem roborat, &c. qvæ etiam regna transfert ex gente in gentem, v.g. Cananæorum ſuper Palæſtinam in Iſraëlitas, Aſſyriorum in Medos, &c. Confer Job.XII, 18. *vinculum regum ſolvit, & ligat frenum in renibus eorum*; c.XXXIV, 24. *conterit fortes ſine perveſtigatione, & conſtituit alios in locum eorùm*. Pſal.LXXV, 7. *Deus judex eſt, hunc deponit, & illum extollit*. Exempla ſunt tàm in antiqvâ, qvàm modernâ hiſtoriâ ſatis copioſa, v.g. Chriſtierni regis Daniæ, annô 1523. in exilium pulſi, Erici regis Sveciæ, anno 1568. depoſiti, inq; cuſtodiâ mórtui; Caroli regis Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, anno 1649. decollati, &c. Ita è carcere ad thronum regium vocati, Matthias Hunniades, Eliſabetha Regina Angliæ, &c.

יָהֵב חָכְמְתָא לְחַכִּימִין וּמַנְדְּעָא לְיָדְעֵי בִינָה׃

Dat ſapientiam ſapientibus, &c.) *Qvintum* jam ſuccedit *argumentum* illuſtrandæ Dei ſapientiæ inſerviens, cujus meminerat *v.20.* Haut dubiè verò præſentem ſui in re tàm arduâ illuminationem referre voluit non in anxiam ſuam curam, ingenioſamve inqviſitionem aut ſtudia, non in ſagacitatem connatam, aut induſtriâ acqviſitam; verùm

in ſolum

Digitized by Google

in ſolum Deum benigniſſimum, adeò ut qvicqvid modò *ſapientia* veræ habent *ſapientes* in orbe viri, habeant haut aliundè, qvàm ex largâ Dei ſolius manu. Meminit proinde *tùm dantis*, qvi eſt *Deus* ſolus, *tùm* rei datæ, qvæ eſt *ſapientia* וּמַנְדְּעָא & *ſcientia*, h. e. congruus rationis conceſſæ uſus in apprehendendis dijudicandisq; objectis qvibusvis, qvomodo מַנְדְּעִי legitur *de intellectu* Nebucadnezari ademptô. c. IV, 31. 33. item de ſcientiâ ſingulari in Daniele deprehenſâ. c. V, 12. (Radix eſt יְדַע *ſcivit, cognovit*,) tùm ſubjecti recipientis, qvod ſunt *ſapientes*, nec non *ſcientes intelligentiam*: qvâ voce comprehenduntur ſinguli, qvotqvot notitiâ rerum vel ſupernaturalium, vel naturalium ſunt præditi præ aliâ communi plebe, qvi in eruendis apprehendendisve myſteriis, in communicandis conſiliis, in gubernandis communitatibus, adeòq; in Facultate vel Theologicâ, vel Juridicâ, vel Medicâ, vel Philoſophicâ excellunt. Sapientes verò appellantur, non qvòd ante Dei elargitionem tales jam ex ſeſe fuerint, ſed qvia Dei munificentiâ tales poſteà evaſerunt: qvâ ratione *cœlum & terra* vocatur inanis moles, qvæ poſtmodum cœlum ac terra fiebat, *Gen. I, 1. 8. 10.* ita oves Chriſti à futurô demum eventu nanciſcuntur nomen, *Johan. X, 16.* &c.

Poriſmata ex Verſ. XXI.

1. Miræ temporum viciſſitudines, tàm qvoad ſtatum phyſicum, qvàm politicum, autorem agnoſcunt non cæcam fortunam, non omniparentem Naturam; ſed ſolum naturæ Dominum, Deum ipſum. Hujus eſt vitæ tempus Moſi ac Aaroni diminuere, Ezechiæ prolongare; hujus eſt fertilem largiri fœcundumq; annum, felicem donare Principem, inviſum amovere Tyrannum, tempora bellica, aut alioqvi funeſta mutare in pacata atq; ſana, &c. Hic itaq; prò iis invocandus, huic gratiæ pro talibus conceſſis offerendæ, &c. De variis rerumpubl. mutationibus vide sîs *Oecolampad.* in comm. h. l.

2. Regimen Politicum ab ipſômet Deô inſtitutum eſſe eâdem immediatate cauſalitatis, qvâ inſtituit ſtatum Eccleſiaſticum, & Oecònomicum contra qvosdam Papiſtas, nec non contra Triglandium Calviniſtam defenditur à noſtratibus ex *Prov. IIX, 15. 16. Dan. II, 37. 44. Sap. VI, 4. 5 Syr. XVII, 13. 14.* Videatur D. D. Hülſem. *Breviar. c. XX. Θ. 3.*

3. Sapientia veri nominis tâlis, eſt fulgor qvidam divinæ lucis; à Deô igitur ſolô devotè petenda. *Jac. I, 5. Job. XXXII, 8.* inq; ejus ſolius honorem cautè uſurpanda. Stulti proin ſunt, imò in Deum beni-

gniſſimum inſigniter injurii, qvi aliqvid ſapientiæ adepti ſe ſolos admirantur, alios præ ſe deſpiciunt, vigiliis ſudoribusq; ſuis cuncta tribuunt, &c.

4. Propter flagitia ac ingratitudinem populi non rarò mutatur regiminis forma, ita ut regnum à gente transferatur in gentem, *Syr. X, 8.* vid. ibid. *v. 4.* it. *Job. XXXIV, 30. Jeſ. III, 4.* Conf. ſi lubet, *Pererium* in Comm. h. l.

הוּא גָּלֵא עַמִּיקָתָא וּמְסַתְּרָתָא

VERSUS XXII. *Ipſe revelat profunda & abſcondita.*) *Sextum* hoc eſt *argumentum* à perſpicuâ planâq; abſtruſorum communicatione petitum. Adeòq; ſicut *v. 20.* mentio jam facta eſt *ſapientiæ*, nec non *v. 21.* communicationis ejusdem ſapientiæ hominibus liberaliter à Deô factæ; ita nunc peculiare producitur ſapientiæ objectû, qvòd ſunt tùm *profunda*, tùm *abſcondita*, tùm *caliginoſa*; qvæ omnia non ſolùm *ſcit* ipſemet exactisſimè, ſed & ſapientiſſimè ſuis ſervis *revelat*. Hunc namq; actum exprimit verbum גְּלָה qvando qvid *retegitur*, ut palàm, ac liberè inſpici poſſit, & ut inſtar *ſpeculi*, גִּלְיוֹן dicti, pateſcat omnibus. vid. *v. 27. 28. 29. 30.* Ita ſiqvidem Deus in apricum profert, qvæ profundis immerſa velut erant voraginibus; ipſe facit conſpicua, qvæ nulla aliàs humanæ mentis acies penetrare poſſet; ipſe tùm facultatem apprehendendi largitur, tùm apprehenſionis dexteritatem promovet, &c. Objectum verò revelatum appellatur I. עַמִּיקָתָא *profunditates*; qvæ vox aliàs in Chaldæô ſacrô Codice non occurrit alibi, in Targum tamen legitur de cogitationibus profundis *Pſal. XCII, 6.* de aqvis profundis, *Prov. XIIX, 4.* de Proverbiis Salomonis profundis, c. XXV, 1. (vel c. XXIV, v. ult.) item de foveâ profundâ c. XXII, 14. unde conſtat, metaphoricum hunc eſſe ſermonem deductum à pretioſis auri argentiq; ductibus, in *profundis* terræ cavernis comprehenſis; vel à conchis uniqnum, in altiſſimâ maris profunditate deliteſcentibus; vel à re aliâ majoris momenti, qvæ belli tempore in puteum fortè, aliumve profundum locum fuit recondita, nec ulli patet alteri. Conf. Cohel. VII, 24. *maximè profundum eſt, qvis inveniet illud?* Item *Job. XI, 7. XII, 22. XXIIX, 3. 1. Cor. II, 10. Rom. XI, 33.* Alterum objectum revelati epitheton eſt מְסַתְּרָתָא *abſcondita*, vel res deliteſcentes. Nimirum deſcendit hic Pluralis partic. fœm. Pahel à Rad. סְתַר *delituit* (unde *Saturni* qvoq; nomen deduci opinantur Philologi,) neutralemq; habet ſenſum.

Digitized by Google

[illegible] *abſcondita* in Targum adhibetur Jeſa.
[illegible] *abſcondita ab oculis meis*. Jer.XVI,17. *non ſunt*
[illegible] *à facie meâ*,&c. Intelligimus per hæc *Profunda*
[illegible] ſcibilia, ex ſphærâ vel naturali, vel ſuper-
[illegible] intellectus humanus ſagacitate omni poteſt
[illegible] erat ſomnium de futurô imperiorum in
[illegible] cujusne conjecturam qvidem, vel ſignum ali-
[illegible] mortalium; itemq; myſteria alia, paſſim in
[illegible]

[illegible] *Et novit in tenebris conſtituta.*

[illegible] materiam modò dictam, ita ut locô profundo-
[illegible] *id, qvod eſt in caligine*, h.e. æq; igno-
[illegible] obſcuriſſimâ eſt nocte adopertum, adeòq; ob
[illegible] nulli oculo conſpicuum. Qvanqvam enim
[illegible] propriè acceptus, de iis, qvæ fiunt nocte in-
[illegible] furta clancularia, &c. qvippe qvorum nul-
[illegible] Dei teſtem atq; vindicem, conformius ta-
[illegible] hæc itidem accipere, ſicut proximè ante-
[illegible] qvæ ſagacitati humanæ prorſus ſunt imper-
[illegible] rum aut inſcitiæ obſcuritatibus immerſa.
[illegible] *tenebra non obſcurabunt à Te, & nox ſicut*
[illegible] *tenebra ejus, ita & lux ejus*. & Ebr. IV, 13. *cun-*
[illegible] *oculis ejus.*

[illegible] ונהורא *Et lux cum eô eſt.*

[illegible] *Lux cum eô habitat*. Pertinet & hoc ad Dei
[illegible] commendatam, qvòd penes Deum nihil
[illegible] locum, ſed ſicut ipſe totus nil niſi Lux eſt, ita
[illegible] *1.Johan.I,5.1.Tim.VI,16. Pſal.CXXXIX,*
[illegible] *Myſter. Ægypt. cap. de Provid. Sicut lux*, ait, *non*
[illegible] *divina allucet ita, ut non miſceatur, & individua*
[illegible] *omninò*,&c. Alia Judæorum teſtimonia,
[illegible] Deo, congeſſit Joſ. Voiſin *Theol. Judaic. lib.*
[illegible] qvòd & alibi per *lucem* notitia depingi-
[illegible] *illuminatio & intelligentia, & ſapientia ſicut*
[illegible] *in eô*: id qvod repetitur, *v.14*. Verbum
[illegible], in hòcce ſignificatu non redit alibi; reſpon-
det

Digitized by Google

det aliàs Ebræo שָׁכַן *habitavit*, aut נוּחַ *qvieſcere*, v. g. Exod. XL, 35. *habitabat ſuper eô nubes.* Pſal. XCIV, 7. *habitâſſet anima mea in ſilentiô.* Pſal. LXXIIX, 60. *ubi habitabat Divina majeſtas ejus*, &c. Ita igitur cum Deô lux habitat, vel manet, ut nullum intuitioni ejus exactiſſimæ objici qveat impedimentum, qvomodo caligo aliàs eripit hominum oculis res alioqvin viſibiles; qvin potiùs, qvorſumcunq; ſe vertit qvaſi Deus, eò ſecum qvoq; fert lucem tanqvam individuum comitem, &c. Eleganter Lutherus: Bey jhm iſt eitel Liecht / meliùs qvàm Mogunt. das Liecht iſt bey jhm.

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. *Revelatio* veri, tàm naturalis, qvàm ſupernaturalis, dependet à Deô, qvi eam operatur per media ſive ordinaria ſive extraordinaria. De viribus humani ingenii poſt lapſum ad objecta ſacra, qvæ ſunt meræ revelationis, vid. in *Loc. de lib. arbitriô.*

2. Sicut in objectis viſibilibus ingens eſt diſparitas ratione vel propinqvitatis, vel longinqvitatis; faciliùs ſiqvidem contemplari licet, qvæ ſunt in terrâ, & qvidem in juſtâ diſtantiâ, qvàm qvæ ſunt in cœlô, ut ſunt aſtra, maculæ ſolares, lunares, ſtellulæ in viâ lacteâ, aliaq; per tubos opticos deprehenſa: ita objecta qvoq; intelligibilia multùm differunt invicem, qvippe qvædam ſunt ratione cauſſarum, attributorum, aliarumq; circumſtantiarum in planô velut ſita, qvædam verò ſunt *profunda, abſcondita*, &c. qvæ diuturnis inveſtigationibus vix, imò qvandoq; etiam nunqvam attingimus; ubi inſtar cœcorum palpantium modò hanc, modò aliam conjecturam arripimus, &c. Conf. Sap. IX, 16. *vix qvæ in terrâ ſunt, conjecturâ aſſeqvimur, & qvæ in manibus verſantur, cum labore invenimus, qvis autem perveſtigabit, qvæ ſunt in cœlis?* item *1. Pet. I, 12.* de revelatis homini iſtis, in qvæ angeli deſiderant introſpicere.

3. Reverere eum in tenebris, cui nihil eſt tenebricoſum. Fuge opera tenebrarum; nihil ſiqvidem eſt in tenebris factum, qvod non ſuô tempore ſit in lucem protrahendum. *Epheſ. V, 12. ſeq. 1. Cor. IV, 5.*

4. Præſenti textui *(Lux cum eô habitat)* ſi obvertatur illud, Pſal. XCVII, 2. *nubes & caligo circumſtant eum*, vel 1. Reg. IIX, 12. *Dominus dixit, ſe habitaturum in caligine*; reſponderi poteſt: alium eſſe loqvendi modum de Deô in ſeſe, alium de eôdem qvoad nos. Sibi ſemper habet lucem præſentiſſimam, nobis verò appariturus obvolvitur qvaſi caligine.

5. Singula-

Digitized by Google

λόγ☉ ſeu Dei Filius appellatur Lux, *Joh. I, 4.*
...modo eſt, qvòd legitur in Breſchit Rabba
... *erat vacua & inanis*) ad qvem locum R.
...ducit hunc Danielis textum: *ipſe revelat profun-*
...*ditates ſunt Gehenna, eò qvòd dictum eſt* (Prov.
... *ibi ſint Rephaim.* item (Jeſa. XXX, 33.) *Profundam*
... *ignis, & ligna multa. Abſconditus autem eſt*
... (Eſa. IV, 6.) *tabernaculum erit in um-*
..., *& in tegmen & abſconſionem, &c.* (Pſal. XXXI,
20.) ... *tuum, qvod ſepoſuiſti timentibus te* : v. 21.
... *faciei tua. Alius expoſuit : ipſe revelat pro-*
... *impiorum, eò qvòd dictum eſt* (Jeſa. XXIX, 15.)
... *ut à Jehovâ abſcondant conſilium ſuum &c.*
... *tenebris: Etiam hæc ſunt opera impiorum, qvia di-*
... *opera eorum. Et lux cum eô habitat ; hæc ſunt*
... *ſcriptum eſt* (Prov. IV, 18.) *ſemità juſtorum ve-*
... (Pſal. XCVII, 11.) *Lux ſeminatur* (ſeu ſpargitur)
... *:lux cum eô habitat* (NB.) *Hic eſt Rex Meſ-*
... (Jeſa. LX, 1.) *ſurge, illuminare , lux tua venit.*
... ſolent illud Pſal. XXXVI, 10. *tecum eſt*
... *videbimus lumen, h. e. lumen regis Meſſiæ.* Ita
... ſuper Threnos, ſive *Echa rabbathi*, f. m. 68 fac.
...entur, v. g. qvòd familia R. Silo eum voca-
... IX, 10. familia R. Chanina dixerit nomen ejus
... XVI, 15. familia R. Jannai vocaverit *Jin-*
... Refertur etiam de R. Biba Sanguria, qvòd cen-
...rum *Nehora*, Lux, citatô hôc noſtrô textu:
... in gratiam Judæorum adſcribere libuit, cùm
... conſtet, qvid de hujusmodi interpretationi-

...modo ſit ac vocetur Lux puriſſima, ſanctiſſi-
...ma, vide sîs apud D. Danhauer. Hodoſ. p. 157.

... profundorum abſconditorumq; Dei myſterio-
... ratione modi patefactionis claras, ratione ma-
...as, videatur *Deuter. XXIX, 29. 1. Cor. II, 9. 10. Coloſſ.*

Digitized by Google

לָךְ אֱלָהּ אֲבָהָתִי *Tibi Deus Patrum meorum.*

VERSUS XXIII. Fuit hactenus gratiarum actio generalis: ſeqvitur nunc ſpecialis, & veluti theſeos ad hypotheſin applicatio; Ubi tùm ſubjectum hoc honore affectum, videl. *Deus Patrum Danielis*, tùm ſubjectum afficiens, nimirùm *Ego Daniel*, tùm honor ipſe, *confiteor, laudo*, tùm honoris cauſſa impulſiva, qvæ eſt *ſapientiæ ac virium collatio*, nec non *arcani per preces deſiderati revelatio*. Dum verò *Deum Patrum ſuorum* compellat Daniel, voluit hôc ipſô in memoriam qvaſi eidem revocare pacti ſemel cum Abrahamô initi perpetuam per tot diſtinctas generationes continuationem, qvaſi dicat: ſicuti majorum meorum non defugiſti curam, nec pudori tibi fuit, qvanqvam *Deus* ſis *cælorum*, v. 19. ab iisdem tamen denominationem adſciſcere, (v.g. Deus Abrahami, Iſaaci, & Jacobi) ſicut etiam continuâ ſemper ſerie tuam ipſis probâſti clementiam, ſapientiam, potentiam, &c. Ita etiam hâc vice teſtatus es ſatis luculenter, te *Meum* eſſe *Deum*, æqvè ut meorum Patrum; & qvanqvam Deus ſis hominum in univerſum omnium ac ſingulorum, adeòq; etiam Chaldæorum, qvantum ſcilicet ad tuum dominium, ſive regnum potentiæ, non tamen eorum es Deus, qvantum ad curam ſpecialem, ac regnum gratiæ: iisdem non patefeciſti tua arcana, nec etiam debitô ab iisdem honoraris cultu, ſicut à meis factum eſt majoribus, verbi tui præſcriptum ſollicitè attendentibus. Conf. Devt. XXVI, 7. *Dominus Deus Patrum noſtrorum*. it. *1. Paral. XII, 16. 2. Paral. XX, 7. Eſr. VII, 26.* Unum adhuc notamus Grammaticale, nomini plurali אֲבָהָת *Patres*, addi affixum (י) eô modô, ſicut apponi ſolet nominibus ſingularis numeri, præmiſſô ſcil. Chireck, cùm aliàs ordinarium fuiſſet punctum Patach. Nimirum fit hoc ob diſtributionem indicandam, vel aliam fortè ob cauſſam non adeò obviam. Exempla in Ebræô ſimilia ſunt *Devt. XXIIX, 59.* מַכּוֹתְךָ Plagæ tuæ, pro מַכּוֹתֶיךָ *Pſal. CXXXII, v. 12.* עֵדֹתִי pro עֵדוֹתַי teſtimonia mea.

מְהוֹדֵא וּמְשַׁבַּח אֲנָה *Confiteor, teq; laudo.*

Actus exprimitur gratitudinis, qvi eſt ſolennis ac honorifica recitatio ejus, qvod divina modò operata fuerat gratia. Ita namq; verbum ידה qvod Chaldaicè ſolùm *hîc & cap. VI, 11.* inflexum reperitur, aliàs de publicâ confeſſione *ſive* fraudis aut peccati (*ut Prov. XXIIX, 13.* vide ibid dicta) *ſive* laudis, (ut h.l.) uſurpari ſolet. In Pſalmis hoc modò eſt freqventiſſimum: *Confitemini Domino*, Pſal. CV, 1. CVI,

Digitized by Google

… &c. Alterum שבח hilarem denotat en-
…onem, v. g. Dan. IV, 31. *viventem in ſecula* …
… *extollo, glorifico regem cæli*, c. V, 4. 23. *laudaverunt*
… ſcil. in eorum gloriam recitatis aut decantatis.
… generatione atq; gaudiô à ſe cunctisq; cauſis ſe-
… qvod à Deô ſolô per gratiam immeritam ac
… fuerat conſecutus.

די חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא …

… *& fortitudinem dediſti mihi.)* Sicut *v. 20.*
… eſſe dicebantur, ita hìc liberaliter etiam Da-
… prædicantur. De *ſapientiâ* res expedita. *Fortitudi-*
… de ipſâ Dei potentiâ, qvomodo *Maldonatus*
… *ſapientiam & potentiam tuam, per explicatio-*
… *mihi declarâſti.* Veſtigia Jeſuitæ hujus pre-
… Verùm id nimis à literâ alienum: Dediſti.
… propter eàm intelligimus animi præſertim pol-
… heroïcô ſpiritu aggreſſus fuerat tantum opus,
… tantum arcanum, tùm poſtulando idem à ſuô
… peculiaris, tale arcanum revelatum dextrè
… di; qvam & ipſam penes ſe deprehendebat Da-
… rarò *ſapientia* adſit viro doctô, qvi tamen de-
… modè id exprimendi, idq; vel ob timiditatem,
… vel conceptuum confuſionem, vel alia obſta-
… interpretamentum, qvi conſtituit hendyadyn h.
… *& potentiam, h. e. Sapientiam potentem, in-*
… *& arcere à me meisq; ſociis mortis imminens peri-*
… conveniat cum *v. 20.* cogitandum damus eruditis.
…, qvod affert de vi ſuperandi regis tyrannidem,
… decreti, qvod tamen jamjam emanaverat.
… facit *Jacchiades*, & *Grotius*, exponentes de
… tum ſuam, tùm ſociorum, tùm aliorum è
… periculô. *R. Levi* interpretatur hanc potentiam
… tinendi ſe à cunctis voluptatibus ob ſtudium ar-
… qvomodo ad vocem, contextumq;
… ſuadeat, ipſemet viderit.

Digitized by Google

וּכְעַן הוֹדַעְתַּנִי דִּי בְעֵינָא מִנָּךְ דִּי מִלַּת מַלְכָּא הוֹדַעְתֶּנָא׃

Et nunc oſtendiſti mihi, qvæ rogavimus te, &c.) Declaratur id, qvod modò dictum fuerat; adeòq; actus Dei deprædicandus eſt *Notificatio*, expreſſus per verbum הוֹדַע *ſcire fecit* (à יְדַע *ſcivit*) ideam ſcil. rei deſideratæ menti communicando, aut imprimendo. Objectum autem notificatum eſt id, qvod Daniel cum ſociis ſuis rogaverat, *v.19.* ubi notandum, omnes qvidem petiiſſe, unico verò Danieli (qvod affixum docet ſingulare נִי) rem petitam fuiſſe cœlitùs ac immediatè patefactam; qvanqvam & hoc per humilitatem mox corrigere videtur, aut ſaltem commune reddere, dum ſubjicit: *aperuiſti nobis*, h. e. ut noſtræ fuerunt preces hactenùs communes, ita nobis etiam communis reſtituta eſt ſalus, ne cum Magis profanisq; his hominibus periremus innocui; imò communis etiam eſt noſtra gloria, qvòd te ſolum atq; verum orbis totius Deum veneremur, ubi reliqvi nil niſi Dæmonum ſunt ſervi aut mancipia.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Deus vi pacti ſui ſpecialiter eſt Deus Eccleſiæ ſuæ; ubi ex parte Dei ſunt beneficia tàm exhibita, qvàm exhibenda; ex parte hominum fides arripiens, decenterq; uſurpans.

2. Preces & gratiarum actio ſororiô ſemper cohærere debent nexu: *Pſal. L,15.* vide L. *de Oratione*.

3. A Deô ſolô eſt omnis ſapientia, ac omne donum bonum, *Jac. I,17.* Virtus ejusdem in noſtrâ perficitur imbecillitate, *2. Cor. XII,9.* A Deô ſemper manavit in confeſſores os ac ſapientia, *Luc. XXI, 15.* Deus dat animum fortem, lingvam eruditam &c. ita ut viri boni & velint, & poſſint contradicere erroribus, bonôq; cum Deô etiam ſuperare adverſantes.

4. De precum ſociarum valore notus *Tertulliani* locus, Apolog. c. XXXIX. *Convenimus in cœtum & aggregationem, ut ad Deum qvaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes: hæc vis Deo grata eſt.*

5. Per modeſtiam ac charitatem dona ſibi conceſſa qvivis fidelis tùm precibus aliorum tribuit, ut *2. Cor. I, 10. 11.* tùm in uſum qvoq; communem promptè confert, ut *1. Cor. III, 21. omnia veſtra ſunt, & Paulus, & Apollo*, &c.

ב

Digitized by Google

[illegible] כָּל־קֳבֵל [illegible]

[illegible] *Danieli ingreſſus ad Arioch*, &c.) Eſt hoc *quintum* [illegible] membrum, denunciatio ſcil. impetratæ revelationis: [illegible] (1) tempus, ſecundùm Vulgatum, *poſt hac*, qvan-[illegible] fontes potiùs ſignificetur cauſa: כָּל־קֳבֵל דְּנָה [illegible] h.e. cùm jam in promtu eſſet, qvod tanto-[illegible] idcirco nil reſtabat, qvin ocius hoc deferretur [illegible] (2) Denuncians eſt Daniel ſolus, utpote, qvi [illegible] Ariochô prius egerat, *v. 14.* cui etiam ſoli arcanum [illegible] (3) Denunciantis actus eſt partim aſcen-[illegible] geminô, tùm עַל *aſcendit*, de qvô *v. 16.* tùm [illegible] (qvâ ipsâ iteratione abitûs maturatio atq; [illegible] innuitur;) partim alloqvium, de qvô membrô [illegible] (4) [illegible] denunciatio facta, eſt Arioch, cujus mentio præ-ceſſit, *v. 14.*

VERSUS XXIV.

[illegible] לְחַכִּימֵי בָבֶל אַל־תְּהוֹבֵד [illegible]

[illegible] *Babylonis ne perdas.*) Sunt hæc alloqvii Danielis [illegible] continentia petitionem *tùm* ſiſtendæ Magorum in-[illegible] ad regem introductionis. Petitum prius pro-[illegible] gratitudine erga ſuos olim Præceptores debitâ, *cap.* [illegible], cùm iniqvum eſſe horum hominum hâc vi-[illegible] & temeret, & coram rege etiam liberè profitere-[illegible] Dum itaq; ait: *Ne perdas*, ſenſus eſt: ne perdere [illegible] mq; peremtionis factum jam fuiſſe, vidimus *v. 13.* [illegible] dam âctûs de nudâ debent accipi continuatione, [illegible] *infigar*, ſc. profundiùs, penitiusq;; jamjam enim [illegible] *v. 3. ibid.* Jerem. VII, 3. *habitare faciam vos in loco* [illegible] ione hâc porrò vos conſervabo.

[illegible] הַעֵלְנִי *Introduc me in conſpectum regis.*

[illegible] ulicus talia profert, poſtulans audiri coràm, tùm [illegible] ingratum fore facilè prævidebat, tùm qvia ſimilem [illegible] jam Rex antehac conceſſerat, tùm qvia multò dex-[illegible], qvàm per alios Daniel ſe ſua expediturum [illegible] bat. Eô ipsô autem dum parari ſibi per Ariochum vi-[illegible] cere nos jubet, nondum tantæ apud Regem autori-

 tatis

tatis ſe tum fuiſſe, qvi ſine mediatore intromitti potuiſſet, verùm dignitatem ejusmodi fuiſſe demum ſubſeqvutam. Qvanqvam *Sanctius* opinetur, id ex parte Danielis hautqvaqvam fuiſſe neceſſarium, verùm hôc artificiô retardare Danielem voluiſſe Ariochum, qvò minus in cæde Magis intentatâ progrederetur.

וּפִשְׁרָא לְמַלְכָּא אֲחַוֵּא׃

Et ſolutionem regi narrabo.) Non meminit hîc diſertè ſomnii ipſius, intereà tamen id indubiè præſupponit: qvi namq; interpretationem ſomnii pollicetur, is priùs, qvod & qvale ſomnium fuerit, neceſſariò cognovit. Conf. ſuperiùs *v.4.* ubi Magi ſomnium priùs exponi ſibi petunt, cui ſe ſolutionem ſubjecturos pollicentur. Potes præfixum Vau exponere per cauſalem *ut*, h.m. introduc me, *ut* exponam, ita namq; & alibi reddendum venit, v.g. *c.I,12.&c.*

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. Omnia decenter ac ordine gerenda. Daniel non irruit mox in conclave Regis, qvomodo Archimedes fortè, cum ſuô *εὕρηκα* per civitatem nudus properavit, ſed per Ariochum parari ſibi petit viam, &c. Honorandi namq; ſunt non ſolùm magiſtratus ſupremi, verùm etiam à ſupremô miſſi, *1.Petr.II,14.*

2. Avertenda omnium primò ſunt innocuorum damna; ita Daniel, anteqvam de ſuis proferret qvicqvam, ſolicitus fuit omnium primò de vitâ ſapientum aliorum. Intercedere debemus vi charitatis ac juſtitiæ pro omnibus etiam pravis, ſi eosdem non propter ſuam pravitatem, ſed propter cauſam aliam iniqvæ videmus ſubjectos eſſe afflictioni. Plus enim in ejusmodi caſibus habenda eſt ratio cauſæ, qvàm perſonæ.

3. Adeòq; diligendi ſunt etiam inimici. Sine dubiô namq; hi ipſi, qvos liberare ſatagit Daniel, eidem ſe antehac invidos adverſosqve exhibuerunt non ſemel, tùm propter religionis diverſitatem, tùm propter ſtudiorum ſapientiæ multò majorem in Daniele excellentiam, *c.I, 20. &c.*

4. Compellare in rebus arduis magnates, ne reformidemus. Datur namqve ſervis Dei fidelibus in tempore *ϛόμα καὶ σοφία*, *Luc. XXI, 15.*

Digitized by Google

[illegible] אֱדַיִן אַרְיוֹךְ בְּהִתְבְּהָלָה [illegible]
[illegible] מַלְכָּא וְכֵן אֲמַר [illegible]

[illegible] *introduxit, &c.)* Propiùs jam ad nego- VERSUS XXV.
[illegible] ipsa. Jamjam enim introire videmus mini-
[illegible] ſuô repertô vate Judæô, in ipſum regis con-
[illegible] בְּהִתְבְּהָלָה *cum feſtinatione*, qvæ qvandam ſecum
[illegible] confuſionem, ita ut non omnes ceremo-
[illegible] debitâ gravitate tardâ, ſed tumultuariò ve-
[illegible] בְּהַל valet *perturbavit*, cap. IV, 2.16.29.
[illegible] præſens [illegible] *feſtinatio* cum tu-
[illegible] 24. & c. VI, 20.

דִּי הַשְׁכַּחַת גְּבַר מִן־בְּנֵי גָלוּתָא [illegible]
[illegible] פִּשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדַע

[illegible] *de filiis transmigrationis Juda, &c.)*
[illegible] Ariochi coram rege formalia, qvibus exponit
[illegible] inventionem (הַשְׁכַּחַת *reperi*; de qvâ formatio-
[illegible] Gramm. Chald. p. 88) tùm perſonam
[illegible] ratione ætatis vocatur גְּבַר *Vir*, non enim am-
[illegible] vel *adoleſcens*, ſicut ſuprà *cap. I, 4.* vocabatur, ſed
[illegible] qvomodo etiam infrà *c. V, 11.* idem ipſi tribui-
[illegible] גְּבַר *vir in regnô tuô, in qvô eſt ſpiritus Deo-*
[illegible] one originis dicitur *ex filiis captivitatis Judæo-*
[illegible] captivis. Ita namq; poſterius ſubſtantivum
[illegible] norum adjectivo. Meminit autem h. l. *Pererius*
[illegible] XX. annos captivitates Babilonicas Judæorum
[illegible] cadnezar; *prima* conſtituitur ſub rege Jojakim,
[illegible] rationem Scriptura h. l. illius enim captivitatis
[illegible] *altera* ſub rege Jechoniâ, qvæ transmigratio
[illegible] *Jer. XXIV. & Matth. I. Tertia* ſub rege Zedekiâ,
[illegible] transmigrationem vocat, c. I. Dum verò Ariochi
[illegible] nat, non eqvidem gloriari vult de qvâlicunq; ſuâ
[illegible] verùm gratulatur potiùs regi de perſonæ,
[illegible] tis apud regem *v. 16.* dexteritate, utpote, qvæ
[illegible] ſit ſatisfactura. Adeòq; ſuam ſimul ſub-
[illegible] inſtar ejus, qvi ſplendidum fortè reperit theſau-
rum

Digitized by Google

tatis ſe tum fuiſſe, qvi ſine mediatore intromitti potuiſſet, verùm dignitatem ejusmodi fuiſſe demum ſubſeqvutam. Qvanqvam *Sanctius* opinetur, id ex parte Danielis hautqvaqvam fuiſſe neceſſarium, verùm hôc artificiô retardare Danielem voluiſſe Ariochum, qvò minùs in cæde Magis intentatâ progrederetur.

וּפִשְׁרָא לְמַלְכָּא אֲחַוֵּא׃

Et ſolutionem regi narrabo.) Non meminit hîc diſertè ſomnii ipſius, intereà tamen id indubiè præſupponit: qvi namq; interpretationem ſomnii pollicetur, is priùs, qvod & qvale ſomnium fuerit, neceſſariò cognovit. Conf. ſuperiùs *v.4.* ubi Magi ſomnium priùs exponi ſibi petunt, cui ſe ſolutionem ſubjecturos pollicentur. Potes præfixum Vau exponere per cauſalem *ut*, h.m. introduc me, *ut* exponam, ita namq; & alibi reddendum venit, v.g. *c.I,12.&c.*

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. Omnia decenter ac ordine gerenda. Daniel non irruit mox in conclave Regis, qvomodo Archimedes fortè, cum ſuô *εὕρηκα* per civitatem nudus properavit, ſed per Ariochum parari ſibi petit viam, &c. Honorandi namq; ſunt non ſolùm magiſtratus ſupremi, verùm etiam à ſupremô miſſi, *1.Petr.II,14.*

2. Avertenda omnium primò ſunt innocuorum damna; ita Daniel, anteqvam de ſuis proferret qvicqvam, ſolicitus fuit omnium primò de vitâ ſapientum aliorum. Intercedere debemus vi charitatis ac juſtitiæ pro omnibus etiam pravis, ſi eosdem non propter ſuam pravitatem, ſed propter cauſam aliam iniqvæ videmus ſubjectos eſſe afflictioni. Plus enim in ejusmodi caſibus habenda eſt ratio cauſæ, qvàm perſonæ.

3. Adeòq; diligendi ſunt etiam inimici. Sine dubiô namq; hi ipſi, qvos liberare ſatagit Daniel, eidem ſe antehac invidos adverſosqve exhibuerunt non ſemel, tùm propter religionis diverſitatem, tùm propter ſtudiorum ſapientiæ multò majorem in Daniele excellentiam, *c.I,20.&c.*

4. Compellare in rebus arduis magnates, ne reformidemus. Datur namqve ſervis Dei fidelibus in tempore *στόμα καὶ σοφία*, *Luc. XXI,15.*

אֱדַיִן

אֱדַיִן אַרְיוֹךְ בְּהִתְבְּהָלָה [illegible]
[illegible] מַלְכָּא וְכֵן אֲמַר־לֵהּ [illegible]

[illegible] *introduxit, &c.*) Propiùs jam ad nego- VERSUS XXV.
[illegible] Jamjam enim introire videmus mini-
[illegible] ſuò repertò vate Judæô, in ipſum regis con-
[illegible] בְּהִתְבְּהָלָה *cum feſtinatione*, qvæ qvandam ſecum
[illegible] confuſionem, ita ut non omnes ceremo-
[illegible] debitâ gravitate tardâ, ſed tumultuariò ve-
[illegible] בְּהַל valet *perturbavit*, cap. IV, 2.16.29.
[illegible] præſens [illegible] *[illegible]inatio* cum tu-
[illegible] 24. & c. VI, 20.

דִּי הַשְׁכַּחַת גְּבַר מִן־בְּנֵי [illegible]
[illegible] פִשְׁרָא לְמַלְכָּא [illegible]

[illegible] *de filiis transmigrationis Juda, &c.*)
[illegible] Arjochi coram rege formalia, qvibus exponit
[illegible] inventionem (הַשְׁכַּחַת *reperi*; de qvâ formatio-
[illegible] conf. *Gramm. Chald. p. 88*) tùm perſonam
[illegible] ratione ætatis vocatur גְּבַר *Vir*, non enim am-
[illegible] vel *adoleſcens*, ſicut ſuprà *cap. I, 4.* vocabatur, ſed
[illegible] qvomodo etiam infrà *c. V, 11.* idem ipſi tribui-
[illegible] גְּבַר *vir in regnô tuô, in qvô eſt ſpiritus Deo-*
[illegible] ratione originis dicitur *ex filiis captivitatis Judæo-*
[illegible] captivis. Ita namq; poſterius ſubſtantivum
[illegible] Judæorum adjectivo. Meminit autem h. l. *Pererius*
[illegible] XX. annos captivitates Babilonicas Judæorum
[illegible] Nebucadnezar; *prima* conſtituitur ſub rege Jojakim,
[illegible] transmigrationem Scriptura h. l. illius enim captivitatis
[illegible] *altera* ſub rege Jechoniâ, qva transmigratio
[illegible] *Jer. XXIV. & Matth. I. Tertia* ſub rege Zedekiâ,
[illegible] transmigrationem vocat, c. I. Dum verò Arjoch
[illegible] inquit, non eqvidem gloriari vult de qvâlicunq; ſuâ
[illegible] verùm gratulatur potiùs regi de perſonæ,
[illegible] dexteritatis apud regem *v. 16.* dexteritate, utpote, qvæ
[illegible] deſideriis ſit ſatisfactura. Adeòq; ſuam ſimul ſub-
[illegible] inſtar ejus, qvi ſplendidum fortè reperit theſau-
rum

rum citra omnem ſuam intentionem, gaudeat in ſinu ſuô. Haut dubiè verò προσδιορισμός hic *de captivitate Judaicâ* exaggerare debuit divinam Providentiam, utpote qvæ in deſpectâ illâ hominum miſerorum turbâ tantum exhibere voluit vatem, qvantus in ſplendidiſſimâ cunctorum Babelis ſapientum copiâ deprehendi poterat nuſpiam.

Poriſmata ex Verſ. XXV.

1. Egregia auditorum, imò qvorumvis hominum virtus eſt *alacritas*, ne cunctando protrahantur negocia, ne perfunctoriè tractentur, &c. vid. *Prov. XXII, 29.*

2. Qvi poteſt aditum parare inferioribus ad ſolia magnatum, imitetur Ariochum, captivo Danieli promtum ac faventem: modò tamen introituri non notoriâ laborent indignitate.

3. Ne procraſtinentur ea, qvæ ſangvinis impedire qveunt profuſionem: ſicut h.l. Ariochus Μαγοφονίαν impedire nîtitur celerrimè. Peſſimæ verò in aulis peſtes ſunt, qvi ut ægrè faciant aliis, primam qvamq; arripiunt nocendi occaſionem, ceu factum olim, fieriq; adhuc ſolet in Inqviſitione Hiſpanicâ. &c.

4. Felicior piorum captivitas, ut h.l. Danielis, qvàm ſapientum mundi ſplendida libertas, ac ſupereminens autoritas, qvalis hodiè Cardinalium in Papatu, &c. Conf. *1. Cor. I, 25. 27.*

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְדָנִיֵּאל דִּי שְׁמֵהּ בֵּלְטְשַׁאצַּר

VERSUS XXVI. *Reſpondit Rex, & dixit Danieli.*) Verſamur adhuc in præparatoriis revelationi ſomnii præmiſſis, ita qvidem ut colloqvia nunc auſcultemus Nebucadnezaris cum Daniele, ubi interrogationem Rex præmittit hôc *v. 26*, reſponſum verò Daniel ſubjungit *v. 27. ſeqq.* De verbô *reſpondit*, vid. v. 20. Qvanqvam id h.l. relationem involvat ad antecedens Ariochi alloqvium, licet ad idem individuum alloqvens non ſit directa reſponſio. Nomen *Belſazar* Danieli in Babiloniâ tributum adfuit *c. I, 7.*

הַאִיתָךְ כָּהֵל לְהוֹדָעֻתַנִי חֶלְמָא דִּי־חֲזֵית וּפִשְׁרֵהּ׃

Putasne, verè potes mihi indicare ſomnium &c.) De verbô ad verbum: *Num tu es potens indicare mihi ſomnium?* Hâc interrogatione Rex ante omnia ſciſcitari vult, num aliud fortè qvid coram ſe nunc dicere habeat Daniel, qvô vitæ imminens periculum conetur declinare, an verò rem ipſam expeditam directè polliceatur? Qvid

Vulgatus

Digitized by Google

[illegible] quorum reſpexerit, non adeò [illegible] nil aliud eſt, qvàm Chaldæ- [illegible] cum [illegible] interrogativâ (ubi tâ- [illegible] ob ſeqventem gutturalem) [illegible], & cum affi- [illegible] Alterum verò כָּהִל idem eſt ac *potens*, ſicu- [illegible] reliqvis, ubi adhuc reperitur, c. IV, 25. *Tu* [illegible] *interpretationem ſomnii mihi ſignifica-* [illegible] *potentes fuerunt ſcripturam legere.* Adeò- [illegible] facultate patefaciendi tùm ſomnium, tùm [illegible] quorum neutrum patefacere potuerat tota [illegible]

[illegible] *a ex Verſu XXVI.*

[illegible] um virtus egregia. Dedecori enim hautqva- [illegible] ntum eſſe cum Daniele captivo.

[illegible] aggrediaris arduam, omnia priùs diligenter [illegible] odum pœniteat operæ ac impenſarum. Qvi [illegible] diſſe penitùs perſvaſum habet, adeòq; inter- [illegible] vel pudori ſibi ducit, is poſtmodùm de ſuâ [illegible] itur dolere ac erubeſcere.

עָנֵה דָנִיֵּאל קָדָם מַלְכָּא [illegible]

[illegible] *Daniel coram rege ait.*) Incipit jam Prophe- [illegible] tùm exordium, *à v. 27. ad 30.* tùm narratio- [illegible] tùm Epilogum, in eod. *v. 45.* In Exordiô præ- [illegible] etationis deſideratæ hactenùs tantoperè au- [illegible] excludantur ſapientes mundi omnes, atq; [illegible] referatur ad unum in cœlis Deum, *v. 28.* tùm [illegible] ſuprema, idem ſc. Deus futura Regi manifeſta- [illegible] ionalis, ſolicitudo ſc. regia de ſtatu rerum ſub- [illegible] ſubjecti patefacientis extenuatio, qvod vide- [illegible] ibus rem hancce arduam ſit conſecutus, ſed [illegible] regem acceperit in mente ſuâ tantam illumi- [illegible]

VERSUS XXVII.

[illegible] רָזָא דִּי מַלְכָּא שָׁאֵל לָא חַכִּימִין [illegible] יָכְלִין לְהַחֲוָיָה לְמַלְכָּא [illegible]

[illegible] *quod Rex interrogat, ſapientes, Magi, &c.*)

 Habes

Digitized by Google

Habes hîc rem exponendam, qvæ eſt רָזָא *arcanum*, *à Rege quæſitum* vel poſtulatum, h.e. ſomnium ſoli huic regi viſum, unà cum genuinâ ejuſdem interpretatione: Vid. ſuprà *v. 8. 10.* D... unde perſonas, proferendo illi arcano impares, qvi ſunt *ſapientes*, אָשְׁפִין *Aſtrologi*, hinc חַרְטֻמִּין *Magi*, & deniq; גָּזְרִין *arioli*. De ſapientibus vid. ſuprà *v. 12.* De Aſtrologis & Magis *c. I, 20* ultimorum, qvi גזרין dicuntur, incidenter meminimus *c. II, 2.* Occurrit autem ipſummet hoc vocabulum tribus adhuc in locis, nimirum c. IV, 4. c. V, 7. & 11. & qvidem ubivis circa interpretationem ſomniorum ab iisdem, æqvè ut Magis reliqvis, reqviſitam. R. Nathan *in Concordantiis* exponit חוזי כוכבים *Inſpectores ſtellarum*. Radix eſt גְּזַר *con-dis-ſcidit, ſecuit*; unde communiter vox hæc accipitur apud interpretes de haruſpicibus, (potiùs extiſpices dicerent,) qvi *ſectas* animalium contemplabantur partes, & præcipuè inteſtina, è qvorum ſitu aut qvalitate mira audebant vaticinari. Nonnulli apud *R. Saadiam* accipiunt *de principibus, juxta qvorum os deciduntur aut decernuntur negotia imperii*, *juxta illud* (Job. XXII, 28.) וְתִגְזַר *& decernes verbum, & firmum erit tibi. Saadias* ipſemet ait, eſſe nationem, qvæ vocetur גִּזְרִי, qvô ipſô haut dubiè reſpexit ad locum *1. Sam. XXVII, 9.* ubi textus qvidem habet גִּרְזִי at Maſora reponit גִּזְרִי, R. Salomon exiſtimat eſſe *nomen ſpeciei* certæ בַּעֲלֵי שֵׁדִים *Dæmoniacorum* ſeu hominum cum Dæmone confœderatorum. *Jacchiades* ait eſſe Chaldæos (h.e. Aſtrologos) cuivis indicantes, & qvodammodo הַגּוֹזְרִים *decernentes*, qvid ipſi ſit obventurum: qvod ipſum tamen diſplicet *Conſt. L' Emper.* cùm à Chaldæis hæc hominum claſſis diſertè diſtingvatur c. IV, 4. c. V, 7. 11. Et qvanqvam idem, *à ſecandô* fortè vocabulum hocce derivandum conjiciat, ita ut victimarum *ſectores* denotentur, qvi Theodotioni *Daniel IV, 4.* Θύται & Symmachô Θυταὶ vocantur; ſub finem tamen propendet magis ad originem Arabicam, ſiqvidem גזרין in Oriente illam deſignet *artem*, *qvâ per numeros & numerorum diſpoſitionem*, *cùm futura prædicere*, *tùm amuleta facere annituntur*; addit, *aruſpices* in Oriente forſas raros, vel nullos etiam fuiſſe. *Marinus* cenſet, eſſe genus qvoddam ariolorum, ſic dictorum fortè à *deciſione rerum*, qvos ipſe opinatur Aſtrologos judiciarios. Qvicqvid ſit de ſpecificâ horum ab antecedentibus differentiâ, ſufficit nobis, talem à Daniele produci hominum claſſem, qvi inuſitatæ cujusdam ſapientiæ opinione tunc temporis gaudebant, adeòq; ad revelandum arcana communiter adhibebantur. Manifeſtam

verò

Digitized by Google

[illegible] ſive aſyndeton, haud opus eſt prolixâ [illegible]

[illegible] ex Verſu XXVII.

[illegible] præfiniti naturæ limites, qvousq; ſagacitas [illegible] & qvò non: Hos qvi per audaciam negli[illegible] vel nugivendulus manifeſtus.

[illegible] ut aliòqvi in errore vitiòve hæreas, [illegible] non tamen excuſatione noſtrâ eſt privan[illegible] hominum horum patrocinatur inſufficientiæ, [illegible]

בְּרַם אִיתַי אֱלָהּ בִּשְׁמַיָּא [illegible]

[illegible] *cœlo revelans myſteria.*) Ab [illegible] Daniel [illegible] ita ut (1) Retegens determinetur, qvòd ſit [illegible] eſt *manifeſtare.* (2) Objectum circa qvod [illegible] ſpecie ad præſens accommodatur negotium, [illegible] affecta eſt *Rex Nebucadnezar.* (5) Arca[illegible] *eventura in fine dierum.* Deum verò *in cœlis* [illegible] abducere voluit regem à cunctis perſonis aut [illegible] adeòq; jubet ipſum cogitare de tali numine, [illegible] cœlo hoc adſpectabili aut ſtellatô eſt incluſum, [illegible] orbe geſtis longiſſimè emotum; ve[illegible] tùm incomparabilis ac ſplendidiſſima [illegible] altitudo, & ſecuriſſima ſublimitas, tùm im[illegible] tùm infinita ac ubivis præſentiſſima per[illegible] in cuncta hæcce ſublunaria influxus e[illegible] qvæ & alia plura in orationis noſtræ qvo[illegible] *noſter, qvi es in cœlis,*) ſubindè ruminando ſug[illegible] *Dei hujus in cœlis*, ſive cœleſtis, (ita namq; [illegible] circumſcribi ſolet per Subſtantivum cum præpoſi[illegible] i. e. marini, apeſ de ſilvâ, i. e. ſilveſtris &c.) [illegible] jam ſuperius, v. 22.

VERSUS XXIIX.

[illegible] מָה דִּי לֶהֱוֵא בְּאַחֲרִית [illegible]

[illegible] *Rex Nebucadnezar, qvæ eventura,* &c. [illegible] non per relativum, ſed per copulativum [illegible] qvanqvam ſenſui nil decedat, ſæpèq; copulati-

Vau Relat. rum ו ſenſu relativô occurrat, v.g. *Jud. II, 21.* וַיָּמֹת *qui mortuus eſt &* it. Prov. XIX, 1. וְהוּא *qui ipſe.* Sic c. XXIII, 5. c. XXIIX, 6. *Cohel. VI, 12.* &c. Indicatio autem hæc divinitùs facta non contigit per manifeſtum Prophetæ cujusdam nuncium, nec per viſionem interpretatione mox ſuâ veſtitam aut gaudentē, ſed per nudum certarum in ſomniô imaginum ſpectrum, cujus tamen interpretem nunc ſubmittebat noſtrum Vatem idem revelans Deus. Rei deniq; revelatæ ſcopus aut argumentum erat futurorum in orbe eventuum delineatio; ubi rurſus infinitum לְהֶוֵא *eſſe*, per Enallagen pro tertiâ Fut. *erit*, vel eveniet, Extremum dierum expreſsè ponitur, ut ſuprà *v. 20. extremum verò dierum* non ita excluſivè debet accipi, ac ſi nil qvicqvam fuerit oſtenſum, niſi qvod paulò ante dierum mundi finem eſt eventurum; ſed cùm adeò longinqva ac remotiſſima eſſent patefacta, multò faciliùs hinc colligi debebat, etiam retecta eſſe, qvæ multis modis erant propinqviora. Ita namq; ſubſeqventia mox docebunt, depicta etiam in viſione fuiſſe, qvæ proximè poſt Nebucadnezaris imperium emerſura erant in orbe. Aliàs *finem*, ſeu *extremitatem dierum* poni pro temporibus Meſſiæ adventum primum, ad ultimam ejusdem reditum, ſubſecuturis, notum eſt è locis plurimis, v. g. *Jeſ. II, 2. Jer. XXIII, 20. Mich. IV, 1. Actor. II, 17. 1. Cor. X, 11. 1. Tim. IV, 1 2. 2. Tim. III, 1. 2. Petr. III, 3. 1. Joh. II, 18.* Intereà tamen negari neqvit, qvandoq; hâc phraſi etiam indicari tempus non longè adeò pòſt ſubſecuturum, ut Num. XXIV, 14. *Indicabo tibi, qvid populus hic* (Iſraël) *populo tuo* (Moab) *facturus ſit* בְּאַחֲרִית הַיָּמִים *in extremitate dierum*, h.e. diebus proximè finiendis, ex *2. Sam. IIX, 2.* Ita Jacob *Geneſ. XLIX, 1.* ſignificaturum ſe ait, qvæ eventura ſint poſteris ſuis בְּאַחֲרִית הַיָּמִים in extremitate dierum, h.e. inde ab eò tempore, usq; ad nationis hujus finem. Plura de phraſi hâc congeſſit operosè Feſelius *lib. 5. Adverſ. cap. 6.* Atq; hôc poſteriori ſenſu etiam accipiendum hîc eſſe, oſtendit verſus ſeq. Cogitâſti, qvid futurum eſſet אַחֲרֵי דְנָה *poſt hæc.*

חֶלְמָךְ וְחֶזְוֵי רֵאשָׁךְ עַל־מִשְׁכְּבָךְ דְּנָה הוּא׃

Somnium tuum & viſiones capitis tui in cubili tuô hujusmodi ſunt.) Oſtenſô Autore ſomnii primariô, progreditur nunc Vates ad ejusdem eruendam occaſionem. Adeòq; reſpectu ad verſ. ſeq. habitô ſenſus eſt: *ſomnium tuum* (qvantum ἀφορμὴν ipſius ſpectat) *fuit tale*, vel hujusmodi habuit ortum, nimirum cogitabas, &c. Somnio autem

Digitized by Google

[illegible] Epithetum, *viſiones capitis*, qvò eædem [illegible] imagines, qvæ non ab extrà in oculos incur- [illegible] vel cerebrô humanô effigiantur phantaſiæ [illegible] *capitis* fit qvoq; menti[illegible] *IV, 2. 7. 10. cap.* [illegible] cum ſomniô h.m. חֶלְמָךְ [illegible] *viſiones ſo-* [illegible] Loci autem dum ſuperadditur mentio [illegible] videtur hôc modô Regis qvieti ſomnoq; [illegible] qvòd remotus fuerit ab occupationibus [illegible] in lectò ſuô dormitoriô; qvod ipſum tempus [illegible] ad efformandas in regiô capite tantas re- [illegible] Deniq; duo Pronomina דְּנָה הוּא *hoc* [illegible] Subſtantivum includunt, vel potiùs poſte- [illegible] *ſum* collocatur. Similia Exempla de- [illegible] *cap. II, 23. c. III, 15. c. V, 18. cap. VI, 2. Pſ. XXIV, 10.* [illegible] *(eſt) ille?* &c. הוּא loco eſt.

[illegible] *ata ex Verſ. XXIIX.*

[illegible] non incluſivè, non per modum regis terreni, [illegible] realiter nullibi ampliùs præſentis, &c. Ve- [illegible] tamen ubivis locorum præſentiſſimus ſit [illegible] hoc in loco *de Deô*, ejusdemq; infinitate, ac at- [illegible] ſolet latiùs.

[illegible] riorum in ſolidum dependet à Deô; qvi ean- [illegible] vel mediatè, vel immediatè, modò per [illegible] modò per ſomnia dormientium, modò per [illegible] Prophetas; modò hominibus piis, modò [illegible] h.l. Nebucadnezar, Pharaoin Ægyptô, Bi- [illegible]

[illegible] peculiaris & extraordinaria eſt Dei gratia. [illegible] eventura ſint nobis atq; noſtris qvoad vitam [illegible] ſufficiat, revelatum nobis eſſe in verbô ſingulis, [illegible] metuenda ſint qvoad vitam futuram poſt mortis [illegible]

[illegible] Deus eſt, qvi ſcit arcana omnia, eademq; ſer- [illegible] diverſò gentium dii obmuteſcere coguntur [illegible] iis inſervientium artes; id qvod è col- [illegible] cum unô Daniele ad oculum patet.

אַנְתְּה מַלְכָּא רַעְיוֹנָךְ עַל־מִשְׁכְּבָךְ סְלִקוּ מָה דִי
דִי לֶהֱוֵא אַחֲרֵי דְנָה

VERSUS XXIX. *Tu, Rex, cogitare cœpiſti in ſtratô tuô, qvid eſſet futurum poſt hæc.*) Verbotenus: *Tu, Rex, cogitationes tuæ ſuper cubili tuô adſcenderunt, &c.* Ubi Pronomen אַנְתְּה ponitur pro Dativô לָךְ *tibi*: vel pro membrô integrô: *Te, ô Rex, qvod attinet.* Vide dicta v. 30. Porrò cogitationes dicuntur *aſcendere*, (qvomodo beſtiæ dicebantur *aſcendere* è mari, *c.VII,3.* & qvomodo cornu in capite naſcens *aſcendebat*, ſive incrementa capiebat, *c.VII,8.20.* Item qvomodo *aſcenderant* è Babel in urbem ſanctã *Eſr. IV,12.*) qvando in cerebrô vel corde inſtar herbarum aut fruticũ propullulant, enaſcuntur, & incrementa capiunt, adeò ut qvandoq; ignoremus ipſi, unde talia in mentem nobis venerint &c. Simili modo Germani qvoq; ajunt: Die Gedancken ſind mir auffgeſtiegen / ad inſtar vaporis è terrâ humidâ in altum virtute aſtrorum elevati; vel qvomodo in mari fluctus fluctum aſcendendo ſolet trudere, usq; dum mare tandem reddatur inqvietum totum. Ita namqve in animô noſtrô ſpeculatio una ſolet excitare alteram; enatô dubiô unô ſubnaſci incipiunt plura, adeò, ut mens tandem noſtra inſtar agri zizaniis graminibusve adſcendentibus oppleti, plena fiat & ipſa diſcurſibus, curis, &c. Materia verò, circa qvam cogitationes iſtæ regiæ fuerunt occupatæ, erat *id, qvod futurum erat poſthac*; h. e. expendebat ſecum, an tot victoriæ, tot regnorum acceſſiones, nationum ſubjugationes, proventuum opulentiæ, &c. penes ſe etiam, ſuamve poſteritatem jugiter ſint perduraturæ? An alia fortè ſit emerſura natio, qvæ jugum Chaldæorum excutiat, dominiumve orbis ad ſe derivet, &c. Has cogitationes autem Rex ſecum volutavit non jamjam dormiens (uti qvidem id probabile autumat *Maldonatus ex v. 30.* ubi ſomnia dicantur cogitationes,) ſed haut dubiè adhuc vigilans, cùm ſc. ſomnus aliàs vel decumbentem nondum adhuc occupâſſet, vel jamjam aufugiſſet; id qvod in perſonis regiis, aut ad clavum Reip. ſive Eccleſiaſticæ, ſive Scholaſticæ, ſive Politicæ ſedentibus, infreqvens eſt haut qvaqvam. *v. Eſth. VI,1.*

וְגָלֵא רָזַיָּא הוֹדְעָךְ מָה־דִי לֶהֱוֵא׃

Et qvi revelat myſteria, oſtendit tibi, qvæ ventura ſint.) Demonſtratâ regis appetentiâ famelicâ ſubjungitur nunc is, qvi famem

[illegible] ntice, nimirum Deus ipſe; qvi [illegible]
[illegible] cui futura æqvè perſpecta atq; certa
[illegible] & 28. Ad hunc itaq; Autorem ſupremum
[illegible] v. 28. qvippe nunqvam ſatis [illegible] hic
[illegible] homines carnales ad cauſas ſecundas ſuos re-
[illegible] veteratoriè textum hunc torqveat laceretq;
[illegible] *Apparat. in Revel. Jeſ. Chr. p. 165.* vo-
[illegible] & *hiſtoria ingenii* [illegible]
[illegible] *hoc, oſtendit* &c. ipſa docet Autoris, [illegible]
[illegible] inſpectio : ſomniavit haut dubiè vigi-
[illegible] chartæ illevit innocuæ.

[illegible] ex Verſu XXIX.

[illegible] mentis æqvè ſollicita eſt ratio habenda atq;
[illegible] poris, qvippe utrumq; horum à Deo orbis
[illegible], tanqvam examinandum compenſandumq;
[illegible] *Matth. XV, 19. Rom. II, 15. Ebr. IV, 12. 1. Cor. IV, 5. &c.*
[illegible], circa qvæ mens occupari incipit, tanti ſint
[illegible] tempus, melius alioqvi collocabile, qvibus
[illegible], &c. Si impura ſunt, qvæ aſcendunt, ſubitò
[illegible] Spiritu, obſiſte, opprime, alioſum mentem
[illegible]

[illegible] futura ſit cauta, ne anxii ſimus de craſtino,
[illegible]

[illegible] verorum eſt, (qvod hic notavit *Corn. à Lap.*)
[illegible] locis remotis fiunt, revelare: cordis arcana pande-
[illegible] ſive præſentia ſint eadem, ſomnia divina & ſymbo-
[illegible] prædicere, Dei conſilia, minas ac promiſſa pa-
[illegible] cogitata, dicta, acta recenſere: qvæ omnia in-
[illegible] Daniel.

[illegible], mirabilisq; eſt Deus, patefaciens arcana et-
[illegible] idolorum cultoribus, qvalis h. l. erat Nebu-
[illegible] *Pererius* conjicit, (1) ut Rex ſuperbus ac
[illegible] poſteris ſuis ablatione, ſe ſubmitteret, nec
[illegible] inſiſteret. (2) ut hominibus regnum Meſſiæ
[illegible] orbis Principes ſuam gloriam cadu-
[illegible]: qva de mutabilitate egregium vide ſis *Philonis* lo-
[illegible] *Pererium l. c. p. 99.*

Digitized by Google

וַאֲנָה לָא בְחָכְמָה דִּי אִיתַי בִּי מִן־כָּל־חַיַּיָּא רָזָא דְנָה גֱּלִי לִי.

Mihi qvoq; in ſapientiâ, &c.) Ultimum hoc eſt Exordii Danielitici membrum, qvô ſuam modeſtè ac decenter extenuat perſonam, ita ut (1) removeat cauſam revelationis ſecuturæ apparentem atq; falſam, qvæ eſt propria, vel ſtudiis humanis acqviſita *ſapientia*. (2) ponat tùm acqviſitionis modum, qvi eſt *revelatio*, tùm revelationis hujus finem, qvi eſt *Regis informatio*, ſenſorumq; animi ejusdem manifeſtatio. Porrò, ſicut *verſus 29.* inchoabatur Pronomine אַנְתְּ II. perſon. *tu Rex*, ita hîc ſimili modô initiale habetur Pronomen I. perſon. וַאֲנָה *& ego*. Vulgatus expreſſit in Dativo, *mihi qvoq;* poteſt tamen ad illam qvoq; referri indolem, qvâ Nominativus tàm nominis, qvàm Pronominis, æqvipollet membro integro: *Et me qvod attinet, &c.* Similia reperies exempla Gen. XVII, 4. *Ego, ecce fœdus meum.* Joſ. XXIII, 9. *& vos, non ſtabit qvisqvam coram vobis.* Item *Jeſa. LIX, 21. c. LXVI, 18. Pſ. XXXV. 13. Pſ. LXIX, 14. Pſ. LXXIII, 2. 28.* Non ſine cauſâ autem meminit ſuæ *ſapientiæ*, utpote cui adſcripturum facilè conjiciebat regem omne illud, qvod patefacturus erat Daniel ex divinâ revelatione; ſicuti commune hoc humanitatis eſt vitium, ut in cauſis hæreant ſemper ſecundis, niſi extrema adigat neceſſitas, aſcendere ad cauſam primam. Imò cùm regiis ſumtibus in ſapientiâ antehac eruditus fuerit hic ipſe Daniel, proclive erat, regem alioqvin ambitioſum etiam hanc ipſam manifeſtationem ſtomet transſcripturum inſtituto priori, qvòd talem educârit alumnum, qvi nunc inſtitutionis perceptæ proferre qveat fructus. Et qvidem ſpecialiter *ſapientiæ* magna meritò defertur dignitas, utpote qvæ fortitudine longè præſtantior, *Prov. XXIV, 5. Coh. VII, 19. c. IX, 15. ſeqq.* Hinc cùm & ſibi Daniel talem præſagiebat tributum iri ſapientiam, *qvæ in ſe eſſet præ cunctis viventibus*, idcircò tempeſtivè, anteqvam eloqveretur qvicqvam, falſam hanc removere hypotheſin allaboravit. Rationes autem, cur ſapientiæ humanæ tale neqveat adſcribi opus, afferuntur à *Pererio*, qvòd neq; ſomnium ipſum, neq; ipſius ſomnii interpretatio innoteſcere potuerint ingenio humano, utpote qvæ cauſas naturales non habuerunt. Somnium enim futurorum fuit ſignum non naturale, qvippè illorum nec cauſa, nec effectus, nec cum cauſâ effectuve naturaliter & neceſſariò cohærens; idcircò ſignum *voluntarium*, non ex voluntate hominum, ſed Dei profectum; nemini igitur hoc ſignum potuit

potuit innoteſcere, niſi cui vellet Deus, præſertim cùm ſtatua etiam illa potuerit multa atq; varia ſignificare, ſive regis ipſius perſonam, ſive regnum, ſive reges alios, &c. Reddendum verò eſſe Chaldæum אִיתַי non in Indicativô *eſt*, ſed in Conjunctivô *ſit*, facilè contextus docet: Nam ſi priori modô vertas cum Vulgatô, ſenſus emerget nimis ſuperbus atq; arrogans: *Sapientia mea eſt excellentior omnium viventium ſapientiâ.* Poſterior autem conditionalis ſenſus regiam exprimit hypotheſin, qvam tamen Daniel hautqvaqvam admittit. Qvô obſervatô non opus eſt cum *Corn. à Lapide* eò dilabi, ut Danielem dicamus reſpexiſſe *ad homines ſui ævi atq; ſeculi, qvibus fuerit ſapientior, (cùm non antecelluerit Adamum, Salomonem, B. Virginem,&c.)* item, hæc ipſum dixiſſe *non ex ſpiritu vanitatis, ſed ex impulſu Spiritus ſancti, &c.* Hæc ille. Sed qvomodo tantoperè ſuam præ cunctorum mortalium ſapientiâ commendâſſet ut incomparabilem, qvi ejusdem nullam planè rationem haberi, tot verbis præoccupavit? Nullatenus igitur ingenioſitati, induſtriæ, aut perſpicaciæ ſagaci hoc patitur adſcribi, ac ſi בְּחָכְמָה *per ſapientiam* hoc ſit adeptus, ſed ſolùm enunciat hoc ſibi *revelatum*, à Deô ſcil. in cœlis ſecretorum revelatore, *v.28.29.*

לָהֵן עַל־דִּבְרַת דִּי פִשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדְעוּן

Sed ut interpretatio regi manifeſta fieret.) Conciſior qvodammodò eſt hæc locutio, ita ut deſideretur expreſſa oppoſiti ſubindicati mentio, qvam ſic ſupplere poſſumus: *Et me* qvod ſpectat, *non eqvidem per ſapientiam, qvæ fortè in me ſit præ cunctis aliis viventibus, hoc ipſum revelatum obtinui ſecretum, verùm* (revelavit id mihi Deus ſecreta revelans, vel, ut *Jacchiades* ſupplet. בְּדֶרֶךְ נֵס *modô miraculoſô*, & qvidem) *ideò, ut interpretatio regi innoteſceret, &c.* Similis ferè ſermo conciſus Pſal. LXXXIV, 11. *melior eſt unus dies in atriis tuis, qvàm mille*, videlicet extra tuum atrium, aut alibi. Vide, qvæ notavimus *Prov X,1. c.IV,18. c. XIV,15. c.XVII,24. c. XXIIX,16.* Porrò, particula לָהֵן qvæ aliàs cauſalis eſt, *qvamobrem*, ut c.II,6.9. &c. h.l. adverſativè valet *verùm, ſed*; ſicuti exceptivè ponebatur *v.11.* pro *niſi*, it. infrà *cap III,28. c. VI,6.8.13.&c.* Seqventes particulæ עַל־דִּבְרַת דִּי idem ſunt ac, *propter cauſã ut*, vel *ideò ut*, &c. qvod pari ratione obſervare licet *c. IV,14.* עד־דברת די *ideò ut cognoſcerent viventes, qvod dominetur altiſſimus*, &c. Aliàs in Ebræô עַל־דְּבַר idem eſt ac præpoſitio להן
propter, ut *Gen XII,17 XX, 18. XLIII,18. &c.* & in formâ fœm. עַל־דִּבְרַת

Digitized by Google

propter filios hominum *Cob.III,18. cap. VIII,2.* Conjunctionaliter tamen acceptum reperies *c.VII,14.* עַל־דִּבְרַת שֶׁלֹּא *ideò ut* non inveniat homo, &c. qvod ipſum planè coincidit cum noſtrô, ſiqvidem locô relativi (שֶׁ) hîc in Chaldæô eſt דִּי paris valoris ac ſignificatûs. Nunc itaq; ad verbum יְהוֹדְעוּן progredimur, qvod propriè eſt *ſcire facient, indicabunt*; adeòq; refertur illud ſecundùm nonnullos ad totam Judæorum gentem captivam, vel ſaltem ſocios Danielis, h.m. (ex verſione Junii, Polani, & Piſcatoris) *ſed propter cauſam eorum, qvi interpretationem illam regi notam facturi ſunt*, h.e. ut addit in margine Junius: *propter cauſam Judæorum & totius Eccleſiæ Dei, cujus precibus tradita eſt ſomnii & interpretationis revelatio.* Genebrardus *lib. 1. Chron. p. 170. ſeqq.* refert ad remotius אֱלָהּ *Deus v. 28.* ita ut inſit myſterium Trinitatis. *Vatablus* ſubintelligit Angelos: *AbenEſra* miniſtros Dei; ſed multò ſimpliciùs commodiùsq; h.l. expreſſit Vulgatus paſſivè, *manifeſta fieret*, pro more ſc. orientalium, qvi perſonam III. activam, tàm ſingularis qvàm pluralis numeri, ſæpiſſimè uſurpant imperſonaliter, ſicuti fit Neh.II,7. *literas tradant*, (h.e. literæ tradantur) *mihi*: Eſth. II,2. *qværant regi puellas* &c. ſic ſuprà c.I,12. *tentanos, & dent*, pro detur *nobis de ſativis, &c.* Atq; hanc ipſam imperſonalem verſionem approbat etiam Dorſchæus *tom. 2. Theol. Zachar. p. 172.* ſenſus proinde eſt, Deum Danieli abditiſſimum hoc patefeciſſe arcanum, eô fine, ut Rex reſciſceret tùm rem longè ſecretiſſimam, tùm proprii qvoq; cordis ſui cogitata, nulli hominum perveſtigabilia; qvod ipſum manu ducere debebat regem ad ſeriam idolomaniæ hactenus vaniſſimæ deteſtationem, nec non ad veri Dei, qvi ſolus talia adaperuit Danieli, inveſtigationem pleniorem, agnitionem atq; cultum.

וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ תִּנְדַּע׃

Et cogitationes mentis tuæ ſcires.) Non qvidem ad ſolam explendam curioſitatem tuam vanam, ſed in ulterius inqviſitionis hujusmodi ſupremi *καρδιογνώςυ* incitamentum. Qvi enim Numen aliqvod præ cæteris ſingulis ac univerſis adeò deprehendit ſapiens ac potens, ut ſecretiſſima & jamjam obliterata reſuſcitare qveat cordis cogitata, is meritò idem Numen tàm ratione eſſentiæ, attributorum atq; operum, qvàm ratione voluntatis atq; cultûs ulteriùs inveſtigat.

Poriſma

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XXX.

1. Vera Pietas modeſtiam ſemper humilitatemq; habet comitem, ita ut nihil tribuat ſuæ ſapientiæ, ingenioſitati, ſagacitati, &c. Hæc ipſa qvoq; ſe præfert nemini, alios verò libentiſſimè ſibi, *Phil. II, 3.* (Qvousq; tamen & qvando liceat deprædicare ſua, pluribus hîc notavit *Corn. à Lapide.*) Imò non ſufficit, intra ſua præcordia nil ſibi ſuisqve viribus tribuere, ſed opus etiam eſt, alios, ne id faciant, ingenuè cum Daniele præmonere.

2. Revelationis finis ultimus ſemper ſit recta revelantis agnitio. Conf. Gal. I, 11. *notum vobis facio Evangelium, qvod evangelizatum eſt à me, qvia non eſt ſecundùm hominem; neq; enim ego accepi ab homine, neq; didici, ſed per revelationem J. C.*

3. Revereamur eum ſincerè, qvi noſtri cordis ſcit cogitata ſingula, qvàm ſimus pii, humiles, benefici, caſti, conciliabiles, &c.

4. Interpretatio ſomniorum vatidicorum non competit niſi illis, qvi cœlitùs ſimul, ut Daniel, adepti ſunt revelationem: aliàs namq; in dubiô ſemper atqve anceps manet animus, num hæc vel contraria ſit adhibenda interpretatio, ſicut id pluribus perſeqvitur Del-Rio *Disqviſ. Mag. p. 596. ſeqq.*

5. Ut peculiaris hæc Dei erga Nebucadnezarem gratia in revelando meritò excitare debuit gratitudinem in obſeqvendo; ita noſtrum qvoq; eſt, ob peculiarem uberrimamq; Evangelii revelationem ſtudioſiùs qvoq; pietati operam impendere.

אַנְתְּה מַלְכָּא חָזֵה הֲוַיְתָ

Tu Rex videbas.) Hucusq; fuerunt præparatoria; nunc ad VERSUS
rem ipſam, cujus cauſâ aderat, ſe accingit Daniel, exordio ſubjungens XXXI.
narrationem, ita ut tùm ſomnium priùs nudè recenſeat, *v. 31-36.* tùm interpretationem ejusdem diſertè ſubjungat *v. 36. ad 46.* Somnium verò complectitur phraſi: *Videns fuiſti*, qvâ ipſâ regem videntium ſeu Prophetarum claſſi qvodammodò immiſcet, utpote qvi vocabantur *Videntes* 1. Sam. IX, 9. In eô tamen defectus fuit, qvòd, licet objectum viſum fuit ſupernaturale & extraordinarium, delineatio nempè eventuum futurorum nulli homini cognoſcibilium, qvanqvam etiam modus apprehenſionis fuerit idem qvi Prophetarum, utpote, qvi & ipſi in ſomniis nonnunqvam *videbant* internis animæ oculis, ceu phanta-

Digitized by Google

ſiæ impreſſa ſentiebant hujusmodi vatidica objecta, hîc tamen defuerit rerum ſignificatarum ſenſus, qvem Daniel demum, ita volente ac ducente Deô, ſuggeſſit. Conf. c. VII,1. ubi Propheta *Daniel ſomnium vidiſſe dicitur*. it. v. 6. 7. 9. ſeqq.

וַאֲלוּ צְלֵם חַד שַׂגִּיא

Et ecce qvaſi ſtatua una grandis.) Objecti obſervatione digniſſimi ſingularitas colligitur ex voce aliàs decantatiſſimâ *Ecce*. Objectum ipſum appellatur צְלֵם imago, ratione qvantitatis diſcretæ, *una*; ratione continuæ, *ampla*, grandis; ratione qvalitatis: *ſplendor ejus excellens*; ratione ſitus, *ſtabat*, & qvidem *è regione tui*, ratione effectûs, *aſpectus ejus terribilis*. Illud itaq; , qvod Vulgatus *ſtatuam* vocat, in fontibus appellatur צְלֵם *imago*, nimirùm, qvalis aliàs, non coloribus eqvidem aut lineis in planô effigiatur, verùm, qvæ ex maſſâ ſive ligni, ſive lapidis, ſive metalli fabrefacta eſſe ſolet, ad repræſentandum aliud qvoddam prototypum, v. g. hominem, brutum, aut aliud qvid ex variis commiſtum. Ita namq; in Ebræô צֶלֶם uſurpari de imaginibus aureis anorum atq; murium, patet ex *1, Sam. VI, 5.* ſic de imaginibus Chaldæorum legitur *Ezech. XXIII, 14.* de ſtatuis Idololatricis *Num. XXXIII, 52. Ezech. VII, 20. Amos V, 26. 2. Reg. XI, 18. 2. Paral. XXIII, 17.* Ad qvem cenſum pertinet etiam צְלֵם *imago illa aurea* à Nebucadnezare in memoriam viſionis hujus, ut videtur, fabrefacta, de qvâ *c. III, 1. ſeqq.* Hinc transfertur ad convenientiam hominis cum Deô qvoad primævum ſanctitatis concreatæ ſtatum, *Gen. I, 26. 27. cap. IX, 6.* ad convenientiam filii cum parente, *cap. V, 3.* it. ad umbram ſive imaginationem veri boni, ubi tamen nullũ ſubeſt bonum ſolidum, Pſal. XXXIX, 7. *Utiq;* בְּצֶלֶם *in umbrâ incedit homo, &c.* qvi ipſe poſtremus locus cum præſente hôc textu non malè conferri poteſt, qvippè ſomniantibus haut adeò abſimiles ſunt mundani, per umbratilia incedentes figmenta atq; ſpectra, &c. Conf. etiam Pſ. LXXIII, 20. *imaginem illorum abolebis* בָּעִיר *in excitando*, vel cùm ſomnum ipſis diſcuſſeris. Hæc ipſa autem apparens imago deſcribitur porrò ut חַד *una*, eò qvòd unicum videatur totius orbis regimen, qvanqvam per varias temporum nationumq; vices ſubinde immutatum, ſicut namq; unicus imperiorum eſt locus, nempè Orbis hujus terreſtris theatrum, ſicut qvoq; unicum omnium eſt tempus, in qvô vivunt, ſicut unica etiam in ſe majeſtas, (licet ratione modi adminiſtrandi eadem ſe habeat diverſi-

Digitized by Google

diverſimodè:) ita unica etiam , ad repræſentandum hocce regimen ſubindè immutatum, adhibita fuit ſtatua repræſentans. Qvanqvam ſi uſum voculæ hujus חַד (ab Ebræo אֶחָד *unus* per aphæreſin haut dubiè deſcendentis,) ſpectemus, eadem æqvipollere videatur articulo Græcorum Germanicorumq; præpoſitivo, ein/ vel Pronomini indefinito *qvidam*, ut Dan. VI, 17. vel 18. *& allatus eſt lapis* חֲדָה *unus*, h.e. qvidam. Eſræ IV, 8. *ſcripſerunt epiſtolam* חֲדָה *unam contra Jeruſalem*. Deinde imago qvoq; iſta vocatur שַׂגִּיא *ampla, magna*; qvod ipſum Epitheton proceræ tribuitur arbori, in ſomniô apparenti, *cap. IV, 7.* qvanqvam mox *v. 9. & 18.* de fructu *copioſô* vel *numeroſô* adhibeatur, veluti infrà in hôc noſtrô *c. II, 48.* de donis numeroſis id videbimus. Magnitudo autem hæc haut dubiè reſpectum habuit ad potentiæ in diſtinctis his orbis regiminibus conſpicuæ immenſitatem planè incomparabilem, ſiqvidem Monarchis illis nemo Regum aliorum potuit componi aut præferri. חד

צַלְמָא דִּכֵּן רַב *Statua iſta magna.*

Idem fermè hoc cum antecedente; דִּכֵּן eſt demonſtrativum à Maſc. דֵּךְ *hic, iſte*, legiturq; hoc דִּכֵּן bis adhuc, *cap. VII, 20. & 21.* Deinde רַב idem eſt, ac *magnus, multus, potens*; exaggerandi autem cauſâ haut dubiè ſuperadditur, ut cognoſcamus, non vulgaris fortè hominis fuiſſe hanc ſtaturam, imò nec giganteam, qvalis fortè Goliathi *1. Sam. XVII, 23.* aut Oggi regis Baſan *Deut. III, 11.* (de qvâ ſtaturâ, ſi lubet, conſulere poteris Schickard. *Bechinath haper. p. 120.*) verùm longè adhuc majorem, adeò ut turrim citiùs dixiſſes, ſi vidiſſes, qvàm hominis figuram.

וְזִיוֵהּ יַתִּיר *Et ſtatura ſublimis.*

H.e. *& ſplendor ejus eximius*, vel excellens. Ita nempè זִיו poni ſolet pro *ſplendore, gravitate*, aut *ſerenitate* in vultu conſpicuâ, qvomodo id legitur c. V, 6. *tunc* זִיוֹהִי *ſerenitas ejus* (regis) *mutata eſt, & cogitationes ejus turbaverunt eum*: item v. 9. & 10. *ſerenitas*, vel *majeſtas tua ne mutetur*. c. IV, 33. *intellectus meus reverſus eſt ad me, decor meus* וְזִיוִי *& majeſtas mea reverſa eſt ad me, &c.* (pluries in Chaldæô Bibliorum textu non occurrit.) Unde conſtat, illuſtrem hîc indicari majeſtatem, qvæ intuentium oculos inſigniter feriat, animumq; rapiat in admirationem, ſive id ſit propter coloris aut ſuperficiei politæ ac reſplendeſcentis præſtantiam, ſive propter membrorum omnium con-

Digitized by Google

formationem ac harmoniam planè ſingularem ac egregiam. Hinc Belgæ reddunt: Deſſelben Glans was uytnemende / & in ſcholiis: Het blinckete / en het hadde een ſchoon ſchynſel / en Glantz inde oogen der Menſchen.

קָאֵם לְקָבְלָךְ Stabat contra te.

Vel, *ſtans è regione tui*, h.e. non eminùs fortè contuebaris ipſam, ſed eidem videbaris proximus, adeò, ut ſi placuiſſet, contrectare potuiſſes. Ita namq; Chaldæum לְקֳבֵל non *adverſitatem* qvandam importat hoſtilem, qvalis in Vulgatô: *contra te*, innuitur; ſed propinqvitatem, qvâ aliqvid exiſtit è regione alterius; qvomodo mox *cap. III, 3.* dicitur: Congregatos proceres ſtetiſſe לְקֳבֵל *è regione imaginis erectæ*, vel coram eâ. c. V, 5. *digiti ſcribebant è regione candelabri*; v. 1. *Rex bibebat vinum* לְקֳבֵל *coram Chiliarchis*. Unde etiam *Maldonatus* exponit, *ante oculos tuos eſſe videbatur*. Dum verò non ſedentem, aut jacentem, ſed *ſtantem* hanc vidit imaginem Coloſſi, cogitare debuit, de plenariâ firmâq; regiminis hujus adumbrati conſiſtentiâ; qvomodo is, qvi ſtat erectus, paratus eſt ad reſiſtendum, proſternendum, vim inferendum, &c.

קבל

וְרֵוֵהּ דְּחִיל: Et intuitus ejus erat terribilis.

Et *forma* vel aſpectus ejus *tremenda*. Nomen prius רֵוֵא *aſpectus* (à R. רְאָה *vidit*,) ſemel adhuc redit cap. III, 25. וְרֵוֵהּ *& forma qvarti eſt ſimilis filio Dei*. In Targum legitur Geneſ. XXIX, 17. *& Rachel erat pulchra* בְּרֵוָא *aſpectu*: ita etiam de Joſephô *cap. XXXIX, 6.* & de fœminâ *Deut. XXI, 11. &c.* qvapropter & h. l. totam illam ſtatuæ figuram aſpectabilem intelligimus, qvæ erat דְּחִיל *terrorem incutiens* (æq; ut beſtia qvarta, cui & ipſi hoc tribuitur Epitheton, cap. VII, 7.) ſiqvidem cuncti orbis incolæ tàm plebeji, qvàm reges ac magnates ad conſpectum famamq; hujusmodi Monarcharum potentum, victorioſorum, ſævorum, toti qvaſi contremiſcere cogebantur. Qvoad Nebucadnezarem in ſomniô ad hæc exterritum, dici poſſet ſecundùm *Sanctium*, *terribile* etiam eſſe, qvod ſtuporem affert, & admirationem, propter pulchritudinem, artificium, aut ſpeciem aliqvam inuſitatam ac variam. Imò minax etiam eſſe potuit ſpectri hujus Gigantei erga regem intuentem vultus, adeò, ut conterritus fuerit ipſius ſpiritus, veluti extat *v. 1.* idq; etiam eò, ut intelligeret hinc ſimul multiplicem regnorum hominumq; in tantâ regimi-

רוא

Digitized by Google

gimipum mutatione interitum, qvi non eſt ſine ſangvine, multôq; armorum ſtrepitu, &c.

הוּא צַלְמָא רֵאשֵׁהּ דִּי־דְהַב טָב

Hujus ſtatuæ caput ex aurô optimô erat.) Hactenus ſtatuæ forma exterior, nunc ejusdem qvoq; recenſetur materia, & qvidem ſecundùm membra ſingula. Iterum in fonte Nominativus vim habet membri integri, ceu accentus Reſia inſimul oſtendit: *Hanc imaginem* (qvòd attinet ulteriùs,) *caput ejus auri boni.* h.e. ex aurô, non fictitiô, ſed verô atq; ſolidô paratum videbatur. Adeòq; Genitivus hic, *auri*, eſt materiæ, *qvomodo corona auri* ponitur pro *aurea* Pſal. XXI, 4. Eſth. IIX, 15. *lecti dentis Elephanti*, pro eburneis, *Amos. VI, 4.* domus lapidum cæſorum, *c. V, 11.* panis hordeorum *Judic. VII, 13. &c.* Qvod autem Ebræus aliàs vocat *aurum* טָהוֹר *purum, mundum*, v.g. *Exod. XXV, 11. 24. 37. &c.* id h. l. videtur appellari טָב *bonum*; qvod ipſum Epitheton qvoq; legitur in Ebræô 2. Par. III, 5. *lignum abietum texit aurô* טוֹב *bonô* v. 8. *ſanctum ſanctorum obduxit aurô bonô*, &c. VERSUS XXXII.

חֲדוֹהִי וּדְרָעוֹהִי דִּי כְסַף

Pectus autem & brachia de argentô.) Chaldæum חֲדִי & חַדְיָא pectus idem planè cum Ebræô חָזֶה *pectus*, uti patet ex *Exod. XXIX, 26. Lev. IX, 20. &c.* adeòq; eam corporis partem denotat, qvæ infra faciem *conſpicitur* ad usq; ventrem, (Radix enim eſt חָזָה *conſpexit*,) adeòq; ſub ſe habet cor, pulmones, ac viſcera nobiliora cætera. Deinde דְּרָעִין idem ſunt cum Ebræô זְרֹעִים *brachia*, à qvibus h.l. manus excludendæ haut erunt, licet expreſsè non fuerint nominatæ.

מְעוֹהִי וְיַרְכָתֵהּ דִּי נְחָשׁ:

Porrò venter & fœmora ex ære.) מְעוֹהִי *Inteſtina ejus* (ab Ebræô מֵעִים *viſcera, inteſtina*) ponuntur hîc pro continente, h. e. pro בֶּטֶן *ventre*, veluti in Concordantiis id etiam notavit R. Nathan. Deinde יַרְכָתֵהּ *latera ejus* (ab Ebr. יָרֵךְ *latus, fœmur*) facilè intelliguntur hîc poſita pro partibus illis ventris, qvæ ſunt ex ejus ambobus lateribus, h. e. pro ilibus, ſicuti duo brachia ſunt ex latere pectoris; qvibus lateribus ſeu fœmori annecti ſolebat gladius, *Cantic. III, 8. Jud. III, 21. Pſal. XLV, 4. &c.* De voce נְחָשׁ & נְחֹשֶׁת qva & *æs* & *chalybs* denotatur, vide ſîs Bochardi *phaleg. fol. 207.* & Druſii *Tribareſ. p. 392.*

nec

Digitized by Google

nec non *lib. 1. qvæſt. 71.* Hôc in locô ponitur tanqvam metallum argentô ignobilius, ferrô autem adhuc præſtantius, unde pro *orichalcô*, qvod pro ære habetur præſtantiſſimô, *Esdr. IIX, 27.* aut pro cuprô accipere licebit. Qvapropter Belgæ etiam expreſſerunt, Van Kupffer.

שָׁקוֹהִי דִּי פַרְזֶל *Tibiæ autem ferreæ.*

VERSUS XXXIII. שָׁקִין eadem hîc ſunt cum Ebræô שׁוֹקַיִם *crura*, ſiqvidem illæ corporis inferioris deſignantur partes, qvæ inde à ventre ad usq; poplites ſive genua portando inſerviunt corpori ad inſtar columnarum, qvomodo Cant. V, 15. שׁוֹקָיו *crura ejus* (ſponſi) comparantur *columnis marmoreis*. Qvid in brutis nomine hôc deſignetur, cognoſcere licebit ex *Exod. XXIX, 22. 27. Lev. VII, 32. ſeqq.* de hominibus legitur Devt. XXVII, 35. *percutiet te ulcere peſſimô in genibus* ועל־ השׁקים *& in coxis*, &c. Jud. XV, 8. *percuſſit eos Simſon* שׁוק על־ ירך *coxâ juxta fæmur plagâ magnâ.* Jeſa. XLVII, 2. *diſcooperi plantas, detege crura.* Ex qvibus conſtat, non tàm tibias, qvàm fœmora deſcribi, utpote, qvæ proximè ventri adhærent.

רַגְלוֹהִי מִנְּהֵין דִּי פַרְזֶל וּמִנְּהֵין דִּי חֲסַף׃

Pars qvædam pedum erat ferrea, pars autem fictilis.) Per pedes intelligimus tibias unà cum plantis earumq; digitis, veluti docebit *v. 41.* qvanqvam Sanctius *pedem* vocari velit, *qvicqvid ab imâ tibiâ eſt ad digitos usq; ſummos.* Hi partim ex ferrô, partim ex lutô ſive argillâ parati apparebant. Ubi vocula מִנְּהֵין *ex iis*, reſpondet diſtributivo Latinorum *partim.* חֲסַף autem ſignificat *lutum*, ſive *argillam*, neq; in ſacris legitur alibi præterqvam hîc & *v. 34. 35. 41. 42. 43. & 45.* in Targum occurrit pro vaſe fictili, *2. Sam. V, 20. Prov. XXVI, 23. &c.* Joſeph. *lib. X. Antiq. c. 11. (12.) f. m. 347.* dum ſomnium hoc recitat, luti planè non meminit, ſed ſolùm crura atq; pedes ex ferrô fuiſſe ſcribit. Verùm ex aſſentatione in Romanorum gratiam hoc factum haut immeritò conjicitur, ne ſcil. iidem aliqvid lutei, aut fragilis ſuo immixtum imperio ſuſpicandi, aut etiam ſcriptori illi ſuccenſendi haberent anſam. Porrò dubium hîc movet *Sanctius*, num pedes, qvi ferreis tibiis innituntur, partim fuerint ex ferrô ſolidô ac purô, partim ex ſolidô & purô lutô, vel certè ex luti ferriq; commixtione, ita ut hinc duæ naturæ tertiam aliqvam conſtituerint maſſam? Poſterius placet Maldonato, *ex v. 43.* it. *Theodoreto*: ſic *Batavi* in ſcholiô, ferrum cenſent non fuiſſe purum, ſed lutô argillâve permixtum. Qvâ in ſenten-

tiâ

[illegible]; nec non Fernandius *in Viſionib. V.T. Viſ.*
[illegible] ipſos pedes autumat *fuiſſe ferreos, digitos autem illinc*
[illegible] *partim ex ſolidô ferrô, partim ex lutô ſolidô.* Atqve
[illegible] adductas robur etiam accipit ex Ebr.
[illegible]; ſiqvidem, ſi tertium qvid, ex lutô ferrô-
[illegible] (qvia tamen ipſa mixtura dicitur impoſſibilis *v.43.*)
[illegible] materiam, dici ſanè non potuiſſet: מִנְּהוֹן *ex illis*
[illegible] pedis pars erat *ex ferrô,* וּמִנְּהוֹן *& ex illis* qvædã
[illegible] dixiſſet Vates: pedes erant ex ferrô lutôq; pariter,
[illegible] etiam Lutherus: Eins theils Eiſern / eines theils
[illegible]

חָזֵה הֲוַיְתָ עַד דִּי הִתְגְּזֶרֶת אֶבֶן [illegible]

[illegible] *abſciſſus eſt lapis ſine manibus de monte.)* VERSUS XXXIV.
[illegible] *deſcriptio*: nunc ejusdem qvoq; ſeqvitur *de-*
[illegible] (1) deſtruens lapis, absqve manuum ope ab-
ſciſſus. (2) deſtructionis modus: in qvô tùm percuſſio, nimirùm circa
[illegible] tùm comminutio *v.34.* (3) deſtructionis conſe-
[illegible] ſingularum ſtatuæ partium, tùm comminu-
[illegible] ſipatio, eaq; talis, ut locus ipſis ſive veſtigi-
[illegible]; tùm lapidis deſtruentis incrementum planè
[illegible] *v.35.* Anteqvam verò recenſeatur hæc de-
[illegible] Daniel: *Videns fuiſti:* i.e. in hâc tuâ imaginis con-
[illegible] aſſiduus atq; admirabundus, oculos te-
[illegible] nunqvam poſſe tibi videbaris, donec &c. Jam
[illegible] attinet, vocatur ea אֶבֶן *lapis,* qvi videli- אבן
[illegible] erat materiæ, qvàm hactenus fuerunt mem-
[illegible] diſtingvit à סֶלַע & צוּר hanc Ebræam vocem
[illegible] *poteſtate p.5.* hôc modô, qvòd אבן ſit
[illegible] סֶלַע ſaxum, ſed ita, ut ſæpè pro rupe, non-
[illegible] ſumatur. Hôc in locô videtur nobis depin-
[illegible] valle juxta montem qvendam præaltum poſita,
[illegible] nemine hominum movente, lapis qvi-
[illegible] vi tandem prævalente abſciſſus fuerit, ma-
[illegible] præceps devolverit, usq; dum tandem
[illegible] proſterneret. Et qvidem *montis* hîc
[illegible] in fontibus eundem non reperit, ſed

Digitized by Google

haut dubiè è *v. 45.* huc transſcripſit. Principium hujusce motus eſt in voce התְגְּזֶרֶת *abſciſſus fuit*, qvæ eſt 3. ſing. præter. Ithpeal (vid. Buxt. Gr. Chal. p. 67.) à Rad. גְּזַר *ſcidit, ſecuit*; qvæ non niſi infrà *v. 45.* ſimili in formâ Chald. occurrit. In Ebr. autem legitur de ſciſſione maris rubri *Pſal. CXXXVII, 13.* infantis vivi per gladium, *1. Reg. III, 25. 26.* lignorum, *2. Reg. VI, 4.* Meſſiæ è terrâ viventium, *Jeſa. LIII, 8. &c.* Qvapropter & h. l. violenta innuitur ſejunctio partium ſibi mutuò priùs agglutinatarum, vel adhærentium, qvalis fit in ſaxis diuturnitate temporis exeſis, vel terræmotibus, ventis, aut fulminum ictu anteà commotis, tandemq; pondere prævalente cum fragore deorſum præcipitatis. Et ne exciſio illa ferramentô aut lapicidarum fortè ſtudiô procurata videretur, additur diſertè: *non per manus:* i. e. nullô humanô id fiebat artificiô, aut machinatione. Ita namq; די־לָא idem eſt ac *ſine*, ſicut in Syriaſmô דְּלָא ſimili accipitur modô *1. Pet. IV, 9. Matth. XIII, 34.* Incongruè proin Junius: *Qvi non eſt in ullis manibus*; id qvod ipſum qvoq; notavit *Lud. de Dieu* ad h. l. vide infrà c. VIII, 25. *frangetur* (cornu illud parvum) *ſine manu.*

גזר

די־לא

וּמְחָת לְצַלְמָא עַל־רַגְלוֹהִי דִּי פַרְזְלָא וְחַסְפָּא

Et percuſſit ſtatuam in pedibus ejus, &c.) En effectum lapidis, *percuſſionem*, verbô מְחָא *percuſſit*, denotatam; qvô ipſô impetus cum ſummâ factus violentiâ, fragore atq; damnô innuitur; id qvod ſeqvens comminutio pluribus adhuc confirmat.

וְהַדֶּקֶת הִמּוֹן׃ *Et comminuit eos.*

Ita ſcil. ut prior pedum forma nullibi compareret ampliùs, ſed fruſta undiq; diſſilirent exilia nil niſi lutum ferrumq; repræſentantia. Verbum דְּקַק *comminuit*, præter hunc textum & *cap. hujus v. 35. 40. 44. 45.* occurrit etiam infrà *c. VI, 25.* de leonibus oſſa calumniatorum deturbatorum comminuentibus, & *c. VII, 7. 19.* de dentibus beſtiæ comminuentibus obvia; & *v. 23.* de regnô qvartô univerſam terram devorante, conculcante, *comminuente.* Formationem Grammaticam exponet Buxt. *Gr. Chald. p. 114.*

דקק

בֵּאדַיִן דָּקוּ כַחֲדָה פַּרְזְלָא חַסְפָּא נְחָשָׁא כַּסְפָּא וְדַהֲבָא

VERSUS XXXV.

Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, &c.) Factâ pedum colliſione non potuit non ſubſeqvi Coloſſi totius ruina ac comminutio. Adeòq; rurſùs adhibetur eadem Radix דְּקַק *comminutus fuit*, qvæ

Digitized by Google

qvæ modo de pedibus legebatur *v.34.* Et qvidem in comminutione hâc nihil planè fuiſſe prætcritum, aut exceptum, docet tùm vox כַּחֲדָה *pariter*, (ex חַד vel אֶחָד unus, & כ ſimilitudinis *qvaſi)* tùm enumeratio partium integrantium ſingularum, auri, argenti,&c.

וַהֲווֹ כְּעוּר מִן־אִדְּרֵי־קַיִט

Et redacta qvaſi in favillam æſtivæ areæ.) In fontibus eſt: Et fuerunt כְּעוּר *qvaſi gluma* (ita R. Nathan in Concordantiis,nec non AbenEſr. R.Sal. & Saadias efferunt per מוֹץ *gluma*, cujus fit mentio *Pſal.I,4.* Fortè deſcendit hic ſignificatus ex עַרְעַר *frangere, comminuere,&c.)* *ex areis æſtatis*: Ubi iterum R. Nath. אִדַּר exponit per גוֹרֶן *aream, borreum*; cujus fit mentio *Ruth III,2.Num.XV,20. Jeſa.XXI,10. Jerem.LI,33 Hoſ.IX,2.&c.* קַיִט autem eſt ex Ebræô קַיִץ *æſtas*, mutato pro more צ in ט. Æſtatis meminit haut dubiè propter ingentem ſiccitatem, ubi glumæ citiùs diſſipantur, qvàm in hieme humidâ qvippè ob humorem ſolo tunc meliùs adhærentes & nonnihil graviores.

וּנְשָׂא הִמּוֹן רוּחָא וְכָל־אֲתַר לָא הִשְׁתְּכַח לְהוֹן

Qvæ rapta ſunt ventô, nullusq; locus inventus eſt iis.) Abolitio his verbis deſcribitur omnimoda, adeò, ut totum illud ingens opus nihil penitùs poſt ſe reliqverit conſpicuum, qvomodo aliàs ex turri Babel in hunc usq; diem ſupereſſe dicuntur rudera, Romæq; ex marmoribus ſtatuarum antiqvis paſſim conſpiciuntur fragmenta, &c. verùm *abſtulit illa* (ſtatuæ comminutæ fragmina) *ventus*, (ita namq; activè efferunt fontes) *& omnis locus non eſt inventus iis*: i.e. nullus planè locus eſt repertus, ubi qvicqvam ſtatuæ fuerit viſum. De phraſi *omnis-non* vid. ſuprà *v.10.* Locus autem non inveniri dicitur, qvando res aliqva tota perit, ut Job. XX,9. *Nec ultrà intuebitur eum* (impium) *locus ejus.* Pſal. XXXVII,10. *Contemplaberis locum ejus, & non erit.* Pſal. CIII,16. *nec agnoſcit eum* (florem) *ultrà locus ejus.* Apoc. XX,11. *fugit terra & cœlum, qvorum locus non eſt inventus* cap. XII, 8. *Nec locus eorum* (dæmonum) *ampliùs inventus eſt in cœlô*, &c. Locus non eſt inventus.

וְאַבְנָא דִּי־מְחָת לְצַלְמָא הֲוָת לְטוּר רַב וּמְלָת כָּל־אַרְעָא:

Lapis autem, qvi percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons, &c.) Conſeqvens hoc eſt comminutionis ſeu abolitionis, nimirùm, ſtupendum Lapidis comminuentis incrementum. Nimirùm cùm Lapis antehac

Digitized by Google

hàc exigua qvædam eſſet particula טור montis, *v. 45.* poſtmodum ex eâdem factus eſt טור *mons*, & qvidem רב *immenſus*, tantæ videl. magnitudinis, ut *univerſam impleret terram*, ſive ut nihil ampliùs præter huncce montem uſpiam fuerit conſpicuum.

Poriſmata ex Verſu XXXI. & ſeqq.

1. Omnia in mundô ſplendeſcentia, nil niſi ſomnium, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Coh. I, 1.* Hinc aptè Paulus *1. Cor. III, 7.* ſchema hujus mundi præterit.

2. Magiſtratui divinitùs conceſſa eminentia, ſplendor, potentia, autoritas terrorem incutiens, &c. imò ut Deum in terris repræſentant, ita Dii qvoqve appellantur *Pſal. LXXXII, 2. 7. &c.* Cur autem ſub humanâ ſpecie ſumma Mundi imperia hîc repræſentata fuerint, pluribus perſeqvitur Pererius *ad h. l. p. 102.* nimirùm qvia ex hominibus oriundi hi hominum gubernatores, qvorum maxima vis in hominum copiâ conſiſtit, &c.

3. Qvæ priora tempore, ut plurimùm etiam meliora ſunt ſorte: auro ſuccedit argentum, argento æs, &c. Unde *Horat.* l. III. Carm. Od. VI. *Damnoſa qvid non imminuit dies? Ætas parentum, pejor avis, tulit nos neqviores, mox daturos progeniem vitioſiorem.* Et *Virgil.* l. 3. Georg. v. 66.

Optima qvæq; dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi triſtisq; ſenectus,
Et labor & duræ rapit inclementia mortis.

4. Mundus cultores ſuos deludit falſè: primò oſtendit aurum, lutô autem clauditur fabula. Primò ponit vinum bonum, pòſt, cùm inebriati fuerint, vappam.

דְּנָה חֶלְמָא *Hoc eſt ſomnium.*

VERSUS XXXVI. Qvod ſcil. hactenùs recitavi, id tu in ſomniô tuô nuper vidiſti, idemq; poſtea è memoriâ tuâ obortâ perturbatione amiſiſti. Pronomen demonſtrativū דְּנָה *hoc*, Subſtantivum antecedens (poſt qvod aliàs ordinariè collocandum eſſet) incluſum habet verbum ſubſtantivum, *eſt*, ut Gen, VI, 9. אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת *iſta* (ſunt) *generationes*: Jeſa. XXVIII, 12. זאת המנוחה *hæc* (eſt) *reqvies*, &c. De omiſſione accentûs Athnach in hôcce verſu vide ſis Ledeburium *de Accent.* *p. 440.*

וּפִשְׁרֵהּ

Digitized by Google

וּפִשְׁרֵהּ נֵאמַר קֳדָם־מַלְכָּא׃

Interpretationem qvoq; ejus dicemus coram te, Rex.) In fontibus deeſt Pronomen ſecundæ perſon. h.m. *Et interpretationem ejus dicemus coram Rege.* Loqvitur hîc Daniel non de ſe ſolô, ſed de ſe ac ſociis, qvi ſuis precibus revelationem hanc à Deô impetraverant, v. 17. 18. 23. qvâ ratione etiam plurali affixô utitur v. 47. *Deus veſter eſt, &c.* Et qvomodo de ſe in Plurali autoritatis cauſâ loqvi potuiſſet pius modeſtusq; Daniel, qvi tanqvam captivus, & tanqvam miniſter coram tantô nunc ſtabat Monarchâ? id qvod meritò Judæis ac Socinianis fuiſſet obſervandum, ſi inter cætera locô etiam hôc commodè voluiſſent uti ad probandum, autoritatis cauſâ unum qvandoq; individuum de ſe loqvi in I. Plurali. Addunt præterea aliqvi, Danielem in Plurali hôc includere etiam Deum revelantem ipſum ex *v. 29. 45. 47.* Vide Becman. *Exerc. contra Socin. p.m. 174.* Havem. *Theogn. c. II. §. 8.* Gerhard. *Exegeſ. p. 1040.*

Poriſmata ex Verſ. XXXVI.

1. Ubivis ratio habenda ordinis decentis. Ordine Daniel recenſuit ſomnium: hôc abſolutô ordine perſeqvitur ejusdem interpretamentum. Ita in noſtris hodièq; Eccleſiis præmittitur Scripturæ textus, tanqvam adæqvata concionis materia, dein ſubjungitur *Poſt illa* tractatus, (ita namq; conciones olim *Tractatus* vocabantur, ut annotavit Pamelius *ad Cyprian. f. 311.*) ad exemplum Chriſti *Luc. IV, 16.* Philippi *Actor. VIII, 35.* aliorumq; in primitivâ Eccleſiâ Doctorum, de qvibus *Cent. III. Magdeb. c. VI.* aliiq;. Aliter fieri conſvevit in Papatu, uti notum.

2. Ne per arrogantiam tibi tribuas ſoli, qvæ tamen ſociis aliorum precibus, etiam te qvandoq; ignorante fuerunt impetrata. Imò modeſtæ potiùs compoſitæq; mentis eſt, ea, qvæ ſalvô jure bonôq; titulô ſibi arrogare poſſet ſoli, cum aliis tamen facere communia.

3. Cuncta referantur ad uſum Eccleſiæ, piorumq; aliorum, qvomodo hîc Daniel ad concaptivos qvoq; hoc ingens derivat beneficium, vel eosdem ſimul involvit, inqviens: *Dicemus.*

אַנְתְּה מַלְכָּא מֶלֶךְ מַלְכַיָּא

Tu Rex regum es.) Vel juxta fontes: *Tu, ô Rex, es Rex regum.* Incipit jam vates noſter à capite, qvod dicitur, ad calcem usq; VERSUS XXXVII.

Digitized by Google

declarare apparentis ſtatuæ ſignificationem : Adeòq; *caput aureum* refert ad ipſummet ſomniantem regem, ejusdemq; imperium; idq; ob dominium in tot reges, *v.37.* inqve tantam hominum ubivis habitantium, nec non brutorum multitudinem, *v.38.* item ob majeſtatem gloriamq; cœlitùs conceſſam, *v.37.* Regem regum dum vocat, reſpicit non ad ſingulos ac univerſos qvatuor terræ partium reges, ac ſi nemo non horum paruerit Nebucadnezari; verùm ad tot diſtinctos reges circumvicinos, qvi uni huic parebant Monarchæ tanqvam vaſalli, *Jer.XXV,15. & cap. XXVII, 6. Ezech. XXIX, 19. Hab.I, 19. Jeſ. XLVII,5. Dan.IV,19.* qvomodo Ahaſverus 127. provinciis imperabat *Eſth. I, 1.* & in exercitu Benhadadi aderant reges 32. *1. Reg. XX, 1.12.* Hinc & alibi *Rex regum* appellatur Nebucadnezar *Ezech. XXVII,7.* & Artaxerxes Rex Perſarum *Eſr.VII, 12.* Ita apud Nebucadnezarem devicti detinebantur Reges alii, qvibus anteponebatur Jechonias ab Evilmerodachô *2. Reg. XXV,28.* Ita Sapor etiam Perſarum Rex hôc gaudet titulô apud Trebellium Pollionem in *Valerianô*, nec non Ammian. Marcellin. lib. XVII. (*Rex regum Sapor, particeps ſiderum, frater Solis & Lunæ, Conſtantio fratri meo ſalutem, &c.*) Simili titulô uſus etiam Tigranes Rex Armeniæ apud Plutarch. *in Lucull.* item Agamemnon, utpote univerſi Græcorum exercitûs, in qvô multi comprehendebantur reges, Imperator ſummus. Facit huc, qvòd aliàs hujusmodi repetitione nominis ejusdem ſuperlativus efferatur gradus, v.g. Servus ſervorum, h.e. infimus *Gen.IX,25.* Princeps principum Levi *Num.III,32. &c.* Similia è proſanis adducit Pſuchenius *de Puritate ſtyli N.T. p.121.* & Gataker. *de ſtylo N.T. p.239.* qvi poſterior tamen Ebraiſmum propriè dictum hîc non admittit, uti qvidem id intendebat *Pſuchenius*, nec non ante illum *Sanctius*.

Rex regum.

דִּי אֱלָהּ שְׁמַיָּא מַלְכוּתָא חִסְנָא וְתָקְפָּא וִיקָרָא יְהַב־לָךְ׃

Et Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi.) Vel דִּי *Eò qvòd tibi dedit, &c.* Probatur, capitis ſymbolum rectè competere Chaldæorum regi, ita ut ſimul doceatur tùm Autor eminentiæ, qvi eſt *Deus cœlorum*, de qvô *v.18.* tùm eminentia ſive majeſtas ipſa, qvatuor expreſſa vocibus : *regnum*, חִסְנָא *robur* (qvô qvis præ aliis inſtructus eſt ad expediendum magnifica aut inuſitata, v.g. ad extruendum arcem, palatiumve regium, *Dan.IV,27.* vel, qvô multa qvis חֲסַן *poſſidet*) תָּקְפָּא *Firmitas* inſuperabilis,

חסנא

תקפא

perabilis, (ita rurſus hoc legitur *Dan. IV, 27.* de firmitate vel firmô valore ad erigendum tantum ædificium, & תְּקְפָּא *forte*, ſicut ferrum appellatur regnum, qvod flecti frangiq; neqvit, hôc ipſô *c. II, 40. 42.*) וִיקָרָא *& bonor*, qvô à cunctis aliis mortalibus magni æſtimaris, adeò ut geſtibus, ſermonibus, officiis, ſervitiisq; cuncti ſuam conteſtentur venerationem (vid. ſuprà *v. 6.* it. *cap. IV, 27. 33. c. V, 18. 20.*) tùm deniq; modus acqvirendi, qvi colligitur ex munificâ Dei elargitione; יְהַב *dedit tibi*. Adeòq; ſenſus eſt: Ne, qvæſo, tantum felicitatis gloriæve faſtigium tribuas fortunæ cœcæ, tuæve generoſitati, induſtriæ, peritiæ bellicæ, prudentiæ, omnium minimè idolis tuis vaniſſimis; verùm credito, Deum cœli pro mirâ ſuâ bonitate id omne *tibi indulſiſſe*, non qvia aliis regibus mundi univerſis ſolus tu melior digniorq;, ſed qvia ſic ipſi viſum eſt ſapientiſſimè, &c. Qvatuor voces ita diſtingvit *Jacchiades*, ut *regnum* ſit ejus, qvi unius civitatis vicos regit; *potentia*, qvi unius provinciæ civitatibus imperat; *poteſtas*, qvi provincias, regiones, & multa climata ſuo imperio habet ſubjecta; *gloria* deniqvè, qvi imperium habet in mundum univerſum, ut qvâ nulla major exiſtit gloria. Verùm diſtinctio hæc eſt merè voluntaria, cujus fundamentum in re audire adhuc deſideramus. Addi hîc poteſt, qvæ de Nebucadnezare habet *Beroſus*, ipſum ſcil. ſuperiores reges imperii & rerum geſtarum gloriâ anteiviſſe: Et Megaſthenes *l. 4. de reb. Indic.* hunc Regem, præter Orientis provincias Ægyptum qvoq;, Africam, Hiſpaniamq; ſubjugâſſe, qvin & Herculem ipſum virtute animi & facinoribus longè ſuperâſſe. Cui *Strabo* concinit *l. 15. geogr.* Regem iſtum omnium regum potentiſſimum fuiſſe, & ipſô ſuperiorem Herculem.

וּבְכָל־דִּי דָאְרִין בְּנֵי־אֲנָשָׁא חֵיוַת בָּרָא וְעוֹף שְׁמַיָּא

Et omnia, in qvibus habitant filii hominum, & beſtiæ agri, volucres qvoq; cœli.) Illuſtratur his ipſis dominii amplitudo, adeò ut totus orbis habitabilis dicatur Monarchæ huic divinitùs ſubjectus. Recenſentur autem *filii hominum* (i.e. homines, vid. *Cob. I, 12. c. VIII, 11. cap. X, 17.*) *beſtiæ agri*, h.e. feræ ſilveſtres, qvæ in hominum privatorum non ita ſunt poteſtate, ſicut animalia domeſtica, unà cum poſſeſſoribus ſuis regis dominio ſubjecta; *& volucres cœli*, qvæ & ipſæ ſuâ in aëre (hic enim per cœlum indicatur) gaudent libertate; ut hâc ratione plena eſſet in animata qvælibet poteſtas. Conf. *Dan. IV, 18.* ubi ſub arbore beſtiæ agri, inqve ramis ejus volucres cœli habitâſſe dicuntur

יקרא

VERSUS XXXVIII.

Digitized by Google

cantur. Dicis: cur omiſſi ſunt piſces? Reſp. Sufficit dominium in aridâ ſive terrâ tanqvam hominibus ad habitandum datâ, expreſſum ſatis eſſe; qvanqvam primo homini in eosdem qvoq; piſces tributum fuerit imperium, *Geneſ.I,26.28. c.IX,2.* De dominiô maris non ea tùm inter reges disceptatio, qvanta hodiè. Qværis porrò: Qvomodo volucres cœli, ſylveſtresq; feræ paruerunt regi, qvarum tamen innumeræ in libertate ſuâ perſtiterunt priſtinâ. Reſp. Sufficit, regem habuiſſe jus venandi, interficiendi, inq; ſuos uſus convertendi pro lubitu, qvanqvam de factô id ſuum jus nec ubivis, nec omni tempore exercuerit, æqvè ut ſingulis qvoq; orbis, Europæi præcipuè aut Americani, nationibus non imperabat de factô, ſed iis ſolùm, qvæ Nebucadnezari innotuerant, aut viciniores erant, & qvarum fama apud Chaldæos innotuerat. Imò ſi literæ textûs inſiſtimus, non dicitur præcisè, dominium eſſe datum in volucres aut feras, ſed potiùs *in omnia* (loca) *ubi degunt homines, beſtiæ*, &c. Qva de cauſâ etiam Grotius *omnia, ubi habitant homines*, accipit de locis cultis, ubi *beſtiæ*, de deſertis locis Arabiæ & Africæ, ubi *volucres*, de rupibus inviis, ubi ſolæ volucres ſe tenent. Atq; ſic territorium fuit regis. Viventia autem in territoriô pro ratione ſtatûs aut conditionis ſuæ, paruerunt ſimul territorii Domino. Adde, notam univerſalitatis non abſolutè hîc accipiendam, verùm de majori ſaltem parte, cujusmodi obſervationem tradiderunt aliàs Sanctius *in Comm. ad Libb. Reg. f.449. & 463.* Bohemus *de aproſop. p. 130. ſeqq.* D. Finckius *tom. 5. Giſſenſ. p.40.* D. Glasſ. *lib. 5. Philol. S. p. 435.* aliiq;. Imò dici etiam poſſet ſecundùm *Sanctium*, recitata hæc à Daniele noſtrô fuiſſe cum alluſione qvâdam ad ambitioſos Nebucadnezaris titulos, cujusmodi ſpecimen videbamus proximè in Sapore Perſâ. Qvoad conſtructionem בְּכָל — יְהַב *in omne dedit in manum tuam*, pro: *omnia dedit*, &c. notari poteſt, præfixum ב redundare, ſicut *Job XVI,10. Pſal. LV,19. Pſal. LXIIX,5. Prov. XV, 6. cap. XVI, 6. &c.* Vel ex ſeqvente phraſi, qvam ſcribens Daniel in mente jam habebat, (*dominari te fecit in omnia*) redundavit qvodammodo hocce ב etiam in noſtra verba hæc, qvæ antecedunt.

יְהַב בִּידָךְ *Dedit in manu tuâ.*

H. e. Tuo ſubmiſit imperio, ut eadem vel ſervare, vel perdere, aut è manu velut projicere poſſis pro lubitu, non tamen excluſâ juſtitiæ adminiſtrandæ lege. Cujusmodi poteſtatem phraſi hâc exprimi, conſtabit

Digitized by Google

conſtabit ex *Gen. XXXIX, 4. 8. 22. Dan. I, 2. Job. XII, 9. Deut. XXIV, 1. 3. 1 Reg. XIV, 27. Jud. I, 2. 4. &c.*

וְהַשְׁלְטָךְ בְּכָלְּהוֹן *Et ſub ditione tuâ univerſa conſtituit.*

וְהַשְׁלְטָךְ *& dominari fecit te in omnia illa.* Ita verbum hoc infrâ *v. 48.* redit וְהַשְׁלְטֵהּ *& conſtituit eum principem* ſuper omnes provincias Babilonis. Ita igitur Deus, tanqvam ſupremus feudi Dominus, Nebucadnezari qvoq; tanqvam Vaſallo contulit dominium, ſibi tamen ſupremum jus reſervans ſoli,

אַנְתְּה־הוּא רֵאשָׁה דִּי דַהֲבָא ;

Tu es ergo caput aureum.) In textu eſt: *Tu* הוּא *ipſum* (h. e. es, vid. *v. 28.*) *caput auri*, h. e. aureum. Senſus eſt: capite iſthôc ſtatuæ aureô nemo regum alius, qvam tu, præfiguratus fuit. *Capiti* autem aſſimilatus eſt Nebucadnezar, non ob influxum qvalemcunq; in regna alia ſubſecutura, tanqvàm in membra; neq; etiam ob gubernationem eorundem, nec ob nobilitatem præ cunctis cæteris, neq; ob potentiam aut amplitudinem majorem, (conſtat enim Græcum Romanumq; imperium multò majoris præ Chaldæô fuiſſe excellentiæ:) verùm ratione ordinis, qvòd, ſicut caput eſt ratione ſitûs ſuperius membris reliqvis, ita Chaldæum qvoq; Nebucadnezaris Imperium anteceſſerit regnum Perſarum, tanqvam ſubſeqvens pectus, &c. *Cornel. à Lapide* reſpici etiam cenſet ad ſapientiam, qvæ viguit in hôcce regnô tanqvam capite, ex *Jeſa. XLVII, 13.* verùm an hoc intenderit Spiritus ſanctus hôc in locô, dubitari adhuc meritò poſſet. Inſtas: ſi caput fuit Nebucadnezar, qvorſum igitur pertinebunt ejus anteceſſores, Nabopolaſſer, Salmanaſſer, Tiglathpilleſſar, &c? Reſp. Rex ſollicitus erat de futuris poſt ſe mutationibus *v. 29.* qvid ergò opus erat, præterita eidem depingere? Tale autem erat regnum Aſſyriacum, ante ducentos jam annos per Chaldæos debellatum ex mente Pererii *p. 104. ad h. l.* Vel, ſi omninò conjunctim totam ſumamus nationem, penes qvam ſummum tùm fuit imperium, (ſicut poſteà hoc fuit apud Græcos & Romanos,) ſenſus erit: Tu es ex numerô eorum, qvi capite aureô fuerunt præfigurati in regimine ſcil. Aſſyriaco-Chaldæô. Qvô ſenſu mox etiam ſubjicitur: *& poſt te conſurget regnum aliud.* Atq; hâc ratione nonnulli etiam per caput intelligunt regnum ipſum, qvod erat primum ac antiqviſſimum; id qvod de Aſſyriacô probant ex *Gen. X, 11.* Dum verò non nudè capiti, ſed *capiti* ſimul *aureo* comparatur Nebucad-

bucad-

Digitized by Google

bucadnezar qvæstio exurgit nova: qvorſum reſpexerit Spiritus S. metallô hoc nobiliſſimô? Pleriq; Ethicè referunt hoc ad mores, qvòd ibidem tunc temporis fuerint innocentiores, qvomodo [illegible] *Ætas parentum pejor avis, tulit nos neqviores mox daturos progeniem vitioſiorem.* Qvorſum diverſa qvoq; ſpectant Poëtarum ſecula, aureum, argenteum, æneum & ferreum, ex hâc haut dubiè Nebucadnezaris viſione fabricata. Alii *Th[illegible]retum* ſecuti, referunt hanc auri materiam ad regni Chaldaici præ cæteris debilitatem, qvippe ſicut argentum aurô, æs argentô, ferrum ære eſt ſolidius ac durius; ita poſteriora qvoq; regna prioribus ſemper duriora extitiſſe pronunciant. Sunt rurſus, qvi aurum exponunt de opulentiâ omnium maximâ ex *Dan. III, 1. Jeſa. XIII, 17.* & ex titulô מַדְהֵבָה qvem vertunt, *aurea* cap. XIV, 4. Iterum alii aureum volunt poni pro eô, qvod Eccleſiæ captivæ omnium fuit tolerabiliſſimum, ita *Polanus*, *Geſnerus*, &c. Qvanqvam & hîc Perſæ meritò cum Chaldæis certent, imò & Græci. Alexander ſiqvidem & Cyrus multò benigniores Judæis fuêre, qvàm Nebucadnezar. Idcircò cùm multæ emergant ex ſententiis hiſce difficultates, tutius erit dicere, ea, qvæ interitui ſunt viciniora, comparari meritò argillæ, ea autem qvæ ſtant à principiô, aſſimilari auro, &c. ita *Maldonatus*. Vel ſecundùm *Sanctium*, aureum apparuit hoc Chaldæorum regimen, utpote præ cunctis ſubſeqventibus Monarchiis magis diuturnum, magis pacatum & unitum, ſplendens, & ad finem usq; fortunatum atqvè potens: cum è diverſô cætera perturbationum plena, diſſipata, neq; adeò in regiô ſplendore diuturna: id qvod pluribus idem Commentator deducit. Adde, aurum diuturnitatis eſſe ſymbolum, utpote qvod nec ex igne detrimentum patitur, nec ex ſe atteritur, aut de bonitate ſuâ qvid amittit: ita Chaldæorum qvoq; regnum ſubſeqventibus omninò diuturnius, &c. *Corn. à Lap.* addit, reſpectum ſimul haberi potuiſſe ad præſentiam, cùm ea, qvæ in aliqvo genere ſunt prima, ob novitatem rapiant oculos omnium in ſui admirationem, adeò ut poſteriora obſcurentur; qvomodo v. g. viri eruditi hujus ſeculi, licèt cum antecedentibus certare qveant, vix tamen argentei cenſeantur in relatione ad antiqvos, qvi ſemel aureorum adepti ſunt famam. Supereſt dubium, an ſingula planè orbis univerſi imperia per ſtatuam hanc fuerint adumbrata, adeò, ut nullum prorſus produci qveat, qvod uni horum qvatuor non fuerit ſubjectum, aut illi ſimul incluſum? Reſp. Eſto, extitiſſe in orbe regna, qvæ Monarchiis

hiſce

Digitized by Google

[illegible] hautqvaqvam , imò de amplitudine qvoqve [illegible] iſtis nobis tamen ſufficit, Chaldæos, Perſas, Græ[illegible] mutuò à ſe invicem debellatos, ſibiq; per vi[illegible] eſſe regi per hanc imaginem, inſuper habitis [illegible] gentibus his vel nondum innotuerant, vel ſa[illegible] rant remotæ; fermè ſicut Turca credi ſolet Mo[illegible] ipſi hautqvaqvam ſubſit Imperator Perſicus aut [illegible] ac Imperium Rom. aut Reges Europæi alii. Præ[illegible] ratio, qvæ ſub qvatuor hiſce ſummis imperiis [illegible] ad finem uſq; ſeculi.

[illegible] Verſ. XXXVII, & XXXVIII.

[illegible] poteſtatis, dignitatis, atq; munerum, qvâ unus [illegible], qvi regi rurſus ſubordinantur Principes, Du[illegible] &c. eſt ordo divinitùs inſtitutus. *Deus* ſiqvidem [illegible] *ſed pacis*, 1. Cor. XIV, 33.

[illegible] opulentia, victoriæ, felicitas, non aliundè ſunt, [illegible] men is eadem qvandoq; in gratiâ, qvandoq; [illegible] Iſraëli in irâ largiebatur regem, *Oſ. XI, 11.* Adeòq; [illegible] Deus concedit tantam honorum opumq; felici[illegible] atq; conatus Deo placent: vel, ejus tyranni[illegible] non rarò dignitates conciliantur, Deus favet. [illegible] in creaturas ſuas tradit, cui vult, non qvi [illegible] vel omnium probiſſimus, vel aptiſſimus. *Ego* [illegible] *terram, homines & jumenta, qvæ ſunt in ſuperficie* [illegible] *magnâ & brachiô extentô; ideò trado illam, cui re*[illegible]. Qvas verò cauſas habeat in particulari [illegible], juſtiſſimumq;, cur v. g. Jeroboamo profano, [illegible] iſtius furfuris hominibus, vel potiùs beſtiis, [illegible] la præ aliis, qvi adeſſent, dignioribus, no[illegible] rtalitate diſqvirere: non pauca permittuntur [illegible] &c.

[illegible] ipſa regiminis conceſſio perſonas publicas [illegible] titudinem, in officiô circumſpectionem, &c. [illegible] pore reddituri ſunt hi vaſalli ſuo Domino

[illegible] feras ſylveſtres atq; volucres Nebucadnezari

Digitized by Google

conceſſô, (qvod aliàs commune erat Adamigenis omnibus Gen. I, 28. IX, 3.) derivatur *jus venandi*, adeò, ut ſine conceſſione, ſive tacitâ ſive expreſſâ Domini territorii licitum non ſit cuipiam ſubditorum ſibi arrogare. Vid. Luth. *in Geneſ. c. XXV.* Balduin. *lib. IV. Caſ.* [illegible] XII. *Caſu 16.* Gerhard. *lib. VI. LL. §. 431. p. 1226.* Lorich. [illegible] *vocabulo feræ.* Azor. *part 3. inſtit. moral. lib. 5. c. 16.* Diana [illegible] *ral. p. 492.*

6. Qviſq; in eminentiâ conſtitutus annitatur *caput* eſſe *aureum*, non tàm poteſtatis amplitudine, qvàm regiminis bonitate, h. e. juſtitiâ, ſapientiâ, clementiâ, ſubditorumq; procuratâ felicitate.

7. Metallis adumbrata fuerunt ſumma mundi imperia, utpote terreſtria, ſoliusq; cœli virtute ſic excocta vel elaborata. Ita Deus qvoq; ſummus regnorum terreſtrium eſt autor, gubernator, &c.

וּבָתְרָךְ תְּקוּם מַלְכוּ אָחֳרִי אֲרַעא מִנָּךְ

VERSUS XXXIX. *Et poſt te regnum exſurget aliud minus te.*) A capite progreditur ad pectus atq; brachia, qvibus ſignificari indicat Monarchiam ſecundam, qvæ Perſarum ſcil. erat ac Medorum. (1) Exordium, ſive tempus regiminis illius novi determinat vocula בָּתְרָךְ *Poſt te;* qvâ ipſâ ſecurus redditur Nebucadnezar, regnum præſens penes ſe futurum eſſe ſtabile, aliter ac contigit poſtea Belſazari, *Dan. V, 28.* Neq; tamen immediatè *poſt eum*, ſeu poſt mortem Nebucadnezaris, mutata eſt ſtatim Monarchiæ facies, ſiqvidem ſubſecutus eſt Evilmerodach & Nerigloſſoor, tandemq; Belſazer, adeò, ut fermè 40. anni effluxerint à morte Nebucadnezaris uſq; ad novam à Cyrô inchoatam Monarchiam. Hinc interpretum aliqvi verba, *Poſt te*, accipiunt ſynecdochicè, includentes ſimul filium Evilmerodachum & nepotem Belſazarem, ex Jer. XXVII, 6. 7. *ſervient ei* (Nebucadnezari) *omnes iſtæ gentes filioq; ejus & nepoti ejus, donec veniat tempus terræ ipſius, &c.* (2) Regni conſtitutio eſt in voce תְּקוּם *ſurget, ſtabit;* qvâ ipſâ tùm emerſio, ac velut propullulatio, tùm propullulantis ſtabilitas indicatur.

קוּם Verbum namq; קוּם eſt tùm *ſurgere*, cùm qvis antea proſtratus velut jacuit, aut inſtar ſurculi vel herbæ è terrâ in altum excreſcit: tùm *ſtare*, cùm qvis adverſus hoſtis inſultus immotus perdurat, &c. Conf. cap. VII, 17. *qvatuor reges* יְקוּמוּן *ſurgent è terrâ.* v. 24. *decem reges* יְקוּמוּן *ſurgent.* cap. II, 44. *Hoc* תְּקוּם *ſtabit in ſecula.* (3) Regnum

מלכו ipſum vocatur per Apocopen literæ formativæ (ה) מַלְכוּ *regnum*, & qvidem אָחֳרִי *aliud*, ratione populi ſc. ſive nationis, ad qvam ſumma

poteſtas

Digitized by Google

[illegible] ; [illegible] ejusdem [illegible] deturbante monar- [illegible] imperantem. Fuit verò eadem natio Per- [illegible] matris erat Medus, cùm Mandane illa [illegible] patris autem erat Perſa, ſiqvidem Cam- [illegible] unicam Aſtyages elocaverat, ignobili erat [illegible] Perſas oriundus: Quâ ipſâ de cauſâ Cyrus etiam *ἡμίο-* [illegible]) qvibusdam fuit dictus. (4) Regni hujus qvalitas ſeu ad- [illegible] his verbis : אַרְעָא מִנָּךְ *minus te*, vel, infra te : non [illegible] novitâ pacificum, non ita glorioſum, utpote, [illegible] fuit conciſum, cujus reges graviſſimas paſſi [illegible] Qvamqvam enim juriſdictio Cyri latiùs omninò ſe ex- tenderit [illegible] Aſſyriorum, ſi *Xenophontem* conſulamus, *lib. VIII. Ped. Cyri*, [illegible] Ahaſveri in 127. provincias imperium *Eſth. I, 10.* ad- [illegible] tamen plures in regnô hôc extiterunt turbæ atq; bella, [illegible] qvàm extera, qvæ amplitudinem illam non ni- [illegible] ; imò cùm Monarchia Chaldæo-Aſſyriaca [illegible] annos, Perſica intra CCXL. & condita fuit & ever- ſa. [illegible] Cyri ipſius ignominioſa meritò refertur, item Cam- [illegible], aliaq; minus glorioſa aut honorifica tanto [illegible] duo hujus Monarchiæ *brachia* referunt ad [illegible] gentem, cujus utriusq; fit mentio in [illegible] *Jeſa. XXI, 2.* verùm an ſatis commodè, dubi- [illegible] cauſâ, cùm & prima Monarchia ſimili ferè [illegible] gentem tùm Aſſyriorum, tùm Chaldæorum, [illegible] unius capitis ſchemate fuit depicta. Sic qvòd [illegible] argenti materiam, cujus meminit *v. 32.* in- [illegible] regni Perſarum opulentiâ, utpote, qvòd ex debel- [illegible] fuerit ſub Cyrô 50000. talentorũ argenti, i. e. trecen- [illegible] theſauri Rex ſemper in conclavi habuerit ad caput [illegible] qvod *cervical regis* dicebatur, & ad pedes 18. mil- [illegible] Hæc omnia qvadrarent potiùs ad auream capitis, [illegible] pectoris conditionem; qvapropter lectori eadem [illegible]: æqvè ut & illam *Pererii* expoſitionem, qvâ [illegible] dici cenſet Chaldæô; non qvatenus in eô emi- [illegible], ſed qvô æſtimiô fuerit tùm temporis, [illegible] ſomnium hoc ſuum habebat, ut ſenſus ſit : *Poſt te* [illegible] (jam pro præſente ſuô ſtatu) *minus eſt tuô.* Ve-

Digitized by Google

rùm cùm argenteum vocetur hoc regnum, & qvidem qvà monarchicum, in relatione ad antecedens regnum aureum, idcircò non possumus hîc Pererio pollicem premere; contenti ſuprà dictis. Idem qvoq; attendendum circa interpretationem illorum, qvi *minus* h.l. poni cenſent pro, tempore inferius, qvod ejusmodi antiqvitatis prærogativâ hautqvaqvam gaudet, ſicut regnum Aſſyriaco-Chaldæum, utpote, qvod paulò poſt diluvium ſua nactum eſt exordia. Vocula Chaldæa
ארע ארע *infrà, ſub ſubtus*,, h. l. præformantem habet literam א ſicut alibi ר, valetq; *infrà*, ſeqvente מ comparationis indice; unde eſt etiam ארעית *imum*, v.g. foveæ, *cap. VI, 24.* qvi duo textus biblici hanc nobis vocem exhibent, neq; ulli præterea alii. In fine autem vocis litera א agit otium, id qvod circellus indicat Maſorethicus.

ומלכו תליתאה אחרי די נחשא

Et regnum tertium aliud æreum.) Græcorum eſt hæc Monarchia tertia, deſcripta partim comparativè, in collatione ſcil. cum ventre æneô, *v. 32.* partim abſolutè, *à dominiô in univerſam terram.* (1) Confertur autem *ventri*, ut nonnulli volunt, tùm ob immodicam vini ingurgitationem, qvâ infamis fuit Alexander M. adeò, ut ſecundum Curtium l. V. *ingentia animi bona, indolem, ac virtutes intolerabili vini cupiditate fœdaverit*; tùm ob avidam opum regnorumq; orbis maximorum deglutitionem, qvippè Alexander M. inſtar ventris cibum ad ſe omnem trahentis, digerentis, diu tamen ſibi non ſervantis, ſed aliorſum dimittentis, regna qvidem multa ſibi ſubjecit, brevi tamen pòſt ducibus ſuis fruenda reliqvit; tùm præcipuè ob immediatam cum pectore cohæſionem; ita namq; Græcorum regnum proximè excepit Perſarum Monarchiam, pectore Coloſſi ſignificatam. Prætereà venter hic apparuit *æreus*, tùm qvia æs aurô & argentô eſt inferius, ita & hæc qvoq; Græcorum Monarchia inferior antecedentibus, non qvidem viribus, victoriis, virtutibus, ſapientiâve, verùm tempore, qvô partim cœpit, (ab aureâ namq; antiqvitatis veneratione multùm abeſt, utpote junior Aſſyriacâ ac Perſicâ,) partim, qvô etiam duravit: tùm (ſi conjecturas etiam incertiores licitum ſubjectere,) qvia æs durum eſt, atq; aurô & argentô ad arma uſúsq; bellicos aptius; tùm qvia æs (qvæ Hieronymi, & poſt eum Pererii eſt ſententia,) eſt vocaliſſimum & ſonantiſſimum, ſuumq; latè diffundit ſonum, *1. Cor. XIII, 1.* Ita namq; Græcorum etiam fama per orbem divulgata eſt latiſſimè ob gloriam potentiæ, fortitudinis, ſapientiæ, eloqventiæ, &c. De qvâ ipſa

Alexandri

Digitized by Google

[illegible] res celebratiſſima, [illegible] ob ætatem [illegible] tenuitatem, in prœliis felicitatem, in [illegible] imperii amplitudinem, victoriarum celeritatem, [illegible] terrorem, monumenta extructarum civitatum, du- [illegible] barbararum gentium emendatarum, ob virtutes exi- [illegible] eorumq; egregios, vide ſis Pererium *in h. l. p.* [illegible] qvi duodecim encomii ejusdem conſtituit [illegible] Turcæ de ipſo ſentiant, ſuggeret Hottinger. *Hiſt. Or. p.* [illegible] notorioſitas aſperitasq; regni hujus, tanqvam [illegible] qvod Alexander M. XII. annorum ſpaciô continua [illegible] nec ſuos, neqve alios paſſus fuerit qvieſcere; [illegible] *XIII.* Macedonas ſibi gratulatos ſcribit auditâ Alexandri [illegible], veluti de partâ ſibi demum ſic qviete. Addunt [illegible] Monarchiâ hâcce fata, dum templum in [illegible], Judæorum & animos & vires diſſipavit, [illegible] *XI. Antiq. Jud. c. VIII.*

[illegible] בְּכָל [illegible] דִּי תִשְׁלַט

[illegible] *univerſa terra.*) Novum hoc eſt axioma, [illegible] non tributum, niſi qvòd *v. 38.* de Nebucad- [illegible] manui tradita eſſe, ubicunq; habitent homi- [illegible]. De hâc verò regni Græcorum amplitudine, [illegible] *usq; in fines terræ, & in cujus conſpectu* [illegible] melior pars Europæ, omnis Syria & Ægyptus, [illegible] deniq; India ad Gangen usq;, & Oceanum paru- [illegible] *lib. 6. Hiſt. Nat. c. 16. & lib. 4. cap. 10.* it Juſtin. *lib.* [illegible] inqvit, *littoribus Oceani Babiloniam revertenti* [illegible] *legationes Carthaginenſium, cæterarumq;* [illegible] *Hiſpaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, non-* [illegible] *nientum Babiloniæ operiri: adeò univerſum* [illegible] *ejus terror invaſerat, ut cunctæ gentes veluti de-* [illegible]. Hactenus ille. Addi poteſt Curtius *lib. X.* [illegible] *c. VII. & IX.* Diodor. Siculus, Plutarchus, [illegible] Europæ, Africæ, Aſiæq; partem, ut ſunt [illegible] Septentrionaliumq; aliorum, totam etiam [illegible] manſiſſe liberas, eſt in apricô; ut proinde [illegible] meritò rurſus accipiatur, pro terrâ illâ,

qvam

qvam Monarchia prima & ſecunda occupaverant, imò & ultra qvam provinciæ acceſſerant plures; id qvod proximè etiam fuit annotatum.

Poriſmata ex Verſ. XXXIX.

1. Subſeqventia tempora, necnon res in tempore exiſtentes plerumq; antecedentibus minora ſunt, vel viliora; ſicuti hîc de regnô enunciatur Perſicô. Vide tamen, qvæ Salomô hac ſuper re pronunciat *Coh. I, 8. cap. VII, 10.*

2. Utcunq; aliqvis evaſerit opulentus, honoratus, potens, migrandum tamen erit ipſi ex hujusmodi ſedibus: *Poſt te* erit alius ſucceſſor, qvem tu ignoras, & forſas etiam odiſti, *Coh. II, 18.*

3. Perpetuæ ut regnorum, ita & fortunæ humanæ ſunt viciſſitudines.

4. Avari ingenium depingitur qvodammodo in pectore argenteô. Hujusmodi enim hominis curæ, affectus, ſolertia, actionesq; omnes eò tendunt, ut totus qvaſi fiat argenteus, (vel cum Midâ aureus;) cujus brachia ad ſe cuncta nituntur corradere, ſibiq; ſoli eadem ſervare.

5. Si tantus in Alexandrô M. fuit fervor ſtudiumq; indefeſſum circa regna mundi caduca, periculoſa, pernicioſa, qvantus Chriſtiano pectori debet eſſe zelus circa regnum cœli æternum? Alexandri hoc erat axioma apud *Curtium* lib. VII, & VIII. *nihil tam altè natura conſtituit, qvò virtus non poſſit eniti*; id qvod expugnatione rupis inacceſſæ, ab Arimaze defenſæ, ſingulariter comprobavit, apud Curt. *l. VII. ſub finem p.m. 326. ſeqq.* Qvidni Chriſtiani dicerent cum *Paulô*: Phil. IV, 13. *omnia valeo per Chriſtum, qvi me corroborat.* Imò ipſô factô fortitudinem Alexandri ſuperârunt nonnunqvam teneri puſiones, puellæ, fœminæ, &c. qvæ martyriô ſuô, tormentorumq; generoſâ deluſione ingentes devicerunt ſæpè tyrannos.

וּמַלְכוּ רְבִיעָאָה תֶּהֱוֵא תַקִּיפָה כְּפַרְזְלָא

VERSUS XL.

Et regnum qvartum erit velut ferreum.) Ultima hæc eſt ſtatuæ oſtenſæ portio, qvartam nobis referens Monarchiam, antecedentibus regnis, (qvæ citra controverſiam diſtinctarum erant novarumq; gentium, v.g. poſt Aſſyrios ac Chaldæos Perſarum ac Medorum, poſt hos Græcorum,) haut dubiè ſimilem, qvæ proinde non erit alia, qvàm Romanorum, poſt ablatum ſcil. à Græcis debellatis regimen. Qvâ de cauſâ etiâm facere hîc neqvimus cum Qvareſimô, qvi

tom. I.

Digitized by Google

tom.1 serr. S.f.314. qvartum hoc regnum accipit de Mahumedicô, qvod ferrô propagat ſuam jurisdictionem atq; religionem, cujus pedes ferrei omnia ſine defatigatione perambulant, omnia proculcant, &c. Duas verò tibias idem hic autor accipit de regnô tùm hôc Muhammedicô, tùm Anti-Chriſtianô, ſicut duo brachia de Medis & Perſis, pectus de Græcis, ventrem æreum de Romanis, &c. Neqve etiam accedere poſſumus iis, qvi ſucceſſores Alexandri M. h. l. volunt deſignari, nimirum Lagidas & Seleucidas præcipuè, qvorum illi Ægypto, hi Syriæ, Phœniciæ, ac Babiloniæ præfuerunt, perennibusq; invicem decertârunt bellis: qvâ in ſententiâ fuit *Polychronius, Porphyrium* (verba recito Oecolampadii ad h. l.) *malè fidelem præceptorem ſecutus;* item ex recentioribus Junius, Polanus, Piſcator, L'Empereur. Chamier, *panſtrat. tom.2. lib.17. c.4. §.7.* Anton. Hulſius *Theol. Judaic. part. 1. p.556. ſeq.* Hugo Grot. *Not. h.l. aliiq.* Verùm adhæremus cœtui interpretum plerorumq; tàm veteris, qvàm modernæ Eccleſiæ, qvi intellecta hæc volunt de Monarchiâ Romanâ, utpote qvæ diverſa à præcedentibus fuit, qvæ comminuit terras omnes, & ſub qvâ Meſſias natus, tanqvam lapis à monte avulſus, qvam etiam adventu ſuô ultimô tandem aliqvando annihilabit, &c. Ita de Romanis olim Auguſtinus, Hieronymus, Theodoretus; ita pleriq; omnes Pontificii, ita Calvinus, Oecolampadius, Joſephus Medus, *Apoſt. ult. temp. p.101.* Alſted. *præcog. theol. p.601.* Coccejus, *(de Antichriſto, p.56. ſeq.* ubi Lagidas, Seleucidasq; rationibus non contemnendis refellit,) ita B. Lutherus, Lutheriq; diſcipuli communiter. Imò ſic etiam *de regnô impietatis,* i. e. Romanô accipit Midraſch, *Pſal.18.* ita Raymundus *in Pugione fidei f.229. ſeq.* ita *Jacchiades* Judæus, *Romanum*, inqviens, *diviſum eſſe imperium in Chriſtianorum & Mahummedanorum;* à qvô tamen diſſentit *Aben-Eſra*, de regnô Gog, ſeu Turcicô accipiens hoc regnum qvartum, turpiter pro unô poſitis regnis Græcorum & Romanorum: (qvâ in ſententiâ de regnô Gog fuit etiam *R. Saadia, R. Salomo,* item *Kimchi ad Zach. c.6.*) Miſſâ prolixiore ſententiarum recitatione ac examine, ſimpliciter aſſeremus, qvæ Prophetæ declarare poterunt mentem. Adeòq; regnum hoc appellatur (1) *qvartum*; eâdem procul dubiô ratione, qvâ antecedentia dicebantur tertium & ſecundum, &c. nimirum, qvia nova planè natio dominium in ſe derivavit adeò amplum ac ferè Catholicum, qvod obtinuerat antehàc gens alia. Hoc qvomodo de ducibus Alexandri M. aſſeri poſſit, ùt qvi & ipſi Græci, qvi ex Imperatoris ſui

velut manu dominium acceperant; qvorum regnum non fuit robuſtius regnô Alexandri M. utpote diviſum, qvod etiam regna alia non comminuit vel ſubjugavit, non ſanè apparet. Conf. *v. 44.* ubi de regnô Meſſiæ aſſeritur, qvod non ſit transferendum לְעַם אָחֳרָן *ad populum* vel nationem *aliam*, ſicut Monarchiæ ſcil. antecedentes de populô in populum alium derivatæ. Atqve hâc ratione *Roma* apud *Tacitum* ann. 3.c.47.2. dicitur *urbs, unde in omnia regimen:* & hiſt.l.2.c.32.5. *urbs caput rerum.* Ita *Julius C.* apud Cicer. 3.off. audit *Rex populi Romani, Dominusq; omnium gentium.* Ita *Luc.II,1.* Auguſtus ſub cenſum revocâſſe dicitur πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. (2) Deinde qvalitas regni hujus aſſeritur, ſub voce תַּקִּיפָה *robuſtam*, qvod tàm ad reſiſtendum, qvàm aliis vim inferendum, mirificô pollet robore; qvomodo hoc ipſum vocabulum mox redibit *v. 42.* it. *c. III,33.* de mirabilibus Dei grandibus. Radicem תְּקֵף *robuſtus vel validus fuit*, vide *cap. IV,8.19.V,20.VI,8.* Imò adjuncta mox comparatio cum *ferrô* ſatis valorem vocis exprimit; ſiqvidem ut ferrum metallis ſuperiùs commemoratis eſt longè durius, ferreis ſiqvidem malleis, incudibusq; ſubigitur aurum, argentum atqve æs, ferrô ſucciduntur arbores ac ſaxa, qvæ aurô argentôve ne lædi qvidem poſſunt, &c. ita Romana qvoq; Monarchia robuſta prorſùs fuit adverſus Chaldæos, Perſas, Medos atq; Græcos, qvorum nulli vim dominii Romani potuerunt effugere vel declinare, uti id Hiſtoriæ palàm teſtantur. Ferreum hoc regnum tot duravit ſeculis, durabitq; ad ultimum Meſſiæ reditum, &c. De ferri robore vid. *Job. XLI,18.* de ferreô cornu, *Mich. IV,13.* de ferrô, qvod eſt ab Aqvilone, h.e. Chaldæis *Jer. XV,12.* Huc referri poteſt, qvod cordis pervicacia, obſtinatio & immiſericordia ferro, qvoq; comparentur, *Jer. VI,28. c. XV,12. Ezech. XXII,18.* Id qvod de Romanis probatu perqvàm facile. Cur *tibiis* hoc regnum comparetur, videlicet, qvia illis currimus, illis robur ineſt ad portandum corporis (regiminis) molem, qvia illis tùm caro mollis (clementia erga debellatos,) tum oſſa dura inſunt, præcipuè, qvia hæc corporis pars ſunt ultima, &c. pluribus h. l. perſeqvitur *Pererius.*

כָּל־קֳבֵל דִּי פַרְזְלָא מְהַדֵּק וְחָשֵׁל כֹּלָּא וּכְפַרְזְלָא דִּי מְרָעַע כָּל־אִלֵּין תַּדִּק וְתֵרֹעַ׃

Qvomodo ferrum comminuit & domat omnia, &c.) En (3) rationem tùm datæ cum ferrô comparationis, tùm attributæ eidem regnô fortitudinis. Ferro ſiqvidè competit τὸ הַדֵּק *comminuere*

(à Rad.

Digitized by Google

(à Rad. דקק) qvod eſt, cùm qvid in pulverem aut qviſqvilias veluti convertitur *v.35.* aùt qvomodo oſſa à leonibus manſa, in minutula redigantur fragmenta, *cap.VI,25.(vid. c.VII,7.19.)* ita Romana qvoq; gens qvamvis objectam ſibi vim mirificè diſſipabat, ut protinùs ingentes copiæ inſtar palearum hinc inde disjicerentur, &c. Deinde competit etiam regno huic ſô חשל *debilitans*, qvæ vox in S. Codice non redit uſpiam. *Rabbinis* tamen qvandoq; uſurpatur de chalybis emollitione, cui poſtmodùm apponitur induratio (die Härtung:) cognationem habet cum Rad. Ebræâ חלש *debilis fuit, debilitavit*, Exod. XVII, 13. Jeſa. XIV, 12. &c. Atqve tali modô diſſipabant etiam Romani qvoslibet ſibi obſiſtentes populos, adeò ut effœminati molleſq; fermè redderentur ipſi, poſteqvam Romanos occurſantes ſibi percepiſſent. Comminutionem hanc illuſtrat Fernandius *viſion. XXI. V. T. ſect. VI, §3.* qvod ſicut ignis inducere formam ſuam in aqvam neqvit, niſi poſt præviam contrariarum qvalitatum pugnam, obſiſtentiumq; ejectionem: ita Romani qvoq; inducere ſuam regiminis formam neqviverint in alios, niſi poſt acrem colliſionem, &c. Qvorſum etiam citat 32. Legiones illas, qvas per omnes provincias alebant Romani ad conſervandos ſubſe debellatos debilitatosq; populos. Objectū autem comminutum eſt כלא *aniverſitas*, h.e. qvicqvid modò comminuendum, domandumq; objiciebatur. Qvanqvam enim Romani adeò invicti nunqvam extiterint, ut ne in ullâ ſuccubuerint clade, nemove ſuperior evaſerit in acie; (qvem enim latent pugnæ cum Carthaginenſibus ſatis ſæpenumerò infelices? ut taceamus hoſtes alios;) Sufficit tamen, eosdem nullius, neqve Græcorum, neq; Perſarum, neq; Chaldæorum paſſos unqvam fuiſſe jugum, illorumve catholicis paruiſſe imperiis, qvin potiùs Romanorum potentiam venerari tandem coactæ ſunt nationes illæ omnes, aliarum antehac victrices. Adeòq; non malè Pererius h.l. *domuerunt*, inqvit, *gentes vel robore corporis & viribus prævalidas, ut Germanos, Gallos, Hiſpanos; vel imperiô tunc potentes, ut Carthaginenſes; vel majorum gloriâ ac ſapientiâ præſtantes, ut Græcos; vel divitiis & militum copiis abundantes, ut Aſiaticos; vel terrarum longinqvitate remotas, ut Cappadoces, Ponticos, Armenios, Iberos, Albanos, Scythas; vel interfuſô Oceanô disjunctas, ut Britannos, &c.* Et Auguſtinus lib. 18. de C.D. c. 22. ait: *Per Romam placuit Deo debellare orbem terrarum, & in unam ſocietatem Reipubl. legumq; perductum longè lateq; pacare.* Notandum verò pleonaſticè hæc in fontibus enunciari per geminam rei

ejusdem iterationem: cùm namq; ferream regni hujus conditionem comprobâſſet Daniel hiſce verbis: *(Propterea qvod ferrum comminuit & debilitat omnia;)* denuò ſubjungitur: *Et ſicut ferrum qvod* מְרָעַע *confringit omnia iſta* (nempè hactenùs commemorata metalla,) *comminuet* וְתֵרֹעַ *& confringet*, i.e. certò, feliciter, conſtanter, mirabiliterq; ſubjugabit ſibi memoratas hactenus nationes. De verbô רְעַע aliàs conſtat, notante etiam *R. Nathane* in Concordant. æqvipollere illud Ebræo רְצַץ *conqvaſſavit, confregit rem duram*; ſiqvidem צ pro more tranſiit in ע, qvomodo Chaldæorum אַרְעָא *terra* eſt ex Ebr. אֶרֶץ &c. vid. tamen hoc ipſum verbum רָעַע Ebræis etiam ſignificatu hôc uſitatum, *Prov. XI, 15.*

(margin: רעע)

וְדִי חֲזַיְתָה רַגְלַיָּא וְאֶצְבְּעָתָא מִנְּהֵין חֲסַף דִּי פֶחָר וּמִנְּהֵין פַּרְזֶל

VERSUS XLI. *Porrò, qvia vidiſti pedum & digitorum partem teſtaceam figuli, & partem ferream.)* Qvia inſignes in qvartâ hâc Monarchiâ orituræ erant mutationes, qvantæ in nullô regnorum antecedentium, idcircò nunc (4) materiæ exponitur diverſitas, additâ è veſtigiô interpretatione. Materia eſt partim *lutum* דִּי פֶחָר *figuli* (qvæ Vox פֶּחָר figulus, monadica à R. Nathane exponitur per יוֹצֵר proq; eâdem in Chaldæâ paraphraſi etiam adhibetur *Jeſa. XXIX, 16. Jerem. XIIX, 2.6. &c.*) h.e. argilla, non humida adhuc vel flexilis, ſed ut videtur, uſtione ignis jam indurata, uti ſolent fieri teſtæ, qvalium mentio fit *Job. II, 8. Jeſa. XXX, 14. Pſal. XXII, 16. &c.* partim *ferrum*; qvâ de re repetantur dicta *v. 33.*

מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵה *Regnum diviſum erit.*

Traditur ſignificatio diſcrepantis adeò materiæ, eaq; gemina, *tùm* qvòd regnum hoc futurum ſit פְּלִיגָה *diviſum*, h. e. non uniformem ſemper habebit ſtatum, majeſtatem, amplitudinem, aut eminentiam, ſed modò creſcet, modò decreſcet, modò fiet formidabile aliis, modò formidabit alios, modò internâ gaudebit concordiâ, modò mutuis ſciſſum erit, diuq; ſciſſum manebit diſſidiis, &c. *tùm* qvòd fortitudinis ferreæ aliqvid in ſe ſit retenturum, ut mox ſeqvetur. Ita verò diviſionem hanc de ſeditionibus factionibusq; in Imperiô Romanô acceperunt *Hugo, Liranus, Dionyſius, Pererius*, &c. Alii, ut Hadrianus Finus *lib. V. Flagelli Judæor. c. VI.* ut & Vinarienſes *in Paraph. h. l.* interpretantur de diviſione imperii Romani in Orientale & Occidentale tempori-

Digitized by Google

temporibus filiorum Conſtantini M. atqve h. m. Hieronymus *initia imperii Romani* ſcribit, *fuiſſe ferrea, paulatim tamen evaſiſſe terrea, præcipuè poſt irruptionem Gothorum, Vandalorum, aliarumq; gentium barbararum*, &c. Ita *Pererius* inter cætera hos decem digitos cenſet ſignificaſſe diviſionem imperii Romani in regna multa, qvorum alia majora, alia minora; imò meminit qvoq; decem cornuum ex *cap. VII.* per qvæ multi reges in Rom. Imperiô extituri deſignentur temporibus Anti-Chriſti: qvæ ipſa, approbata etiam à Fernandiô *viſ. 21. ſect. 6. §. 6.* ſanè non adeò aliena à noſtro videntur vaticiniô. Simili modô hanc pedum diviſionem *Corn. à Lapide* & cum eô *Tirinus*, accipiunt de gentium multarum avulſione à corpore Romanô, vel potiùs ſciſſione, qvando proprios ſibi creârunt reges Hiſpani, Poloni, Angli, Galli, &c. Addimus *Melanchtonem*, cujus hæc ſunt verba: *pedes partim teſtacei, partim ferrei ſignificant regna nata poſt diſſipatam Monarchiam, videlicet Franticum, Hiſpanicum, Germanicum, Saracenicum, Turcicum; & in his alia ſunt bellicoſiora. Et qvanqvam inter ſe lacerantur, & conantur efficere Monarchiam, tamen non perficient.* Hæc ille. Ubi ſimul videtur reſpexiſſe ad evidentem præſentium mundi regnorum diſcrepantiam à priorum Monarchiarum formâ: illic ſiqvidem pleraq; parebant capiti uni, ſive Chaldæo, ſive Perſico, ſive Græco, ſive Romano; nunc verò qvanqvam Romanum adhuc ſuperſit nomen, à qvô, tanqvam tibiâ vel pedibus prodierunt diſtincti hi demum digiti, non tamen coibunt illi unqvam ad hujusmodi unitatem, qvalis antea in capite, pectore, &c. Conſentit Wigandus: *Diviſio*, inqviens, *in extremis pedibus, ſignificat Romanum imperium in varios reges tandem diviſum iri, qvorum ſit maxima futura differentia. Olim florente Monarchiâ Romanorum, Hiſpania, Italia, Gallia, Græcia, Aſia, & aliæ provinciæ Monarchiæ Romanæ ſubjectæ erant; nunc unus dicitur qvidem Romanorum Imperator; verùm digiti ſunt manifeſtè diviſi, &c.*

וּמִן נִצְבְּתָא דִי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ כָּל קֳבֵל דִּי חֲזַיְתָה
פַּרְזְלָא מְעָרַב בַּחֲסַף טִינָא׃

Qvod tamen de plantariô ferri orietur, &c.) Vel potiùs ſecundum fontes: *Et ex firmitate ferri futurum eſt in eô, propterea qvòd vidiſti ferrum mixtum cum lutô cæni.* In qvibus verbis habes tùm qvalemcunq; in regnô hôc reſiduam duritiem, tùm ejusdem etiam prædictæ duritiei fundamentum, videlicet, qvia Rex in parte hâc ſta-

Digitized by Google

tuæ extremâ aliqvid adhuc ferri argillæ admixtum, liqvidò conſpexit.
נִצְבְּתָא Diſſidium Vulgati cum Verſionibus aliis inde eſt, qvod vox נִצְבְּתָא
tùm plantationem denotet Chaldæis, à Rad. נְצַב plantavit, v.g. vites,
arbores, &c. tùm etiam נִצְבָּא duritiem (qvæ vox interpretationis lo-
cô adhibetur à *R. Nathane* in Concord.) ſtabilitatem aut *conſiſtentiam*,
ita ut reſpectus qvodammodo habeatur ad radicem congenerem נְצַב
ſtetit, perſtitit; qvâ ratione נְצִיב eſt *miles ſtationarius*, & מַצָּב *ſtatio*.
Conf. Targum *Jeſa. VI, 13*. Cùm itaq; ferro, qvô de hîc ſermo, non
competat plantatio, ſed potiùs *duritiês* aut *conſiſtentia*; idcirco et-
iam poſteriori huic inhæremus interpretationi, qvam ipſam qvoq; at-
tenderunt h.l. *Vinarienſes*: Es wird ſeine Stärcke und Macht nicht aller-
dinges verlieren. Addimus & illud Grammaticale: per Enallagen po-
ni tempus infinitum לֶהֱוֵא *eſſe*, pro finitô *erit*, vel, qvod idem eſt,
ſuppleri poteſt לָהּ עֲתִיד *futurû eſt* (exiſtere,) h.e. exiſtet. Vide ſis Druſi-
um ad *Cohel. III, 15*. item qvæ notata ſunt ad *Prov. XIX, 8*. Senſus verò
oraculi eſt; extrema imperii extremi fore æqvidem initiis parùm con-
formia, hautqvaqvam enim tantam penes illud regnum remanſuram
victoriarum continuitatem, ſubjectarumq; nationum obedientiam;
interim tamen non omne prorſus ferri abſuturum eſſe robur, remane-
bit ſiqvidem antiqvi nominis qvaliſcunq; præcellentia metusq; apud
gentes circumvicinas. Sicut verò verſum inchoabat ſtatuæ conſpe-
ctæ mentio, ita eâdem qvoq; verſus noſter clauditur, videl. ut exactè ad-
ſtringatur ad rem viſam eventus, viſione ſignificatus. Qvod itaq; initiò
dixerat, partem digitorum fuiſſe argillaceam, partem ferream, id ſub
finem effertur voce מְעָרַב *mixtum fuit ferrum argillæ lutoſæ*, qvomodo
aliàs verbum hoc (עָרַב) uſurpatur de mutuô commerciô Iſraëlitico-
rum maritum cum fœminis gentilium. *Eſr. IX, 2. & Pſal. CVI, 35*. item
de commerciô amicorum, *Prov. XIV, 10. XX, 19. XXIV, 21*. Addimus de-
טִינָא niq; de argillâ, eandem hîc ultimò, ut & *v. 43*. vocari argillam טִינָא
luti, (quæ priùs dicta *argilla figuli*) per eundem Pleonaſmum, qvô
aliàs legimus *cœnum luti* Pſal. XL, 3. *Sapientiam intelligentiæ*, Dan. I, 10.
viam ſemitæ, Prov. XII, ult. *Pſalmum cantici* Pſal. LXVII, 1. &c. & qvi-
dem vox טִין alibi in ſacris non extat, coincidit tamen cum Ebræô
טִיט *lutum*. Poſſet dici, argillam luti poni pro argillâ ſelectiore, qvæ
ex lutô craſſiore vel impuriore ſtudioſè eſt excerpta, tanqvam ma-
teria ſubtilior ſabulôq; depurgata; qvâ de re figulorum docere
poterunt officinæ.

Digitized by Google

[illegible] פַּרְזֶל [illegible]

[illegible] *partim ex ferrô, partim ex luto.)* Ita [illegible] Eadem ob majorem ſive evidentiam, ſive certi- [illegible], quæ jam dicta erant *v. 41.* tantùm in eò eſt diſcre- [illegible] hic illorum fiat mentio *digitorum*; illic verò unà etiam [illegible] autem non erimus, ſi digitorum horum diſcrepantiâ [illegible] Romani imperii regnorum, & veluti colo- [illegible] eum *Sanctiô*, qvando ſcil. Romani extera- [illegible] provincias ſuo agglutinarunt corpori, qvæ tamen [illegible] diviſa. Addimus nos, digitos hos ſuo tem- [illegible] diſſociaſſe, adeò, ut vix tenuibus adhuc adhære- [illegible]. Regnorum autem horum qvædam fuêre fer- [illegible] modo Germani, Galli, aliiq; populi multis eqvi- [illegible] agglutinandiq; erant laboribus; qvædam verò argil- [illegible] qvædam, Ægyptus, &c. VERSUS XLII.

מִן קְצָת מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵה [illegible]

[illegible] *regnum erit ſolidum.)* H. e. qvædam qvartæ hujus [illegible] egregiis beabuntur victoriis, adeò, ut potentiæ [illegible] ultrò ſubmittant populi, multi eidem verò vi [illegible] ipſi robur ad ſe defendendum, nec non ad vim aliis [illegible] hoc Epitheton [illegible] forte, validum, [illegible] מִן *ex parte*, diſtributivè idem eſt ac [illegible] *ex* מִן קְצָת [illegible] oſtendit membrum. [illegible] verò ſignificat [illegible] *aliqvid*, Gen. XLVII, 2. [illegible] (h. e. aliqvos) *et fratribus ejus abduxit*. Num. [illegible] *partem ex populô*, h. e. qvoſdam ejus, &c.

[illegible] *Et ex parte contritum.*

[illegible] fortunam experietur inſigniter adverſam, adeò [illegible] populis cogatur cedere, fœdera cum iiſdem qva- [illegible] nimis anguſtis contentum eſſe. Id namq; [illegible] ab Ebr. Rad. [illegible] *fregit*, (mutatô ש in ת) qvâ [illegible] indicatur ſubtractio, ſplendoris decorisq; exter- [illegible] ſolutio, moleſtorumq; omnis generis perpeſ- [illegible] de bacillô [illegible] *fracto*, *Jeſ.* XIV, 25. Jer. [illegible] aucupis ruptô, *Pſal.* CXXIV, 7. de fractô corm.

Dan.

Dan. IIX, 8. de fractô brachiô *Jerem. XLIIX, 28.* &c. Allegat huc *Sanctius* Idiotiſmum illum lingvæ S. qvô participia paſſiva non ſemper actum ſecundum, ſed ſæpè facultatem denotant, v. g. *fractus* pro fragili, *deſideratus* pro deſiderabili, &c. vid. *Prov. XXX, 23. cap. XVI, 16. XXI, 20.* ita & hîc *contritum* pro conteribili. Illuſtrari hoc poteſt ex *Oroſii lib. VII. c. 22.* ubi de Romani Imperii adverſitate ſic ſcribit: *Germani Alpibus Rhetiâ, totâq; Italiâ penetratâ Ravennam usq; perveniunt; Alemanni Gallias pervagantes etiam in Italiam tranſeunt, Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, Gothorum inundatione deletur, Sarmatæ Pannonias depopulantur; Germani ulteriores abraſâ potiuntur Hiſpaniâ, Parthi Meſopotamiam occupant,* &c. Adde Helvicum *ſyn. hiſt. univ. p. 54. ſeqq.* de potentiâ Rom. imperii modò majore, modò minore, de diviſione ejus in orientale & occidentale, de defectione regnorum plurimorum, de dilaceratione per Gothos, & reparatione per Carolum M. ſucceſſoresq; ejus aliqvot heroicos, &c.

דִּי חֲזַיְתָ פַּרְזְלָא מְעָרַב בַּחֲסַף טִינָא

VERSUS XLIII. *Qvod autem vidiſti ferrum mixtum teſtæ ex lutô.*) Demò repetitur clauſula *verſus 41.* idqve ad novum illinc eliciendum documentum, ceu ſeqvitur.

מִתְעָרְבִין לֶהֱוֺן בִּזְרַע אֲנָשָׁא

Commiſcebuntur qvidem humanô ſemine.) Cernimus hîc in eôdem Romanorum regnô membra diſtincta, qvalia ſunt pedum digiti, eademq; non ſecundùm diſtincta tempora ſibi ſuccedentia, ſed ſimul exiſtentia, ſimul etiam mutuis fœderum unionumq; vinculis ſe ſociare annitentia. Id qvod videre eſt per omnia fermè ſecula, ubi Romani Imperii membra, variè invicem ſciſſa, coire nonnunqvam ſtuduerunt in unum, ſed irritô ut plurimum conatu. Unionis (1) ſtudium effertur Participiô מִתְעָרְבִין *ſemetipſos commiſcentes,* (vid. verſ. 41.) (2) Unionis autem vinculum, ſive gluten eſt זְרַע אֲנָשָׁא *ſemen hominis*; per qvod omnis generis indicantur connubia, affinitates, aliaq; ex matrimoniis orienda amicitiarum genera, qvalia inter Reges atq; Principes Imperii Romani ſæpiſſimè ſunt inſtituta, æqvè ut nunc etiam Rex Galliæ ac Hiſpaniarum humanô ſemine novum ſtabilire intendunt mixturæ genus; qvô ſucceſſu aut effectu, dabit dies. (Conf. Jerem. XXXI, 27. *ſeminabo* vel fœcundam faciam, *domum Iſraël & domum Juda* ſemine hominis & ſemine animalis.) Haut abſonè autem

connubia

Digitized by Google

[illegible] accenſere licebit, v. g. Theodoſii M. Valentiniani filiam [illegible] Valentiniani III. Theodoſii II. filiam Eudoxiam ducentium, [illegible] *Synop. hiſt. univ. p. 56. ſeqq.* item connubia inter Re[illegible], Sveciæ, Angliæ, Daniæ, &c. utpote, qvi omnes membra [illegible] imperii Romani, imò nec hodie ejusdem adeò poſt[illegible] præſertim, ſi negotium fortè ſit ipſis cum communi [illegible] hoſte, Gogô ſcil. Turcicô, Taceo reſpectus alios in[illegible] Romanum, Regesq; cæteros vicinos. Alii mixturam [illegible] exponunt de variarum nationum in unô imperiô coa[illegible], qvæ ob varios mores firmiter neqveunt coaleſcere, æqvè [illegible], diverſæ adeò naturæ, neqveunt invicem cohære[illegible] nationum diverſitas adfuit vel maximè, cùm hæcce [illegible] in ſtatu adhuc eſſet robuſtiſſimô ac planè ferreô. De [illegible] להון *ad eſſe ipſa*, vel *ut ſint*, vid. Buxtorf. *Gramm. Chald.* [illegible] eſt infin. verbi הֲוָא *fuit*, cum affixô הון, ſicut c. V, 17. eſt [illegible] *ut ſint ipſa*,

וְלָא־לֶהֱוֹן דָּבְקִין דְּנָה עִם־דְּנָה [illegible]
[illegible] לָא מִתְעָרַב עִם חַסְפָּא׃

[illegible] adhærebunt ſibi, ſicut &c.) Irritus hic eſt qvæſitæ [illegible] nimirum ut ferrum argillæ unitum non diu perſeve[illegible] ſuperveniat æſtus, imber, procella, aut violentum qvid [illegible] talia diſſiliunt; aut argilla, ſi igni non fuerit ſatis [illegible] ferrum & argilla nunqvam igni poterunt ſimul [illegible] maſſam redigi, &c. ſic pari etiam ratione Monar[illegible] membra parùm ſtabiles inibunt invicem ſocietates; [illegible] ſibi mutuò fortè adhæreſcant, (qvanqvam etiam [illegible] inter hujusmodi perſonas non nova ſint, aut infre[illegible] [illegible]orum parentes, fratres, aut affines pactis con[illegible] ſibi ſive mutuò inſtar conjugum adhæſerunt, qvo[illegible] [illegible]modi perſonis matrimoniô junctis verbum דְּבַק [illegible] 24. *Conf. 1. Reg. XI, 2. Ruth I, 14. Prov. XIIX, 24.* [illegible] cum accipitribus aut corvis, canum cum feli[illegible] vulpibus aut apris nulla datur conſtans ſocietas, [illegible] nec nationum adeò diſſidentium peren[illegible] invicem conjunctio aut fœdus.

Poriſmata ex Verſ. XL. XLI. XLII. & XLIII.

1. In magnis imperiis magnæ etiam ferreæqve plurimorum hominum atqve nationum dantur comminutiones, oppreſſiones, expilationes, &c.

2. *Diſcordiâ* magnæ res dilabuntur, ſicut concordiâ parvæ creſcunt. Docent hoc Imperii Romani rudera nimis ad oculum: qvibus addi poſſunt maximæ urbes, familiæ, collegia, inteſtinis diſſidiis horribiliter peſſundata atq; abſumta.

3. Ferreum imperium in teſtam lutumq; deſinens egregiè mundi hujus depingit vanitatem: præcipuè ſi addamus aureum ſtatuæ noſtræ caput. Sic namq; aureæ ſæpius mundanorum putantur voluptates, vigentq; omnia ſub initium; ſed *extrema gaudii luctus occupat*, ferrei tandem fiunt terrei: feliciſſimi qvandoq; pereunt miſerrimè: Intuere Belſazarem, Sennacheribum, Cyrum, Alexandrum M. Jul. Cæſarem, Pompejum, &c.

4. Sicut digitorum qvidam h.l. ferrei, qvidam lutei: ita in omnibus fermè ſocietatibus ac claſſibus mixtura deprehenditur ingeniorum, adeò ut nec vires, nec fortunæ æqvaliter ſe habeant, unde odia, invidiæ, æmulationes, &c. Hinc communiter olla ferrea tandem juxta ſe natantem conterit fictilem, potentior inferiorem. Chriſtianus verò qvivis conatur potiùs eſſe aureus, qvàm luteus, ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα, inqvit Apoſtolus, *1. Cor. XII, 31.* ſi luteum juxta ſe cernit proximum, exercet ſuam in eôdem patientiam, ſi ferreum, ſuum obſeqvium, &c.

5. Connubia inter partes diſſidentes ineundæ pacis ergò ſtabilita, ſperatô communiter caruerunt eventu; potentior qvippe eſt vis ambitionis, qvàm cognationis: imò converſatio inter hujusmodi conjuges ex diſtinctis adeò nationibus copulatos, qvorum alter vix aſſeqvitur lingvam alterius, non ſemper eſt amabiliſſima, aut odiorum priſtinorum extinctiva. Ita fruſtra Pompejo nupſit Julia Julii Cæſaris filia; Antonio Octavia, ſoror Octavii Auguſti: item Berenice Ptolomæi Philadelphi filia Antiocho Theo. filio Soteris; Cleopatra filia Antiochi M. Ptolomæo Epiphani: Qvorſum referri etiam poterunt connubia inter diſparis religionis perſonas, de qvibus latè Serrarius *tom. II. Opuſc. f. 70. ſeq.* it. Rivetus *ad Pſal. XLV. p. 337. ſeq.* Menzerus *de Conjug. p. 147. ſeq.* B. Gerhard. *tom. VII. L.L. p. 599. ſeq.* Ben. Carpzov. *lib. 2. defin. Eccl. f. 9.*

6. Intereà

[illegible] interea non negatur, nuptiis nonnunqvam etiam ex hoſtibus factos [illegible] amicos, qvomodo v.g. nuptiis Gillæ Gallorum regis Caroli [illegible] filiæ, Dux Normandiæ Rollo ex hoſte factus eſt Gener, & [illegible] Herculis Ferrariæ ducis filia matrimoniô cum Franciſcô Friderici [illegible] filiô acerbiſſimis odiis finem impoſuit; Eleonora Auſtriaca Franciſco Galliarum regi nuptum data pacis ſtabilimentum [illegible] vinculo colligavit, & Germana Ludovici XII. Gall. regis ex ſorore neptis connubiô Ferdinandi Hiſpaniæ Regis, pacem firmavit, &c.

7. Qvàm ineptè autem Scioppius, Papiſtæq; alii ex textu hôc infringere conentur noſtram de Anti-Chriſtô Romanô doctrinam, eò qvod Rom. imperium non ſit penitùs deletum, qvod tamen ipſi exiſtimant prius futurum, cùm pedum digiti (X. Reges) non ſint orituri ante [illegible] (Monarchiæ Romanæ) finem, &c. diſcuſſit inter cæteros [illegible] *de Anti-Chriſtô p. 131. ſeqq.*

וּבְיוֹמֵיהוֹן דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן

In diebus autem regnorum illorum.) Secundùm fontes: *Et in diebus illis regum iſtorum.* Commemoratis mundi imperiis præcipuis, [illegible] tangit regnum etiam Meſſiæ ſingulariſſimum, qvod ab [illegible] plurimis modis eſt eritq; diſtinctum. Notanda autem [illegible] (1) tempus, (2) autor, *Deus qvippe cœli excitabit.* [illegible] ratione ſuæ tùm (α) perpetuitatis, *in ſeculum* [illegible] (β) immobilitatis, *alteri nationi non tradetur*: tùm (γ) [illegible] *comminuet reliqva regna, &c.* (4) Schema præfigurans [illegible], *2. à monte abſciſſus, 3. absq; manuum ope, 4. ſtatuam* [illegible] *iens*, v. 34. *5. cunctas ſtatuæ oſtenſæ partes comminuens* [illegible] 6. Comminutas inſtar glumæ penitùs abducens atq; [illegible] in montem planè immenſum totiusq; orbis repleti[illegible]. Qvod itaq; (1) *tempus* attinet, excitati hujus re[illegible] dies, ita tamen, ut per eosdem indicentur *tempora* [illegible], ut aliqvi volunt, qvomodo *Jer. XXIII, 5.* dici[illegible], &c. Conf. *Pſal. XIIX, 1. 19. XLIV, 2. LXXVII, 3.* [illegible] *CIII, 15. Prov. XXVII, 1.* Non tamen dierum memi[illegible] IVtæ unius, ſed in plurali מַלְכַיָּא אִנּוּן *regum illo*[illegible] per crura ferrea Monarchiæ qvartæ atqve ultimæ fue[illegible] adeò ſi nativitatem Meſſiæ præciſè hîc velis prædi[illegible] deberet, per Enallagen numeri, pluralem poni pro unô ex VERSUS XLIV.

Digitized by Google

pluribus, vel ſicut Druſius effert, *lib II. Miſcell. c. 42.* Dualis aut Pluralis uſurpatur, qvoties è duobus aut pluribus unum aliqvod certum incertè ſignificant, v.g. ſepultus eſt *in urbibus Gilead*, h.e. unâ aliqvâ illarum urbium, *Jud. XII, 7.* Plantata penes *rivos* aqvarum, h.e. unum aliqvem rivorum *Pſal. I.* &c. Vid. Tarnov. *ad Zach. IX, 9. p. 230.* Wyſsii *Dialectologiam p. 95.* Gataker. *Cinnum p. 332.* Atq; ſic &, h. l. ſenſus foret; *in diebus* (unius alicujus) *regum iſtorum* Romanorum h. e. tempore Auguſti naſcetur Rex ille ſublimis, &c. *Luc. II, 1. cap. I, 32. Matth. II, 2.* Qvod ſi verò non ſolam regis nativitatem, ſed regni tùm exordia, tùm progreſſum, (velut etiam res ipſa poſtulat,) opinemur hîc expoſita, omninò propriè Pluralis eſt accipiendus, adeò, ut non in unius fortè Auguſti, Tiberii, aut Neronis diebus hæc contigiſſe aſſeramus, ſed potiùs per tempora regum illorum Monarchiæ qvartæ omnium, ita ut ſub qvibusdam regni hujus cœleſtis facta fuerint primordia, ſub qvibusdam idem fuerit dilatatum, usq; dum tandem ſub ultimis regibus *Monarchiæ* IV. pedumq; extremis digitis, totalis ſubſeqveretur annihilatio, cœleſtisq; gubernationis plenaria conſummatio.

יְקִים אֱלָהּ שְׁמַיָּא מַלְכוּ

Suſcitabit Deus cœli regnum.) En (2) Autorem, *Deum cœli*, cujus etiam ſuprà facta mentio, *v. 18. 28. & 37.* Nimirum, licet omnium regnorum collator directorq; unicus ſit ſolus Deus, *v. 21.* non tamen ullum eâ curavit attentione, qvâ hocce ultimum. Hinc ipſi qvoq; hîc tribuitur tùm ſuſcitatio, tùm ſuſcitati ſtabilitio; qvam
קום utramq; includit verbum יְקִים *excitabit, confirmabit*, à Rad. קום *ſurgere, ſtare*; qvaſi diceret; cùm regna ſuperiora, permittente rerum Rectore ſupremô ſapientiſſimô, plerũq; excitaverit humana ambitio, ſtabiliveritq; robur ut plurimum tyrannicum, nova planè hîc deprehendetur virtus cœleſtis, qvæ tàm regem, qvàm ſubditos, tàm regni formam, qvàm fortunam moderabitur, intimoq; proſeqvetur favore. Qvorſum etiam facit, qvòd hoc ipſum Chriſti dominium communiter in N. T. appelletur *regnum cœlorum*, utpote *à Deô cœli* ſuſcitatum, cœleſti & non humanô more adminiſtratum, &c. Referunt huc aliqvi tenuiſſima regni hujus principia, qvando Meſſias inſtar virgulti ex abjectô Iſai truncô *fuit excitatus*. Eſa. XI, 1. usq; dum pedetentim aſſurgeret magis, inqve tantam cum regnô ſuô tandem excreſceret molem mirandam. (3) *Regnum* ipſum vocatur מַלְכוּ, non, qvòd cum ſuperio-

ribus

Digitized by Google

[illegible] ſit idem, vel uniforme, (nam & ipſis idem hactenùs [illegible] nomen;) non enim eſt de hôc Mundô *Johan. XVIII, 36.* [illegible] vocatur ratione potentiæ adminiſtrationisq; prorſus [illegible] ac majeſtaticæ, ſicuti id alibi doceri ſolet pluribus. Refu[illegible] dignus eſt hîc *Grotius*, qvi contra unanimem Chriſtiano[illegible] Judæorum conſenſum regnum hoc interpretatur de im[illegible] perpetuò manſurô, atq; Eccleſiæ ſede futurô: voluit [illegible] ludere, vaticinia de Chriſtô evertere, ſuâqve ſingularita[illegible] qvandam gloriolam captare. Pluribus hunc refutavit [illegible] *in anim. b. l.*

דִּי לְעָלְמִין לָא תִתְחַבַּל

[illegible] *æternum non diſſipabitur.*) Eſt hoc regni attri[illegible] immune eſſe ab omni corruptione in perpetuum. Ubi Verb. [illegible] in Hithp. poſitum, idem eſt ac *deſtructus fuit*, [illegible] hæc forma redit inferiùs c. VI, 27. *regnum Dei viven[illegible] non* תתחבל *diſſipabitur, & poteſtas ejus usq; in finem.* & c. VII, 14. *deditq; ei* (filio hominis in nubibus venienti) *pote[illegible] poteſtas æterna, qvæ non auferetur, & regnum [illegible]* תתחבל *corrumpetur:* (præter hoſce textûs in Hith[illegible] in ſacris.) Radix ipſa חבל in Pahel ſolùm legitur [illegible] *arborem* וְחַבְּלוּהִי *& deſtruite ipſam.* cap. VI, 23. [illegible] *& non* חַבְּלוּנִי *deſtruxerunt me.* Et deniqve Eſr. VI, [illegible] *omnem regem & populum, qvi miſerit manum ſuam [illegible] deſtruendam domum Dei iſtam, qvæ eſt in Jeruſalem.* Ex [illegible] colligitur, talem tantamq; regno huic ultimo prædi[illegible] ſecuram, qvæ nullam expertura ſit ſive internam, ſive [illegible] perturbationem, qvæ à cunctis ictibus, morſibus, im[illegible] prorſus libera; aliter ac regna hujus terræ, ubi ob ſubdi[illegible] impatientiam, novitatisq; aviditatem, ingentes ſæpè excitan[illegible] regiminis formæ mutantur, Monarchicâ converſâ in Ari[illegible] vel Democraticam: Vel ubi externi reges ſive vi ſive dolô [illegible] exigunt Dominos, &c. atq; hæc ſecuritas non aliqvot erit [illegible] non ſeculi unius, vel etiam multorum, verùm לְעָלְמִין *in* [illegible], h. e. durabit in omnem æternitatem. Confer. [illegible] *VI, 27. cap. VII, 14. 27. Mich. IV, 7. Luc. I, 33.* Adeòq; li[illegible] vel Eccleſiæ Chriſti membra, non unam ſemper eandemq; [illegible] formam, ſed variis ſubjecta ſint mutationibus, rex ipſe ta-

 men

Digitized by Google

men cum ſuô dominiô imperturbatus ſemper manet, ſine hujus permiſſione ne pilus qvidem ullius ſubditorum ſuorum de capite in terram decidit, nedum ut dominium à qvôqvam hoſtium infringi ullatenus poſſit.

וּמַלְכוּתָהּ לְעַם אָחֳרָן לָא תִשְׁתְּבִק

Et regnum ejus alteri populo non tradetur.) Eſt hoc attributum regni *alterum*, videlicet immobilitas; qvippe in antecedentibus ita fieri conſveverat, ut non tantum de perſonâ in perſonâ, ob caſus mortis intervenientes, majeſtas fuerit devoluta, verùm de populô etiam in populum, de Chaldæis ad Perſas, de Perſis ad Græcos, de Græcis ad Romanos ſumma rerum devenerat; at nunc nihil horum emerget unqvam ulterius, una ſiqvidem manebit perſona regens, unus etiam idemq; regi huic ſemper adhærebit populus, videlicet Eccleſia; qvæ inſtar corporis cum ſuô capite indeſinenter manebit copulata. In fontibus eſt Rad. שְׁבַק *reliqvit*, (v.g. radicem arboris in terrâ, ne unà cum truncô aut ramis ſeponeretur, *cap. IV, 12.20.23.*) qvæ in paſſivâ hâc formâ nullibi recurrit ampliùs. Adeoq; tùm regis mors, tùm viventis à regnô depoſitio, ſimul hîc removentur. Notandum verò in fontibus Pronomen *ejus* non eſſe maſculinum, regem fortè qvoad ſenſum reſpiciens, ſed fœmininum (הּ) qvod ſine dubiô pertinet ad antecedens fœminin. מַלְכוּ *regnum. Regnum verò regni* commodiſſimè exponitur per majeſtatem, regiamq; eminentiam, penes regnum illud repoſitam, qvæ ab Eccleſiâ, ejusdemq; capite Chriſtô nunqvam erit ſeparanda. Hinc Junius & Piſcator: *Et gubernatio illius populo alteri non relinqvetur.* Conf. Matth. XVI, 18. *portæ inferorum non prævalebunt ei.*

שבק

תַּדִּק וְתָסֵף כָּל־אִלֵּין מַלְכְוָתָא

Comminuet autem & conſumet univerſa regna hæc.) *Tertium* h.e. attributum, reliqvorum ſcil. regnorum abolitio. Ubi geminum in fontibus adhibetur verbum, tùm דְּקַק *comminuit*, qvod de Romanorum qvoq; vi uſurpabatur *v. 40.* tùm הֲסֵף *finem fecit*, (à סוּף *finiit*, cap. IV, 30. unde etiam nomen סוֹף *finis.*) Sicut itaq; regnum Romanorum antecedens Græcorum comminuebat ita, ut non penitùs unà cum præſidibus univerſos aboleret ſubditos, omnesve priſtinas inverteret leges aut ſtatuta, &c. ſed ſubditos à vetere dominô revocabat ſaltem ad novum, honorem tributumq; alteri priùs exhibita

סוף

exigebat

Digitized by Google

[illegible] ſtatuta pro ſuô vel abrogabat, vel approbabat arbitriô, [illegible] autem capitali plectebat ſuppliciô; ita Rex Meſſias comminuet [illegible] regna mundi univerſa, non omnem omninò abrogando [illegible] vim politicam, magiſtratusq; cum ſubditis nexum, &c. ſed obſequium ſolùm in novum derivando dominum, rationem humanam captivando in fidei obſeqvium, citra armorum carnalium concurſum 2. Cor. X, 4. mandatorum Idololatriæ propagandæ cauſâ à regibus illis emanantium (ut Dan. III. &c.) vim inhibendo, adeò ut Chriſtiani illis [illegible] moveantur, rebellesq; aut impœnitentes meritis afficiendo ſuppliciis. Et cùm notorium aliàs regni Meſſiæ ſit diſcrimen, qvò vel gratioſè, vel glorioſè gubernat ſuos, ſive qvod poſt adventum [illegible] jam exercetur in tempore, & aliqvando poſt adventum [illegible] exercebitur in omnem æternitatem, finitô omni tempore: [illegible] duplici hôc reſpectu duplicem etiam regnorum meritò hîc [illegible] abolitionem: *unam*, qvæ jamjam facta eſt, promulgatô per orbem Evangeliô; *alteram*, qvæ olim adhuc ſperanda eſt, [illegible] ultimæ tubæ ſonô. *Prior* abolitio regna mundana [illegible] ordinem in ſuô relinqvit ſtatu, (juxta vulgatum illud: *[illegible] Politias,) poſterior* mundanis imperiis, tanqvam [illegible] ultimum ſemel imponet finem, utpote cùm [illegible] illic omnia in omnibus, 1. *Cor. XV*, 28. In deſtructione [illegible] inprimis eſt Dæmonis per cuncta mundi regna do[illegible] qvidè ſimul ac ſemel, ſed ſucceſſivè,) Chriſtusq; ſuum in [illegible] novorum ſubditorum exercuit imperium. In poſte[illegible] mundanâ omni pompâ peſſum ibunt reges cuncti im[illegible], barathrum cum ſuô præcipitabuntur dominô ſu[illegible] Beelzebubô: tùm demum ſceptrô comminuentur [illegible] magnates *Pſal. II*, 9. 10. (conf. *Jeſa. VI*, 12.) beneq; erit [illegible] confiſis. Illuſtrari etiam regnum hoc ultimum [illegible] poterit ex collatione cum regnô Dei anguſtiore in ſo[illegible] Meſſiæ adventum: nam ſicut illic Dei regnum ad unam [illegible] nationem, ita nunc Meſſiæ regnum ſive Chriſtiana Re[illegible] pervagabitur.

[illegible] *Et ipſum ſtabit in æternum.*

[illegible] attributô primô: adeòq; ſenſus eſt; Cùm aliàs [illegible] non pauca debilitentur, tandemq; peſſum eant

regna

regna, hoc tamen ultimum cœleſte nil hujusmodi habebit metuendum, verùm ſicut Deus cœli illud יְקִים *ſtare fecit*, ita etiam תְּקוּם *ſtabit in ſecula*, nullis obnoxium mutationibus, ſive forinſecùs, ſive intrinſecùs metuendis. Et qvanqvam, (qvod aliqvi objiciunt Judæi) paſſim proſcribatur Chriſtiana religio ex unâ alterâve provinciâ, non tamen propterea ipſum Chriſti abolêtur interitve regnum, qvin ſemen ipſe habebit potiùs in ſeculum *Jeſa. LIII, 10. Pſal. XXII, 28. 31.* Si non hîc, ſanè alibi.

VERSUS XLV.

כָּל־קֳבֵל דִּי חֲזַיְתָ *Secundum qvod vidiſti.*

Præmiſſæ prædictioni majoris evidentiæ causâ denuò ſubjungitur viſio rem hanc eventuram præfigurans. Et qvidem connexio fit per particulas כָּל־קֳבֵל־דִּי *propterea qvod*; de qvibus vide sîs *v. 8. 10. & 40.*

דִּי מִטּוּרָא אִתְגְּזֶרֶת אֶבֶן

Qvod de monte abſciſſus eſt lapis.) Obſervanda hîc veniunt (1) אֶבֶן *lapis*, per qvem conſenſu unanimi Rex regum Meſſias unà cum regnô ſuô intelligitur. Et qvidem ſicut idem aliàs indicatur per lapidem, ſuper qvem unum ſeptem oculi &c. *Zach. III, 9.* per petram, cui ſuperædificabitur Eccleſia, *Matth. XVI, 18.* qvæ comitabatur Iſraëlem per deſertum, *1. Cor. X, 4.* per lapidem offenſionis & reſurrectionis, *Jeſa. IIX, 14. Matth. XXV, 44. Luc. XX, 18. Rom. IX, 32. 33. 1. Petr. II, 7. 8.* qvem reprobârunt ædificantes *Pſal. CXVIII, 22. Matth. XXI, 44.* qvi honori eſt credentibus, qvi lapis eſt munitionis, anguli pretioſi, fundamentalis, &c. *Jeſa. XXIIX, 16. Rom. IX, 33.* &c. Ita h. l. poſt commemorata metalla omnis generis, (qvæ & ipſa ex lapidibus excoqvi ſolent *Job XXVIII, 2. Deut. IIX, 9.*) non immeritò ſubſeqvitur ejusmodi lapis, qvi nec aurum, nec argentum, nec æs, nec ferrum eſt, h. e. novæ prorſus à mundanis hiſce regibus conditionis, in relatione ad ſplendorem mundi penitùs abjectus, robore tamen univerſa ſuperans & contundens. Et qvidem lapidis fit mentio, non ſaxi ingentis, utpotè qvia Meſſias ratione humanitatis aſſumptæ, in ſtatu præſertim exinanitionis, ſatis fuit humilis atq; puſillus, qvod ejusdem pauperies, toleratæ ærumnæ, convicia, dolores, tandemq; mors ipſamet ignominioſa, abundè ſatis oſtendunt. Conf. *Philipp. II, 6. ſeqq.* Ita Meſſiæ qvoq; hujus regnum inſtar exigui ferme lapilli tenuia ſatis habebat exordia, adeò, ut anguſtus Diſcipulorum adſciſceretur numerus, ut nil niſi deſpectus

Digitized by Google

[illegible] adhæreret aſſeclarum cœtus, &c. Atqve ſic repræſentabat lapidem exiguũ, à montis cacumine nunc abſciſſum, qvi in ſublimi vix cernitur, & [illegible] nunc è longinqvô ſenſim incipit, tardiùsq; initiò moveri videtur. Tacemus, qvæ de lapidis duritie, uſu ad proſternendum Goliathum, ad extruenda ædificia, muniendum hortos, &c. *Pererius* atque alii adducunt copioſè; qvanqvam eadem ad præſentem ſcopum vix conducant. Qvid Joſephus *l.10. Antiq. c.11.* ſenſerit, omittens hæc in recitatione ſomnii, videlicet Judæorum regnum debellaturum eſſe aliqvando Romanos, &c. cognoſci poterit ex *Pererio & Sanctiô.* Qvomodo antiqvi Rabbini Meſſiam in textu hôc agnoverint, ex Breſchit rabba adducit Galatinus *lib.3. Arc. Cath. ver. c.21.* (2) Origo, unde lapis hic profectus, indicatur voce טורא *mons*, qvæ vox haut dubiè ab Ebr. צור *petra* traxit originem, exponiturq; à R. Nathane per הר *montem.* Per eandem autem *Vigilantius* olim temporibus Hieronymi intelligebat *Dæmonem*, eò qvòd Chriſtus aſſumſerit corpus Adam, qvi Diabolo antea per vitia adhæſerat, natus de virgine, ut à monte, h.e. à Diabolô hominem ſepararet. Qvàm acriter autem hunc perſtringat prædictus Pater, vide sîs *Epl.LXXV. ejusd. vel part.I. Ep.XLIII.* Ambroſ. *Serm.XXX.* & Cyrillus *lib.V. theſaur. cap. ult.* Æternam filii [illegible] attendentes, per montem intelligunt *Deum Patrem*, ex qvô generatus Filius *ſine manibus*, h.e. *absq; ullius creationis acceſſu.* (De Ambroſio tamen, ſi lubet, conſulere poteris Crameri *Scholam* [illegible]) *Calvinus* exponit montem de cœleſti *Patris gloriâ*, [illegible] non ſit venturus ex terrâ, ſed deorſum, &c. Communi- [illegible] ad beatam hæc referunt *Virginem*, qvæ monti ſimilis [illegible] virtutum omnium eminentiam, perfectionis cul- [illegible] ratione habitâ textuum Scripturæ aliorum, haut aber- [illegible] montem hunc accipiamus cum Auguſtinô *tract. I. in* [illegible] *ſuper Job.* Phil. Melanch. aliisq; *regnum* vel Eccleſiam [illegible] namq; *montes* denotare ſolent præalta beneq; munita [illegible] qvæ longè lateqve conſpiciuntur, tutum aliis præbent refugi- [illegible] *Pſal. XXX, 8. XLVI, 3. 4. Jerem. LI, 25. Pſal. XCVII, 5. LXXVI, 5.* [illegible] *Apoc. IIX, 8.* Præterimus, qvæ de monte Sion paſſim oc- [illegible] in ſacris. Neq; abſurdum foret, κατ' ἐξοχὴν h.l. per montem [illegible] Sionem indicatum. Atq; ſic Davidis qvoq; majeſtas [illegible], ut *monti* meritò compararetur ejus regnum *Pſal.* [illegible] Qvanqvam verò tempore nativit. Chriſti in oculis homi-

טורא

num arbor hæcce ingens redacta fuerit in humilem præciſumq; truncum, *Jeſa. XI, 4.* nihilominùs in oculis Dei ſatis adhuc honorificum retinuit æſtimium, adeò, ut illinc prodiret ſurculus incomparabilis, carnemq: ſuam inde aſſumere non vereretur æternum verbum. Per *abſciſſionem* ab hôc monte ſimpliciſſimè ſignificari dixerimus Meſſiæ in hanc lucem ortum; ſingularem planè ac ſupra naturæ curſum, adeò, ut, qvi priùs in lumbis delituerat majorum, nunc ſeorſim prodeat in publicum; qvâ ratione etiam aliàs *Jeſa. LI, 1.* de extraordinariâ Iſaaci ex ſterilibus Parentibus nativitate legitur: *aſpicite*, (ô Iſraëlitæ) *unde exciſi eſtis, & ad perforationem ciſternæ, unde eruti eſtis.* (Vis interpretationem? en! mox v. 2.) *aſpicite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram, qvæ parturivit vos,* &c. Addi poſſet, Lapidis hôc è ſupernis lapſu indicatum qvoq; ſimul fuiſſe Chriſti Domini de cœlis adventum atq; ortum *Johan. III, 13. 1. Corinth. XV, 47.*

די־לא בידין *Sine manibus.*

Pertinet hoc (3) ad cauſæ falſæ remotionem, nulli videlicet humanæ argutiæ, induſtriæ, vel poteſtati ullum hîc eſſe locum, qvalis fortè in abolitione Monarchiarum antecedentium; verùm in ſolidum hoc omne tribuendum eſſe divinæ ſapientiæ ac operationi cœleſti. Trahitur hæc clauſula à non paucis ad nativitatis ex Mariâ Virgine ſingularitatem, qvòd ſine ullius viri concurſu eadem peracta fuerit; ita *Geſnerus*, qvam tamen interpretationem inconcinnam judicat *Calvinus*; qvo jure, jam non laborabimus. *Hippolytus Martyr*, & *Wigandus* idem hoc ſignificare cenſent, atq; ſecundum Chriſti adventum fore improviſum & repentinum hominibus, qvippe qvi incautos opprimet. Alii referunt ad merita humana, qvòd nulla horum circa adventum Meſſiæ maturandum procurandumve ſit futura ratio, juxta illud *Tit. III. apparuit* φιλανθρωπία *Salvatoris Dei non ex operibus juſtitiæ, qvæ fecimus nos; ſed ſecundùm magnam miſericordiam ſuam,* &c. Simpliciſſimum eſt, lapidem hunc fuiſſe devolutum ſuopte robore, ſuaptè vi, ſine auxiliô alienô, *Jeſa. LXIII, 5.* ſine etiam politurâ cujusqvam, ſine formâ aut decore, qvô placuiſſet, *Jeſa. LIII, 2.* Atq; ſic *Jacchiades* exponit מעצמו *per ſe*, aut à ſeipſô avulſus eſt, non hominum manibus.

והדקת פרזלא נחשא חספא כספא ודהבא

Et comminuit teſtam & ferrum.) En (4) Effectum lapidis non ab aliô moti, ſed cœlitùs qvaſi delabentis, videlicet *ſtatua in pedibus*

Digitized by Google

[illegible]tionem, v. 34. *concuſſaq; qvoad membra ſingula comminutio-nem v. 34. & 35.* Oritur hîc dubium, qvomodo Lapis hic comminuere potuerit caput Monarchiæ Aſſyriacæ, pectus Perſarum, ventrem Græcanum, cùm tamen eadem jam olim abolita & comminuta eſſent? Reſpondet *Maldonatus*: Qvi comminuit Romanum, is etiam conſeqventer Græcum, Perſicum, ac Aſſyriacum comminuiſſe dicitur: Imò Christus qvà Deus, regna illa mutaverat, ut futuro ſuo regno via præmuniretur, ſecundùm *Dan. IV,14.29.* ubi Deus regna de gente in gentem transferre dicitur. Verùm, qvot incommodis laboret hæc reſponſio, non opus erit excutere. Dicimus, hoc pertinere ad viſionis picturam, in qvâ non ſingula exactè cum re ſignificatâ ſunt conferenda; qvomodo in parabolis qvoqve, modò de nucleô conſtet, ſupervacanea eſt corticis qvoad minutiſſima qvæq; examinatio. Scopus eſt, lapidem, ſeu Meſſiæ regnum novam planè faciem toti orbi ſuperinducturum eſſe; idq; in extremô potiſſimùm die, intereà neceſſe non eſt, ut nunc adhuc caput aureum, unà cum pectore ac ventre notabiliter conſpicuum preſtò adfuerit, cùm dudum eâdem ratione mundani ſui ſplendoris jam evanuerint. Succedit dubium aliud: ſi Meſſiæ regnum comminuit Monarchiam Romanam ultimam, cur per tot ſecula [illegible] floruit adhuc poſt Chriſtum natum, æqvè ut inchoârat, anteqvam [illegible]? Reſp. Cominutio adventus primi (qvem intendi hîc cenſet Juſtinus Martyr *dial. cùm Tryphone*, Cyprianus *lib. II. contra Judæos XVII.* Hieronymus, Auguſtinus, Paulus Burgenſ. alii,) non erit [illegible] circa Politicum regimen, ut ſuprà diximus, ſed circa [illegible] qvartâ hâc per univerſum orbem Monarchiæ ſubjugationem. Et qvòd planè alia ac diverſa regis hujus ſit futura tùm gubernatio, tùm regnorum cæterorum abrogatio, ſatis illinc colligitur; qvòd non per aliqvam ſtatuæ hujus partem, veluti regna reliqva per caput, pectus, &c. verùm per lapidis aliundè adventantis mirandum [illegible] incrementum, qvi univerſum tandem replevit orbem, fuerit ſignificatum. Qvorſum pertinent cuncta illa dicta, qvæ ſpirituale [illegible] exprimuntqve Chriſti regnum in abolitione peccati, reſtitutione juſtitiæ, percuſſione ſpiritu oris facta, &c. *Dan. IX,26. Jeſa.* [illegible] *XLII,1.6. XLIX,6. LXI,1. ſeq. Jer. XXXI,33. Zach. IX,9. &c.* Qvibus [illegible] ſufficit, regem hunc ultimum novam prorſus per univerſum [illegible] introduxiſſe parendi formam, qvâ non tàm corpore ac bo[illegible], qvàm ipſâ animâ, qvæ tota in obſeqvium traditur ſanctiſſimo

mo huic regi cum diſpendiô facultatum, famæ, vitæq; ipſius, uti factum eſt in perſecutionibus, fieriq; ſolet adhuc hodiè in abnegatione ſui ipſius, imitatione Chriſti, &c. Qvod ipſum abundè comprobat, regna priſtina, in collatione ad hoc novum atq; ultimum, nullius planè eſſe æſtimii aut honoris, verùm meritò comminuta ipſa dici per lapidem hunc incomparabilem; & modis qvidem non politicis, verùm partim doctrinâ, partim vitâ ſanctâ, partim miraculis; comminuta ſunt non omnimodâ populorum interfectione, ſed errorum in mente, vitiorumq; in voluntate, affectibus ac vitâ deſtructione, comminuta ſunt qvoad vanitatum ejusmodi vilipendium, utut perſiſterent adhuc dominia ob regimen ſubditorum ordinatum, &c. Si urges, qvæ ſuperiùs *v. 35.* dicta ſunt de comminutione ſtatuæ tali, qvâ in glumam, ventô ablatam, redacta fuêre ſingula, adeò, ut ne locus qvidem repertus fuerit eorundem. Reſpondemus; hoc comminutionis complementum, ultimamq; velut clauſulam pertinere ad alterum demum regis hujus cœleſtis reditum; æqvè ut lapidis incrementum ſtatim cum promulgatô Evangeliô cœpit; verùm tùm demum perfectè mons hic univerſam replebit terram, qvando ſubjecti ipſi erunt hoſtes ſinguli, etiam extremus, nempè Mors, *1. Cor. XV, 25.* qvando abrogabit omnem principatum, & omnem potentiam, &c. *v. 24.* Atqve ſic de ſecundô Chriſti adventu hæc dicta cenſent Irenæus *lib. V. cap. 26.* Tertull. *l. II. contra Jud. c. XIV.* Origenes *Dial. I. contra Megeth.* Anaſtaſ. Epiſcopus Nicænus, *qv. LII. in ſcript.* Theodoretus, Rupertus, Carthuſianus, Lira, Vincentius Lirinenſis, *Opuſc. de fine mundi,* Oecolampadius, Wigandus, Gerhardus *tom. IX, LL. p. 28. 29.* &c. Nihilominus intereà qvoqve idem mons repleviſſe terram exiſtimandus eſt, eò qvòd Evangelii tuba omnia pertranſierit loca, *Pſal. XIX, 5. Rom. X, 18.* ſcientiâ Dei repleta eſt terra, *Jeſa. XI, 9.* ab ortu ſolis ad occaſum usq; magnum eſt Dei nomen in gentibus, *Malach. I, 11.* Ad juſſum inſtinctumq; regis hujus crucifigitur homo vetus, terrena faſtidiuntur, cœleſtia ſperantur, &c. Breviter: Comminutio poſt adventum primum facta inchoatè, poſt ſecundum fiet conſummatè: veluti *Fernandius* loqvitur in *viſione XXI. ſect. VII. §. 1.* De octo prærogativis regni Chriſti præ regnis aliis mundanis, videlicet duratione, amplitudine, vi & efficacitate, fructu, regiminis mediis ac modô (per abjectos ſcil. præcones, cruce, &c.) legum ſanctitate, fine ac deniq; Rege ipſô, vide *Perer.* & *Corn. à Lapide* fuſiùs. Confer. etiam Crameri *Schol. Proph. 6. p. 24. ſeqq.*

Digitized by Google

אֱלָהּ רַב הוֹדַע לְמַלְכָּא מָה דִּי לֶהֱוֵא אַחֲרֵי דְנָה וְיַצִּיב חֶלְמָא וּמְהֵימַן פִּשְׁרֵהּ׃

[illegible] magnus oſtendit regi, qvæ poſtea ventura, & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio ejus.) Hôcce demum Epilogô ſermonem ſuum claudit Daniel emphaticè, ita ut divinô corroboratus ſpiritu, nil qvicqvam dubitet vel ipſe, vel dubitare patiatur alios de genuinâ recenſitorum veritate. Adeoq; meminit tùm revelantis, *Dei magni*, (qvô de titulô vid. *Eſr. V, 8.*) tùm revelationis, הוֹדַע *nota fecit*, qvæ aliàs nemini noſcibilia; tùm objecti; rerum ſcil. futurarum; tùm medii ſeu ſomnii, qvòd nulli hactenus ampliùs fuerat notum, aitqve, illud eſſe יַצִּיב firmum, infallibiliter ita ſe habens, *verum eſſe prout hactenùs recenſuerat*, (qvomodo vox hæc uſurpatur *Dan. III, 24.* [illegible] יַצִּיבָא *verè ita eſt, ô Rex*, item *cap. VI, 12. 13. VII, 16. 19.*) tùm interpretationis, qvam vocat מְהֵימַן *fidelem*, omnium argutiarum, fictionis, erroriſq; aut deceptionis expertem, cui ſecurè mens regis inniti qveat, tanqvam cœlitùs oriundæ, nec ullâ humanâ fraude contaminatæ vel adulteratæ. Ita ſiqvidem idem hoc Participium verbi [illegible] *firmum, fidelis fuit*, ſemel adhuc legimus cap. VI, 5. *nullam occaſionem aut corruptelam potuerunt invenire* (in Daniele,) *eò qvòd* מְהֵימַן *fidelis eſſet, & nullum delictum aut corruptela inventa eſt in eô.* יציב מהימן

Poriſmata ex Verſu XLIV, & XLV.

I. Regnum Meſſiæ jam dudum inchoatum eſt, durat, durabitq; in [illegible] Judæos. Videatur Helvicus *tom. IV. Diſpp. Gieſſenſ. Diſp. [illegible] p. 291.* ubi Judæorum exceptiones, nec non *p. 369.* ubi [illegible] argumenta producuntur: item D. Ægid. Hunnium *tom. I. Marpurg. p. 49. ſeq.* Schollium, *tom. IV Marpurg. p. 1. ſeq.* Weidneri *loca [illegible] p. [illegible] ſeq.* Raymund. *Pugion. fidei fol. 215. ſeq.* Hadriani Fini *flagell. Judaic. lib. V. c. 1. ſeq.* Münſterum *de Meſſiâ*, Graſeri *ultima verba*, Ludov. Crocii *apodixin*, Neandri *Gram. Ebr. p. 211. ſeq.* (ubi Rabbinorum afferuntur teſtimonia.) Mornæum, *de veritat. Relig. Chriſt. p.* [illegible] Voëtii *tom. II. Diſpp. ſelect. p. 55. ſeqq.* Hornbeccii *cont. Judæos p.* [illegible] *ſeqq.*

II. [illegible] regem, Salomone majorem ac ditiorem fore aliqvando Meſſiam, cujus temporibus tamen nil in rerum naturâ mu[illegible] ſtatuit Majmonides, pluresq; Judæi alii; item moritu-

 rum

rum ipſum, regnaturosq; poſt ipſum filios ac Nepotes, &c. videatur Pokockii *Porta Moſis p. 158. ſeqq.* Verùm qvàm benè hæc qvadrent ad noſtrum vaticinium, ſimpliciores etiam dijudicare poterunt. Vide inſuper de Meſſiæ regnô *TJV. Gieſſ. p. 136. ſeqq.* Abarbinelis ſex argumenta contra Chriſtianorum Meſſiam ex textu noſtrô exſculpta prolixiùs refutata vide in Calvini *Comment. ad h. l.* Adde etiam Hulſii *Theol. Judaic. p. 558. ſeqq.*

3. Si regnum Meſſiæ eſt æternum, includitur utiq; abolitio tùm mortis, tùm cauſarum qvoq; mortis, qvæ ſunt peccata: abolebuntur illa per Meſſiam inſtar victimæ expiatoriæ ſe offerentem, *Dan. IX. Eſa. LIII.* Imò ſi Meſſias Rex erit æternus, in morte nec manere potuit ipſe, neqve ejus ſubditi morte interempti; qvin reſurgent aliqvando certò ſecundùm corpora, ſicut poſt mortem etiam indeſinenter coram Deô vivunt ſecundùm animas.

4. Si Chriſti regnum æternum, æterna etiam erit ac indelebilis Chriſtianorum Eccleſia; imò immortales etiam ſunt ſeorſim ſumpti ejus ſubditi, adeò, ut in morte, ac poſt mortem vivant apud ſuum Dominium, *Johan. XVII, 24.* Neqve tamen propterea Eccleſia eſt cœtus ſemper conſpicuus ac viſibilis, ut oſtendit D. Brochmand. *Antapolog. p. 1153.* & Meiſn. *de Eccleſia p. 426.* Porrò, ut inopinatus planè erat lapidis in adventu primô caſus; ita pariter qvoq; erit in adventu ſecundô: Videatur Crameri *Schola VI. proph. p. 26.*

5. De fanaticâ non-neminis expoſitione, qvi per lapidem intelligebat principem mundanum, nativâ ſuâ ſede cedentem, occaſionemqve ſede ſtatuæ avitâ vaſtatâ daturum novo regno ultimo, qvod *cap. VII, 27.* appelletur regnum ſanctorum, ſub qvô, deletô penitùs Anti-Chriſtô, populus Dei acceſſione gentium & Judæorum numeroſiſſimâ in unum Eccleſiæ corpus colligendus ſit, &c. vid. D. Godfr. Olearii *Meletem. Acad. p. 129. ſeqq.* & Grotii *Anti-Weigel. tom. I. p. 420. ſeq.* Qvi poſterior prolixè argumenta ejus refutat. Refer huc Muhammedanorum impudentiam, qvi lapidem hunc omnia comminuentem, unamq; velut maſſam ex omnibus religionibus facientem, ajunt eſſe ſuum Muhammedem. Videatur Hornbeck *controverſ. relig. p. 127.*

6. Chiliaſtarum de regnô Chriſti terrenô per mille annos in terris fortunatiſſimô deliria ex textu hoc qvadantenus colorata diſcuſſêre jam alii, v.g. Crocius, *tom. I. Anti-Weigel. p. 399.* & *tom. II. p. 333.* Voëtius *tom. II. Diſp. ſelect. p. 1249.* fuſiſſimè. Hutterus *LL. fol. 873.* Fever-

Digitized by Google

[illegible] *tom. VII. Diſp. Gieſſenſ. p.290.* Walterus *Centur. Miſcell. p. 117.* D. Danhauerus *Hodomor. Calvin. p.3327.* Thumm. *imp. Weig. p.* [illegible]

7. Immanis eſt Papæ Rom. faſtus, qvi lapidis hujus omnia regna comminuentis vicarium ſe venditat, poteſtate tàm ſpirituali, qvàm temporali ſupremâ pollentem, adeò ut Imperatores qvoq; Roman. oporteat, (qvod h. l. Corn. à Lap. *f. 1287. lit. D.* diſertè ponit.) *à Pontifice Rom. confirmari, conſecrari, & coronari.* Sanctius *ad noſtrum* [illegible] *131.* ita ſcribit: *Alii ita rerum regnorumq; potiuntur, ut Chriſto Imperatori ſummo ſubjiciantur, cujus nunc imaginem in ejus vicariô ſummô Pontifice videmus, cujus poteſtas qvoad ſpecialem ſaltim oeconomiam ad omnia regna & regiones, etiam inacceſſas & ignotas extenditur.* Ita Pererius qvoq; p. 130. habet: *Imperatores aliosq; Reges ſummum Pontificem ut totius Eccleſiæ Paſtorem, Chriſtiq; Vicarium in terris tanquam ſuum Patrem, Principem, & Monarcham in his, qvæ ad Deum & ſalutem animæ pertinent, humiliter adorare, religioſè venerari, &c.* Et p. 136. *Chriſtus replevit orbem reverentiâ & veneratione non tantùm ſui nominis, ſed & ejus hominis, qvi Vicarius ipſius eſt in terris, ſummum dico Pontificem, quem univerſus orbis Chriſtianus honorat, ejusq; reſponſa & decreta, non ſecus ac divina oracula reveretur, &c.*

8. Eadem fermè Judæorum & Papiſtarum hîc deprehenditur ratio. Judæi, ne Meſſiam jam adveniſſe cogantur fateri, objiciunt, Romanum adhuc exiſtere Imperium, qvod tamen Meſſiâ præſente ſit abolendum. Ita Papiſtæ, Anti-Chriſti præſentiam impugnantes pariter urgent, Romanum adhuc præſtò eſſe Imperium, qvod tamen Anti-Chriſtus ſit aboliturus, &c. Ita namq; Corn. à Lap. *fol. 1286. §. Secundò: Imperium, ait, Romanum ſtabit ad finem mundi, ſcil. usq; ad Anti-Chriſtum, qvi illud deſtruet ac mox ipſe deſtruetur à Chriſtô Judice, &c.* Sed viderit Jeſuita, ne hôc modô ex Chriſtô ipſummet faciat Anti-Chriſtum. Qvi enim comminuet Imperium Rom. ceu ſtatuæ partem ultimam, is præfiguratus eſt per Lapidem à monte avulſum: Atqvi ex mente Cornelii Anti-Chriſtus eſt is, qvi comminuet Imperium Rom. Ergo. Aliàs de Rom. Imperii circa tempora Anti-Chriſti ſtatu egerunt Grawerus *tom. I. Anti-Jeſuit. p. 721.* Gerhard. *tom. IX. LL. p. 214.* Geſnerus *Diſp. in h. l. th. 76.* Brochm. *tom. II. LL. p. 830. & lib. III. contra Bellarm. p. 221.*

9. Sunt caduca in hôc mundô omnia, apud regem tamen noſtrum Chriſtum omnia æterna: æterna illic ſecuritas, ſecura felicitas, &c.

9. Aurea

Digitized by Google

10. Aurea hujus mundi deſinunt in lutum; Lapis autem in reg Chriſti exiguus ac deſpectus deſinit tandem in montem immenſura lem omniaq; replentem. Aliæ Dei, qvàm hominum, Satanæq; v Hic incipit à dulcibus ac ſplendidis, deſinens in amaris & horrend è contrà Deus. &c.

11. Ineptit Pazmanus *in hodeg.* dum ex lapidis in montem i menſum excretione, perennem Eccleſiæ viſibilitatem ſtatuminare titur. Largimur ejus per orbem univerſum præſentiam, non tam tanqvam cœtus ſub unô capite Romanô coagmentati ac conſpic ſemper, ſplendorem ſenſibilem,&c. vide Balduin. *phoſph.l.8.c.7.p.77 ſeqq.* Chamier *t.5. panſtrat. l.1.c.4.§.5.ſeqq.*

12. Deus noſter eſt *magnus*, non qvantitate, vel qvalitate acc dentali, qvomodo magnus Rex appellabatur Salomo, *Eſr.V,11.* & verùm eſſentiâ & majeſtate infinitâ, captum omnem creatum exc dente, incomparabili, immutabili, &c.

13. Ineffabilis eſt πληροφορία, qvam Spiritus S. in pectoribus fidelium, præcipuè, qvæ extraordinariè donis inſtruit Propheticis, excitat ac confirmat. Ita *1.Tim.I,15.* Paulus ait: *Certus eſt hic ſermo & dignus, qvi modis omnibus recipiatur, &c.* cap. III, 16. *ſine controverſiâ magnum eſt pietatis myſterium,*&c. Conf. *cap. IV, 8. 9. 2.Tim.II, 11. Tit. III,8.* Hujusmodi fiduciæ ac παῤῥησία in rebus fidei qvivis etiam pius debet operam dare, ne inſtar arundinis fluctuet, aut inſtar pueri imbellis talos habeat nutantes, &c.

בֵּאדַיִן מַלְכָּא נְבוּכַדְנֶצַּר נְפַל עַל־אַנְפּוֹהִי

VERSUS XLVI. *Tunc Rex Nebucadnezar cecidit in faciem ſuam.*) Incipit hîc ultima capitis ſecundi pars, de largâ regis remuneratione, qvam in tres actus diſpeſcere poterimus: *Primum* qvi immediatè contigit poſt perceptam revelationem, *v.46.47.* *Alterum* qvi aliqvantò pòſt, traditq; Danielis exaltationem, *v.48.* *Tertium* qvi ſociorum ſubjungit emerſionem *v.49.* In primô actu occurrunt tàm facta, *v.46.* qvàm dicta *v.47.* Facta ſunt (1) in terram proſtratio: *Tunc*, poſtqvam & audiviſſet, & in memoriam ſimul ſibi illa, qvorum anteà non potuit reminiſci, revocâſſet, & expoſitionis deniq; congruentiam perpendiſſet, imò interiori qvâdam ſpiritûs operatione de ejusdem certitudine eſſet edoctus, *cecidit in faciem ſuam*; non ex infirmitate, ut infrà c.VIII, 17. & 1.Sam.XXIX,20. non ob pedem forſas malè impactum, aut ex hallucinatione, ſed ex humili veneratione, qvomodo *Ruth cecidit in faciem ſuam,*

Digitized by Google

[illegible] *ſe in terram* coram Boaſô beneficô, *Ruth. II, 10.* David [illegible] coram Jonathane, *1. Sam. XX, 41.* & coram Saule, *cap.* [illegible] Abigail coram Davide *cap. XXV, 23.* Mephiboſeth coram eô [illegible] Thekoidis fœmina *cap. XIV, 4.* Joab, *v. 22.* Abſalon [illegible] coram Eliâ *1. Reg. XIIX, 7.* &c. Pari itaq; ratione pro more [illegible] Orientalium ex conſternatione qvâdam admirabundâq; [illegible] cujuſdam in vate hôc incomparabili ſuſpicione, tantus Mo- [illegible] ſubſiſteit.

[illegible] וּלְדָנִיֵּאל *Et Danielem adoravit.*

[illegible] (2) Adoratio, expreſſa verbô סְגִד qvod adorationem [illegible] religioſam, qvalis deferri debebat ex regis decretô ſta- [illegible] *cap. III, 6. 7. ſeq.* ubi itidem *Procidere & Adorare* invicem [illegible]. Unde etiam *Tirinus* in præſente textu exponit *de ado-* [illegible] *, qvæ ſoli debetur Deo,* idq; tùm ex humili prolapſu [illegible] ex ſacrificiô, qvod offerri juſſit illi. Vix tamen credi- [illegible] pro objectô adorationis ultimô & adæqvatô habuiſſe hunc [illegible] Prophetam, verùm adoravit לְדָנִיֵּאל *coram Da-* [illegible] ſummi Numinis, cujus è veſtigio *v. 47.* meminit, pe- [illegible] Unde etiam Luth. Betete an für dem Daniel. & in Scho- lio [illegible] ſondern Gott in Daniel/ſonſt hette es Daniel nicht [illegible]. Qvorſum facit, qvod præfixum ל. qvandoq; valet *apud*, ut *Pſal. CXXXIX, [illegible]. Prov. IV, 3. Eſth. X, 3.* it. Prope, *2. Paral. XX, 24.* &c. ita *Pſal. XCIX,* [illegible] *: adorate* לַהֲדֹם *ad*, vel *ante ſcabellum pedum* [illegible] non erat objectum invocationis, ſed ſolùm ver- [illegible] vel ſcopus. Et licet Rex hîc profanus Nebu- cadnezar [illegible] pro Semi-deô veneratus fuiſſet, ex ſubitô qvôdam [illegible] alios adoratores legitimos ? Ea ipſa verò adoratio [illegible] illuſtratur ab *Hieronymô* ſimili honore, qvem [illegible] Græcorum Monarcha exhibuit Jaddo vel Jojadæ, ſum- [illegible] ſummoq; illum Parmenioni exprobranti ſic excuſavit: [illegible] ſerviret ille Pontifex, qviq; ſibi in ſomnô apparue- [illegible] &c. Vide Joſeph. *lib. XI. Antiq. Jud. c. ult.*

וּמִנְחָה וְנִיחֹחִין אֲמַר לְנַסָּכָה לֵהּ׃

[illegible] *& incenſum præcepit, ut ſacrificarent ei.*) [illegible] honorificam oblationem. Res oblatæ ſunt (1) מִנְחָה מנחה [illegible] vel homini, v. g. Eſavo, *Gen. XXXII, 13. 18.* Joſe-

10. Aurea hujus mundi deſinunt in lutum; Lapis autem in regnô Chriſti exiguus ac deſpectus deſinit tandem in montem immenſurabilem omniaq; replentem. Aliæ Dei, qvàm hominum, Satanæq; viæ. Hic incipit à dulcibus ac ſplendidis, deſinens in amaris & horrendis, è contrà Deus. &c.

11. Ineptit Pazmanus *in bodeg.* dum ex lapidis in montem immenſum excretione, perennem Eccleſiæ viſibilitatem ſtatuminare nititur. Largimur ejus per orbem univerſum præſentiam, non tamen tanqvam cœtus ſub unô capite Romanô coagmentati ac conſpicuî ſemper, ſplendorem ſenſibilem, &c. vide Balduin. *phoſph. l. 8. c. 7. p. 778. ſeqq.* Chamier *t. 5. panſtrat. l. 1. c. 4. §. 5. ſeqq.*

12. Deus noſter eſt *magnus*, non qvantitate, vel qvalitate accidentali, qvomodo magnus Rex appellabatur Salomo, *Eſr. V, 11.* &c. verùm eſſentiâ & majeſtate infinitâ, captum omnem creatum excedente, incomparabili, immutabili, &c.

13. Ineffabilis eſt πληροφορία, qvam Spiritus S. in pectoribus fidelium, præcipuè, qvæ extraordinariè donis inſtruit Propheticis, excitat ac confirmat. Ita *1. Tim. I, 15.* Paulus ait: *Certus eſt hic ſermo & dignus, qvi modis omnibus recipiatur, &c.* cap. III, 16. *ſine controverſiâ magnum eſt pietatis myſterium*, &c. Conf. *cap. IV, 8. 9. 2. Tim. II, 11. Tit. III, 8.* Hujusmodi fiduciæ ac παῤῥησία in rebus fidei qvivis etiam pius debet operam dare, ne inſtar arundinis fluctuet, aut inſtar pueri imbellis talos habeat nutantes, &c.

בֵּאדַיִן מַלְכָּא נְבוּכַדְנֶצַּר נְפַל עַל־אַנְפּוֹהִי

VERSUS XLVI. *Tunc Rex Nebucadnezar cecidit in faciem ſuam.*) Incipit hîc ultima capitis ſecundi pars, de largâ regis remuneratione, qvam in tres actus diſpeſcere poterimus: *Primum* qvi immediatè contigit poſt perceptam revelationem, *v. 46. 47.* *Alterum* qvi aliqvantò pòſt, traditq; Danielis exaltationem, *v. 48.* *Tertium* qvi ſociorum ſubjungit emerſionem *v. 49.* In primô actu occurrunt tàm facta, *v. 46.* qvàm dicta *v. 47.* Facta ſunt (1) in terram proſtratio: *Tunc*, poſtqvam & audiviſſet, & in memoriam ſimul ſibi illa, qvorum anteà non potuit reminiſci, revocâſſet, & expoſitionis deniq; congruentiam perpendiſſet, imò interiori qvâdam ſpiritûs operatione de ejusdem certitudine eſſet edoctus, *cecidit in faciem ſuam*; non ex infirmitate, ut infrà c. VIII, 17. & 1. Sam. XXIX, 20. non ob pedem forſas malè impactum, aut ex hallucinatione, ſed ex humili veneratione, qvomodo *Ruth cecidit in faciem ſuam*,

[illegible] ſe ſtraviſſe coram Boaſô beneficô, *Ruth. II, 10.* Da[illegible] coram Jonathane, *1. Sam. XX, 41.* & coram Saule, *cap.* [illegible] coram Davide *cap. XXV, 23.* Mephiboſeth coram eô [illegible] Thekoidis fœmina *cap. XIV, 4.* Joab, *v. 22.* Abſalon [illegible] coram Eliâ *1. Reg. XIIX, 7.* &c. Pari itaq; ratione pro mo[illegible] Orientalium ex conſternatione qvâdam admirabundâq; [illegible] cujusdam in vate hôc incomparabili ſuſpicione, tantus Mo[illegible] ſubſiſteret.

[illegible] לְדָנִיֵּאל ־ Et Danielem adoravit.

[illegible] (2) Adoratio, expreſſa verbô סְגִד qvod adorationem [illegible] religioſam, qvalis deferri debebat ex regis decretô ſta[illegible] *cap. III, 5. 7. ſeq.* ubi itidem *Procidere & Adorare* invicem [illegible]. Unde etiam *Tirinus* in præſente textu exponit *de ado*[illegible] *qvæ ſoli debetur Deo*, idq; tùm ex humili prolapſu [illegible] ex ſacrificiô, qvod offerri juſſit illi. Vix tamen credi[illegible] pro objectô adorationis ultimô & adæqvatô habuiſſe hunc [illegible] Prophetam, verùm adoravit לְדָנִיֵּאל *coram Da*[illegible] ſupremi Numinis, cujus è veſtigio *v. 47.* meminit, pe[illegible] etiam Luth. Betete an für dem Daniel. & in Scho[illegible] ſondern Gott in Daniel/ſonſt hette es Daniel nicht [illegible] Quorſum facit, qvod præfixum לְ. qvandoq; valet *apud*, ut *Pſal. CXXXIX, 17. Prov. IV, 3. Eſth. X, 3.* it. Prope, *2. Paral. XX, 24.* &c. ita *Pſal.* [illegible] *adorate* לַהֲדֹם *ad*, vel *ante ſcabellum pedum* [illegible] non erat objectum invocationis, ſed ſolùm ver[illegible] vel ſcopus. Et licet Rex hîc profanus Nebu[illegible] pro Semi-deô veneratus fuiſſet, ex ſubitô qvôdam [illegible] alios adoratores legitimos? Ea ipſa verò adoratio [illegible] illuſtratur ab *Hieronymô* ſimili honore, qvem [illegible] Græcorum Monarcha exhibuit Jaddo vel Jojadæ, ſum[illegible] illum Parmenioni exprobranti ſic excuſavit: [illegible] ſerviret ille Pontifex, qviq; ſibi in ſomnô apparue[illegible]. Vide Joſeph. *lib. XI. Antiq. Jud. c. ult.*

וּמִנְחָה וְנִיחֹחִין אֲמַר לְנַסָּכָה לֵהּ׃

[illegible] *& incenſum præcepit, ut ſacrificarent ei.*) סגד

[illegible] honorificam oblationem. Res oblatæ ſunt (1) מִנְחָה מנחה [illegible] vel homini, v. g. Eſavo, *Gen. XXXII, 13. 18.* Joſe-

Digitized by Google

pho, *cap. XLIII, 11.* Regi Moabitico, *Jud. III, 15. &c.* vel Deo, ut *Geneſ. IV, 3. Levit II, 1. ſeq. Pſal. XL, 7. XCVI, 8 &c.* Qvô poſteriore ſenſu communiter oblationem ſignificat incruentam de ſimilâ, placentis, cum oleô, thure, ſale, &c. *Num. XV, 4. Levit II, 1. ſeq. VI, 7. ſeq. VII, 9. ſeqq.* Proindeq; parum aptè Vulgatus reddidit *hoſtias*; cùm aliàs in re ſacrâ rebus animatis hocce מִנְחָה contra diſtingvatur. (2) meminit נִיחֹחִין נִיחֹחִין odoriferorum; qvæ vox ſemel adhuc in Chaldæô redit, Eſræ VI, 10. *unde offerant ſuffimenta Deo cæli, & precentur pro vitâ regis, &c.* In Ebræô autem Codice celeberrimus eſt רֵיחַ נִיחֹחַ *Odor qvietis*, vel ſvavitatis, in qvô blandè velut qvis conqvieſcit aut tranqvillatur, *Exod. XXIX, 18. 25. 41. Levit. I, 9. 13. ſeqq. &c.* Neq; uſpiam hoc נִיחֹחַ ſine *odoris* voce poſitum reperietur. Radix eſt נוּחַ *qvieſcere, tranqvillum eſſe.* Qvanqvam verò ex *v. 6.* utrumq; hoc vocabulum exponi qveat de regiis muneribus, qvalia exhiberi ſolent benè meritis perſonis, ſive munera illa conſtent ex metallis, aurô vel argentô, ſive gemmis, ſive ex pretioſis terræ naſcentibus, ut ſunt aromata, balſamum, &c. (Confer *Gen. XLIII, 11.*) circumſtantiæ tamen textus oſtendunt, plus qvàm humanam hîc deſcribi venerationem, adeò, ut per *Mincha & Nichochin* intelligamus oblationes ſacras, cujusmodi offerebantur Paulo & Barnabæ, *Actor. XIV, 13.* Qvorſum etiam facit (3) offerendi modus in vo- נסך ce לְנַסָּכָה לֵהּ *ad libandum illi.* Ubi verbum נְסַךְ libavit non niſi hîc in Chaldaiſmô uſurpatum dèprehendimus, qvanqvam nomen נְסַךְ *libamen* legatur *Eſr. VII, 17.* inter cætera divini cultûs reqviſita. Ebraicè נָסַךְ eſt, *effudit, effundendo unxit*, ut Pſal. II, 6. item *Deo libavit* v. g. vinum, *Hoſ. IX, 4.* vel aliam rem liqvidam, ut oleum, *Exod. XXX, 1. Num. XXIIX, 7. Pſal. XVI, 4. Gen. XXXV, 14. 1. Paral. XI, 18.* (aqvam) ita de libaminibus, qvæ ſuper tecta libabantur Baali, *Jer. VII, 18. XIX, 13. XLIV, 17. ſeq. 2. Reg. XVI, 13. Ezech. XX, 28.* Proindeq; & hîc religioſa exprimitur actio, qvâ divinus honor alicui exhibetur oblatione ejusmodi rerum, qvæ certis ceremoniis aliàs conſecrari ſolent Numini, ſive vero, ſive fictitio. Dum verò libatio non ipſi tribuitur regi, verùm aliis, qvibus *dixit*, ſive imperavit Rex, ut libarent, meritò dictum hoc opinamur ſacrificulis Chaldaicis, qvorum erat hujusmodi, ſacra peragere; eôdem modô, ut *Act. l. c.* legere eſt in hiſtoriâ Pauli & Barnabæ. Qvantumlibet verò non diſertè ſubjungatur, qvalem in hâc honoris oblatione ſe geſſerit Daniel, an aulicorum more connivendo carnaliter admiſerit, uti *Porphyrius*, teſte *Hieronymô*, ſolebat criminari, &

Calvinus

Digitized by Google

Calvinus qvoq; nimis frigidè de ipſô loqvitur, an verò debitâ repudiaverit ſeveritate? facilè tamen tanti viri pietas ac modeſtia planè ſingularis nos edocet, Danielem hæcce cuncta à ſe in ſolum ſupremum derivâſſe Numen, prout diſertis jamjam proteſtatus fuerat verbis, *v. 28. 30.* Adeòq; imitatus eſt haut dubiè Petrum, *Actor. X, 26.* Paulum atq; Barnabam *cap. XIV, 14.* nec non angelum ipſum *Apoc. XXII, 9.* Imò hoc ſolum in textu ponitur, regem *dixiſſe*, ſeu præcepiſſe, ut libaretur; libationem verò ipſam à Daniele admiſſam eſſe, ne apice qvidem probari poterit: id qvod obſervavit qvoq; *Jacchiades*, Danielem ſcil. tempeſtivè hanc inſtitutam libationem impediviſſe, honoresq; omnes in Deum verum, cujus mox qvoq; diſerta fit mentio *verſ. 47.* tranſtuliſſe. Plura in hunc textum, præſertim ex *Hieronymô* ſuggeret Qviſtorpius *in annotat. ad h. l.*

Porismata ex Verſ. XLVI.

1. Veneratio virorum ſapientum, Deiq; ſpiritu plenorum pertinet ad virtutes qvarti præcepti. Excedi tamen & hîc poteſt, ſi præ nimiâ admiratione oblîviſcamur, ipſosmet eſſe homines, à qvibus humani nihil alienum eſſe, putari debet.

2. Ceremoniæ tàm ſacræ, qvàm profanæ ſive civiles pro diverſitate nationum ſunt etiam diverſæ; ſicut orientales procidiſſe legimus in faciem, qvod tamen ab occidentalium qvoqvam non facilè audiemus factum.

3. Adoratio regis gentilis in religione verâ nondum informati, impertinenter adducitur à Bellarminô *l. 1. de ſanct. beat. cap. 13. arg. 3.* aliisq;, ad adorationem ſanctorum defunctorum; nec non thymiamatum munerumve oblationem illinc ſtabiliendam. Nolumus repetere, qvæ reſponſa ſunt ad has ineptias à B. noſtrô Gerhardô *tom. IIX. LL. de morte §. 438. p. 837. ſeqq.* it. à Schröderô *in faſciculô controverſ. p. 254. ſeq.* nec non à Chamiero *tom. II. Panſtrat. lib. XIX. c. II. §. 13. ſeqq.* Benè Sanctius h. l. *oblatum qvidem legimus à Babilonio* (honoris ac ſacrificii genus,) *acceptum à Daniele non legimus: imò credo, neq; levis è textu conjectura ſumitur, reprehendiſſe Danielem præceps illud regis conſilium*, &c. Dicta hæc ſunto etiam pro vindicatione Verſionis Lutheri, qvam vellicat Jeſuita *Holabek*: Ob in der teutſchen Bibel Gottes Wort begriffen / *p. 57. ſeq.* qvi ipſo tranſfigere poterit cum hôc ſuô ſociennô, aliisq; pontificiis expoſitoribus. Mirum, qvòd non Sanctis

Digitized by Google

ctis ſuis hodieq; viventibus ſuffitus faciunt ſacros; mirum etiam, qvòd Paulus & Barnabas talem improbârint honorem oblatum, *Act. XIV, 14.*

4. Viri prudentis eſt, nil nimiùm admirari, aut præ ſtupore in ſermonibus aut actionibus præcipitem ſe gerere.

5. Subiti impiorum ſunt raptus, ſed rarò in bonô conſtantes. Nebucadnezar facilè auditis hujusmodi mirandis, in venerationem Dei veri rapitur, facilè tamen ad Idololatriam, imaginumq; venerationem relabitur: æqvè ut Pharao miraculis qvidem Moſis ad deprecationem flectebatur, ſed, ablatâ plagâ mox priſtinum repetebat genium, vel ad vomitum revertebatur.

6. En! qvantus tandem piorum honor! Mancipium à tantô Monarchâ adoratur! Qvid illic fiet, cùm apparuerit demum vera filiorum Dei dignitas ac beatitudo? *1. Joh. III, 2. ſeq.* qvando mundani jam damnati ſtupebunt viſâ mutatione tantâ. *Sap. V, 2. ſeq.*

עֲנֵה מַלְכָּא לְדָנִיֵּאל וְאָמַר

VERSUS XLVII. *Loqvens igitur Rex ait Danieli.*) Poſt facta regis ſeqvuntur jam etiam dicta, & qvidem, ut valdè videtur veroſimile, poſt interpoſitam Danielis proteſtationem, cui delati honores nimii, inq; Deum revelatorem ſummum injurii, placere nullatenus potuerunt aut tolerari. Hinc *Sanctius* opinatur, Danielem iterâſſe illud, qvod ante dixerat, v. 28. *eſt Deus in cœlô revelans myſteria.* Qvibus verbis adductus Rex aliô modô ornandum curaverit Danielem, honores tamen illos, qvos reſpuerat vir hic ſanctus ad Deum tranſtulerit. Hujus conjecturam ex eô ſumit, qvia Rex ad Danielem locutus eſſe dicitur, repetens qvaſi verba, qvæ proximè audiverat: *Verè Deus veſter Deus deorum eſt, &c.* Urgere potuiſſet proprium verbi עֲנֵה ſignificatum, qvi eſt *reſpondere* ad dicta vel interrogata alterius præcedentia: qvanqvam non rarò deſeratur iſta vocis proprietas, idemq; ſit hocce עֲנֵה ac *initium loqvendi fecit, allocutus eſt, &c.* R. Saadias exiſtimat, hunc regis ſermonem inde fluxiſſe, qvòd cerneret, Danielem honores atqve munera divina repudiâſſe; id qvod facilè cum antecedentibus componi poteſt.

עֲנֵה

מִן קְשֹׁט אֱלָהֲכוֹן הוּא אֱלָהּ אֱלָהִין

Verè Deus veſter Deus deorum eſt.) Traditur his verbis regis tùm confeſſio, tùm confeſſionis confirmatio. *Confeſſio* verſatur (1) circa Dei Iſraëlitarum veritatem, ſive divinam majeſtatem, dum vocatur

Digitized by Google

[illegible] deorum, h.e. Deus ſummus atq; verus; qvomodo ſupe-
[illegible] *Rex regum* ponebatur pro rege in terris ſupremô. Hâc igi-
tur [illegible] Nebucadnezar agnoſcit, Deum Iſraëlis non eſſe numen ali-
[illegible], neq; etiam ex hypotheſi gentilium, Deum aliqvem
inferioris ordinis, aut minorum gentium, (de qvâ diſtinctione in mi-
norum & majorum gentium Deos vide ſis Voſſ. *l.1.Theol.Gent.c.XIV.*)
[illegible] Deum ſupra Deos cunctos alios, qvos uſpiam veneratur hu-
manum genus, aut ſtulta mortalium ſuperſtitio, Deum, cui cuncti
ſubſint alii, Deum, à qvô ſolô emanat, qvicqvid modò divinitatis
[illegible] aliis deprehenditur. Conf. *Pſal.L,1.* אֵל אֱלֹהִים *Deus deo-*
rum [illegible] locutus eſt,&c. ſubjectum autem de qvô hoc ipſum enun-
[illegible] אֱלָהֲכוֹן *Deus veſter;* ubi Rex ſermonem dirigit, non ad Da-
nielem ſolum, ſed ad ejusdem ſimul ſocios, vel ad totam qvoq; Ju-
dæorum gentem, qvâ ratione etiam ſuperiùs plurali fuerat uſus Da-
niel, *v.36.interpretationem explicabimus coram rege.* Deniq; enunciati
hujus firmitas colligitur ex phraſi ſub initiû ſermonis poſitâ מִן־קְשֹׁט קְשֹׁט
de verô, ex veritate, h. e. firmiſſimè, veriſſimè. Simili namq; modô
v.8. [illegible] מִן־יַצִּיב *de firmô*, h.e. firmiter, certò: vid. ibi di-
cta. [illegible] autem hîc ſubintelligitur verbum ſubſtantivum, *ex verô*
(eſt) [illegible] dit ſeqvens vocula דִּי *qvòd*, inde Luth: Es iſt kein Zwei-
fel [illegible]: Es iſt die Warheit/ꝛc. & *Jacchiades* exponit בֶּאֱמֶת *in*
veritate, vel, reverâ. *Lud. de Dieu* ait: מִן reddere apud Arabes Ebræ-
[illegible] ativum: proindeq; vertit: *Veritas eſt, qvòd Deus veſter,*
[illegible] cidit eodem. Nomen ipſum קְשֹׁט ſemel adhuc legitur cap.
[illegible] *omnia opera ejus* Dei קְשֹׁט veritas. Ebræus dicit קֹשֶׁט *Pſal.*
LX [illegible] *Prov.XXII,21.* Senſus proinde eſt: qvanqvam varia ante-
[illegible] litarum Deô apud me meosq; ſubditos, imò & apud ante-
[illegible] eos fuerint judicia, ſpretimq; is omninò à nobis fuerit habi-
tus (conf. *Jeſa.XXXVII,10.12.ſeqq.*) jam tamen diverſum planè de
[illegible] ſum edoctus, adeò ut diis aliis eum non conferre, ſed longiſſi-
mè [illegible] ponere auſim, idqve firmiſſimis ac immotis de cauſis.

מָרֵא מַלְכִין *Et Dominus regum.*

Alterum hoc eſt Confeſſionis membrum (2) de Dei poteſtate, מָרֵא
[illegible] qvidem appellatur מָרֵא *Dominus regum*, h.e. qvi non diis
[illegible] gentium inviſibilibus (vel veriùs Dæmoniis) ſed & diis terræ
[illegible], h.e. regibus, imperat pro lubitu; in ejus etiam eſt arbitriô
[illegible] reges hos deponere, alios eorum locô evehere, &c. Idem

 hoc

hoc nomen Babilonicum מָרֵא æqvipollens Ebr. בַּעַל pro qvô Targumiſtæ dicunt מָר (vid. *Eliæ Thiſbi.*) ter adhuc in Daniele occurrit, *cap. IV, 16. & 21.* ubi Propheta regem vocat מָרִאי *Domine mi*, & *cap. V, 23.* ubi Deus vocatur מָרֵא *Dominus cœli*: ſi verba hæc referamus cum Nebucadnezaris titulô, v. 37. *tues Rex regum*, non immeritò conjicimus, regem hôc Danielis ſermone non parùm à faſtu priſtinô fuiſſe avocatum, ita ut ſe iſtô encomiô nunc indignum, imò Dei Iſraëlis ſe vaſallum potiùs profiteretur.

וְגָלֵא רָזִין *Et revelans myſteria.*

Eſt hoc membrum tertium, (3) de Dei omniſcientiâ, qvòd penes ipſum ſit non ſolùm abditorum qvorumlibet notitia, verùm etiam abſoluta libertas, eadem abdita revelandi aliis. Qvod ipſe ſcit ſolus, hoc ita ſcit, ut nemo præter ipſum ſcire, aut indagare poſſit, niſi ipſemet largiatur facultatem, aut licentiam. De hôc eôdem Dei encomiô mentio jam præceſſit *v. 22. 28. 29.*

דִּי יְכֵלְתָּ לְמִגְלֵא רָזָא דְנָה׃

Qvoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.) Poſt confeſſionem congruè ſuccedit confeſſionis confirmatio, cujus hæc eſt vis inferendi ſyllogiſtica: Cujus Dei ſolius miniſter præ cunctorum deorũ ſervis aliis, potuit virtute Dei ſui revelare rem arcanam, ac prorſus imperveſtigabilem, is ipſe Deus ſolus, miniſtro ſuo talia patefaciens, eſt Deus deorum aliorum, imò & regum terrenorum, idemq; ſecreta revelat ſolus: Atqvi ſolius Dei Iſraëlis miniſter, nempe Daniel, præ cunctorum deorum ſervis aliis (h. e. Magis atq; ſapientibus Babelis) potuit revelare, &c. Ergò. Pro *Sacramentô*, cujus hîc meminit Vulgatus, in textu eſt רָזָא *arcanum* vel *ſecretum*, de qvô in locis ſuprà citatis *v. 18.* Qvàm ineptè autem Papiſtæ pro ſuâ ſacramenti acceptione abutantur hôc textu, vide Chamier *tom. IV. Panſtrat. lib. I. c. III. §. 13. ſeq.* & Meiſner. *part. II. Phil. Sobr. p. 221.*

Poriſmata ex Verſu XLVII.

1. Multa diu crediderunt multi cum Nebucadnezare, qvæ tamen non ſunt *ex veritate*; cõmunis enim hominum morbus eſt, falſis laborare opinionibus præconceptis, multa tanqvam falſa & inſipida deſpuere, qvæ ſucceſſu temporis liqvidæ deprehenduntur veritatis. Pulchrè Qvintilianus *lib. 10. cap. 1.* & cum hôc Melchior Canus *lib. XI. LL. Theol. cap. VI.*

Digitized by Google

[illegible] ſtuum legenti perſvaſum ſit; omnia, qvæ magni [illegible] eſſe perfecta. Nam & labuntur aliqvando, & [illegible] ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper in- [illegible] & nonnunqvam fatigantur, cùm Ciceroni dormitare interdum Demoſthenes, Horatio verò Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt, homines tamen.

2. Notitia Dei diverſimodè ſe habet, adeò, ut ſub initium illu- [illegible] multum adhuc errorum delitescat intermixtum. Nebucad- [illegible] agnoſcit *Deum Deorum*, ita tamen, ut Deos præter unicum ac verum credat adhuc alios, ſicuti ſeqventia Prophetæ noſtri teſtantur. Lux proinde iſthæc mentis ſuæ habet incrementa. Conf. *[illegible]*. Et non ſeqvitur: Hæc confeſſio multum continet ve- ritatis [illegible] reliqva inibi contenta approbari vel tolerari ſaltem poſ- ſunt.

3. [illegible] itaq; ſunt, ac indies erudiendi infirmi, *Rom. XIV, 1. ſeqq.* qvi [illegible] veritatis perſenſit primordia, aſſiduus qvoq; ſit in in- dagatione tanti boni ulteriore: ne cum Nebucadnezare in graviores paulò [illegible] errores, qvomodo hic idololatricam erige- bat [illegible] confeſſionem ſtatuam, &c. Haut enim deſidioſus eſſe ſolet [illegible] qvos è regnô ſuô videt diſceſſum meditari, vel [illegible] feciſſe.

4. [illegible] eſt Dei ſuper cunctas creaturarum excellen- tias [illegible] majeſtas; ipſe omnium eſt potentiſſimus, ſcientiſſi- mus, [illegible]

[illegible] אֱדַיִן מַלְכָּא לְדָנִיֵּאל רַבִּי

Tunc Rex Danielem in ſublime extulit.) Primus hucusq; fuit VERSUS [illegible] poſt revelationem contigit; ſeqvitur nunc *alter*, XLVIII. [illegible] temporis intervallum ſubſecutus, qvô continentur [illegible] Danielis evectio, *tùm* donorum collatio, *tùm* officiorum grandio- [illegible] (1) Effertur evectio unicô verbô: רַבִּי *magnificavit*, [illegible] רְבָה [illegible] *magnus fuit, crevit*; Forma Pahel non niſi h. l. רבה [illegible] in Ebræô textu aliàs רִבָּה eſt *educavit*, ut [illegible] XIX, 2. item *numerô auxit*, v. g. exercitum, *Jud.* [illegible] *XLIV, 13.* Hôc in locô haut dubiè indicatur [illegible], adeò, ut qvi priùs jam fuerat in dignitate [illegible] adhuc aliis præferatur honoratis, ut iidem juberen-

Digitized by Google

ſuberentur ipſum venerari, qvi jam ad exemplum regis id ſine dubio etiam absq; mandatô executi fuiſſent ultrò: ſicut in aulis communiter fieri conſvevit, ut qvorſum regius ſe vertat favor, æſtimium, aut veneratio, eorſum qvoq; ſimul rapiantur animi miniſtrorum omnium.

וּמַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן יְהַב־לֵהּ

Et munera multa & magna dedit ei.) Eſt hæc (2) donorum collatio, promiſſis regiis conformis, *v. 6.* complectitur vox pluralis מַתְּנָן *dona* (à נְתַן *dedit,*) omnis generis bona, qvæ Rex è ſuô peculiô tranſtulit in manus aut poſſeſſionem Danielis: poſſumusq; hîc intelligere res, tùm animatas, ut ſunt regii eqvi, cameli, mancipia, &c. tùm inanimatas, ut ſunt bona immobilia, fundi, horti, palatia, arces; item mobilia, pecuniæ, gemmæ, veſtimenta, &c. Qvibus ipſis donis geminum additur epitheton: *multa*, ſcil. numerô, & שַׂגִּיאָן *magna*, ſcil. pretiô. *Jacchiades* ita declarat: *Danielem magnificavit amplis continuisq; reditibus, qvos ei per totam attribuit vitam; & magna dona bonorum mobilium, unà cum fundis eidem addidit.* מתן

וְהַשְׁלְטֵהּ עַל כָּל־מְדִינַת בָּבֶל

Et conſtituit eum principem ſuper omnes provincias Babel.) Jam demum (3) officia ſubſeqvuntur honorata, eaq;, ſi ſic licitum diſpeſcere, tùm Politica vel aulica, tùm Academica. *Jacchiades* ait, eum præfectum fuiſſe toti provinciæ ac regno Babilonis in rebus corporalibus, ſapientibus autem in rebus ſpiritualibus: qvod qvàm benè dictum ſit, jam non disqviremus. Prius officium effertur verbô הַשְׁלְטֵהּ *dominari fecit eum;* qvô ipſô ſuperiùs Monarchicum exprimebatur ipſius Nebucadnezaris regimen, *v. 38.* הַשְׁלְטָךְ *dominari te fecit* Deus in omnia, ubi habitant homines, feræ atq; volucres. Qvapropter & hîc feudalis Danieli videtur conceſſa poteſtas in ſibi ſubjectos, ita ut ipſemet inſtar vaſalli ſuum recognoſceret regem dominum, eidemq; inſtar Principum regni cæterorum debita penderet tributa. Qvanqvam & illud ſatis fuiſſet honorificum, ſi ſervatis ſibi reditibus integris, Danielem, ut præfectum modò, regimini illius provinciæ adhibuiſſet: qvomodo olim Joſephus proximus erat poſt regem, ita tamen, ut regi ſuo proſpiceret de commodis, illumq;, qvoad fieri jure poſſet, ditaret. Objectum autem Dominii hujus novi vocatur כָּל־מְדִינַת *univerſa provincia Babelis.* Ubi qvoad nomen *Medina*, provincia, videri poteſt Comment. *Coh. II, 8.* Conf. etiam *Dan. III, 1. 2. 3. 12. 30. Eſr IV, 15.* שלט

V. 8.

Digitized by Google

[illegible]. Qvapropter Danieli optima totius regni ceſſit portio, [illegible] ut tùm metropolis, tùm vicinæ civitates, oppida, villæ, pagique [illegible] juſſi fuerint venerari Dominum novum, ejusq; [illegible] ac [illegible] debitum dare locum.

וְרַב סִגְנִין עַל כָּל־חַכִּימֵי בָבֶל׃

Et Præfectum magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babiloniæ.) Altera hæc eſt conceſſa dignitas, ut diximus, Academica, qvâ tanqvam Cancellarius perpetuus, vel ut doctor doctorum juberetur honorari hic noſter Vates. In Chaldæô conſtructionis hîc eſt qvædam difficultas: Non enim poteſt hocce רַב *præfectus* connecti cum [illegible] *dominari fecit eum*, cùm præter verbi ſignificatum inſuper etiam [illegible] accentus Athnach. Qvare וֹ רַב accipimus tanqvam Nom[illegible]. *Et præfectus antiſtitum ſuper omnes ſapientes Babiloniæ* [illegible] *ipſe* erat Daniel. Adeoq; habemus hîc סִגְנִין *Antiſtites* [illegible], ut videtur, Chaldaicum eſt סְגַן (unde Ebræi poſtmodum [illegible] [illegible] loqventes de principibus Babiloniæ *Jeſ.* [illegible] *Ezech. XXIII, 6. 12. 23. Eſr. IX, 2. Nehem. IV,* [illegible] *17.)* qvæ vox generalis, ex obſervatione Scheringhami [illegible] *p. 87.* refertur (1) ad magiſtratus civiles, qvi ſecundùm *Eliam Levitam* ſunt ſecundi à rege. (2) ad Duces militiæ, qvomodo vult [illegible] *III, 2.* Jacchiades verò exiſtimat eſſe *eqvites*, & qvidem [illegible] munere functos, qvô hodiè Beglabegi in exercitu Turcico. [illegible] Vicarium ſummi ſacerdotis, qvi princeps erat ſacerdotum [illegible] & vices qvoq; gerebat ſummi, ſi qvod ipſi in [illegible] [illegible] jectum eſſet impedimentum. Et *Beroſus* lib. 2. hiſtor. [illegible] *Ogygiſen dixerunt Sagan, &c. illuſtrem ſacrorum* [illegible] Ita *Jer. XX, 1.* à Paraphraſtâ Chaldæô סְגַן ponitur pro [illegible] *Sacerdotum*; Conf. etiam *cap. XXIX. 26.* item qvæ [illegible] *Analect. fol. 218.* de hôc Vicariô ſacerdotis ſummi. [illegible] Chaldæô hoc ipſum redibit infrà *cap. III, 2. 27. & cap. VI, 8.* [illegible] itaq; præfectis ſubfuiſſe etiam hîc dicuntur *univerſi ſapientes* [illegible], ita ſcil. ut non confusè, aut promiſcuè viverent invicem, [illegible] arbitratu, verùm inſpectores habebant certos, qvi eorum [illegible] vitam, mores atqve ſtudia, qvi inſtar cenſorum ex[illegible] ſcripta, qvi curam gerebant informatæ ab illis ju[illegible] [illegible] temporeſuas inſtituebant viſitationes, &c. Atqve horum

Ff

רב honumme t præfectorum רַב *Magiſter ſummus atq; unicus* conſtituitur jam noſter Daniel, utpote, qvi cunctos iſtos ſapientes fatidicâ ſuâ antecellere virtute luculenter erat deprehenſus. Hunc jubentur non modò venerari, ſed & inſtituta atq; juſſa ejus obſeqvioſè obſervare, atqve ab ipſius inpoſterum toti dependere ore ac gubernatione. Qvod ipſum regimen haut dubiè ſanctus ille Dei vir ita uſurpavit, ut pro viribus notitiam Dei veri, etiam inter idololatras propagare, Magicas verò Satanicasq; artes è Chaldæorum ſcholis proſcribere καθόλου ſatageret; qvanqvam Satanas intereà pro ſuis tantò plùs laboraverit juribus obtinendis, ac ſine dubiô multò plurimas Danieli concitaverit adverſitates. Tituli hujus uſus redibit *c.IV,6.V,11.*

Poriſmata ex Verſu XLVIII.

1. Honores, opes, officia Politica, in ſe improbanda non ſunt; aliàs eadem non admiſiſſet ejusmodi religioſus Dei cultor, qvi cum vitæ periculô circa cibos prohibitos antehac obſervantiam adhibuerat ſtrictiſſimam; id qvod notandum contra Anabaptiſtas, Monachos, &c. ſatis verò honorum eſt, iis præſertim, qvi ſacra tractant, qvòd Dei ſint teſtes, ipſorumq; operâ utatur Deus in rebus adeò arduis: Hoc licèt mundo ſordeat, piis tamen apprimè placet. Mundo autem nihil placet, niſi qvod immundum.

2. Munera licitum accipere non pro labore ſacrô, ſed poſt eum; videlicet ne aliis ſimus oneroſi, circa panem parandum nimis operoſi, in functionibus melioribus pauci, erga indigos parci, aut ex indigentiâ propriâ prorſus etiam inepti. Qvod ipſum obſervandum contra Anabaptiſtas, Puritanos, aliosqve ſalaria miniſtrorum verbi, nec non alias donatiunculas invidioſè ſuggillantes.

3. Miræ ſunt Dei viæ! Prophetæ veri, ut Daniel ac Jeremias à rege profanô conſervantur atq; ditantur, (conf. *Jer. XL.*) Pſeudoprophetæ ac Magi per eundem regem profanum vitâ privantur, &c.

4. Egregia magnatum virtus eſt erga ſapientes benèqve meritos viros munificentia. Exemplo ſit Alexander M. erga Ariſtotelem, ejusdemq; libros de hiſt. animal. apud *Athenæum lib. IX.* Item Veſpaſianus, Ptolomæus Philadelphus, &c.

וְדָנִיֵּאל בְּעָא מִן־מַלְכָּא

Versus XLIX. *Daniel autem poſtulavit à Rege.*) *Tertius* hic eſt ac *ultimus* remunerationis regiæ actus, qvi tradit ſociorum Danielis, ad preces hujus

Digitized by Google

[illegible], promotionem. Petitio Danielis exprimitur verbô [illegible] item humilitate debitâ *rogavit*, ſive Deum, ut [illegible] ſive hominem, v.g. regem, *v.16. &c.* Qvapropter Daniel, utut [illegible] expertus eſſet regem, ſatisq; liberalem, utut et- [illegible] perorum *poſtulare* potuiſſet, (qvâ voce duriuſculâ [illegible] Vulgatus,) noluit tamen modeſtiæ, ſubjectionisq; transgredi [illegible] ſupplicando potiùs voti ſui compos voluit evadere.

וּמַנִּי עַל עֲבִידְתָּא דִּי מְדִינַת בָּבֶל [illegible]
וַעֲבֵד נְגוֹ

Et conſtituit ſuper opera Provinciæ Babilonicæ, Sadrach, Meſach, & Abednego.) En petitionis tùm ſummam tùm effectum [illegible], tàm qvoad ſocios, qvàm Danielem ipſum. Illos [illegible] *conſtituit* Rex (vid. verbum מַנִּי ſuprà *v. 24.*) *ſuper* [illegible] provinciæ Babel, h.e. ex mente *Lud. de Dieu*, ſuper עבידתא [illegible] reditus: Confert enim vocem Chaldæam cum Arab. [illegible] labor, ſpeciatim opus indicatur, qvô provin- [illegible] proventus & reditus colliguntur, &c. Inſuper allegat [illegible] עֲבַד Ebraicum, dum de terræ culturâ ſpeciatim [illegible] *Gen. XXVI, 14.* Adeoq; tres hoſce viros opinatur agri- [illegible] ſive demandatam fuiſſe ipſis curam agrorum, ac [illegible] iis per univerſam provinciam prodibant, ut Da- [illegible] qve unus generali præfuerit adminiſtrationi totius [illegible] men uſum vocabuli hujus Chaldaici excutiamus, [illegible] d ſatis eſſe generale, adeòq; adhiberi ad negotia [illegible] plum, v.g. *Eſr. IV, 24.* tunc ceſſabit עֲבִידַת *opus* [illegible] cap. V, 8. עֲבִידְתָּא *opus iſtud* (ædificationis) [illegible] *cedit*, &c. cap. VI, 7. *dimittite* לַעֲבִידַת *ad* [illegible] *conſtituerunt Sacerdotes & Levitas ſuper* עֲבִידַת [illegible], &c. Adeoq; Daniel dominium in Provinciam [illegible] nimis negotioſum, vel à ſe in ſocios penitus [illegible] illos ſuô nomine eandem gubernare impetravit.

[illegible] וְדָנִיֵּאל בִּתְרַע מַלְכָּא

[illegible] Daniel erat in foribus regis.) H.e. proximus erat [illegible] imperii graviſſimis, adeòq; ab intimis ipſi erat con- [illegible] *portam ſignificat*, (ab Ebr. שַׁעַר per Metath. literar. תרע [illegible] pro more ש in ת.) qvomodo ſemel adhuc legitur de

Digitized by Google

oſtiô fornacis *Dan. III, 26.* unde etiam תָּרָעַיָּא *janitores* appellantur *Eſr. VII, 24.* Hôc in locô, *in portâ eſſe*, non exprimit janitoris vel apparitoris officium, ſed ſecundùm AbenEſram eſt *inſignis excellentiæ indicium, eò qvòd ibi conſident judices.* A qvô non multùm abit *Jacchiades*, ſic ſcribens: *ipſe in portâ regis ſedebat inſtar Regis, principis ac Judicis, ad qvem ſocii, cæteriq; Principes regni qvamlibet cauſam arduam deferebant &c.* Diſplicet tamen hoc *Maldonato* (qvi pro AbenEſrâ falſò hîc citat R. Saadiam,) eò qvòd iſte mos non fuerit Chaldæorum, ſed Ebræorum. *Polanus* exiſtimat, Danielem prætorio præfectū, ſeu *admiſſionalem* fuiſſe *maximum*, ut Imperatores in Codice vocant. Alii, ut *Maldonatus* ſimpliciter interpretantur de familiari in aulâ converſatione, vel de aulæ freqventatione. Ita *Sanctius* qvoq; portæ regiæ cenſet fieri mentionem, eò qvòd ſocii Danielis, æqvè ut principes cæteri, procul à regiâ abfuerint, ſuis vacantes functionibus; Danielem verò à ſe distrahere nolebat Rex, utpote ſapientiſſimum, & cui conſilia ſua communicare ſemper ſolebat ejusqve ſuper ipſis mentem cognoſcere. Ita *Hieronymus* qvoq; Danielem à latere regiô non receſſiſſe opinatur. Sic aliàs *ingredi & egredi per portas regias, cum libet*, conceditur illis, penes qvos ſingularis eſt autoritas, & qvibuscum Rex familiariſſimè converſatur. Conf. de ingreſſu & egreſſu *Deut. XXXI, 2. & 1. Sam. XIIX, 13. 16. cap. XXIX, 6.* Adeoq; cùm ad reges difficilimus ſemper fuerit aditus, in *portis* illi conſtituebantur, qvibus Rex præ cæteris multum confideret, & qvorum etiam conſiliô, ſi opus foret, mox frui poſſet. Unde Luth. h. l. & poſt eum Ditenb. Blieb bey dem Könige zu Hoſe. qvod Vinarienſes tali illuſtrant ſcholiô: Als Obriſter Hoffmeiſter / bey welchem ſich iederman muſte anmelden / wenn er bey dem Könige was anzubringen hatte / ꝛc. Eadem qvoq; in ſcholio ſuô exhibent *Batavi.* Cur tamen à Rege proximus non fuerit Daniel, conjecturam ſuam expoſuit D. Dorſchæus p. m. *in ſemeſtri p. 284. ſeqq.* Mogunt. War am Thor des Königs.

Poriſmata ex Verſu XLIX.

1. Modeſtia etiam magnates ornat provehitqve egregiè; qvalem hîc *ex precibus Danielis* meritò addiſcimus, utpote qvi pro autoritate unum alterumve ſubſtituere potuiſſet Vicarium, ſed nihilominùs tamen regi ſuo ob id ipſum factus fuit ſupplex.

2. Contribulium, conterraneorum, conſangvineorum meritò habe-

[illegible] poſſunt, qvomodo hîc Daniel ſe provi-
[illegible] exhibuit ſuis ſociis; modò tamen ſimilis etiam iis-
[illegible] aptitudo, qvalis ſuprà de hiſce ſociis fuit commemorata,
[illegible] ſupraverint cunctos alios, *cap. I, 19.* Id qvod notan-
[illegible] Pontificibus Romanis, de qvorum recens promotorum co-
[illegible] uſurpari ſolet vulgare illud Grammaticorum: *Di-*
[illegible] *ſimpliciter Ablativum adſciſcunt.*

[illegible] non vult obrui, dividat eosdem in Collegas,
[illegible] Daniel præfecturam Babilonicam ſuis committebat gregali-
bus [illegible]

[illegible] conclavi regio adhærere qvanqvam res ſit ſummi
[illegible] tamen abſolutè & in ſe adverſa eſt pietati. Aliâs
[illegible] tantâ pietate ac devotione Deum ſuum colens ſine
[illegible] ſubduxiſſet penitùs.

[illegible] Eccleſiæ habenda eſt ratio in converſatione cum
[illegible] Naamanis Syri munera detrectat *2. Reg. V.* Da-
[illegible] imò pro ſociis etiam promovendis intercedit; nimi-
[illegible] Judæorum ſortem per hoſce gubernatores Judæos
[illegible] poſſe ſentiebat.

CAP. III.

[illegible]UMENTUM ET PARTITIO.

[illegible] peculiare providentiæ divinæ erga cultores ſui
[illegible] imperterritos exemplum, qvàm mirabiliter
[illegible] eosdem ac tueri poſſit contra vim tyrannorum
[illegible]orum, adeoq; duæ ſunt capitis hujus partes.
[illegible]torum horum animoſâ confeſſione, *à verſ. 1. ad 24.*
[illegible] miraculoſâ ereptione, *à v. 24. usq. ad finem.*
[illegible] eſt: traditur hîc *tùm* confeſſorum periculum,
[illegible]

[illegible] tùm (α) Confeſſionis occaſio: ubi (1) Idololatricæ
[illegible] *verſ. 1.* (2) erectæ ſolennis inauguratio, qvoad ſtatu-
[illegible]ationem, *verſ. 2.* convocatorum comparitio-
[illegible] inſtructionem, *verſ. 4. 5. 6.* inſtructorum
[illegible] (3) Triumvirorum invidioſa delatio, *à v. 8. ad 12.* (4) de-
[illegible] (5) comparentium rigida correptio, *v. 14. 15.*

 tùm

tùm (β) Confeſſio ipſa, *v. 16. 17. 18.* tùm (γ) ejusdem conſeqvens geminum, videlicet partim condemnatio, *v. 19. 20.* partim condemnationis executio *v. 21. 22. 23.*

In parte *ſecundâ* eſt (1) Rex conſternatus colloqvens modò cum Conſiliariis, *v. 24. 25.* modò cum ipſis condemnatis, *v. 26.* (2) Confeſſores ipſi indemnes evocati ac egreſſi, *v. 26.* publicèq; illæſi deprehenſi, *v. 27.* (3) Conſeqvens miraculi, tùm ſolemnis Dei veri celebratio, *v. 28.* tùm edicti de eôdem ubivis honorandô publicatio, *v. 29.* tùm Triumvirorum horum nova evectio, *v. 30.*

EXPOSITIO TEXTUS.

נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא עֲבַד צְלֵם דִּי־דְהַב

VERS. I. *Nebucadnezar Rex fecit ſtatuam auream.*) Attendenda ſunt in hôc verſu (1) Idololatriæ autor, *Rex Nebucadnezar.* (2) Actio, *fecit.* (3) Opus, *Imago*, ratione materiæ *aurea*, ratione qvantitatis *60. cubitos alta, 6. lata.* (4) Locus, *vallis Dura provincia Babilonia.* Qvoad (1) *Autorem* notanda venit evidens in bonô atq; verô inconſtantia: poſitô namqve, eveniſſe hoc paulò poſt ſomnium *c. II.* commemoratum, annô nimirum regni, ut vult *Cornel. à Lapide*, XXXVIImô, vel ſecundùm *Torniellum*, exeunte XXXIV. (eò qvòd tres Danielis ſocii jamjam ad præfecturas fuerant promoti *cap. II, 48. & cap. III, 12.* breviqve pòſt ejectio Nebucadnezaris è ſoliô regali ſubſecûta *c. IV, 2.* Vide ſîs, qvæ contra annum Nebucadnezaris XVIII. urget h. l. *Pererius.*) Sanè mirandum, regem aliàs haut inſipientem, tàm ſubitò à Deô verô, tanqvam omniſciô ac omnipotente Regum Deorumq; cunctorum Dominô celebratô *cap. II, 47.* converſum mox eſſe ad ſtolidam ſtatuæ humanitùs confictæ confectæq; venerationem. Excuſare eqvidem conantur aliqvi, qvòd deceptus haut dubiè fuerit à ſubdolis aulicorum ſuggeſtionibus, qvi inſidias Judæis tantoperè exaltatis ſtructuri, callidè ſuggeſſerunt conſilium de religionis per imperium conformitate procurandâ, deq; tanti Monarchæ ſubjectiſſimâ per ſtatuam veneratione inſtituendâ; cujusmodi fermè actus deſcribitur inferiùs *cap. VI, 13.* qvô regem, ut Judaiſmi à ſe amoveret ſuſpicionem, Judæosq; ſimul à gentilium religione alienos à ſe depelleret, ad grande faſtûs ac idolomaniæ nefas induxerunt miniſtri. Qvicqvid tamen ſit, prodidit profectò Rex vertiginoſam animi faſtuoſi mobilitatem, adeò, ut *qvi dudum* (verba ſunt Hieronymi) *ſervum Dei qvaſi*

Deum

Digitized by Google

[illegible] ſtatuam ſibi fieri jubeat, ut ipſe qvaſi Deus in ſta-
[illegible] Opus verò (2) vel actio ipſi attributa eſt *Confectio ima-*
[illegible] Verb. עבד *facit*, idem eſt, ac *fieri curavit*, ſiqvidem ipſe עבד
[illegible] hautqvaqvam fabrilem exercuit artem, æq; ut Pi-
[illegible] Chriſtum flagellans *Johan. XIX, 1.* manu ſuâ ignominioſam illam
[illegible] inflixit poenam, verùm per alios exerceri inſtituit. Vide
[illegible] exempla *Geneſ. XLIX, 26.* ubi Joſeph dicitur junxiſſe currum;
[illegible] ubi Davidi tribuitur percuſſio Uriæ, &c. Simile igitur &
h. l. mandatum aurifabris ſtatuariisve à Rege datum haut immeritò
[illegible] (3) Res confecta vocatur צלם *imago*, eôdem nomi- צלם
ne, [illegible] *II, 31. 32. 34. 35.* nuncupabatur ingens ille Coloſſus ſub hu-
[illegible] regi in ſomniô oſtenſus. Qvapropter haut abſona illo-
[illegible], qvi ex eâdem in ſomniô viſâ imagine præſentem
[illegible] profluxiſſe, adeò ut in honorem ſummorum mundi
[illegible] Divinitatis aliqvid ineſſe ſuſpicatus eſt, erexerit
[illegible] modi ſtatuam humanam, qvæ tamen ex metallis eô
[illegible], ut illa umbratilis, hautqvaqvam conſtabat; verùm ex
[illegible] factis majoris gloriæ ſplendorisq; cauſâ, ſeu ut *Hiero-*
[illegible] *videntibus crearet*, vel qvia metallum ſibi tan-
[illegible] aſſignatum, optabat h. m. in ſuâ poſteritate ſolâ per o-
[illegible] decurſum continuari, ita ut locô argenteorum Perſa-
[illegible] Græcorum, ferreorum Romanorum, meri imperi-
[illegible]. Sic ferè *Theodoretus* interpretationem prophe-
[illegible] convinci ſimul conjiciens. Sunt, qvi Deum ve-
[illegible] orem adeò mirandum hâc ſtatuâ à Nebucadneza-
re [illegible] iunt, inter qvos etiam *Lutherus*, ubi tamen hoc
[illegible] Triumviros confeſſores, ſi hoc fuiſſet, explicatiùs
[illegible] oſituros fuiſſe mentem, qvos *v. 18.* accuratè vide-
[illegible] Deum Nebucadnezaris & inter ſtatuam, à Ne-
[illegible], haut dubiè, qvia ſtatua non in honorem Dei ve-
[illegible] Dei cujusdam gentilis, ſed in honorem, ut
[illegible] Chaldaicæ erecta fuit. Aliàs negari neqvit ad
[illegible] ſtoliditatis culmen deveniſſe etiam Reges alioqvi
[illegible] *Alexandrum M. Caligulam, Domitianum, Antio-*
[illegible] *Regem Tyri (Ezech. XXIIX, 2.)* aliosq;, ut ſe etiam
[illegible] coli deſideraverint. Idem ſi Nebucadne-
[illegible] habuit eqvidem vel habet qvibuscum ſocietur.
[illegible] Citant

Digitized by Google

Citant huc nonnulli, qvod *v. 14.* ſeorſim fiat mentio tùm Deorum Nebucadnezaris, tùm ſtatuæ, qvæ ſi Deorum aliqvem v.g. Belum aut alium repræſentâſſet, à Diis diſtingvi haut potuiſſet: Item, qvòd *Eſa. XIV, 13.* Rex Babel dicat, ſe ſimilem fore Altiſſimo, &c. Atq; ſic Hieronymus ad *cap. I. Habacuc* mutatum ait Nebucadnezaris ſpiritum in ſuperbiam, ut Deum ſe eſſe credens imaginem auream ſtatuerit in Babel, qvam univerſas gentes adorare compulerit. Idem habet modò laudatus Pater *in Comm. h. l.* ſicut verba ipſius citavimus ſuperiùs. Conſentit *Chryſoſtomus*, & ex recentioribus *Maldonatus*, *Pintus*, *Oecolampadius*, atq; alii. Verùm haut deeſſet, qvod ratiunculis his opponi poſſet; ſanè ſi ſeipſum coli voluiſſet Rex adhuc vivus pro numine, veroſimiliùs id honoris ſuſcepiſſet in perſonâ propriâ, cultoribus ibidem convocatis conſpicuâ, qvàm in ſtatuâ inanimi, qvæ aliàs numinis abſentis aut inviſibilis ſolet eſſe commemorativa. Qvapropter etiam alii cenſent, v.g. *Grotius*, fuiſſe imaginem Regis Nabopolaſſari, cùm mos fuerit regum, parentes divinis donare honoribus, &c. Dùm verò vocatur *imago auri*, h.e. aurea, non immeritò notârunt aliqvi, ſtatuam fuiſſe intus cavam, non ſolidam; qvanti enim aliàs fuiſſet pretii? & qvanta etiam auri reqviſita fuiſſet maſſa? ſanè, qvanta vix in aliqvot regnis conflari potuiſſet; imò fuiſſet hoc ſupervacaneum, nec non inſolitum. *Liranus* deauratam modò putat. Chryſoſtomus *Hom. 4. in Matth.* planè è lignô factam, aurôq; tectam opinatur, qvod tamen pro tanti Monarchiæ ſplendore atq; faſtu anguſtum nimis, præſertim ſi attendas, qvanta auri copia in Beli templô fuerit, uti notavimus ſuprà *cap. I. 2.* De Domitianô refert Svetonius *in ejus vitâ cap. 13.* eum ſtatuas ſibi in Capitoliô non niſi aureas & argenteas poni permiſiſſe, ac ponderis certi: Qvarum ſtatuarum numerum docet Plinius *in Paneg. ad Trajan.* Et *Xiphilinus* in omni ferè orbe terrarum, qvi ſub ditione ejus erat, ſtatuas aureas argenteasq; ipſi fuiſſe poſitas commemorat. Aliàs ex *Pauſaniâ* conſtat, Jovem alicubi vultu aureum & eburneum, corpus verò gypſeum & fictile fuiſſe fabrefactum. Cauſam etiam adhibiti auri ob digniorem in cœlis fortè locum ex *Lucianô* conjectat Pinto Ramir. *in Spicil. f. 189.*

imago auri.

רומה אמין שתין *Altitudinem cubitorum LX.*

אמה Aliàs אמה *cubitus*, (cujus plur. in Ebr. ſemper eſt אמות in Chald. autem non niſi hîc legitur, & qvidem in formâ Maſc. אמין) notante Ariâ Montanô *antiq. Judæ. p. m. 114.* (ubi agitur de menſuris ſacris) contine-

Digitized by Google

[illegible] *palmos* i.e. digitos XXIV. puta, ſi cubitus eſ-
[illegible] cubitus communis, uti idem autor ſubnectit.
[illegible] *in cap. VI, Gen.* palmos tantum continebat qvinq;.
[illegible] Conſtant. L'Empereur. *præfationem Middoth.* p. 6. ubi
[illegible] duplò majorem reliqvis commemorat; qvanqvam in
[illegible] diſſentiat, & rei ſeu ſtructuræ templaris ſolùm capa-
[illegible] Pro eô tamen facit, qvod Phil. Aqvinas *in Lexicô ex Li-*
[illegible] (citante Buxtorfiô in Lex. Rabb.) annotat, *tres* אמות
[illegible] primum qvinq; palmarum, ſecundum ſex, & ter-
[illegible] *Maimonide* refert Hottingerus *in præfat. cippo-*
[illegible] *cubitum eſſe 6. palmarum, palmam verò ubiq; eſſe 4.*
[illegible] *videlicet menſurâ æſtimatorum. Pollicis autem men-*
[illegible] *eſt, conſtans longitudinis determinatæ ſpaciô, duo-*
[illegible] *acerorum, latitudine 7. granorum mediocrium, ar-*
[illegible] Qvod ſi itaq; ex dictis inſtituatur computatio,
[illegible] ſæ prorſùs magnitudinis ſtatua humana, qvæ
[illegible] viri excedet fermè ſtaturam: qvòd ſi namq; vi-
[illegible], 60. certè cubiti, 15. tales ſibi mutuò impoſitos
[illegible] Imò ſi *Herodoti* habeatur ratio, qvi *lib. 1. f. m. 32.*
[illegible] regium tribus digitis majorem communi fuiſſe
[illegible]; ſtatuam hanc 60. cubitos Babilonicos altam,
[illegible] cum dimidiô vulgares. Adeòq; licet altitudine
[illegible] Coloſſum Rhodium, qvi cubitorum erat 70. cujus
[illegible] rant amplecti, &c. neq; etiam Coloſſum Nero-
[illegible] conſtabat 110. pedibus (ap. *Plinium l. 34. c. 7.*) mul-
[illegible] mirabilior, ſi materiam laborioſumq; ejus effi-
[illegible] endamus. In numerô 60. & 6. myſterium qværit
[illegible] videlicet eſſe, idolum vel Deum hunc exundare
[illegible], ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum, dextror-
[illegible] Qvod illuſtrat *L'Empereur*, per תרומות qvæ
[illegible] honorem Dei ubivis præſentis agitabantur. Irenæus
[illegible] myſterium hîc qværit numeri Anti-Chriſtiani 666.
[illegible] hæc ſuâ facilè evaneſcunt.

[illegible] פתיה *Latitudine cubitorum ſex.*

[illegible] debitæ partium in homine proportionis, ubi
[illegible] tima totius ſtaturæ pars eſt; collum decima qvin-
[illegible] geſima, &c. (vide ſis Vitruvium *lib. 13. ab initiô.*

Digitized by Google

Cardanum *lib. XI. de ſubtil. p. 458.* aliosq; , qvi picturam docuerunt, & ſymmetriam corporis humani partium demonſtrârunt,) emerget ſtatuæ caput 8. fermè fuiſſe cubitorum, naſum duorum, collum 4. pedes ... ambitum oris & cujusqve auris 4. pedes 10. & manus 6. cubitorum. Interea hoc ſuboritur dubium, qvomodo latitudo 6. cubitorum reſponderit altitudini 60. cubitorum, fueritq; ejus pars decima, cùm alias latitudo humana vix ſit ſexta pars longitudinis? Reſpondet Salianus *ad A. M. 3455.* ſtatuam impoſitam fuiſſe forſitan aræ XII. cubitorum, cujus baſis totidem conſtiterit, ſtatua verò ipſa fuerit cubitorum 36. Menochius *verò de Rep. Ebræorũ f. 649.* opinatur artificium exactè tum temporis haut fuiſſe obſervatum; qvomodo Ælianus *lib. X. var. Hiſt.* de pictoribus refert, eos habuiſſe opus aſſcribere picturis; hoc animal eſt bos, illud eqvus. Et Tzetzes *in Chiliadibus* de ſtatuariis ait; eos feciſſe ſtatuas ſine manibus, pedibus, oculis, aut pedibus tamen inter ſe conjunctis. Primum Dædalum diſſociâſſe pedes, &c. Atqve hâc ratione mirandum in hôc Nebucadnezaris opere magis fuiſſet auri pretium, qvàm accuratum elaborationis artificium: Ita antiqvas etiam imagines tùm pictas, tùm fuſas, non rarò nimis graciles licet obſervare: Huc ſtatuæ Priapi aliorumq; Numinum; ſuperius ſolum vultum pectusq; humanum referentes, cætera qvadratæ baſiq; innitentes. Non ineptè *Oecolampadius* allegoricum hîc elicit ſenſum; ſuperbiam magis ſublimitatem qværere, qvàm latitudinem; modò emineat, multumq; ſit conſpicua, parùm curare, an per charitatem ſe diffundat, aut ſit proficua.

אֲקִימַהּ בְּבִקְעַת דּוּרָא בִּמְדִינַת בָּבֶל׃

Et ſtatuit eam in campo Dura provinciæ Babylonicæ.] En IV. locum pro ſtatuâ hâc electum. Et qvidem erectio innuitur verbô אֲקִימַהּ *ſtare fecit*, à Rad. קוּם *ſtare vel ſurgere*. Ubi meritò curas laboresq; includi opinamur haut vulgares, ſi tanti pretii ſtatua ſine læſione in altum erigi, decenterq; ſtabiliri debuit. Qvanti laboris fuerit, cùm Sixtus V. Pont. an. 1585. obeliſcum Vaticanum erigi denuò curaret, legere eſt in Marliani *Topograph. Rom. p. 150. ſeqq.* Hîc ſanè aureæ erectio ſtatuæ labores poſtulavit itidem haut vulgares. Locus verò appellatur בְּבִקְעַת דּוּרָא *vallis Dura*; Ita namq; בִּקְעָה per *vallem* ſeu planitiem exponi ſolet, v. g. Geneſ. XI, 2. *vallis in terra Sinear.* Joſ. XI, 17. cap. XII, 7. *Vallis Libani.* Vide *Pſal. CIV, 8. deſcendunt*

Digitized by Google

[illegible] Exod. III, 23. c. XXXVII, 12. Deut. III, 7. cap. XI, 11. [illegible] Nomen *Dura* qvid propriè deſignet, an fluvium, ut vult [illegible] qvô campus ille alluebatur, in qvô poſt dilu- [illegible] Babel ædificari cœpta; an lapidem pretioſum, ibidem lo- [illegible] cujus *Eſt. I, 6.* fit mentio, voce Ebræâ דר (ex conjecturâ [illegible] *fragment. ad h. l.*) an verò locum ipſum, ut vult *R. Salomo*, [illegible] nobis poterit. Haut dubiè ſpatioſiſſimus, nec non [illegible] fuit locus, ad capiendam tantam hominum undiqvaq; [illegible] ubi Rex cum ſuis magnatibus commodè [illegible] ſine tædiô vacare poſſet. Unde Symmachus ha- [illegible], Theodotion *Deiram* δειρὰ, LXX. περίβολον, [illegible] *vivarium* ſeu *locus concluſus*, ſupervacaneum eſt [illegible]. Vide tamen, ſi placet, Druſii *fragm. modò alleg.* An [illegible] *Saadia* refert, cecidiſſe ſeu interfectos fuiſſe in [illegible] Ephraim, ibidemq; fuiſſe cadavera Iſraëlitarum, à [illegible] captivitatem eò transportati fuiſſent, trucidato- [illegible] ſuperſtites Judæos idem hic locus redderet con- [illegible] imus autori. Conſt. L'Empereur *in Jacchiad.* [illegible] qvidem in totâ Babiloniâ propriè dictâ, nedum in [illegible] in Suſianâ fuiſſe, probat ex Ptolomæi *lib. VI, c. 3*, [illegible] μεταξὺ τῆς γαλ[illegible] καὶ τῆς κιασίας. De [illegible] *civitas vel provincia*, vide ſîs *c. II, 37.* Adjicimus, qvos- dam [illegible] arbitrari, eſſe oppidum Durabam ſeu Dorabam, ad [illegible] in ipſâ Babiloniâ, id qvod præ antecedente pro- [illegible] Lutherus reddit, auff einem ſchönen Anger. *Vulg.* [illegible] aliiq; retinet vocem *Dura*. Uti diximus, parùm [illegible] incertis altercari aut prolixè contendere.

Poriſmata ex Verſu I.

[illegible] eſt inconſtantia ac mutabilitas, qvi modò [illegible] atq; verum, mox turpiſſimæ fieri poteſt autor [illegible] hoc eſt non in turpibus ſolùm mundi Satanæq; [illegible] ipſis qvoq; Dei veri ſectatoribus. En tibi Aaro- [illegible] en Davidem adulterum ac homicidam! en Salo- [illegible] à fœminis ad inſaniam idolomaniam indu- [illegible] anterà! &c. *Qvare qvi ſtare ſibi videtur, vi-* [illegible]. Imperſcrutabilis humani cordis eſt neqvi-

 tia

tia *Jer. XVII, 9.* Satan ſemel expulſus impudens ac avidiſſimus antiqvi diverſorii eſt amator. *Luc. XI, 24.* ſicut h.l. Nebucadnezarem è laqveis idololatricis beneficiô Danielis qvodammodò liberatum, tantò tenaciùs innectere qvæſivit, inſtar muſcæ impudentis ſæpiùs reverſus.

2. Fidem poteſt amittere, qvi eandem Dei gratiâ jam verè fuerat adeptus. Non loqvimur tantû de agnitionis ſemel impetratæ obliviosâ amiſſione, verùm de filiali in gratiâ Dei per Chriſtum mediatorem fiduciâ, qvæ extingvi poteſt, ſubrepente voluptatum ſtudiô, Satanæ terriculamentis, &c. Adeòq; licet Nebucadnezarem, narratô ſibi ſomniô laudes veri Dei confitentem, pro verè converſô ſatisq; informatô proſelytô non habeamus, habemus tamen exempla aliorum, naufragium fidei turpiter facientium, ad vomitum redeuntium, &c. ſicuti contra Calvinianos id abundè probârunt noſtrates. Nimirum inſtar aëris habet ſe mens humana, præſente ſole gratiæ ſeu Dei ſpiritu, eſt lucida, eâdem per incuriam aut carnis dominium depulſâ, merè fit caliginoſa; ſicut corpus præſente animâ movetur atqve vivit, digreſſâ eâ fit iners, fœtet ac corrumpitur; ita amiſſâ fide, &c.

3. *Idololatria* facit è ſapientibus ſtolidos, ſceleratos, infauſtos.

4. Statua hæc refert imaginem *avaritiæ*, qvæ auri fulgore faſcinat cultores; *hæreſeos*, qvæ aurô eloqventiæ mundanæq; Philoſophiæ fulget, &c. nec non *mundanæ felicitatis*, veluti pluribus id proſeqvitur *Pererius* ad h.l.

וּנְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא שְׁלַח לְמִכְנַשׁ לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא

VERS. II. *Itaq; Nebucadnezar Rex miſit ad congregandos Satrapas.*) Erectionem nunc (2) excipit inauguratio, cujus cauſâ convocati fuêre regni proceres, velut hôcce verſu docemur. Connectitur autem antecedentibus per copulam ו, qvam Vulgatus reddit, *itaq;*, non ſine exemplô. Vide *Pſal. II, 10. Pſal. XCI, 14. CVI, 43. CXVI, 2. CXIIX, 7. CXXXIX, 17. &c.* Qvanqvam ſignificatus conſvetus, *&*, alienus ab hôc textu non ſit. *Miſit* porrò Rex, nimirum curſores nunciosve regios, qvalium fit mentio *Eſth. III, 15. cap. IIX, 10.* &c. Finis miſſionis innuitur voce לְמִכְנַשׁ *ad congregandum*, h.e. ut corporibus ſe ſuis dictô locô atq; tempore infallibiliter ſe ſiſterent, inqve Panegyri ſolenni regio mandato obſeqvium præſtarent, ſimul verò novo cultui majorem in totô populô reverentiam conciliarent. *Octo* autem referuntur hominum convocatorum genera, qvorum *primum* conſtituunt אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא

Achasdarpenaja.

Satrapæ;

Digitized by Google

[illegible] voce audire lubet Hottinger. *lib.1. ſmegm. c.5. p.78.* qvi [illegible] nomen hoc, velut caput ejus אחש qvod & Kim- [illegible] *magnus exponit*, *indicat*. Caudam verò ex Chaldai- [illegible] dicas. דרי פניכון *manentes in facie Regis)* non vult ad- [illegible] (prout qvidem deducit Joſeph Kimchi), verùm derivat ex [illegible] qvod ex mente Lexicographorum Perſicorum eſt *dignitas ſeu* [illegible] *aut pretium*, & דרבאן *janua*, ut proinde Achasdar- [illegible] *cuſtodes porta*, *majeſtatis janitores*, qvi faciem Regis vi- [illegible] qvâ voce manavit *ſatrapa*, vel ἐξαιθράπης, ut vocat [illegible] Theopompus. *Jacchiades* confert hoſce Satrapas cum [illegible] (Baſſa autem & Baſſi Turcis eſt caput, Baſſileri, *capita* [illegible] qvomodo à *capite* ſunt *capitanei:)* verùm *Hottingerus* ſplen- [illegible] horummet procerum primariorum conditionem ſu- [illegible] conferens cum *majoribus domûs* in Imperiô Francicô, vel cum [illegible] Præfectis, Groß-Hofmeiſter. Sanctius, *fortaſsè*, ait, [illegible] *rege provinciam aliqvam moderatur, qvales ſunt Pro-Re-ges, &c.* Allegat porrò Philoſtratum *l. 1. vita Apollonii c.19.* ubi docet, [illegible] Babyloniæ conſvetudinem, ut ne Satrapa, qvi magnæ ur- [illegible] præſidebat, qvenqvam peregrinum in urbem admitteret, [illegible] regis ſtatuam adoraret. An verò hoc munus obſer- [illegible] conveniat cum officiô ProRegis, ipſemet vi- deat. R. *Salomon* reddit דוכוסין qvod haut dubiè eſt Latinorum, *Duces*; R. [illegible] reſolvet in haſce tres voces אחיכון שרים פנימין h.e. [illegible] *commorantur interiùs*, fermè ſicut Liranus Satrapam [illegible] exponit. Belgæ reddunt die Stadthalter. Luthe- [illegible] t. Amptleute. Qvicqvid ſit, inſignis virorum horum [illegible] conſtabit ex, *cap III, 3.27. & cap. VI, 2.3.4.7.8. Eſth.* [illegible] *Eſr. IIX, 36.*

[illegible] *tus:*) Altera hæc claſſis vocatur סגניא à nomine **Signaja.** [illegible] qvam vocem ceu generalem perpendimus jam ſuprà, [illegible] ntes Chaldæorum dicuntur ſuos habuiſſe סגנין *præfe-* [illegible] res, qvibus tamen inſpector ſupremus ibidem datus [illegible] Hoc in locô *Jacchiades* confert cum *Beglerbegis* Turca- [illegible] ſunt militares, vecti vel eqvis ac dromadibus, vel [illegible] tione etiam *Saadia* exponit שרי הצבא *princi-* [illegible] qvô faciunt *LXX.* ϛρατηγοί, item *Oecolampadius* [illegible] hoc & ſeqventia nomina accipiunt tanqvam ti-

Digitized by Google

tulos certorum Muſicorum; qvod tamen meritò improbat *Sanctius*, qvem ſi lubet vide. *Belga & Mogunt.* die Obrigkeiten. *Luther.* & poſt eum *Ditenb.* Herren.

Pachavatha. *Judices:*) Tertii hi ſunt פַּחֲוָתָא à פֶּחָה *princeps*, ſicut etiam R. Nathan. exponit per נָגִיד princeps, qvi נֶגֶד *coram* Rege ſuas gerit vices, vel qvi *coram* grege aut ſibi commiſſis antecedit primus. Mentionem autem horum videmus fieri Eſr. V, 3. *Thartenai, Dux eorum qvi trans flumen*, v. 14. *Sesbazar, qvem Ducem conſtituerat.* ſic *cap. VI, 7.* Dux Judæorum & Seniores templum reparaturi conjunguntur. Vide etiam infrà hôc cap. III, 3. & 27. item c. VI, 8. Ebræis itidem uſitatam fuiſſe hanc vocem, conſtabit. ex *Nehem. II, 7. cap. III, 7. 11. cap. V, 14. 15. 18. cap. X, 30. c. XII, 26. 1. Reg. X, 15. c. XX, 24. 2. Reg. XIIX, 24. Eſa. XXXVI, 9. Hag. I, 1. 14. c. II, 2. 21. Mal. I, 8. Jer. LI, 23. 28. 57. Ezech. XXIII, 6. 23. Eſth. IIX, 9. c. IX, 3. Eſr. IIX, 36.* Qvanqvam, ſi rem rectè perpendamus, hi omnes textus ejusmodi reſpiciunt tempus, ubi ex commerciô cum Chaldæis vocabula qvoq; gentis hujus innoteſcere cœperant huic Dei populo, æqvè ut inter nos Germanos multa deprehendere licet vocabula latina, idqve haut dubiè ob Latinorum in provinciis Germanicis imperium. Confert autem hocce vocabulum generale *Jacchiades* cum Turcarum *Agis Janitſcharorum* ſive cum Ducibus peditum in exercitu: Qvam interpretationem qvodammodo juvat, qvod inter hanc & antecedentem vocem copula *vau* intercedat, qvæ nulli nominum cæterorum præmittitur, fortè qvia inter Duces Eqvitum Peditumq; intimior erat connexio. *Theodotion* vertit hîc & *2. Reg. XIIX, 24.* τοπάρχας; *Belga* die Land-Voigte / Lutherus Landpfleger. Ditenb. & Moguntin. Richter.

Adargaſraja. *Duces:*) qvarti vocantur אֲדַרְגָּזְרַיָּא qvæ vox non niſi hîc & v. ſeq. occurrit, exponiturq; à R. Nathane *in Concordant.* per שׁופטים *judices*; de ejus autem Etymô propriôq; ſignificatu ſuam profitetur ignorantiam Bochardus in ſuô *Phaleg. f. 69.* (ex conjecturâ interim reddens *Drungarios*, qvô vocabulô veniunt præfecti cohortis aut globi militum:) nec non *Hottingerus* loc. cit. *R. Salomon* hoc & ſeqventia habet pro vocabulis nationum. *AbenEſra* ſingula hæc VII. nomina dignitatum nobis incognitarũ titulos autumat, adiiciens, ſapientem qvendam hocce *Adargaſraja* expoſuiſſe per אדירי גזרין *potentes decretorum*: Ipſemet tamen ſupervacaneum cenſet, in hiſce parum

Digitized by Google

[illegible] deſudare. *R. Saadia* declarat, באור גוזרי[illegible] [illegible] *qui cum honore* ſeu autoritate *decernunt & cum bonô*, ſeu felici[illegible] exponit de præfectis judicum in unaqvâq; civitate, qvi [illegible] judicia, vocanturq; *Kadii*. Grotius vocat ſcribas, decre[illegible] *LXX*. reddunt ἡγεμένες, *Luth*. Richter/*Belgæ* de Wet[illegible] *Mogunt*. Fürſten/*Diveenb*. Ambtleute. *Clopp*. apud de Dieu *in A*[illegible] de iis, qvi באור de menſe intercalari decidere poterant. Verum an in Chaldæis ita receptum, probari priùs debuiſſet, imò hoc [illegible]ticorum, non autem regni procerum. Meliùs *Oecolampadius* [illegible] Græci νομοφύλακας, Lacedæmonii verò Ephoros voca[illegible] Inſpectores ſtatutorum regiorum, qvomodò eadem [illegible].

[illegible]) qvinti (ſine tamen copulâ, qvâ *Vulgatus* fruſtrà [illegible] appellantur גְּדָבְרַיָּא *qvæſtores*, ſecundùm Oecolampadium, [illegible] Polanum, Ariam Montanum, L'Empereurium, Bochardum [illegible], qvæ vox itidem hic & *v.3*. ſolùm legitur. *R. Nathan*. declarat per [illegible] פָּקִיד *præfectum*. *Jacchiades* confert cum Turcarum [illegible], h.e. qvi præfecti erant reditibus regis, qvibus commiſſa [illegible] adminiſtratio, nec non ratio expenſarum, cibiq; ac potûs regii. *L'Empereur* cenſet hoſce גדברין coincidere cum גזברין per conſvetam [illegible] ד & ז transmutationem, (qvod ipſum videre etiam eſt [illegible]) imò confert etiam cum illô דבריא *Dan. II,27*. & [illegible] *Autores* denotantur. Pluribus adhuc idem autor præ[illegible] in *Annotat. ad Hodipor. Kimchii p.74. ſeqq.* Ita Hottinge[illegible] *p.79*. itidem probat, ſcil. deſignari theſaurarios, reditibus [illegible] præpoſitos. *Grotius* vult fuiſſe pecuniarum diſpenſatores; [illegible] Schatzmeiſter/ *Lutherus* Voigte/ *Mogunt*. Herren. [illegible] /*Oecolampadius* & *Saadia* de theſaurariis, qvi gazas & [illegible], præfecti teloniis, cenſibus, &c. Gedabraja.

[illegible]) Sexti ſunt דְּתָבְרַיָּא qvos R. Nathan expo[illegible] *regios, peritos* דָּת *ſtatuti* ſeu juris: Legiturq; iti[illegible] hic & *v.3*. R. Saadia ſimiliter interpretatur: דתיהם *qvo*[illegible] [illegible] *purum, qvippe ipſi ſunt Conſiliarii regis, & ſtatu*[illegible] *ipſorum* ברורה *depurgatum*. R. Jacchiades exiſti[illegible] *principes, qvi viris præerant Theologis, qvi curam gere*[illegible] *adorationis, qviq; populum dirigebant, divina* [illegible], *qvos Turcæ vocant Alphaki & Zagti*. LXX. *tyrannos* reddide- Dethabraja.

Digitized by Google

reddiderunt: Bochardus verò *locô cit.* vult fuiſſe *Conſiliarios*: Hottingerus l. c. deſignari putat *legiſperitos*, qvamvis in derivatione non conſentiat cum R. Saadia; Ita qvoq; *de JCtis*, Polanus, Grotius, aliiq;. Belgæ exponunt die Rathsherrn/Lutherus Räthe. Mogunt. die Vornehmſten. Ditenb. Vögte. Horſum pertinent Cancellarii, Conſiliarii, &c.

His addendi ſunt Septimi, (qvanqvam *Vulgatus* planè omittat)
Thiphthaje. תִּפְתָּיֵא qvos R. Nathan exponit vocabulô Ebraicô גוזברים *exactores*; Saadia verò vult fuiſſe *cuſtodes clavium*, ſeu *præfectos portarum*, qvi etiam oſtium *fornacis ignis* Topheth (alludere videtur ad ſonum vocis Tiphtaje,) *qvô rebelles plectendi erant*, *obſervabant poſteà*. Jacchiades ait, Præfectos hos fuiſſe *Philoſophis*, *præſtigiatoribus*, *fatidicis & aſtrologis*. Deduxiſſe hoc videtur ex Rad. פָּתָה *decepit, perſvaſit*: Cum qvô facit qvodammodò Turcarum *Muphti*. L' Empereur declarat ulteriùs ex Arabiſmô, ubi פתי eſt *docere* & in conjugatione qvartâ *judicare*. Non extat hôc vocabulum niſi denuò *v. 3. Belgæ* cum *Lutherô* reddiderunt, die Amtleute.

וְכֹל שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא *Omnesq; Principes regionum.*

Ultimum h. e, octavumq; convocatorum genus, *univerſi* ſcil. שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא *principes provinciarum.* Etymon vocis prioris eſt
Schilton. שְׁלַט *dominatus fuit*, unde שַׁלִּיט *Dominus* & שִׁלְטוֹן, qvæ vox poſterior hôc ſolùm & ſeqventibus verſibus obſervatur. *Jacchiades* confert cum Turcarum *Zangiaki*, vel *Viſiriis*, qvi Imperatoris ſcil. gerunt vices in qvâvis provinciâ aut regnô, cui qviſq; eſt præfectus. Horum recenſentur *qvinq;* in Imperiô Turcicô, *unus* degit Conſtantinopoli, & Græciæ viciniſq; locis imperat, *alter* Kayri, qvi præeſt Ægypto, *tertius* Damaſci reſidens præſidet Syriæ. *Qvartus* Pagdedi, in Babiloniam vicinasq; regiones tenet imperium. *Qvintus* deniq; Arabiam adminiſtrat, & Thanaæ ſedem habet. *Grotius* ait, fuiſſe, qvi non præfecturis aut provinciis, ſed urbibus & regionibus ſuburbicariis ſingulis præfuerunt. Dum itaq; ſolos conſcribi videmus proceres, omiſſô vulgô, colligimus, per hæcce capita repræſentatum fuiſſe univerſum ſubditorum ubivis degentium corpus, adeò ut qvod fecerunt Domini, feciſſe in & cum his putentur ſinguli qvoq; inferiores; unde etiam mox *v. 4.* ſermo dirigitur *ad populos, nationes atq; lingvas*. Imò ſic procerum exemplô citiùs invitabantur poſteà plebeji, qvi ſimul cum ſuis principibus ob incommoda politica, haut poterant ſe ſiſtere præſentes.

Addi-

Digitized by Google

Addimus, non tàm ad adorationem, qvæ futura poſthac erat perpetua, qvàm ad conſecrationem, qvæ actus erat tranſitorius, atq; à conſenſu principum pendens, deſcriptionem hanc fuiſſe inſtitutam.

לְמֵתֵא לַחֲנֻכַּת צַלְמָא דִּי הֲקֵים נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא׃

Ut convenirent ad dedicationem ſtatuæ.) Recenſitis his, qvi actui intereſſe debebant, oſtenditur nunc qvoq; præſentiæ finis, nimirum ſolenniſatio, ut ſic dicam, inaugurationis ſtatuæ inſtantis: qvæ ipſa appellatur חֲנֻכַּת *initiatio, dedicatio*, (vel ſecundùm Theodotionem, τὰ ἐγκαίνια,) qvando aliqvid è cenſu rerum profanarum aut vulgarium eximitur peculiaribusq; ceremoniis conſecratur Numini ad uſus ſacros, qvomodo de templi noviter Hieroſolymis extructi initiatione legitur *Eſr. VI, 16. 17. Nehem. XII, 27.* Item de initiatione altaris *Num. VII, 10. 11. 84. 88. 2. Par. VII, 9.* & murorum civitatis, qvi Deo ejusdemq; protectioni certis precibus hymnisq; commendabantur, unà etiam gratiis decenter actis pro conſummatione operis, *Nehem. XII, 27.* (Vide ſi lubet, qvæ de verbô חָנַךְ *initiavit*, diximus ad *Prov. XXII, 6.*) Conferri poteſt lapidis à Jacobô facta unctio ac velut inauguratio. *Gen. XXIIX.* Aliàs à Gentilibus adhiberi in ſacris ſolebat foculus, in qvô thura concremabantur ac aromata alia. Illum cum tibicine in dedicatione domûs adhibitum eſſe, memorat qvoq; Cicero *pro domô ſuâ.* Atq; ſic etiam hôc locô Muſicæ ſubnectitur mentio, utpote qvæ lætitiam ingenerabat ſpectatoribus, plauſumq; ac jubila ex iisdem eliciebat. Acceſſiſſe inſuper preces, benè ſuggerit Martialis *l. 8. Epigr. 24.* חנכת

Qvi fingit ſacros aurô vel marmore vultûs,
Non facit ille Deos, qvi rogat ille facit.

Adeòq; in tabernâ opificis nemo adorat ſtatuam, verùm poſtqvàm ea ſolenniter ſuo principali vel fictitio prototypo conſecrata eſt peculiaribus ceremoniis, exorciſmis ac precibus.

Poriſmata ex Verſ. II.

1. Magiſtratûs non eſt, novum Dei cultum introducere, ſubditis per vim obtrudere, veterem abrogare, conſcientiis imperare, &c. Vide ſis Brochman. *T. II. LL. p. 5004. de magiſtr. ſect. 3.* Interim licèt ad fidem vel religionem non cogere qveat directè, cogere tamen poteſt ad media fidem ingenerantia, &c. Vide D. Calovii *Arminian. p. 577.* ubi plura de Ma-

de Magiſtratûs circa ſacra poteſtate. Confer etiam Raymundi *pugion. fidei f. 3. prolegom.* Ubi agitur de qvæſt. An religionis ſit, cogere religionem.

2. Politicorum eſt inventum, harmoniam in religione fundamentum eſſe pacis in regione, unde poſtmodum conſilia fluunt vel ſyncretiſtica ac fraudulenta de religionum diſſentientium in unam ampliorem coagmentatione, vel ſangvinolenta de diſſentientiû violentâ exterminatione. Ita in noſtrô textu omnes in regnô proceres in cultu jubentur conſpirare. Ita Jeroboam, ne deficerent à ſe aliqvando Iſraëlitæ, novum confinxit vitulorum cultum, æqvè ut hîc Nebucadnezar videtur voluiſſe præcavere, ne per Judæos captivosq; alios, novæ in religione concitarentur turbæ.

3. Facilior eſt religionis falſæ introductio, qvàm veræ: Neminem hîc diſſentire vides inter Politicos profanos. Citiùs abrogatur religio vera, qvàm erronea ac ſuperſtitioſa, id qvod in majoribus noſtris videre eſt, toties per Carolum M. à Gentiliſmô fruſtrà revocatis.

4. Qvantum valeat Papiſtica Eccleſiæ veræ nota, amplitudo nimirum tot ac tantorum Regum Principûmq; adhærentium, conſenſus itidem tot virorum eruditorum, &c. videre eſt ex ampliſſimâ hâc tot Principum magnatumq; per univerſam Monarchiam Babilonicam conſpiratione. Vide B. Höpfneri *Saxon. Evang. p. 210.* D. Mülleri *Anti-Janſ. p. 455. usq; ad 466.* Brochm. *ſpeculum p. 138. & par. 3. antapol. p. 1121. & 1352.* fuſiſſimè.

5. Egregiè cum Nebucadnezare conſpirant hîc Papiſtæ, imagines Chriſtophori ingentes, ſtatuas B. Virginis, ſanctorumq; aliorum aureas argenteasq; paſſim pompoſè dedicando, ad venerationem prætereuntes qvosvis adigendo, &c. Exempla ubivis obvia.

6. Dedicatio templorum, altarium, ſuggeſtuum, &c. qvæ fit per invocationem Dei, informationem populi, preces publicas, decantationem piorum hymnorum, & hujus generis ritûs ſacros haut qvaqvam eſt improbanda: Ita Deus ipſe, ut majorem cultui Moſaico conciliaret autoritatem, igni cœlitùs demiſſô conſecravit aram, præſentem ſe in nebulâ & caligine exhibuit, &c. Ita David atq; Salomo loca ſacra panegyricis condecorabant actibus, ut tantò major in populô poſt hâc eſſet veneratio. Ita inaugurationes certarum perſonarum in ſtatu tàm Eccleſiaſticô qvàm Politicô ſingulari ſuâ non carent utilitate. Imò ædes etiam privatæ, ſi conſummatæ per Dei gratiam fuerint, ſalubri-

Digitized by Google

ſalubriter aptantur novis uſibus per hymnos atq; preces devotas. Ubi tamen non facimus cum Domitianô, cujus inſanos ſumtûs *lib.1.* qvi *Cæſaris amphiteatrum* inſcribitur, latè commemorat *Martialis*. Ita ſumtuum *Pompeji* in dedicatione Theatri meminit Cicero *l.7.Ep.1.* Et *Nero* qvoq; domum ſuam, cùm habitare illam inciperet, priùs dedicavit, apud Sveton. *in Ner.c.31.p.564.* Imò Vitellius ingentem initiabat vel dedicabat patinam; *apud Eund. in Vitell.c.13.* (ubi ſimul fit mentio famoſiſſimæ cœnæ ciborumqve undiqvaq; conqviſitorum.) Plinius *ad Trajanum* de iis, qvi virilem ſumunt togam, *item*, qvi opus publicum dedicant, commemorat, qvòd totam bulen atq; etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosq; denarios vel ſingulos dare conſveverint.

7. Cum hâc ſtatuæ conſecratione non malè conferri poſſet certorum in Papatu ſanctorum apotheoſis ſeu canoniſatio; de qvâ peculiares conſcripti extant Tractatus, v. gr. Felicis Contelorii J.U. & Th. D. (Lugd. A. 1634.) Caſtellini, aliorumq;. Vide tamen è noſtris B. Gerhard. *T.3. Conf.Cathol.p.542.* & Brochm. *T.II.LL.p.6061.* &c.

8. Qvalis Rex, talis grex. Si in errore antecedunt arietes, facilè eosdem ſubſeqventur oves. Hâc de cauſâ convocantur hôc locô principes, ut eorum exemplô conſpectô, faciliùs imitarentur cives. Qvantum verò damni ex hujusmodi principis corruptione emanet in Remp. qvantum etiam boni procurari poſſit, ex bonô eorundem exemplô, oſtenderunt hôc locô pluribus *Pererius* atq; *Sanctius*.

9. Diſtincta dignitatum publicarum nomina monent nos ordinis in qvâvis communitate feliciter gubernandâ ſummè neceſſarii. Non cuivis membro in humanô corpore ſunt paria officia honoresq;. Ita alii in bellô, alii in pace neceſſarii miniſtri; alii rei pecuniariæ, alii juſtitiæ viæ præſunt, &c.

בֵּאדַיִן מִתְכַּנְּשִׁין אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא וגו׳

Tunc congregati ſunt Satrapæ &c.) Convocationem nunc excipit comparitio, in qvâ *tùm* perſonæ præſentes occurrunt, ſingulæ videlicet iſtæ, qvarum meminit antecedens verſus, ne mutatô qvidem vel ordine vel numerô; *tùm* finis comparitionis, initiatio nimirum imaginis, *tùm* comparitionis locus, videlicet coram imagine. VERSUS III.

וְקָאמִין לָקֳבֵל צַלְמָא דִּי הֲקֵים נְבוּכ׳ *Stabant autem in conſpectu ſtatuæ, &c.*) Pertinet hoc ad plenioré, tùm rerû gerendarû cognitio-

nem tùm ſubmiſſam qvoq; ſtatuæ conſecrandæ venerationem. Adeoq; ut *cap. II, 31.* de imagine in ſomniô viſâ eadem legitur phraſis ; *imago grandis* לְקָבְלָךְ קָאֵם *ſtabat è regione tui*, adeò, *ut* contemplari eam poſſes ſatis commodè, qvânam conſtaret ex materiâ, qvousq; per ſingula membra eadem materia ſe protenderet ac terminaretur: &c. Ita & hôc locô, inverſô ordine dicitur: magnates ſtetiſſe coram imagine, eâ ſcil. horâ, qvam Rex ſolenniter indicari curaverat ſingulis. Imò, ut in templô Hieroſolymitanô nemini præter regem licebat ſedere; ita nec hìc ſediſſe qvenqvam legimus, verùm *ſteterunt* ſinguli, haut aliter ac coram Rege ipſô conſveverant adſtare.

Poriſmata ex Verſu III.

1. Obſeqvium mirè decet ornatq; ſubditos, etiam in dignitate conſtitutos, ut ſunt Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, qvando iidem ſupremo ſuo ſe ſubmittunt capiti, cui jura competunt territorii, aut cui præſtandum fuit homagium. Vide *Rom. XIII, 1. ſeqq.* Item qvæ aliàs vi qvarti præcepti incumbunt ordini inferiori.

2. Conventus Eccleſiaſtici ne deſerantur: *Ebr. X, 25.* ſi tantopere tot ac tanti confluunt ad mandatum regis terreni, qvanta nobis incumbet neceſſitas, obſeqvium in freqventatione ſacrorum exhibere ſummo Regum Regi in cœlis?

3. *Stare* in cultu vel ſervitiô tàm ſacrô qvàm profanô, per naturam inſitum eſt cuivis homini; ita namqve promtiores eſſe poſſumus ad exeqvenda juſſa, qvàm ſi aſſidentes jacentesq; in ordinem priùs membra laſſa ac velut relaxata cogere vel ſuſcitare habeamus opus. Huc qvodammodò *ſtationes* veterum Chriſtianorum in precibus, de qvibus Hildebrandus *in de Ritibus orant. p. 86.* Et Albaſpinæus *in obſervation. per Kettembeil.* p. 23.

Vers. IV. כָּרוֹזָא וְכָרוֹזָא קָרֵא בְחָיִל *Et præco clamabat valenter.*

כָּרוֹזָא Comparentium nunc inchoat per præconem inſtructio. Ubi (*a*) inſtruens vocatur כָּרוֹזָא præco, qvod nomen alibi in ſacris non extat. Verbum tamen הַכְרִזוּ *proclamârunt per præconem*, legitur infrà *cap. V, 29.* convenit cum gr. κηρύζω vel κῆρυξ, ut fermè inducere nos eò qveat, à Græcis ad Chaldæos unà cum re deveniſſe nomen, æqvè ut inferiùs inſtrumentorum muſicorum nomina græca deprehendemus. Qvanqvam jam ex hiſtoriâ Joſephi conſtet, *Gen. XLI, 43.* præconum in Ægyptô extitiſſe uſum, item in Iſraële *1. Reg. XXII, 36.* Vide ſi lubet, nonnulla de præconibus tùm Eccleſiaſticis tùm forenſibus, apud Urſinum

Digitized by Google

Urſinum *in Analectis p.70.* (β) Inſtructionis modus eſt *clamor* בְּחַיִל *cum robore*, i.e. ſonora & ubivis perceptibilis promulgatio, adeò ut non adhibita fuerit ſcriptio tanqvam litera mortua, ſicut qvandoq; vocatur, verùm vox clara, multisq; in locis palàm repetita. Simili modò *cap. IV, 11.* dicitur: *vigil clamavit* בְּחַיִל *fortiter*: c. V, 7. *& Rex clamavit* בְּחַיִל *cum robore*, h.e. plenô ſpiritu, qvoad modò vox poterat intendi.

לְכוֹן אָמְרִין עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא׃

Vobis dicitur populis, tribubus & lingvis.) Eſt hæc (γ) ipſamet inſtructio, continens *tùm* ſubjecta ſeu perſonas, mandatô hôc obligatas, *tùm* tempus mandati exeqvendi, *tùm* adorationis mandatum, *tùm* deniq; neglectûs pœnam. Qvoad *primum* in fontibus eſt: *Vobis* אָמְרִין *dicentes* (ſunt) nimirum Rex cum ſuis conſiliariis, vel impersonaliter, vobis ſignificatur aut edicitur: ita namqve participium aliàs poni ſolet pro tempore præſente, ut Exod. II, 14. *an ad occidendum me tu* אֹמֵר *loqvens*: i.e. loqveris? Eſa. I, 7. *alieni* אֹכְלִים *comedentes* (h.e. comedunt) eam, &c. Sicut verò verba activa ſine expreſſô Nominativô Imperſonalem gignunt ſenſum, v.g. *Eſth. II, 2.* יְבַקְשׁוּ *qværent* (man ſuche) *Regi puellam*. Pſal. CXXVI, 2. יֹאמְרוּ *Dicent*, man wird ſagen/ Pſal. LXIIX, 25. רָאוּ viderunt, i.e. man ſihet/ ita etiam hôc locô, verbum *dicunt*, imperſonaliter meritò expreſſum eſt à Vulgatô aliisq;: *dicitur*. Lutherus: Das laſſet euch geſagt ſeyn. Subjecta autem mandatô hôc compulſa ſunt עַמְמַיָּא *populi*, qvi totô aliàs aliqvô comprehenduntur regnô, ſicuti אֻמַּיָּא *nationes* arctiùs qvodammodò appellantur familiæ ampliores, ab unâ אֵם *matre*, ſtemmate originem trahentes. Deniq; לִשָּׁנַיָּא *lingva*, ſunt ii, qvi diverſis utebantur idiomatibus, v.g. Armeni, Parthi, Medi, Perſæ, &c. uti infrà redibit *v. 7. & 29.* item *cap. IV, 1. c. V, 19. c. VI, 25. cap. VII, 14.* it. *Eſa. LXVI, 18. Zach. IIX, 23. Rom. XIV, 11. Ap. V, 9. c. VII, 9. &c.* Patet verò hinc, convocatos qvidem *v. 2.* principaliter fuiſſe proceres, non tamen excluſis aliis inferioribus, qvi haut dubiè ſuâ ſponte, ut fieri ſolet, ſatis freqventes ob rei novitatem, panegyrinq; adeò ſolennem confluxerunt, ut proinde non ad ſolos magnates fuerit dirigendus ſermo, verùm ad reliqvam etiam tot advenarum promiſcuam turbam. Qvanqvam & hoc addi poſſet, officialium ex tot regnis ac provinciis undiq; convocatorum, ſatis numeroſum haut dubiè fuiſſe cœtum in ſe, adeò, ut ſi ex ſingulis civitatibus

עַמְמַיָּא

לִשָּׁנַיָּא

Digitized by Google

ſaltem præſtò adfuiſſent aliqvot, collectim tamen populorum, natio-num, ac lingvarum ipſimet repræſentaverint cœtum. Niſi dixeris, capita hæc ex populis ac nationibus præcipua titulô populorum nationumq; non immeritò veniſſe, qvia totos populos, nationes atq; lingvæ repræſentârunt.

קַרְנָא דִּי־תִשְׁמְעוּן קָל בְּעִדָּנָא

VERS. V. *In horâ, qva audieritis ſonum tubæ.)* Determinatur jam tempus adorationis exhibendæ, nempè concentus Muſicus; ubi 6. commemorantur inſtrumentorum ſpecies, ſubjunctô tandem eorundem genere, reliqva non commemorata in ſe comprehendente univerſim.

1. קרנא *Primum eſt* קַרְנָא *cornu*, cujus etiam poſteà fit mentio *v. 7. 10. 15.* it. *Joſ. VI, 5.* cum protrahent ſonum בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל *cornu arietinô.* Propriè eſt illud frontis ornamentum, in qvibusdam brutis, qvale memoratur infrà in viſione, *cap. VII, 7. ſeqq.* qvod ipſum propter cavitatem ſuam inſervivit ciendis ſonis, uti textûs ſuperiùs allegati id evinceut; præter qvos cornu ad clangendum adhibitum vix invenies. *Aben Eſra* exponit per שופר *buccinam*, id qvod & *R. Saadia* facit, addens, *hanc è cornu fuiſſe paratam. Vulgatus* reddidit: *Tuba*, qvia hæc olim ex cornu parata. Tuba autem appellatur ſecundùm nonnullos, qvia tubum refert perforatum, ſeu canalem, per qvem aliàs derivatur aqva. Hieronymus *Tom. II. Ep. 65. ad Dardanum*, meminit *Tubæ conſvetudinis, qvæ tribus fiſtulis æreis in capite auguſtô inſpirabatur, per 4. vocis ductûs æreos, qvi per æreum fundamentum qvaternas voces producunt, mugitumq; nimium vehementisſimumq; proferunt.* Atq; hanc ipſam intendi h. l. cenſet *Sanctius.* Verùm cur à cornu ad æris metallum deflectere velimus, cauſa urget nulla. Qvapropter etiam *Belgæ* reddunt: des Horns / ſic & *Ditenb.* der Hörner / *Luth.* Poſaunen. *Mogunt.* der Trompeten.

2. משרוקי *Et fiſtula:) Secundum* hoc eſt inſtrumentum מַשְׁרוֹקִיתָא cujus nullibi, niſi hôc capite fit mentio. Radix eſt שָׁרַק *ſibilavit*, ore acuminatô ſonum edidit. *Eſa. IIX, 26.* unde שְׁרָקָה *ſibilus*, tanqvam ſecundùm *Schindlerum* fit diductis labiis & compreſſis dentibus. Item hocce מַשְׁרוֹקִיר *fiſtula paſtorum juxta greges ſtridula aut ſibilans. Jacchiades* dicit fuiſſe inſtrumentum ſibilans *Hiſpanicè*, Flauto, (Flöte.) *R. Saadia* ait, fuiſſe inſtrumentum, qvô ablegati à Regibus congregabant populos, juxta illud *Zach. X, 8.* אשרקה *ſibilabo illis & congregabo ipſos. Sanctius* varia fiſtulæ profert ſynonyma, ut ſunt tibia, calamus,

mus, arundo, cicuta, avena, qvæ & ſimplex eſt, & multiplex, ad ſeptenos usq; calamos, ex qvibus una interdum fiſtula compingitur: Ita namq; Virgilius Ecl. II. *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis fiſtula.* Hieronymus *locô citatô* ſuprà XII. calamos & plures bombulos in unâ fiſtulâ deſcribit ex qvibus clamor fragorq; edatur planè ingens. Hujusmodi igitur inſtrumentum pro tantâ multitudine excitandâ, & ſub diô qvidem, omninò & hîc congruum, imò fermè neceſſarium. Belgæ reddunt, cumq; his Mogunt. der Pfeiffe/ Lutherus & pòſt eum Ditenb. Drometen.

Et cithara:) *Tertium* hoc eſt קִיתָרֹס idem haut dubiè cum græ- 3. קיתרס
cô κιθάρα & κίθαρις. Qvanqvam à Chaldæô *Eſr. V, 12.* adhibeatur pro Ebr. תוף *tympanum.* Utitur etiam voce hâc interpres Chaldæus *Coh. II, 8.* ubi Salomo meminit Cantorum atq; cantatricum. *Feci,* inqviens, *in domô ſanctuarii inſtrumenta muſica ad pſallendum iis,* vel ut pſallerent iis Levitæ ad oblationes, וְקִתְרֹסִין *& citharas & organa, ut pſallerent iis cantores ac cantatrices in domô convivii vini.* Iſidorus *lib. 2. Orig. c. 21.* formam citharæ initiô ſimilem fuiſſe tradit pectori humano, qvod lingvâ Doricâ dicitur: κίθαρα, qvòd veluti vox de pectore, ita & ipſâ citharâ cantus ederetur. Addit ibidem, ipſam antiqvitùs fuiſſe ſepticornem. Paulò pòſt *pſalterii & citharæ* hanc dat differentiam, qvòd *illud* lignum concavum, unde ſonus redditur, ſuperiùs habeat, & deorſum feriantur chordæ, qvæ deſuper ſonent: *Hæc* autem concavitatem ligni inferiùs habeat. Hactenùs *Iſidorus.* R. *Saadia* exponit per Ebr. כִּנּוֹר qvod communiter per citharam efferri ſolet. Sicut igitur ſuperiora flatu, ita hoc inſtrumentum, tactu digiti vel pectinis movetur, inſtructum chordis, ſive metallinis, ſive è nervis inteſtinisve animalium paratis. *Hiſpani* vocant *Gvitarra,* æqvè ut nos *Germani* Zitter. An tamen eandem cum modernô, qvod ita nuncupamus, noſtratium inſtrumentô habuerit formam, nemo nobis definiet. *Hieronymi* trigoni putat habuiſſe formam, 24. fidibus inſtructum. Verùm hôc modô *Harpa,* ut vocant Hiſpani, Galli, Belgæ, Dani, Angli, Germani ac Poloni, potiùs deſcribitur, qvàm Cithara. Hinc Lutherus & Diten. Harffen / Belgæ & Moguntin. Cyther.

Sambuca:) *Qvartum* eſt שַׂבְּכָא *ſambuca,* ut communiter 4. שבכא
exprimitur, qvod inſtrumenti genus dicitur fuiſſe triangulum, atq; ut *Maſurius* apud Athenæum dicit, ὀξύφθογγον *acutô ſonô.* Euphorion τετράχορδον, *qvatuor chordarum* facit. *Athenæus lib. 4.* Syrorum inventum

Digitized by Google

tum ex Jubâ docet. *Heſychius* citharæ ſpeciem eſſe tradit. Strabo *lib: X.f.m.324.* commemorans Muſicæ in Thraciâ ac Aſiâ originem ſubjungit; *inſtrumentis qvoq; plerisq; nomina ſunt barbara*, νάβλα, (eſt hoc Ebræum נֵבֶל) καὶ σαμβύκη, ἢ καὶ βάρβιτος (vel ſecundùm *Caſauboni* conjecturam καὶ ἡ βάρβιτος) καὶ μαγάδες, καὶ ἄλλα πλείω. Clemens Alexandr. *lib.1.Strom.f.m.307.* Sicut Cappadoces Nablium, ita Troglodytas (qvi populus ſunt Æthiopiæ, cavernas incolens,) inveniſſe *Sambucam*, inſtrumentum muſicum, recenſet. *Suidas* dictam opinatur, qvaſi ἰαμβύκην, qvòd Jambos illâ cecinerit, verùm ridetur à *Scaligerô* aliisq; , qvi vocem merè Syriacam augurantur. Turnebus *lib. XX. c.I.* Sambucam idem eſſe cum Gallorum *Harpâ*, pronunciat. *Oecolampadius* reddit Lyram. *Tirinus* Sambyx & Sambuca ait, *eſt genus inſtrumenti muſici trianguli, qvod nervis longitudine & craſſitudine inæqvali conſtabat, & leviori carminum generi adhibebatur*: Unde, *Sambucam aptare cothurno*, idem eſt ac, *levia applicare gravibus*. Eadem etiam habet *Corn. à Lapide*. *Sanctius* tamen nil ruſticanum aut rude penes inſtrumentum hoc, ut aliqvi opinantur, fuiſſe conjicit, ex eô, qvòd *Perſius* per Ironiam eam aptaverit caloni, *Sambucam*, inqviens, *citiùs caloni aptaveris*, *&c.* (ſicut aliàs dici ſolet: *aſinus ad lyram.*) Dum verò litera μ in Chaldæô deſideratur, ſcias, ejus locô eſſe dageſch, qvomodo aliàs literæ nonnullæ eô ſolent compenſari modô, v.g. pro *tinpelu* fit *tippelu*, &c. Ita ex שַׂבְּכָא eſt סנבכא qvod ipſum נ ante β Græcorum tranſit in μ: Ita *Grotius*; adjiciens, fuiſſe inſtrumentum mulierum Syrarum, ut nos docent *Porphyr.* & *Suidas*. *Lutherus* reddidit: Geigen/ *Belga*: Fidel. Et in margine, ſecundùm *alios*, Eine Harffe oder Hackebret.

5. פסנתרין *Et pſalterium:)* *Qvintum* eſt פְּסַנְתֵּרִין ψαλτήρια: Adeòq; ipſamet hæc eſt vox græca à ψάλλω ducens originem; in qvô tamen inſtrumentô deſcribendô mirum qvantum diſſonant autores, dum aliqvi cum Harpâ, alii cum teſtudine conferunt, uti videre eſt apud *Martinium* in Lex. Phil. *Hieronymus* & R. *Saadia* idem eſſe ajunt cum Ebr. נֵבֶל; ita ut ſecundùm *Hieronymi* mentem *formam habeat qvadratã, decemq; ſit aptatum chordis, qvæ porrecta fuerint in latus, ſicut chordæ cithararum deorſum*. Verùm meræ ſunt hæ conjecturæ, qvibus haut inſumemus tempus. *Luth.* Pſalter.

6. סומפניה *Et ſymphonia:)* *Sextum* eſt סוּמְפֹּנְיָה, Iterum coincidens cum græcô συμφωνία. Qvô tamen vocabulô Talmudici nonnunqvam

Digitized by Google

qvam utuntur pro lyrâ, ſecundum *Eliam Lev.* eine Leyer. Aliàs græcum propriè notat concentum illum harmonicum ſeu conſonantiam muſicam, qvam diverſi ſoni, arte invicem contemperati, variam dulcemq; edunt. Hinc à nonnullis ad paſtoritium refertur utriculum, diſtinctis præditum fiſtulis, qvô oves mulcere ſolent. *Hieronymus* ſub init. Epiſtolæ laudatæ meminit organi, *ubi de duabus elephantorum pellibus concavum conjungitur, & per XII. fabrorum ſufflatoria compenſatur, per XV. cicutas areas in ſonitum nimium, qvos in modum tonitrui concitat, ita ut per mille paſſuum ſpatia ſine dubiò ſenſibiliter utiq; & ampliùs audiatur.* Iſidorus *lib. 2. Originum c. 21. ſub finem* ſymphoniam ſcribit vulgò appellari *lignum cavum ex utrâq; parte pelle extenſâ, qvam virgulis hinc & inde muſici feriunt; fieriq; in eâ ex concordiâ gravis & acuti ſvaviſſimum cantum.* Servius *ad XI. Æneid.* ſymphoniam dicit *eſſe tibiam obliqvam πλαγίαυλον.* Jacchiades vult, fuiſſe *inſtrumentum è conjunctis fiſtulis confectum, qvod dicatur organum.* Saadia ſcribit, *eôdem convocare paſtores ſuos greges.* Corn. à Lapide facit hinc inſtrumentum, *qvod ferrô in orbem traductô agitatur, editq; ſvavem concentum, qvali communiter utuntur cæci.* Sed num horum qvid per ſymphoniam hôc locô fuerit indigitatum definire haut poſſumus. Id ſolummodò ſubnectentes, vocabula hæcce græca, συμφωνία, ψαλτήριον, σαμβύκη, κιθάρα, eò nos diducere, ut ex Græciâ conjiciamus in aulam Chaldæorum evocâtos fuiſſe Muſicos, qvi unà cum inſtrumentis ſuis græca qvoq;, ut fieri ſolet, adduxerunt eorundem nomina. Licèt namq; *Strabo* ſuperiùs Muſicam aſſignaverit Thracibus ac Aſiaticis tanqvam inventoribus, hautqvaqvam tamen vero eſt abſimile, meliùs hæc à Græcis exculta, vel adaucta etiam fuiſſe, indeq; in orientem rurſùs refluxiſſe. Sic ſanè in aulis Germaniæ modernis paſſim Muſicos reperire datur Italos ac Gallos, qvi exotica invexerunt ſimul inſtrumentorum nomina. Sic exoticas etiam in N.T. græcô paſſim conſtat reperiri voces, v.g. *flagellum, ſpeculator, numiſma, colonia, macellum, &c.* (vide sîs integrum Gvaltperii Tract. *de vocibus exoticis N.T.*) haut aliâ de cauſâ, qvàm qvia cum Romanis Romana qvoq; inter Judæos increbuerant tùm temporis vocabula. Ita plurima adhuc alia in Chaldæorum lingvâ occurrunt vocabula græca, v.g. דּוֹרוֹנָא δῶρον, קִירִיס κύριος, אַנְגְּלִין ἄγγελοι, &c. Vel græca hæc vocabula ſecundùm Grotii conjecturam, inde ſunt, qvòd jam ante Danielem magnæ & Æolum & Ionum coloniæ in Aſiam deductæ, græcas illas voces

ibidem ſparſerant. *Lutherus* vocabulum hoc æqvipollere exiſtimavit germanicô, **Lauten**/ *Belgæ* autem reddiderunt, **des accord-Geſangs**/ in Scholiô tamen ex aliorum opinione adducunt, **eine Orgel/Clavizimbel**. *Mogunt.* **Lauten**. *Ditenb.* **Schalmeyen**.

וְכֹל זְנֵי זְמָרָא *Et univerſi generis Muſicorum.*

Complexim jam reſidua commemorantur inſtrumenta ; & vox qvidem זְנֵי eſt à זַן qvam *R. Nathan* , ut & *R. Salomon* declarant per מִין *ſpeciem* , pro qvâ etiam adhibetur in Targum *Gen. I, 11. 12. &c.* neq; occurrit ipſa in ſacris, præterqvam hîc *v. 7. 10. 15.* item *2. Par. XVI, 14.* de ſpeciebus aromaticis. Apud *Talmudicos* notatu dignum freqventatur proverbium מַלְיָא כַּרְסֵיהּ כֹּל זְנֵי בִישֵׁי *plenus venter, omnis generis mala.* Alterum vocabulum זְמָרָא *cantum* vel *muſicam* denotans, cùm voce antecedente parit deſcriptionem ſpecierum inter inſtrumenta Muſica diſtinctarum, qvalium qvoq; fit mentio *Amos VI, 6.* מָנֵי זְמָרָא, item *Coh. II, 8. &c.* Proindeq; adfuêre haut dubiè buccinæ, cymbala, ſiſtra, tympana, pluraq; id genus inſtrumenta alia, tàm pulſatilia, qvàm flatilia, pro more gentis tùm receptâ, qvæ nemo noſtrûm accuratè ſatis poterit deſcribere, (id qvod fatetur etiam hîc *AbenEſra,*) vel ſi poſſet, nil qvicqvam tamen in fide vel moribus proficuum illinc ad nos redundaret.

תִּפְּלוּן וְתִסְגְּדוּן לְצֶלֶם דַּהֲבָא דִּי הֲקֵים נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא׃

Cadentes adorate, &c.) Determinatô hactenùs tempore, exprimitur nunc ipſe actus principalis, mandatô hôc reqviſitus, nimirum humillima ſtatuæ erectæ adoratio, duobus incluſa verbis : תִּפְּלוּן *cadetis*, nimirum totô corpore in terram proſtrati, & תִסְגְּדוּן *adorabitis* , internis videlicet cordium ſuſpiriis devotè fuſis, &c. qvomodo
סגד utramq; hanc vocem jamjam habuimus c. II, 46. *tunc Rex cecidit in faciem ſuam & adoravit Danielem.* Proſtrationem itaq; poſtulavit Rex vel ideò, ut tantò faciliùs tàm immenſæ multitudinis innoteſceret obſeqvium, atqve ut ſuperblioſi vel refractarii tantò citiùs deprehendi poſſent, ſi tantô cœtu in terram dejectô reſtaret unus atq; alter erectus ac indeclinatus. Proſtrationi autem ſuperaddita adoratio reqvirit præter illam corporis humiliationem , etiam mentis voluntatisq; devotam inſuper recenti huic Numini conſecrationem, qvâ adorans illud veneratur religiosè, cordisq; ſui exponit deſideria, &c. qvod qvàm ſtolidum penitùsq; palpabile tùm temporis fuerit deliramentum, nemo eſt, qvi non facilè aſſeqvatur.

Porisma-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu V.

1. Muſica tàm vocalis qvàm inſtrumentalis in cultu ſacrô per ſe non eſt improbanda. Licèt eâ hîc uſi fuerint idololatræ, non tamen propterea ipſa dedecet cultores Dei veri. Sic igne, thymiamate, victimis ac infinitis rebus aliis abſtinere debuiſſent Iſraëlitæ. Qvàm inclementes autem huic inſtrumentali Muſicæ fuerint nonnulli ex Calvinianis, patet ex Parei Comment. *in 1.Cor.XIV,7.p.m.937.* Riveti *Præf. in Pſalt. & in Exod.XV.p.m.396.* Zepperi *politia Eccleſiaſtica, p.173.175.&c.* Verùm appendicem cultûs ſacri hanc Muſicam concedit tueturq; Mareſius *contra Voëtium in Paradoxis Voët. p.187.* It. Alſtedius atq; alii. Ita *Oecolampadius* ad hunc Danielis locũ fatetur: *Muſicam inſtrumentalem multum habere momenti ad componendos mulcendosq; animos, adeò ut ad attentionem, commiſerationem, gaudiũ, &c. moveantur ipſi.* Et Calvinus *ad h.l.f.33.* largitur inſtrumenta Muſica *eſſe ſtimulos, qvò ferventiore ſtudiô colatur Deus; qvomodo per corruptionem noſtram nimis ſemper torpemus ac in pietatis ſtudiò ſumus frigidi, niſi pungamur.* Confer præterea Danhau. *T.II. Hodom. Calv. p.1238.1243. & 1252.*

2. Blanditiis minisq; agit cum piis mundus; ab unâ parte ſtat Muſica amœna, ab alterâ fornax terrens ignea, ſi non procedit unum, paratum mox eſt alterum.

3. Ut ingens hîc cernebatur pompa in apparatu muſicô externô, aliisq; ad ſplendorem facientibus. Ita in ſacris qvoq; Pontificiorum multa ſenſibus externis objiciuntur blandimenta, auditui per Muſicam; viſui per ſpectacula, v.g. præſepis, caſtrorum Doloris; olfactui per thymiamata & generis hujus infinita alia, adeò, ut his in exterioribus tantoperè occupetur homo ſenſualis, ne homini interiori vix ſuperſit evigilandi ſpatium.

4. Humilitas in cultu ſacrô, qvâ externa etiam corporis membra de internâ cordis teſtantur ſubmiſſione, v.g. per genuflexionem, proſtrationem, palmarum extenſionem aut complicationem improbanda non eſt, etiam in N.T. modò abſit oſtentatio Phariſaica, opinio neceſſitatis, meriti, &c.

וּמַן־דִּי־לָא יִפֵּל וְיִסְגֻּד בַּהּ שַׁעֲתָא יִתְרְמֵא לְגוֹא־אַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא׃

Si qvis autem non proſtratus adoraverit, eâdem horâ mittetur in fornacem, &c.) Ultimum hoc eſt mandati promulgati

Digitized by Google

membrum, ſevera ſcil. refractariorum pœna. Ubi (1) puniendus eſt is, qvi per contumaciam nec procidit, nec adorationem ſtatuæ impertit. רמה (2) Pœna ipſa eſt *projectio in ignem*. Adhibetur hîc verbum רְמֵה qvod violentam è locô ſuperiore in inferiorem notat deturbationem; qvomodo v.g. *cap.VI,17.* de Daniele in lacum leonum præcipitatô id legitur; adeòq; & hîc terror ſtatim incutitur, qvando delinqvens citra commiſerationem corripiendus, inq; decliviorem hanc igne repletam foveam ſive furnum præcipitandus dicitur. Locus autem eſt *medium fornacis ignis ardentis*, ubi גּוֹא *medium*, qvod in ebræô redundare aliàs nonnunqvam ſolet: (v.g. *Gen.XLV,6.* fames eſt *in mediô terra*, h.e. in terrâ, *Pſal. CXXXVI, 14.* tranſire fecit Iſraëlem *per medium ejus*, h.e. per mare: *Pſal.LXXIV, 4.* rugiunt *in mediô* conventuum tuorum, &c.) exaggerandi cauſâ videtur additum, qvaſi diceret, non in oſtiô forſâs vel angulô qvôdam fornacis tolerabilem ſentiet calorem, verùm in flammam mittetur validiſſimam, qvalis *in mediô* ignis אתון eſſe ſolet. *Fornax* vocatur אַתּוּן, qvæ vox extra caput hoc non legitur in ſacris, exponitur à *R. Nathane* per כִּבְשָׁן: Haut dubiè verò ejusmodi fuit receptaculum lapidibus & calce exſtructum, qvod ſua habuit foramina vel oſtia, per qvæ introſpici potuit in flammam mediam. Nam aliàs inambulantes in igni non commodè potuiſſet Rex obſervare viros, ſi murô undiq; concluſus fuiſſet iſte furnus, adinſtar eorum, qvibus hodiè utuntur piſtores metallorumve fuſores. Imò capacitas hinc elicitur ſimul ſatis ſpatioſa, qvum 4. viri de locô in locum eundo illic ſe poterint movere. Refertur huc ſupplicium combuſtionis, qvô Moabitas interemiſſe dicitur David *2. Sam. XII, 31.* immitendo eos בַּמַּלְבֵּן *in fornacem lateritiam*, (uti nonnulla legunt exemplaria,) h.e. ſecundùm Kimchium, *combuſſit eos iſthîc loci, ubi urere ſolebant* לְבֵנִים *lateres*. Qvi ipſe meminit alterius adhuc lectionis: בַּמַּלְכֵּן h.e. *illic loci, ubi Malchomo ſive Molocho Moabitæ ſuos comburebant liberos, &c.* Et propiùs adhuc faceret horſùm ignis Chaldæorũ ſive combuſſio, qvam Abrahamô, idololatriæ Chaldæorũ contradicenti, paratã dicunt Judæi; qvanqvam ex illô Ur (igne) Chaldæorum divinâ ereptus fuerit gratiâ, id qvod ex Nehem IX, 7. eliciunt, ubi dicitur: *elegiſti Abrahamum, & eduxiſti eum de Ur Chaldæorum*. Admittit traditionem hanc Hieronymus *in traditionibus Ebræis ſuper Geneſin*, & copioſus ipſe Pererius *lib.XVI. in Geneſ. qv. 15.* eſt de hâc materiâ. Adeòq; fornacem hanc ſuccendi aliàs jam olim conſveviſſe contra delinqventes ejusmodi, eliciunt

cunt ex verſ. XIX. ſeq. ubi ſeptuplô plus augeri jubetur æſtus, qvam ſuccendi communiter conſveverat. Alius adhuc occurrit locus Jerem. XXIX, 22 ubi Zidkijahu & Ahabum Rex Babel igni combuſſiſſe dicitur.

Poriſmata ex Verſu VI.

1. Obtemperandum Magiſtratui, plùs tamen Deo, Actor. V, 29.

2. Pœnæ temporales utut excogitari qveant ſæviſſimæ, nil tamen illæ ſunt ad has, qvas excogitare poteſt Satan, imò qvæ continuandæ erunt in æternitatem infinitam. *Timeamus ergò illum qvi occidere poteſt animam & corpus in gehennâ*, Matth. X, 28.

3. Tyrannorum eſt, non Chriſtianorum diſſentientes in religione vivicomburiô vel aliis interimere ſuppliciis capitalibus: de qvâ materiâ vide sîs Gerhard. *tom. 1. Conf. Cathol. p. 828.* Danhauerum *tom. 1. hodom. pap. p. 1381. & tom. 2. hodom. Calv. p. 1275.* Brochm. *tom. 2. Loc. p. 922. & part. 3. Antapol. p. 1184. & 2232.* Meiſnerum *de legibus p. 341.* D. König *vindic. Loc. 65.* Ameſ. *Caſ. Conſcient. p. 122.* Voëtii *tom. 2. Diſſ. ſelect. p. 129.* Cameronis *oper. fol. 319. &c.*

כָּל־קֳבֵל דְּנָה בֵּהּ זִמְנָא כְּדִי שָׁמְעִין כָּל־
עַמְמַיָּא וגו'

VERSUS VII.

Poſthæc igitur ſtatim ut audiverunt omnes populi, &c.) Inſtructionem nunc excipit *Paritio*, eaq; tàm exacta, ut inter præconis vocem mandantem & hiſtorici relationem commemorantem nil penitus diſcriminis. Obſervatum fuit tamen (α) tempus, auditô ſcil. concentu Muſicô; ubi eadem denuò repetuntur inſtrumentorum nomina, niſi qvod *Symphonia* ſolùm ſit omiſſa, qvanqvam & hæc in adjunctô genere comprehendatur. (β) perſonæ *v. 4.* evocatæ, iisdem & hîc referuntur nominibus, *populorum, nationum, lingvarum.* (γ) cultus ſive actus reqviſiti coincidunt itidem cum verbis *v. 5. procidunt, adorant ſtatuam*, &c.

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Obſeqvium erga imperantes noxia Deoq; inviſa multò ſolet eſſe promtius, qvàm erga imperantes aut ſvadentes bona: *Lata namq; eſt via, qvæ ducit ad perniciem, & multi ſunt*, &c. Matth. VII, 13.

2. Obtemperant multi ſuperioribus ſtudiô aſſentandi, multi ſpe lucri, multi metu odii ac damni, pauciſſimi virtutis amore, aut religionis ſtudiô.

Digitized by Google

כָּל־קֳבֵל דְּנָה בֵּהּ זִמְנָא קְרִבוּ גֻּבְרִין כַּשְׂדָּאִין וַאֲכַלוּ
קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא׃

VERSUS IIX. *Statimq; in ipſô tempore accedentes viri Chaldæi accuſârunt Judæos:)* Poſt ſtatuæ idololatricæ tùm erectionem, tùm inaugurationem, ſeqvitur nunc (3) invidioſa Triumvirorum delatio: ubi (α) tempus deſignatur, *illa ipſa hora* ſeu temporis ſpatium, qvô modò dicta fuerunt geſta, qvaſi diceret, non moniti priùs clàm fuêre hi viri honorati; non diſſimulatum aliqvid fuit in eorum gratiam, non res fuit dilata in aliqvot dies aut hebdomadas, verùm in mediô ſolennitatis actu, dum ferrum canderet, delatio hæc fuit inſtituta. Factum namq; hoc non potuit latere, cùm procidentibus tot ſpectatoribus, tres hi ſoli ſteterunt corporibus erectis & forſas etiam averſô à ſtatuâ idololatricâ vultu. (β) Deferentes vocantur גֻּבְרִין *viri*, & qvidem na-
גבר tione *Chaldæi*. Aliàs Ebræorum גֶּבֶר *virum* notare ſolet ſtrenuum ac fortem (à גָּבַר *prævaluit*) qvandoq; tamen indefinitè pro qvalicunq; ponitur homine. Hôc in locô tàm delatoribus qvàm delatis idem hoc tribui videmus nomen, *v. 12. ſeqq.* unde colligi poſſet non abs ratione, deferentes pari modô in dignitate conſtitutos fuiſſe publicâ, qvi remotis Judæis in horum fortè ſurrogari nitebantur locum. Adeòq; ut exteri ſemper inqvilinis ſolent eſſe faſtidio, ita & hîc Chaldæi Judæos omnium maximè cupiebant depulſos, eò qvòd indignum rebantur, hos, qvi ob refractarium ingenium deportati erant in captivitatem, liberis tamen hominibus imperare, aliisq; nobilibus indigenis anteponi. (γ) Delatio exprimitur, tùm *appropinqvatione*, nimirùm ad Regem, ad qvem concitatis properant greſſibus, anteqvàm ab aliis præveniantur, præmiôq; excidant delationis: tùm *inſidioſâ denunciatione*. In fontibus phraſis eſt peculiaris, אֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן *divulgârunt vel tumultuosè propalârunt criminationem*, aut accuſationem *eorun-*
אכל *dem:* Ubi verbum אֲכַל *comedit* à nonnullis in conſvetô hôc acceptatur ſignificatu *manducandi*, qvâ de cauſâ etiam delatores dicuntur cibum qvæſiviſſe apud hos, qvibus unum alterumve deferebant: (Sie haben einen Schmauß geſuchet oder eine Freſſerey.) Item, hos devorare delationibus ſuis ſtuduiſſe delatorum bona ac honores, &c. Verùm id coactum nimis, ſi verbum verbô reddamus: *comederunt accuſationes Judæorũ.* Qvapropter alterũ potiùs cum *Buxtorfiô* aliisq; amplectimur ſignificatum, *rugiendi ſeu vociferandi, divulgandi*, qvomodo per Ebr.

שָׁאַג

Digitized by Google

שְׁאַג *rugiit*, קְרָא *clamavit*, & רְעַם *tonuit*, uſurpari nonnunqvam ſolet Chaldæum אֲכַל (à כְּלָה) & per commutationem formarum אֲבַר vide *Joël III,9. Pſal.CIV,21.* Illuſtratur hoc latinô verbô *Edo*, qvod eſt & manducare, & è manu qvaſi dare, vel publicare: Ita Ebræo-Chaldæum אֲבַר eſt & *edidit* & *edit*. Plura de his Lexicographi. Nomen קְרַץ eſt *criminatio, delatio letifera*; à קְרַץ *ex-in-oc-cidit*, adeòq; ut Latini dicunt, *famam proſcindere*, ita & hîc קְרַץ eſt famæ arroſio vel calumnia. Redibit verò infrà eadem hæc phraſis *cap. VI,25.* & in Targum adhibetur *Lev. XIX,16. Ezech. XXII,9. Prov XI,13. & c.XX,19.* Senſus proinde eſt, delatores hos, avidiſſimè hactenùs in Judæorum horum perniciem excubantes ac intentos, qvàm primùm modò hos in ſtatu ſuô immotos, nec in terram proclinatos animadvertiſſent, ſine morâ crimen hoc piaculare expoſuiſſe Regi, iis eqvidem geſtibus ac verbis, qvæ Regem exacerbare poſſent qvàm maximè, ſimul verò delatoribus, tanqvam præclaris regiæ majeſtajeſtatis vindicibus favorem atq; præmium conciliare. (δ) Delati deniqve à ſolâ deſcribuntur origine, tanqvam *Judæi*. Ac ſine dubiô, ut hodiè inter nos Chriſtianos, ſolum Judæorum nomen ſatis in ſe eſt odioſum; ita & inter Chaldæos, ob religionis diſcrepantiam adeò inſignem, nec non ob captivorum deſpectum per contumeliam qvaſi *Judæorum* nomen fuit adhibitum. Id qvod lucem qvoq; capit ex comminatione divinâ, Devt. XXIIX,36. ſeqq. *Abducet te Dominus & Regem tuum ad gentem, qvam non nôſti tu & patres tui, colesq; ibi Deos alienos, lignum & lapidem, & eris in ſtuporem,* (Lutherus ein Scheuſal) *& parabolam & fabulam omnibus gentibus, ad qvas deducet te Dominus.* Qvod verò ſoli hi tres Judæi tantum incurrerint periculum, conjecturæ nonnullorum robur addit, inſidioſè à conſiliariis nonnullis ſuggeſtum fuiſſe Regi conſilium de cultu ſacrô catholicô inſtituendô, (æqvè ut infrà contigit *cap.VI.*) ſolùm ob Judæos, qvos ſibi præfectos ægrè ferebant, qvibus etiam non niſi per religionis negotium ſe nocere poſſe prævidebant. Cur tres hi viri, qvi ad minimum 35. annorum tunc fuerant, communiter vocentur *pueri*, diſcuſſum vide apud *Pererium* in h.l.

Poriſmata ex Verſ. VIII.

1. Malum prorſùs inqvietum ac negotioſum eſt *invidia*; Statim ipſô eô tempore, qvô aliqvid proximo noxium ſuccurrit, occaſionem arripit. Immò impii in univerſum ſolent eſſe impatientes, ordinisq; turbato-

Digitized by Google

res, æqvè ut hi parùm curant, ſolennitatem modò inchoatam.

2. Delationis vitium, uti ſummè eſt pernicioſum tàm delato, qvàm deferenti, imò & audienti, ita turpiſſimum qvoq; ac ſummè deteſtandum; Vide sîs *Drexelii Phaët.* de hôc ipſô malô latiùs.

עֲנוֹ וְאָמְרִין לִנְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי׃

VERS. IX. *Dixeruntq; Nebucadnezari Regi: Rex in æternum vive!*) Recitantur nunc (ε) delationis formalia, ita ut præmittatur exordii locô ſalutatio, *v. 9.* ſuccedatq; narratio, *v. 10. 11. 12.* In Chaldæô hîc eſt עֲנוֹ *reſponderunt* hoc eſt, loqvi inceperunt: hoc namq; ſenſu cata-

ענה chreſticô ſæpiùs exponendum venit verbū עֲנָה *reſpondit*, pro *ſermonem orſus fuit*, ita ut reſpectus habeatur ad rem ipſam præviam, qvam ſermo inſtar reſponſi concernit, vel ad animum auditorum, qvi avidi qvodammodò loqvelam alloqventis inſtar reſponſi expectant, &c. vide *Job. III, 1. Pſal. CXIX, 172. Matth. XI, 25. cap. XVII, 4. Marc. IX, 5. Joh. II, 18. &c.* Exordium ſermonis delatorii continet ſalutationem, & qvidem eandem ipſam, cujus ſuprà jam facta mentio, *c. II, 4.*

אַנְתָּה מַלְכָּא שָׂמְתָּ טְעֵם וגו׳

VERSUS X. & XI. *Tu Rex poſuiſti decretum, &c.*) Seqvitur narratio, fundamenti locô ſubſternens immutabilem Regis ſententiam modò promulgatam, *verſu hoc 10. & 11.* cui poſtmodùm factum prorſus contrarium ſub-

טעם jungitur *v. 12.* Sententia promulgata nuncupatur טְעֵם: qvâ de voce videantur dicta *cap. II, 14.* Contenta ejusdem ſatis accuratè recenſentur, adeò ut ſecundùm ſingula conveniant cum *v. 5. & 6.* ut proinde ſupervacaneum ſit qvicqvam præter jam notata afferre. Haut dubiè verò repetitione hâc verborum regiorum præcludere voluerunt Judæis omnem elabendi occaſionem, æqvè ut factum videmus *c. VI, 12.* Mandatum ſiqvidem regium ſemel promulgatum, hautqvaqvam reſcindere licebat. Imò ſimul inter tanti Monarchæ ſancientis majeſtatem & inter captivorum horum hominum ab ipſô hôc Rege evectorum vilitatem, tacitam fecêre oppoſitionem: qvaſi dicerent: Qvod tu ſeverè adeò decreviſti, hoc illis mancipiis leviculum videtur, qvippe qvi ſe tibi opponere haut erubuerunt.

אִיתַי גֻּבְרִין יְהוּדָאיִן דִּי מַנִּיתָ וגו׳

VERSUS XII. *Sunt ergò viri Judæi, &c.*) Attendendæ ſunt hîc (α) perſonæ. (β) factum earundem accuſatum. (α) Perſonæ deſcribuntur (1) ab origine:

cognine: *ſunt hic viri* (vide ſîs *v. 8.*) *Judai*; expenſum & hoc l.c. (2) ab acceptis beneficiis regiis conceſſâq; dignitate; *quos præfeciſti* vel *conſtituiſti ſuper opera regionis Babel*, juxta *v.49. c.II.* (3) à nominibus in Chaldæâ acceptis, *Sidrach*, *&c.* c.I,7.

גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ לָא־שָׂמוּ עֲלָךְ מַלְכָּא טְעֵם :

Viri iſti contemſerunt, Rex, decretum tuum.) Jam demum (β) commemoratur factum, & qvidem priùs *in genere*; deinde *ſpeciatim*, qvantum ad neglectam religionem regiam. Generatim accuſantur pervicaciæ: *non poſuerunt ſuper Te, ô Rex* טְעֵם *rationem*, h.e. ſuæ, deq; tuam habuerunt majeſtatem non magnifaciendo, *prudentem, cautionem*, (qvalis voce Chaldæâ qvandoq; exprimitur,) adhibendo circa tua edicta. Ita namq; טְעֵם in Chaldæô legitur Prov. XI, 22. *deficiens* מִטְעֵם *à ratione*, h.e. carens ratione, mente, judiciô, &c. Job. XII, 20. וְטַעַם *& rationem* ſeu judicium *ſenum auffert*, *&c.* Tota phraſis redit infrà *c.VI,13.* Proindeq; inſimulantur hi delinqventes tùm inſignis imprudentiæ ac incuriæ; tùm malitioſi contemtûs ac deſpicientiæ, tùm faſtuoſiſſimæ inſolentiæ, &c. Vulgata alium qvodammodo ſuggerit ſenſum adjiciendo pronomen *tuum*, qvod tamen in textu abeſt; dein omittendo ſuffixum in voce עֲלָךְ *ſuper* vel *ad te* (non poſuerunt rationem:) qvanqvam rei ipſi interim parum decedat. טְעֵם

לֵאלָהָיךְ לָא פָלְחִין *Deos tuos non colunt.*

Speciatim jam producitur crimen, tùm atheiſmi inolitum & vetus, tùm cultûs ſtatuæ denegati recens & nunc demum deprehenſum. *Dii Nebucadnezaris* deſignantur ii, qvos Chaldæi per ſuam venerabantur regionem, qvales erant Belus, Ignis, Sol, Planetæq; cæteri: (vide ſi placet, de Chaldæorum religione Hottingeri *Hiſtoriam Orient. p. 163. & 176.* Qvomodo igitur Chaldæi unum coluerint Deum, ſicut ipſos inducit Voſſius *lib.1. de Idolol. p.38.* cum tamen hîc Deorum Regis in plur. fiat mentio, ipſemet viderit Voſſius. Sanè aculeô non caret, qvod Deorum horum meminerunt, qvi Regem regnumq; Chaldæorum ad tantum gloriæ faſtigium præ cunctis regnis aliis evexiſſe putabantur; qvos tamen inſuper habeant abjecta hæc mancipia, è terrâ ſuâ per Dei ſui infirmitatem deportata; Conf. *Eſa.XXXVII, 10.ſeqq.* Cultus effertur verbô פְּלַח qvod tàm Deo verò, qvàm fictitiis tributum legimus, hîc *v. 12.14.17.18.28. & cap.VI,17.21. c.VII,14. 27. Eſr. VII, 19.24.* Ita ut complectatur cuncta, qvæ in honorem Numinis ſive פלח

 actioni-

Digitized by Google

actionibus externis, ſive etiam internis, expediri poſſunt, qvando iis inſervitur adgeniculando, victimas aut thura afferendo, immolando, &c. Dum itaq; Judæi hi ob cultum Diis regiis denegatum incuſantur, utpote qvos pro meris habebant figmentis vel Satanæ ludibriis, ſimul rei aguntur criminis læſæ majeſtatis, qvod Regem pro blennô fatuôq; habeant, qvi terriculamentis ejusmodi infantiliter deludi ſe patiatur &c. æqvè ut ſuperioribus annis Proteſtantes ejusdem accuſabantur criminis, qvod Imperatorem Romanum ob Papæ, qvem Anti-Chriſtum putent, venerationem, ſervum Diaboli æſtiment, &c. Qvâ de re videatur Hauptvertheidigung des Augapffels. c. 86. 87. ſeqq. Item Valentini Bullenii *Reſolutio Juridica contra Helfr. Ulr. Hunnii tres qvæſtion.* An Papam Anti-Chriſtum dicere ſit injurioſum Papæ, Cæſari, &c. 1633. Lichæ. Nic. Hunnii *Depulſio duarum accuſationum, edita â D. Wilh. Lyſero An. 1628.* & ejusdem *Innocentia Lutheranorum contra Dillingenſes An. 1631.* D. Danhaueri *de Anti-Chriſtô p. 993. ſeqq.* D. Hülſemanni *Breviar. Ext. c. 22. th. 23.*

וּלְצֶלֶם דַּהֲבָא דִּי הֲקֵימְתָּ לָא סָגְדִין׃

Et ſtatuam auream qvam erexiſti, non adorant.) Contemtui Deorum antiqvo ſubnectitur etiam contemtus ſtatuæ recens erectæ novus; qvaſi dicerent delatores: Qvanqvam hanc tantô erexeris ſtudiô, conſiliô, ſumtibus, ſub tantâ comminatione, ipſi tamen ne ſemel ſe incurvant, ſed in tantâ panegyri ſupercilioſè te palam vilipendunt, ſoli oculatiores omnibus. Hanc verò ſtatuam non minùs, qvàm Deos alios gentilium, honorare detrectabant noſtri, vi interdicti divini, de non adorandis colendisve ullis imaginibus aut ſtatuis, *Levit. XVI, 1. Devt. XVI, 22. 1. Reg. XIV, 23, cap. XV, 13. 2. Reg. III, 2. &c.* Adeòq; ſubdoli hi delatores violationem mandati regii recentis potentiùs permoturam cenſuerunt Regem, qvàm ſi ſolam religionis diſſonantiam urſiſſent; qvippe Reges plus fermè proprium æſtimare ſolent honorem, qvàm qvi Numini debetur. Moveri hîc ſolet qvæſtio, cur ſoli hi tres accuſati fuerint Judæi, non item Daniel, nec alii Judæorum ulli? Reſpondetur, qvantum (1) ad Danielem; veroſimile eſt, ipſum vel penitùs non adfuiſſe, idq; aut morbô, aut ob regiam qvandam ablegationem, (ſecundùm *Liranum;*) aut per peculiare indultū, aut generoſô convocationis neglectu, qvi tamen ob interveniens miraculum à Rege non fuit poſteà punitus: vel, ſi adfuit unà cum Rege, à mandatô hôc exceptus fuit per peculiare privilegium, æqvè ut Rex ipſemet non

procidit

Digitized by Google

procidere coram hac ſua ſtatua, atq; ſic nec Daniel, tanqvam ſecundus à Rege, *c.II,48.* & cui fortè rex innitebatur, (ut *2. Reg.V,18.*) *vel* debitores regiam reformidârunt indignationem, contenti, ſi ſolos depulerint tres ejus contribules. Qvantum autem (2) concernit Judæos alios vulgares, parata eſt reſponſio è *v.2.* ubi ſoli conſcribuntur regni proceres, tanqvam inauguraturi unà cum Rege hanc novam ſtatuam, ad qvam panegyrin non erat opus plebejos convocare. *Sanctius* eosdem opinatur paruiſſe, vel metu pœnæ, vel ex levitate animi, atq; ad idololatriam propenſione: qvorſum citat Jer. XVI,13. *Servietis illic Diis alienis.* Mox tamen ſubdit, Judæos, tanqvam captivos poſtremô adoraturos die admittendos demum fuiſſe, qvod tamen interveniente miraculô poſteà ab iis non fuerit deſideratum. Ais: ſi Daniel fuit Regi præſens, cur non pro ſociis interceſſit, ut *cap.II,48.* Reſp. (1) præſentem fuiſſe, nondum ſatis conſtat: (2) ſi adfuit, ſe interceſſione ſuâ nil promoturum prævidit, vel etiam (3) divinitùs de manifeſtandâ Dei veri gloriâ per inſtans miraculum fuit jam edoctus; proindeq; ut Chriſtus mortem Lazari non impedivit *Joh. XI.* ita & Daniel tacitus hic qvievit. Peculiare qvid ſuggerit Iſidorus Peluſiota *lib.1. Epiſt.19.* Danielem ideò non in fornacem fuiſſe conjectum, ne, ſi illinc indemnis per miraculum prodiret, Chaldæi id tribuerent nomini Bel (in Belſazar, &c. verùm eadem qvoq; fuiſſet ratio reliqvorum trium nominum, Sadrach, Meſach & Abednego, utpote qvibus Deorum nomina, ut ſuprà vidimus, erant immixta.

Porismata ex Verſu IX.—XII.

1. Imprimis patris Diaboli, pios inceſſanter accuſantis (*Apoc. XII,10.*) imitantur etiam impii, actiones piorum accuratè obſervando, peſſimè interpretando, callidiſſimè ac feſtinanter deferendo, &c. vid. *Job.* [illegible]

2. Suavis ſalutatio exordiumq; blandum non raró virulentum poſtea ſubtrahit ſermonis argumentum. Notum Judæ ac Joabi oſculum, &c.

3. Qvi Deo ſervire cupit ſincerè, ingratitudinis, hæreſeos, rebellionis, ſeditionis, criminúq; aliorũ objectionem perferat intrepidè.

4. Ut ingens eſt Dei beneficium, conformem in religione habere Magiſtratum, ita magnâ omninò & circumſpectione & animoſitate opus eſt, ne in gratiam ejuſdem nutantis nutes cum Ecebolio & ipſe,

Digitized by Google

ipſe, vel metu iræ odiive ſecteris multitudinem errantium, vid. *Actor. IV, 19.*

5. Ut delatores hî non inqvirunt in cauſas detrectatæ adorationis, ſed ſolum incuſant contemtum: ita hodieq; pauciſſimi, in religionis à ſuâ diſſentientis inqvirunt fundamenta, num dogmata illa in verbô Dei ſint fundata; ſed novitatem ſolùm incuſant apparentem, cùm ipſimet novitatibus adinventionum humanarum cum Nebucadnezare laborent vel maximè.

6. In tantâ procerum turbâ ſoli tres deprehenduntur, qvi ſupremum in cœlis Regem plùs venerantur qvàm terrenum: Ita neminem offendat, verorum Eccleſiæ membrorum paucitas. Qvid enim Abrahamus, Lothus, Elias, Jeremias aliiq; probi ad circumfuſam idololatrarum ſui temporis turbam.

בֵּאדַיִן נְבוּכַדְנֶצַּר בִּרְגַז וַחֲמָא אֲמַר לְהַיְתָיָה וגו

VERSUS XIII. *Tunc Nebucadnezar in furore & in irâ præcepit, &c.)* Fuit hactenùs invidioſa trium virorum delatio, qvam (4) nunc excipit delatorum citatio: ubi (α) citans eſt *Rex*, à furore vel inſigni commotione deſcriptus: (β) citationis præceptum: *dixit ut adducerentur:* (γ) citati, *Sadrach, &c.* (δ) citationis conſeqvens, *comparitio.* Qvoad Regis affectus obſervanda eſt mutatio inſignis atq; ſubita, adeò ut locô favoris ad optima qvæq; provehentis *cap. II, 49.* ſucceſſerit vehemens indignatio ob ingratitudinis, vilipendii machinationumq; aliarum ſuſpicionem. In tantâ enim ſubditorum, etiam ſplendidiſſimorum, præſentiâ deſpici, cum periculô ſubſecuturæ aliorũ imitationis refractariæ, magnum omninò indignandi præbebat argumentum regi

רגז faſtuoſo. Et prius qvidem vocab. רְגַז eſt. à R. רְגַז *commotus fuit*, ſive corpore ſive mente, qvando hæc vel dolet, vel expaveſcit, vel iraſcitur, ut *Pſal. IV, 5. (Eph. IV, 26.) Prov. XXIX, 9.* ortum hinc habet Ebræum רֹגֶז commotio *Jobi III, 16. 25. cap. XIV, 1. c. XXXIX, 26. c. XXXVII, 2. Habac. III, 1. Eſa. XIV, 3.* Qvâ cum haut dubiè præſens Chaldæorum forma רְגַז coincidit, qvæ aliàs in ſacris non recurrit. Additur tamen & alterum וַחֲמָא & excandeſcentia (à יָחַם *incaluit*) qvæ forma

חמא paulìſper mutatur *v. 19.* in חֱמָא, nec ampliùs obſervatur alibi. Coincidit tamen cum Ebræô חֵמָה *inflammatio, &c.* de qvâ voce conſulantur dicta ad *Prov. VI, 34.* Ex ipſô autèm hôc vocabulorum nexu colligere licet inſignem affectuum in corde regiô tumultuationem, qvippe qvâ omnis ſtatim extincta fuit unô velut ictu faventia priſtina,

nullâ

Digitized by Google

nullâ meritorum aut dignitatis hactenùs concreditæ habitâ ratione.
Neq; tamen in ipſâ hâc excandeſcentiâ adeò eſt immoderatè præceps, ut mox trucidari jubeat inauditos, qvomodo antehac præ furore & impatientiâ cunctos interfici mandaverat Aſtrologos ac ſapientes expediendis ſuis mandatis impares, *(cap.II,12.)* verùm audire priùs vult coràm facti hujus cauſas; qvâ in re communem naturæ ductum obſervat cum Romanis, qvi neminem damnabant niſi datô priùs apologiæ locô: *Actor.XXV,16.*

בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתָיוּ קֳדָם מַלְכָּא׃

Qvi confeſtim adducti ſunt in conſpectum regis.) Locô adverbii *confeſtim*, qvod habet hic Vulgatus, in Chaldæô ſolùm legitur בֵּאדַיִן *tunc*, qvod in proximô itidem præceſſerat membrô; adeòq; feſtinatio non tàm ex verbis, qvàm rerũ circumſtantiis hîc colligi poteſt. Comparitio ipſa eſt in verbô Ophal הֵיתָיוּ *adducti ſunt* ab אֲתָא *venit, acceſſit*; de qvâ formatione vide ſîs Buxtorf. *Gram. Chal. lib.1.c.32. in fin.* Conſtantinus L'Emp. *ad Jacchiadem pag.66.* ſtatuit qvidem formam Aphel activam, terminatione adhibitâ Ebræâ, qvalis eſt in חָסָיוּ ſperaverunt *Deut. XXXII,37. &c.* nihilominus admittit ſignificationem qvaſi mediam atqve ſic & h.l. paſſivam, adductô textu *Ruth III,15.* [illegible] *allatum* ſeu datum *eſt ei robur à Deo*; ſed rei, ut vides, parùm decedit. Proindeq; acceſſiſſe ipſos cernimus absq; vel tergiverſatione, vel fugæ meditatione, vel violentâ oppoſitione, qvin imò paratos ſe mox exhibent in hôc confeſſionis caſu, rationem fidei, qvæ in ſe erat, reddituri inqviſitoris, juxta illud, *1.Pet.III,15.*

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. *Iracundia* omnis eſt prohibita: iis præſertim, qvi in eminentiori dignitatis gradu ſunt conſtituti, incumbit transgreſſoribus bonarum legum ſeverè ſuccenſere. Adſit tamen & hîc modus: *indignamini & nolite peccare*, Epheſ.IV,26. Videndum enim ne *ira* fiat *furor brevis*.

2. Nemo condemnandus inauditâ cauſâ. Poteſt namq; delator vel fallere vel falli; poteſt delatus juſtam facti habuiſſe cauſam, qvæ delatorem latet; poteſt certô modô reſipiſcere, qvâ ratione pœna mitigatur.

3. Magiſtratus, qvantumcunq; modò poteſt fieri, aures oculosq; accommodet proprios, ne innocuis iniqvi qvid accidat ex delegatorum judiciô corruptô.

עֲנֵה נְבוּכַדְנֶצַּר וְאָמַר לְהוֹן

VERSUS XIV. *Pronuncians q; Nebucadnezar Rex ait eis.)* Qvintum hoc eſt, rigida ſcil. comparentium correptio: ubi (α) corripiens eſt Rex ipſe in perſonâ propriâ, tantò magis formidabilis, qvantò plus in eôdem erat majeſtatis incomparabilis. Apud delegatum ſanè alium plus ſemper relinqvitur παῤῥησίας, exceptionum, appellationum, aliorumq; juris beneficiorum, qvàm apud ſupremum Provinciæ aut regni caput. (β) Correptio exprimitur *tùm* participiô עֲנֵה *reſpondens*, vel, loqvi potiùs incipiens, (ſermo namq; adductorum præceſſit nullus, vid. ſupra *cap. II, 20.) tùm* אָמַר *dicens*; qvâ ipſa phraſis deducere nos videtur ad compoſitum loqvendi genus, ita ut licèt vehemens in Rege ſuborta modò fuerit commotio, nihilominus ordinatus ex ipſô prodierit ſermo; qvod ſanè non omnibus datum, qvandoqvidem multi præ furore, qvid effutiant, ignorant.

הַצְדָּא שַׁדְרַךְ מֵישַׁךְ וַעֲבֵד נְגוֹ לֵאלָהַי לָא אִיתֵיכוֹן פָּלְחִין

Verène Sidrach, Meſach & Abednego Deos meos non colitis?) En (γ) correptionis contenta, ubi *partim* facti ipſius per interrogationem exprobratio, *partim* iterata adorationis jamjam promulgatæ præceptio *v. 15. partim* pœnarum comminatio, *partim* ſubſidii omnis, etiam à Deô cœlitùs ſperati, denegatio; *ibid.* Interrogationis nota eſt vocula הַצְדָּא, qvæ nuſpiam aliàs in codice ſacrô adhibetur. *AbenEſra* exponit הַאֻמְנָם *an revera?* Rabbi Saadias בְּוַדַּאי *certè, in confeſſô:* Vajikra rabba reddit אונטוס, h. e. ὄντως, *reverâ.* Jacchiades ait, *eſſe voculam admirantis*, qvaſi diceret; *an poſſibile eſt, ut vos Deum meum non colatis, tantis à me affecti beneficiis!* Junius: *an certô conſiliô*, &c. qvorſum allegat illud *Exodi XXI, 13.* ubi de homicidâ involuntariô, qvi non צָדָה *inſidiatus eſt.* Verùm an hæc cum textu noſtrô qvadrent, non attinet multis diſqvirere. Aliter adhuc Dieu *in animadverſionibus ad h. l.* an illuſoriè Deos meos non colitis? jocusne vobis eſt, an ſerium, qvòd Deos meos non colitis? vel, illuditisne diis meis, qvòd eos non colatis? à radice צְדָא qvod Syris eſt, *illuſit, ſubſannavit*, inde צְדוּיָא illuſor, & צְדָיָא illuſio. Qvicqvid ſit, haut dubiè, (הַ) eſt ex הַ interrogativô, צְדָא verò idem eſt, qvod Ebræum צְדִיָּה *induſtria, conſilium*; vel eſt ex צַד latus, qvâ voce Chaldæi Rabbiniq; pleonaſticè utplurimû utuntur, v.g. בְּצַד *juxta*, כְּצַד *ſicut*, מִצַּד *eò qvod, ideò*, &c. Videtur proin Rex ante omnia

Digitized by Google

omnia fieri voluiſſe certior, num in perſonâ non erret ? *an (vos eſtis,) Sadrach, Meſach & Abednego ?* (ita namq; interpungere nos jubet accentus athnach,) *Deumne meum non adorabitis? &c.* Eâdem verò nominum Chaldaicorum (*v.c.I,7.*) iteratione videtur Rex commonefacere voluiſſe hos ſuos alumnos tùm juris in eosdem exerciti jam olim, tùm beneficiorum in Chaldæâ acceptorum hactenus, tùm debitæ numinum Chaldæorum, qvorum memoriale erant nomina, obſervantiæ hâc vice exhibendæ. Adeoq; meminit Dei ſui (לֵאלָהִי) qvem Rex ipſe tanqvam verum atq; fortem venerari nunc conſtituerat, & qvidem ſub ſtatuæ, cujus ſtatim ſubſeqvitur mentio, imagine. Qvis autem ipſe fuerit, aut qvô venerit nomine, an Belus, an Moloch, aut aliter nuncupatus fuerit, ex ſacris non conſtat. Non repetimus hîc dicta ad *v. 1.* id ſolùm notandum, geminum hoc eſſe regis qvæſitum, partim de cultu ſuorum Deorum, an eundem improbare intendant delati ? partim de cultu ſpeciali ſtatuæ præſentis. Adeòq; ſufficit obliviosum hoc modô prodi Regis ingenium, utpote qvi *c. II, 47.* tam apertè confeſſus fuerat, Deum Judæorum eſſe *Deum Deorum, Regumq; Dominum*, nunc verò *ſui* denuò nihilominus meminit *Dei*, qvi tamen hautqvaqvam erat Deus Iſraëlis, imò nil præter merum hominis figmentum. Cultum porrò hujusce Dei ſui exprimit voce פְּלַח *coluit, ſervivit*, qvomodo de miniſteriis in templô obeundis legitur *Eſr. VII, 24.* וּפָלְחֵי *& miniſtris domus Dei tributum nemo imponat.* vide ibid. v. 19. item qvæ diximus p. 22. Adjicimus & hoc, interrogationem verſu hôc adhibitam, (*an non colitis?*) non tantùm inqvirere, in facti veritatê, an ita ſe res habeant ? verùm etiam ſingularem hîc deliteſcere vim exprobrativam, aut expoſtulatoriam, qvalis deprehenditur Gen. XII, 28. *qvid hoc feciſti mihi ? cur non indicâſti mihi ?* Mich. III, 1. *nonne veſtrum eſt ſcire judicium ?* Pſal. XIV, 4. *an non cognoſcent ?* Pſal. LXII, 4. *qvousq; furetis contra parietem ?* Pſal. XCIV, 8. *ô ſtulti, qvando ſapietis ?* &c. פְּלַח

וּלְצֶלֶם דַּהֲבָא דִּי הֲקֵמֶת לָא סָגְדִין׃

Et ſtatuam auream, qvam conſtitui, non adoratis ?) Coincidunt fermè hæc cum modò dictis, niſi qvòd locô Dei h.l. ponitur Dei ſymbolū, videlicet *ſtatua aurea*, & locô verbi generalioris פְּלַח *coluit* ſpecialius qvodammodò סְגַר *adoravit*, tùm mente, tùm externis precibus, geſtibus, corporisq; actionibus reverentiam ſubjectiſſimam exhibuit ; Vide ſîs *c. II, 46. III, 5. 6. 7. 10. 11. 12. 14. 15. 18. 28.* Item סגר

2. Reg.

1. Reg. I,16. de Bathſebâ coram Davide adorante, (in paraphraſi Chaldæâ,) *Gen. XXIV,48. cap. XXXIII, 7. XXXVII,10. &c.*

כְּעַן הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין

Nunc ergo ſi eſtis parati.) Iteratum hoc eſt promulgatæ jam anteà adorationis præceptum, in qvô non parum adhuc clementiæ conſpicuum, dum condonatur ſimul transgreſſio delata, ſpatiumq; conceditur emendationi è veſtigiô declarandæ. Fortaſſè tàm humaniter adhuc viros hos tractare voluit, qvia ſecum recoluit meritorum ab hiſce viris præſtitorum copiam, ſimulq; autoritatem eorundem penes ſubditos deprehendit non vulgarem, qvorum etiam exemplô multum poſſet profici apud univerſos. Qvorſum collimat particula temporis כְּעַן *nunc*, qvaſi diceret: Tranſeat, qvod anteceſſit, *nunc* novô cum hôc momentô novos etiam induite mores, &c. Obſcuritatis autem nonnihil hîc offunditur, dum hypothetica hæc in Vulgatô collocantur verba: *ſi parati eſtis*, qvæ ſanè ſupervacaneam ſupponunt conditionem; qvid enim obſtitiſſet, qvò minùs parati fuerint ad adorandum? Idcircò ſic ſimpliciſſimè reddemus, ſi vocem עתידין non per *parati*, ſed per *futuri* exprimamus, hôc modô: *Nunc, ſi vos futuri* (eritis,) *ut audiatis*, hoc eſt, ſi audiveritis *vocem, &c.* Ita namq; עֲתִיד non tantū accipitur pro *Paratô*, ſed & ſimpliciter pro *futurô*, proindeq; ut aliàs participiū cum verbô pleonaſticè ponitur pro nudô verbô, v.g. *videns fuit*, pro vidit: *rebellantes fuiſtis*, pro rebellâſtis, *non eritis vocantes*, i.e. non vocabitis (*Ruth I,20.*) Item ſicut Infinitivus ſæpiuſculè per enall. commutatur in Fut. e.g. *qvomodo poteſt, ut ingrediatur*, i.e. qvomodo poteſt ingredi, *Matth. XII,29.* Qviſqvis voluerit *ut ſervet* i.e. ſervare *animam ſuam*, cap. XVI,25. Ita & hôc locô; *ſi futuri, ut audiatis*, i.e. *audiveritis* בְּעִדָּנָא *in tempore hôc ipſô vocem*, &c. Nonnulli ellipticum qvid ſtatuunt, ſupplentes hôc modô, *nunc ſi parati eſtis, ut qvô tempore audiveritis, -- procidatis*, (benè eſt:) qvòd ſi verò non adoraveritis, &c. Ita *Junius, Polanus atq; alii:* & *Maldonatus* etiam ſupplet; vivetis. Verùm ſupplementô hôc opus non eſt, ſi nullam mandati iterationem, ut diximus, ſtatuamus.

דִּי בְעִדָּנָא דִּי תִשְׁמְעוּן קָל קַרְנָא וגו׳

Qvâcunq; horâ audieritis ſonum tubæ, &c.) En terminum adorationi præfixum; *Vulgatus* poſuit *horam*, cùm tamen in Chaldæô ſit עִדָּן *tempus* in genere, qvomodo habuimus *c. II, v. 9. 21.* Deſcribitur verò

Digitized by Google

verò idem, tempus à connexione cum Muſicâ ſolenni; ubi id notatu dignum, Regem haut ægrè repetere voluiſſe inſtrumentorum veluti numerum, qvi v. 5. & 7. præconis voce itidem fuerat recenſitus. Ut proinde ſuſpicio ſit, Regem tacitè ſimul voluiſſe gloriari de tot muſicorum inſtrumentorum exquiſitâ & undiq; collectâ, haut dubiè non ſine magnis impenſis ad ſolennitatem hanc varietate.

תִּפְּלוּן וְתִסְגְּדוּן לְצַלְמָא דִּי עַבְדֵת

Proſternite vos & adorate ſtatuam, qvam feci.) En actum poſtulatum, iterum ſecundùm edicti prioris tenorem, *v. 5.* ita, ut qvi pares aliis miniſtris regiis ſunt in officiis ac beneficiis, ſimiles etiam ſint in exhibendis ſacris ſervitiis.

וְהֵן לָא תִסְגְּדוּן בַּהּ שַׁעֲתָא תִתְרְמוֹן לְגוֹא אַתּוּן.

Quod ſi non adoraveritis, eâdem horâ mittemini, &c.) Encomminationem, qvæ & ipſa totidem propoſita fuit verbis, *v. 6.* qvam ideò haut dubiè Rex repetitam voluit, ne Triumviri hi ſpecialem fortè exemtionem ſibi falſò pollicerentur ob ſpecialem antehac Regis favorem ſibi exhibitum, vel ne ob merita in obitis hactenùs officiis acqviſita, mitiori forſas pœnâ, (v.g. ſuſpenſione ab officiô, degradatione aut deportatione,) ſe afficiendos ſtatuerent. Imò dilatio etiam omnis præciditur, qvæ tamen aliàs magnatibus concedi ſolet, præ aliis; ex qvâ dilatione non rarò ſolet enaſci omnimoda abſolutio, adeò, ut vis ſtatuta inhibita paulatim expiret poſtea per ejusmodi moram. Qvâ de cauſâ diſertè apponitur: *eâdem horâ.*

וּמַן־הוּא אֱלָהּ דִּי יְשֵׁיזְבִנְכוֹן מִן־יְדָי׃

Et qvis eſt Deus, qvi eripiet vos de manu meâ?) En deniqve ſubſidii univerſi præcluſionem. Ubi tamen mirè diſpaleſcit idololatræ hujus faſtuoſiſſimi ſtoliditas, utpote qvi ſuam potentiam non veretur conferre vel opponere etiam potentiæ divinæ, atq; huic qvidē in univerſum omni, proindeq; & illius numinis Iſraëlitici, qvod ipſemet antehac extulerat ultra Deos omnes, atq; ſic etiam ſupra Deos proprios, *c. II, 47.* Imò hâc ratione etiam conſpicuum fit, Regem præodoratum jam fuiſſe Judæorum horum inſtitutum, qvod adorationem intermiſerint, non ex pertinaciâ qvâdam refractariâ; verùm ex ſincerâ erga Deum ſuum reverentiâ fiduciâq;. Qvid enim aliàs fuiſſet opus mentionem facere Dei erepturi? Nihilominus tamen ad antiqva videtur

tur relapſus deliria: Si Deus Iſraëlis neqvivit gentem templumq; Iu-
מן um è meis liberare manibus, qvantò minùs nunc pauculos hos libera-
bit meos captivos? Notetur autem interrogativum, *qvis*, enunciatio-
nem hîc reddere negativam univerſalem, *nullus eſt Deus, qvi, &c.*
Hujusmodi exempla ſunt Pſal. XII, 5. *qvis Dominus noſter?* Pſ. XXVII, 1.
A qvô timebo? Pſal. XXXV, 10. *qvis ſicut tu?* Pſal. CXXX, 3. *qvis ſtabit?*
Coincidit proinde faſtus hic Chaldaicus cum Ægyptiacô, Exod. V, 2.
qvis eſt Jehovah, ut paream voci ejus? Et cum Aſſyriacô, 2. Reg. XIIX,
35. *qvis eſt inter omnes Deos, qvi eruerit terram ſuam? &c.* Subſidi-
שׁוב um porrò denegatum effertur verbô שֵׁיזִב *eripuit, liberum ſtitit*, qvod
Ebræi exponunt per ſuum הִצִּיל, legiturq; ſolùm in Daniele noſtrô
cap. III, 17. 28. VI, 15. 17. 21. 28. Qvæ ipſa ereptio præſupponit periculo-
ſam concluſionem vel libertatis privationem antegreſſam. Qvorſum
יד etiam facit mentio *manus*, qvâ Rex hoſce viros inſtar aucupis avicu-
lam manu ſuâ jam concludentis, poterat vel comprimendo perdere,
vel aperiendo dimittere. Ita *manus* pro poteſtate paſſim. Pulchrè
Lutherus: Laß ſehen wer der Gott ſey / der euch ꝛc.

Poriſmata ex Verſu XIV. XV.

1. Viri prudentis eſt de rei vel facti priùs certum fieri exiſtentiâ, qvàm ad ferendam feſtinet ſuper eâ ſententiam. Ita in oppugnandis adverſariis certò priùs conſtare debet de eorundem theſi, vel ut loqvi ſolemus, de ſtatu controverſiæ, antеqvam iisdem opponatur antitheſis.

2. Ad religionem nemo moveatur eam ob cauſam, qvia eſt hujus illiusve monarchæ, vel qvia Deus hic à Nebucadnezare appellatur Deus meus, qvia ſtatua hæc, coloſſus aut imago hæc conſecrata ſunt à tantô Imperatore. Qvanqvam ipſummet hoc argumentum modernô tempore inter mundanos aut politicos ſit ferè palmarium. Cætera, qvæ huc faciunt, vide ſîs *v. 5. ſeqq.*

3. Magnates, etiam ubi religionem prætendunt, faſtum vix celare poſſunt; qvomodo Nebucadnezar eô ipſô, dum Deum ſuum colit, ſe ſupra cunctos Deos ſimul extollit. Imò dum zelum ſimulant pietatis, diverſæq; religionis hominibus ſuccenſent, id non tam faciunt amore Dei, qvàm præ impatientiâ edictorum ſuorum ab aliis ſusqve deq; habitorum. Rari namq; Principes, qvibus religio non eſt prætextus. De Papæ arrogantiâ vide *2. Theſſ. II, 4.*

4. Omni-

Omnium maximè afficiuntur pii, ſi injurioſa in Deum ſuum verba profundi audiunt. *Sunt mihi lacrymæ meæ cibus interdiu & noctu, dum dicitur mihi quotidiè, ubi eſt Deus tuus?* Pſal. XLII, 4. & v. 11. *ſicâ incidunt oſſa mea*, &c. Aſt ſtemus; miram namq; Dei noſtri videbimus vindictam, ſi non modò, attamen olim, *Exod. XIV, 13.*

עֲנוֹ שַׁדְ׳ מֵי׳ וַעֲ׳ וְאָמְרִין לְמַלְכָּא

Reſpondentes Sadrach, &c. dixerunt Regi.) Incipit hîc partis primæ membrum alterum, animoſa videlicet Triumvirorum confeſſio, *v. 16. 17. 18.* ubi (α) reſpondentes, Sadrach cum ſociis, (β) Rex reſponſum accipiens. (γ) reſponſum ipſum, exhibens (1) declarationis minùs placituræ excuſationem, *v. 16.* (2) Dei Iſraëlitici tanqvam omnipotentis commendationem *v. 17.* (3) conſtantem mandati cultûs repudiationem, *v. 18.* VERSUS XVI.

נְבוּכַדְנֶצַּר לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָה עַל־דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ׃

O Nebucadnezar, non oportet nos de hâc re reſpondere tibi.) Vel ſecundùm Junium: *ut reſpondeamus tibi, non ſumus ſoliciti de hôc negotiô.* Qvoad diſtinctionem, in fontibus apertum eſt ſatis, accentu atnach ad vocem *Rex* poſitô, eandem cum nomine propriô non cohærere, uti qvidem vult *Vulgatus*, ſed in Vocativô potiùs reddendum eſſe, ita ut confeſſores hi abſq; omni pompâ, Regem propriô ſuô compellent nomine, nudamq; ipſi ediſſerant veritatem, uti qvidem mos ſolet eſſe eorum, qvi liberè zelôq; debitô rem aliqvam ſunt expoſituri. Utuntur autem voce חַשְׁחִין à חֲשַׁח *opus, neceſſe habuit*; (qvomodo *R. Nathan* qvoq; per צְרִיכִין *indigentia* expoſuit,) qvæ vox denuò occurrit *Eſr. VI, 9.* & qvidem in genere fœmininô, qvæ מָה־חַשְׁחָן *opus ſunt, dentur eis.* Nomen verò חַשְׁחוּת *utilitas*, legitur *Eſr. VII, 20.* חשחות
Adeoq; ſenſus eſt juxta R. Salomonem, non חֲשֵׁשִׁין *ſoliciti ſumus nos ob hoc ipſum ad agitandũ conſilium, qvid tibi reſpondere conveniat, qvippe reſponſum in promtu eſt,* וְשָׁגוּר *& ſine hæſitatione emittendũ ex ore noſtrô.* Idem fermè habet qvoq; *Jacchiades.* Juxta AbenEſram: *Non* צְרִיכִין *indigemus vel adigimur nos reſpondere tibi, qvia Deus noſter, quem colimus, ſicuti diffindit terram, poteſt nos eruere de fornace ignis*, &c. Utrumq; hoc deprehendes etiam in gloſſâ R. Saadiæ. Ludov. de Dieu *in animadv. ad h. l.* ſic exponit: *Non proſumus* (nihil utile facimus) *ſuper hâc re reſpondendo tibi*, h. e. fruſtrà tibi reſpondemus, qvippe & tibi & nobis ſententia ſtat immota. Provocat ad ſyri-

ſinum, ubi vox חשח eſt *utile eſſe, prodeſſe*. Breviter: æqvanimitatem, hilaritatemq; ſuam hôc modô exprimere voluerunt hi confeſſores in Dei ſui cauſâ, qvòd omni vacent ægritudine animorum anxiâ, Deoq; rem committant univerſam, hautqvaqvam ſoliciti de excuſatione, emollitione, apologiâ pro Dei ſui viribus prolixâ, blanditiis, tergiverſationibusq; aliis, cùm certô certiores ſint, aliter à ſe rem geri haut poſſe, qvàm geſta eſt, ut proinde verbis non ſit opus. Imò deliberationem hôc modô à ſe amoliuntur omnem, ita ut ſpatiô conceſſô uti velut nolint; actu enim ut videmus reſpondent, operoſum autem deliberatò reſpondendi negotium à ſe remotum eunt. Huc, qvòd *Maldonatus* & *Corn. à Lapide*]ô *reſpondere* accipiunt pro *deliberare*; qvâ in re conſentientem qvodammodo habent Theodoretum. *Dionyſius* & *Liranus* abſurditatis hôc modô volunt qvæſtionem regis argui, qvæ reſponſum non mereatur. Verùm hujusmodi immodeſtiam vix audemus his viris attribuere, utpote qvorum proteſtatio etiam contraria foret facto, reſponſô qvippe Regem eos dignari docet textus.

התיב De verbô deniq; הֲתִיב notandum, id verbo Ebræorum הֵשִׁיב *reſpondit, retulit*, æqvipollere: ſicuti id conſtabit è *Dan. II, 14. Eſr. V, 5. 11. c. VI, 5.* Formam Grammaticam cum affixô docebit Buxtorff. *in Gram. Chald. p. 159.*

הֵן אִיתַי אֱלָהַנָא דִּי אֲנַחְנָא פָלְחִין יָכִל לְשֵׁיזָבוּתַנָא

VERSUS XVII. *Ecce enim Deus noſter, qvem colimus, poteſt nos eripere.*) Opponitur hoc diſertè ſermoni regio: *Qvis eſt Deus ille, qvi vos liberare qveat è manu meâ?* v. 15. qvæ interrogatio, ut diximus, æqvipollet categoricè neganti: *Nullus eſt Deus, qvi &c.* Huic itaq; propoſitioni palàm contradicunt: Imò eſt aliqvis Deus, idemq; Deus noſter, qvem colimus, qvi poteſt nos eruere, &c. Simul obſervanda qvoq; reſpondentium circumſpectio: cùm enim Rex nudè dixiſſet: *Qvis eſt Deus, qvi liberabit vos?* Ipſi non ita crudè de actu reponunt, Deus noſter liberabit, ſed de facultate: *eſt* יָכִל *potens*, ſeu validus *ad liberandum nos*, utut de voluntate ejusdem hîc & nunc nobis nondum conſtet.

מִן־אַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא

De caminô ignis urentis.) Utpote qvi elementis vim ſuam dedit, proq; nutu ſuô iterum poteſt vel aufferre, vel ſuſpendere, vel minuere, vel in contrarium planè vertere, poteſt is impedire te tuosqve miniſtros, ne nos comprehendere valeant; qvomodo manum contra

Digitized by Google

contra prophetam expanſam areſecit *1. Reg. XIII, 4.* poteſt is immunitatem tribuere nobis, ne à vobis vel videri vel agnoſci poſſimus, qvõmodo Eliſa hoc modò Syrorum deludebat exercitum *2. Reg. VI, 18.* poteſt is contra vos immittere angelos affligentes, imò trucidantes, qvomodo exercitum perimebat Aſſyriacum *Eſa. XXXVII, 36.* Et qvis infinitas illas liberationum vias recenſere poſſet omnes, ſoli Deo cognitas, neq; adhuc exercitas?

וּמִן־יְדָךְ מַלְכָּא יְשֵׁיזִב׃

Et de manibus tuis, à Rex, liberare.) Ut verba proxima comminationem furni reſpiciebant præcipuè, ita hæc præſentia arrogantem Regis gloriationem: *Qvis eſt iſte Deus, qvi, &c.* qvantumlibet par utrobivis habenda ſit ratio divinæ facultatis, non autem ſimul voluntatis. Qvamvis enim hîc in fontibus ſit Fut. יְשֵׁיזִב (cujus locõ *Vulgatus* Infinit. poſuit *liberare*,) facilè tamen è contextu colligitur, non id, qvod determinatè futurum erat, ſed qvod futurum eſſe vel fieri poterat, deſignari. *Manum* non malè exponit h.l. *Jacchiades:* מכל אופני משפטך *à cunctis modis ſuppliciorum tuorum.* שזב

וְהֵן לָא יְדִיעַ לֶהֱוֵא לָךְ מַלְכָּא

Versus XIIX.

Qvod ſi noluerit, notum tibi ſit, Rex.) Ultimum hoc eſt reſponſi membrum, qvõ promtos ſe ad capitale exponunt ſubeundum ſupplicium. Locô verborum; *(qvod ſi noluerit,)* nudè in fontibus eſt: וְהֵן לָא *& ſi non*; putà actualiter liberaverit, vel liberare voluerit, *notum eſto, &c.* En denuò mentem imperterritam, qvæ citra ambages palàm ediſſerit, qvid facere vel omittere jam conſtitutum ſit, nimirum nil prorſus contra Deum in gratiam Regis admittere. Imò prudenter ſimul antevertunt malevolorum ludibria, ne ſi omninò in flammis perirent, proptereà Deo Iſraëlis impotentiam auderent impingere; multa ſiqvidem Deum poſſe, qvæ tamen nolit ob juſtas ſuas cauſas, qvanqvam ideò cultores veri non intermittant potentiam ejusdem credere imperſcrutabilem. Phraſin eandem יְדִיעַ לֶהֱוֵא *notum eſſe*, pro, notum ſit, reperies etiam *Eſr. IV, 12. 13. & c. V, 8.* Adeoq; per Enallagen infinitum ponitur pro finitô, ceu notatum *c. II. 20.* לֶהֱוֵא *eſſe* pro *ſit nomen Dei benedictum.* Ita *Exod. XX, 8.* זָכוֹר *recordari*, pro memento. *Vid. Coh. IV, 17.* קָרוֹב *appropinqvare*; Amos IV, 5. קַטֵּר adolere, h. e. adolete. ידיע להוא

Digitized by Google

די לֵאלָהָיךְ לָא־אִיתַנָא פָּלְחִין וּלְצֶלֶם דַּהֲבָא דִּי הֲקֵימְתָּ לָא נִסְגֻּד׃

Qvia Deos tuos non colimus & ſtatuam auream, qvam erexiſti, non adoramus.) Iterum diſertè hæc opponuntur verbis regiis, *v.14.* ubi exprobraverat tùm Dei ſui, tùm ſtatuæ à ſe erectæ neglectum; in qvô utrôq; perſeveraturos ſe ſtrenuè hi viri profitentur, idq; non contemtu Regis iniqvô aut temerariô, verùm amore Dei veri atq; unici debitô.

Poriſmata ex Verſ. XVI. XVII. & XIIX.

1. Παῤῥησία in caſu confeſſionis abſolutè eſt neceſſaria, *1. Pet. III, 15. Rom. X, 9.* Adeoq; ut viri hi *reſpondent*, & qvidem diſertè, intrepidè, *(notum ſit tibi, ô Rex)* absq; tergiverſationibus, amphiboliis ſeu æqvivocationibus; ita hodieq; rogati de religione ſimilem debent exhibere confeſſionem ingenuam, animoſam, &c.

2. Conſultationem in religionis agnitæ confeſſione ne ſemel qvidem admittas, an v. g. utile ſit hoc futurum, ſi mutes animum, an ſit contra leges gratitudinis, ob accepta à magiſtratu beneficia, an non fratribus prodeſſe poſſimus, &c. Nil enim cum carne & ſangvine deliberandum docet Paulus, *Gal. I, 16.* Egregiè Baſilius Juliano ſpatium deliberandi concedenti; *Fac qvod facturus es, nam cras idem ero, qvi hodiè ſum.* Ita Cyprianus ad mandatum ProConſulis: *Aut ſacrifica Diis, aut peribis*, reſpondit: *Chriſtianus ſum, & Diis ſacrificare non potero, tu verò qvod tibi præceptum eſt, fac: In re enim tam juſtâ nulla deliberatio eſt.* Ita *Pontius* Diaconus in vitâ ejusdem. Sic trecenti tunc temporis viri, eligere vel clibanum calcis accenſum, vel adolere Jovi juſſi, ictu ſe rapidiſſimô, absq; deliberatione omni in ignem conjecerunt; *Ibid.* Ita *Liberius Pontifex* Conſtantio Imperatori, ut intra biduum mutaret ſententiam, Arianisq; aſſociaretur, mandanti, reſpondit: *Mihi, ô Imperator, dic ad deliberandum non eſt opus, jam enim olim iſta & deliberata ſunt à me, & decreta. Itaq; jam ad diſcedendum hinc paratus ſum.* Sozomenus *lib. III. c. 10.* Similis vox primi ex confeſſoribus Machabaicis: 2. Maccab. VII, 2. *Qvid tandem exqvirere vis, aut à nobis ſciſcitari? Nam nos qvidem mori potiùs parati ſumus, qvàm leges patrias transgredi.* Confer Chryſoſtom. *Hom. 4. & 6. ad populum Antiochen.* Item qvæ in Commentar. hujus loci habent *Calvinus* & *Oecolam-*

Digitized by Google

Oecolampadius de Confeſſionis alacritate, tempeſtivâ ad eam præparatione, dubiorum repercuſſione.

3. Ad blaſphemias contra veritatem cœleſtem neqvaqvam ſileas, ſed maſculè potiùs, etiamſi Rex easdem evomat, contradicas.

4. Deo negotia tua abſolutè committas, etiamſi ad votum tuum liberare te nolit. Nil enim decedit fidei certitudini, ſi in ſecularibus non præſtò ſtatim ſit auxilium Dei palpabile, *2. Sam. XV, 25.*

5. Plura Deus poteſt, qvàm qvæ vult. Poſſet eripere pios ex omni adverſitate; Juſtis tamen de cauſis id neq; vult, neq; facit. Egregiè verò Theodoretus in h. l. *Nos pro mercede aliqvâ Deo noſtro non ſervimus, ſed amore ejus omnibus rebus cultum ejus præferimus. Qvare ne ab his qvidem malis temerè liberari petimus, ſed ipſi omnem noſtram gubernationem & providentiam permittimus, & ejus, qvod futurum eſt, ignari, gubernatori noſtro, qvocunq; ei libuerit, navem dirigendam committimus. Pro certô enim habemus, poſſe illum nos è manibus tuis eripere, utrum verò id facere velit, ignoramus: nihilominus cùm ſapiens ſit, ei rerum noſtrarum moderationem committimus, &c.* Cauſas inſuper aliqvas, cur pii non ſemper à Deô liberentur, qvanqvam poſſet, adductas hîc vide à *Pereriô*.

6. Imaginum ſtatuarumq; venerationem cur defugiant Proteſtantes, deductum alibi latiùs: Satisfactumq; Papiſtarum exceptionibus ad præſentem textum: Vide Danhau. *tom. 1. Hodom. Pap. p. 1211.* Dorſchei *vindic. in Exod. p. 66.* D. Æg. Hunnii *Diſſ. t. I. Marp. p. 474.* It. Forbeſii *Inſtructiones Hiſtor. Theol. f. 337. usq; ad 373.* Gisb. Voëtium *t. III. Diſſ. ſelect. p. 870. ſeqq.* Vide ſîs etiam Sixti Senenſis *Biblioth. lib. V. Annot. 247.* ubi *Balthaſarem Hicmairum*, qvi Anno 1528. Viennæ ob imaginum cultum repudiatum exuſtus eſt, perſtringit ob allegatum huncce textum propheticum aliaq; dicta Patrum; cujus tamen Confeſſoris ſententiam non facimus noſtram per omnia.

בֵּאדַיִן נְבוּכַדְנֶצַּר הִתְמְלִי חֱמָא

Tunc Nebucadnezar Rex repletus eſt furore.) Tertium hîc inchoat partis primæ membrum, exhibens tùm condemnationem, tùm ejusdem executionem, *v. 21. 22. 23.* Qvoad prius cernimus (α) judicem condemnantem, qvi eſt *Rex furore plenus.* הִתְמְלִי חֱמָא *repletus eſt indignatione*, h. e. ira penes eum ſuborta eſt in ſummô gradu, adeò, ut non ſolùm cor totum penitùs pervaderetur, ſed per oculos, frontem, nares, labia ac membra cætera palàm ſe proderet; qvomodo aliàs

VERSUS XIX.

התמלי חמא

aliàs ignis *replere* ſolet totam domum, niſi tempeſtivè flamma coërceatur; vel qvomodo odor aut etiam fœtor, itemq; flatus *replet* univerſum domicilium *Job.XII,3. Actor.II,2.* Item qvomodo mons è lapide enatus totam replebat terram, *Dan.II,35.* Sic repleri timore *Luc.V,20.* mœrore *Ezech.XXIII,33. Joh.XVI,6.* invidiâ *Actor.V,17. cap. XIII,45.* amentiâ *Luc.VI,11.* gaudiô *Actor.XIII,52. &c.* vocem חֲמָא *excandeſcentia*, habuimus jam *v.13.*

וּצְלֵם אַנְפּוֹהִי אֶשְׁתַּנִּי

Et aſpectus faciei illius immutatus eſt.) Pertinet hoc ad gradum iræ vel furoris potiùs ſupremum depingendum, ubi pallor & mox rubor in vultu atq; labiis, frons caperata, oculi flammantes, naſus acuminatus, dentes frendentes alium planè videbantur referre regem, qvàm qvi antea ſubditis ſuis in gravitate debitâ cernendum ſe exhibuerat. Talem Poëta deſcribit:

Hic agitur furiis totóq; ardentis ab ore
Scintillæ obſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

אנא In fontibus hîc eſt צְלֵם *imago*, de qvâ vide *c.II,31.* ponitúrq; illa hôc locô pro externâ partium faciei formâ; qvæ dicitur *mutata* (אֶשְׁתַּנִּי à שְׁנָא *mutavit*) æqvè ut *c.V,6.* de Belſazare conſternatô ſcribitur: *Tunc Regis facies* שְׁנוֹהִי *mutata eſt*, *& cogitationes ejus turbaverunt eum, &c.* & denuò v.9. *tunc Rex* (fruſtrà advocatis ariolis) *conturbatus fuit, & vultus ejus* שָׁנַיִן *mutati ſunt in eô*, &c.

עַל־שַׁדְרַךְ מֵישַׁךְ וַעֲבֵד נְגוֹ

Super Sidrach, Meſach & Abednego.) Videmus jam (β) perſonas condemnatas, qvæ qvamvis in dignitate conſtitutæ eſſent ſingulari c,II,49. jam tamen inſtar mancipiorum aut nebulonum perduellium ignominioſiſſimæ, ſæviſſimæq; adjudicantur morti, ut ſeqvitur.

עָנֵה וְאָמַר לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא חַד שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ׃

Et præcepit, ut ſuccenderetur fornax ſeptuplum, qvam ſuccendi conſveverat.) Audis (γ) condemnationis terminum ſive ſupplicium, cui adjudicati ſunt, videlicet, vivicomburium. In fontibus eſt אֲמַר *dixit* h.e. juſſit, ſeu ſatellitibus, per qvos adducti erant rei, in mandatis dedit לְמֵזֵא *ſuccendere*, (à Rad. אֲזָא *ſuccendit*) *fornacem* חַד *unô ſeptem* שִׁבְעָה, h.e. שִׁבְעָה פְעָמִים (ſecundùm Jacchiadem)

dum) ſeptem vicibus, vel ſeptuplò *magis, quàm viſum aliàs fuiſſet ſatis ad comburendos ſolummodo tres homines* ; vel ut verba textûs habent, עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ *ſuper quod viſum erat ſuccendere eum,* h.e. quàm ſolebat accendi. Qvoad vocem חַד *unum* (qvæ per aphæreſin eſt ex אֶחָד *unum*) legiturq; in Ebr. etiam *Ezech. XXXIII, 30.*) notamus, eam commodè reddi poſſe *unâ vice*, qvomodo אַחַת apud Ebræos eô ſenſu occurrit *Exod. XXX, 10. unâ* (vice, vel ſemel) *in annô*. Num. XI, 4. *qvod ſi* כְּאַחַת *in unâ* (vice, h.e. ſemel,) &c. pari etiam modô שִׁבְעָה *ſeptem* ponitur pro *ſepties*, ut ſenſus ſit: apponi juſſit *unâ vice tantum* materiæ uſtilis, vel tantam excitari flammam, qvantum aliàs ſuffeciſſet ad *ſeptem* accenſiones. *Septem* verò vel *ſepties* non præciſè accipi pro definitô iſthôc numerô, qvi inter ſextum & octavum eſt medius, verùm indefinitè pro *multoties*, vel in ſupremô gradu, facilè oſtendit hiſtoriæ conditio, nec non mos Scripturæ ſacræ, qvæ perfectionis causâ eundem ſolet adhibere numerum, v.g. 1. Sam. II, 5. *donec ſterilis pareret ſeptem*, vid. *Lev. XXVI, 18. 21. 24. 28. Ruth. IV, 15. Pſ. XII, 7. Prov. XXIV, 16. c. XXVI, 16. 25.* Imò manifeſtam infrà habemus literam v. 22. *fornax ſuccenſa* יַתִּירָה *excellenter*, ut proinde *Sanctius*, cur proprio ſignificatui inhæreret, haut juſtam habuerit cauſam: ſine dubiô fecit in honorem *Vulgatæ*, ubi recenſetur, flammam ultra fornacem ſurrexiſſe cubitos 49. qvia *ſepties ſeptem* eundem conficiunt numerum. Verùm de apocryphis his relationibus alibi agitur prolixiùs. Deniq; attendenda etiam verba ultima, comparationem inferentia; *ſuper qvod* חֲזֵה *viſum erat accendere eam*. ubi חֲזֵה eſt particip. Peil. à Rad. חֲזָה *vidit*, valetq; idem ac Ebræorum רָאוּי *decens, conveniens, qvod videtur fieri poſſe vel fieri debere vel non*: Scribitur ut plurimum חֲזֵי v.g. Jer. XLIX, 12. *qvibus non conveniebat*. Eſth. I, 7. *qvod conveniebat, ut biberetur*. Sic locô Ebræi כְּמִשְׁפָּט *Lev. V, 10.* Chaldæus habet idem hoc noſtrum vocabulum חֲזֵי *ſicut decens erat*, &c. Qvanqvam verò inſignis hæc flammarum intenſio intenſam qvoq; regis iram atq; pœnam ſignificare debuit, reverà tamen ſupplicium hôc modô factum fuiſſet mitius: Quis enim non libentiùs hujusmodi immenſis ſubitò abſumeretur flammis, qvàm ut lentô uſtularetur igni?

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. De Iræ moderatione, etiam in caſibus licitis, ne degeneret in immoderatam rabiem, &c. integros vide tractatûs Plutarchi, Senecæ

cæ, aliorumq;. Sicut aliud eſt vinum bibere, aliud, *vinô repleri*; ita aliud iraſci, aliud *irâ repleri*; qvorum poſterius h.l. de Nebucadnezare effertur. Vehementem iræ exceſſum in Theodoſio M. referunt Theodoretus *lib. V. & Tripart. l. 9.* Auguſtin. *lib. 5. de Civ. Dei, cap. 26. aliiq;.*

2. Viri gravis eſt, non levi de cauſâ *mutare vultum.* Non enim contemnenda hîc prorſùs ſunt præcepta Stoicorum, qvæ conſtantiam commendant in utrâq; fortunâ diverſisq; rerum eventibus.

3. Sæpe tyranni, cùm nocere cupiunt qvàm maximè, inſcii procurant id, qvod piis eſt tolerabilius; ſicut jam ſuprà vidimus in flammæ intenſione ſeptuplâ ſive vehementiſſimâ.

4. Si juſta noſtra eſt cauſa, juſtusq; eandem propugnandi proceſſus, hautqvaqvam curanda eſt magnatum ira. Utut faſtuoſus hosce homines veritatis exacerbet magis confeſſio, certum tamen eſt, cœlitibus eò magis approbari fidelium ſinceritatem.

וּלְגֻבְרִין גִּבָּרֵי־חַיִל דִּי בְחַיְלֵהּ אֲמַר

VERSUS XX. גבר *Et viris fortiſſimis de exercitu ſuô juſſit.)* Succedunt jam (1) executionis miniſtri, videlicet non infames aliqvi de lictorum carnificumq; fece nebulones, verùm גֻּבְרִין *viri*, qvod vocabulum qvidem commune eſt, tributum ſuprà tùm accuſatoribus *v. 8.* tùm accuſatis *v. 12.* (vide infrà *c. VI, 6. 12. 16. 25. Eſr. IV, 21. c. V, 4. 10.*) Hîc tamen mox determinatur, qvod ratione virium animi corporisq; fuerint גִּבָּרֵי חַיִל *potentes robore*; qvæ phraſis in Chaldæô non redit; in Ebr. tamen legitur Codice *Joſ. I, 14. c. VI, 2. c. IIX, 3. X, 7. 2. Reg. XV, 2. c. XXIV, 14.* & alibi paſſim; Et qvidem de hujusmodi viris, qvi animoſi ſunt ad agendum ferendumq; fortia, qvi peritiam qvoq; habent militarem, pollentes inſuper robore lacertorum, &c. Qvâ de cauſâ etiam diſertè additur, דִּי בְחַיְלֵהּ *qvi in exercitu ipſius*, h.e. qvi ſatellitio cuſtodiisve præſidiariis aut comitatui præerant, inq; eô præclaris fungebantur officiis, gregariis præfecti militibus cæteris: ac proinde tantò majorem tàm reis ipſis qvam ſpectatoribus cæteris incutere poterant metum. Qvanqvam enim in provinciis nonnullarum gentium carnifices alerentur publici, & qvidem adeò infames, ut extra urbem degere cogerentur, qvalem *Græci* vocabant δήμιον, & Valer. Maximus *lib. III. c. 2.* ubi de Tharomenis cicutâ, *ſervum publicum*; pervulgatum tamen erat apud gentes plerasq;, militibus talia trucidandi committere negotia,

Digitized by Google

negotia, ut qvi ad hoſtium exterorum conducti eſſent profundendum ſangvinem, idem exeqverentur officium in damnatis ſingularibus tanqvam publicæ honeſtatis aut Reipubl. hoſtibus. Qvâ de cauſâ etiam Benaja ſupremus militiæ Salômoneæ Imperator, interficere jubebatur & Adoniam & Joabum, *1. Reg. II, 25. 34*. Et Saul miſſis militibus perdebat incolas civitatis Nob, *1. Sam. XXII, 19*. qvô in factô imitatorem habuit Herodem, qvi (verba recitamus Chryſologi *ſerm. 152.) ad ſinum matrum militum coëgit caſtra, inter ubera arcem pietatis oppugnans*. Sic in paſſione Mediatoris noſtri mentio fit *militum* Joh. XIX, 32. Ita Svetonius *in Caligula, c. 32. miles*, ait, *decollandi artifex, qvibuscunq; è cuſtodiâ capita amputabat*. Confer etiam ſuprà *cap. II, 24*. ubi Ariocho ſapientum committitur interemptio. Notetur duplex vocis חיל in unô hôcce verſu acceptio, qvippe ubi tàm pro robore, qvàm pro *robuſto exercitu* ponitur: Vide ſi lubet dicta *Prov. XII, 4*.

לְכַפָּתָה לשדרך מישך ועבד *Ut ligatis pedibus Sadrach, &c.*

In Chaldæô eſt tempus infinitum, לְכַפָּתָה ligare, ut ligarent: Ita nimirum כפת idem eſt juxta *R. Nathanem*, ac Ebræum אָסַר vinxit, legiturq; ſolùm *h. l. & v. 21. 23. 24*. Nihil verò in fontibus eſt de *pedibus*, qvorum meminit *Vulgatus*, ſed in genere dicitur: *ad ligandum Sadrachum, &c*, ut proinde tàm manuum, qvàm pedum conſtrictio qveat hîc intelligi; qvalis etiam occurrit *Matth. XXII, 13*. Imò contra literam non eſſet, ſi dixerimus, tres hoſce viros communibus qvaſi vinculis in faſcem unum fuiſſe conſtrictos, ſiqvidem Rex poſthàc miratur, qvomodo qvivis ſeorſim obambulare poſſet in fornace, *v. 25*. Ligari autem ſolent capitaliter puniendi, tùm ob ignominiam, tùm ob cautionem ac ſine turbis ulterioribus citiùs ſubeundam mortem: ſic namq; prohibetur tùm fugiendi, tùm violenter vim inferentibus reſiſtendi facultas. De captivis aliis hôc modô vinctis lege *Judic. XV, 13. 2 Reg. XVII, 4. Gen. XLII, 16. 24. Actor. IX, 2. 14. 21. cap. XXI, 33. XXII, 4. c. XXIV, 27.*

לְמִרְמֵא לְאַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא

Mitterent eos in fornacem ignis ardentis.) In fontibus eſt רְמָה *projicere*, de locô ſuperiore violenter deturbare aut præcipitem agere, vide ſuprà *v. 6*.

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XX.

1. Per magnos perire qvalecunq; mundanorum ſolatium, *Jud. IIX, 21.*

2. Libertas qvantum ſit bonum, ii demum æſtimare diſcunt, qvi vinciuntur. ô qvanta vinctorum in Turciâ & Tartariâ, item in navibus miſeria! non ſine cauſâ horum meminit ſemper Eccleſia in Litaniis.

3. De capitali diſſentientium in religione pœnâ, an igni ſæviendum ſit in eosdem, juxta rigorem Inqviſitionis Hiſpanicæ, vide *Poriſmata ad v. 6.* Diſcrimen intereà admittimus inter nudè errantes & inter ſeducentes, ſimulve blaſphemantes, qvi utplurimùm etiam adverſus magiſtratum politicum ſolent eſſe ſeditioſi.

בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ כְּפִתוּ בְּסַרְבָּלֵיהוֹן

VERSUS XXI. *Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis.)* Hactenùs condemnatio *v. 19. & 20.* ſeqvitur nunc ejusdem executio, ubi (α) feſtinata colligatio, adeò ut non conceſſum fuerit ſpatium deponendi vel detrahendi veſtimenta, utut pretioſa tantisq; viris digna, flammarum verò abſumtione indigna; qvæ tamen exuitio præcedere aliàs conſvevit in hujusmodi ſuppliciis; hîc tamen è veſtigiô injiciuntur vincula, prout hi magnates ad ſolennitatem comparuerant in veſtitu ſuô honoratô. Ubi mentio fit initiô סַרְבָּלִין *chlamydum*, ſeu, ut *Jacchiades* declarat, *veſtimentorum, qvæ totum operiunt corpus, cùm homo prodit in publicum è domo ſuâ*, vocariq; ait hiſpanicè, *Mantilo.* Ita *AbenEſra* qvoq; de *veſtimentô* accipit *ſuperiore* ſive extimô. *Lutherus, Belga & Piſcator*: Mäntel. Qvod ipſum qvoq; probatur *Sanctio*, qvia braccas non arſiſſe minus mirum, qvàm extima, &c. id qvod contra Vulgatam profert. Similis qvoq; ſententia placet *Grotio.* Qvæ ipſa ſanè meliùs conveniunt cum Rad. Chald. סַרְבֵּל *texit, operuit*, qvàm expoſitio R. Saadiæ *de* מנעלים *calceis*, nec non illorum, qvorum ipſe meminit, qvæ בָּתֵּי שׁוֹקַיִם ſeu feminalia volunt intellecta. Conjecturam hîc affert Conſtant. L'Empereur ex hiſtoriâ Almacini Arabicâ, ac ſi Sarbalim commodiùs exponerentur per femoralia, qvæ à lumbis ad talos usq; omnia obtegebant. Cui adſtipulatur qvoqve Hottingerus *Smegm. p. 79.* qvam ipſam tamen ſententiam ſuo relinqvimus loco, (Vide infrà v. 27.) Lectorem curioſum remittentes intereà ad Martin. *Lexic. Philol. in voce (Sarabarum,)* ubi multa hâc de voce

Digitized by Google

voce conglomerantur, vide Druſii *lib. III. Qq. Ebr. qv. 60.* & Ramirez *Spicil. tr I. c. 27. f. 107.* ubi varia de Braccis Orientalium, &c.

Et tiaris.) Chaldaicè eſt פַּטִּשֵׁיהוֹן h. e. ſecundùm *R. Nathan, Saadiam* & *AbenEſram*, מִכְנָסַיִם femoralibus; vel ſecundum *Jacchiadem* fuerunt *veſtes, qvæ tegebant corpus* וְהַשּׁוֹקַיִם *& crura*, Hiſpanicè dicta, *Gibon* vel Kalzi. Sic AbenEſra qvoq; femoralibus addit חֲלוּקִים *induſia*, qvæ hîc intelligi qveunt. Ita *Buxtorfius* & *Schindlerus* reddunt *ſubligacula*. Aliàs פַּטִּישׁ eſt *malleus*; qvod tamen vocabulum cum noſtrô ſignificatu parùm convenit. Radix verbalis in uſu non eſt. Sic *Piſcator* vertit, Hoſen / *Belga* Broecken / *Luther.* Schuhen. *Sanctius* tuetur tiaras, qvas dignitatis causâ hi viri geſſerint, putatq; vocem hanc cum re à Græcis ad Chaldæos manâſſe, (veluti inſtrumentorum muſicorum nomina,) ita ut innuatur πέτασος ſeu pileus latior. Idem vult & *Grotius*. Vide *Ezech. XXIII, 13.* Verùm cauſam nondum videmus, cur femoralium deſeramus ſignificatum. פטיש

Et calceamentis.) כַּרְבְּלָתְהוֹן qvæ ſecundùm Jacchiadem ſunt *operimenta caput obtegentia, qvalia galeæ, &c.* qvocũ facit etiam *R. Saadia*, exponens per קְסִידָא *caſſidem* aut כּוֹבַע *galeã, qvæ in capite geſtatur*: (Nonnemo ad *criſtas* hoc refert ſive Federbüſch; at contra intentionem Rabbini, moremq; gentis.) qvanqvam adjiciat, alios reddere חֲפַּלִּיסוֹר *vela*, qvalia ex tenui lanâ ſeu pilis facta Judæi circumvolvunt capiti ac collo, tempore precum ac ſacrorum aliorum. Ita Chaldæis verbum כַּרְבֵּל eſt *operire*, qvod ſemel etiam in Ebræo occurrit Codice *1. Par. XV, 27. & David,* מְכֻרְבָּל *amictus erat palliô byſſinô*. Inde כַּרְבְּלָא *tegumentum, paludamentum*, atqve ſic de capitis tegumentô etiam Lutherus, Piſcator & Belgæ: Hüten: qvod ipſum etiam mori gentis convenientiſſimum, qvippe capita Orientalium turbantis ſeu certis linteaminum plicaturis plerumq; ſolent eſſe obvoluta. כרבלת

Et veſtibus.) Chaldaicè eſt וּלְבוּשֵׁיהוֹן *& indumentis ſuis*, qvæ nimirum, juxta Jacchiadem, *indumentis prioribus ſuperinduebantur inſra pallia*, dicta hiſpanicè *Sajon*. Melius tamen *AbenEſra & Saadia* exponere videntur generatim de reliqvâ veſtiũ hactenus non enumeratarum cohorte, qvô ſenſu *Lutherus* & *Belga* reddiderunt, und andern Kleidern. לבוש

וּרְמִיו לְגוֹא אַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא:

Miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis.) Retinetur in Chaldæô idem verbum רְמָא *projecit*, qvòd hactenùs aliqvoties fuit adhibitum, adeoq; executio per omnia reſpondit mandato vel ſententiæ ſemel latæ. רְמִיו eſt forma paſſiva Peil, *projecti ſunt:* vide Buxtorfii *Gram. Chal. cap. 29. p. 173.*

Poriſmata ex Verſu XXI.

1. Pertinet huc Martyrii excellens dignitas, Tyrannorum infeliciſſima rabies, tormentorum confeſſoribus illatorum truculentia ac varietas: qvâ de cauſâ etiam Patrum nonnulli hîc ſtatuunt præfiguratos Martyres novi Teſtamenti: vid. Irenæus *l. 5. adv. hær. c. 24.* & Auguſtinus *Tom. II. Epiſt. 48.*

2. Vincula fidelibus non ignominiam conciliant, ſed gloriam, videre hoc eſt ex gloriatione Pauli Apoſtoli, Babylæ, aliorumq;.

3. Zeli ſpecies eſt, nil facere ex condemnatis reliqvum, nedum veſtimenta. Qvâ in re egregios Nebucadnezar habuit imitatores Conſtantiæ, ubi ſancti Patres ſcil. Johannem Huſſum comburebant, unà cum veſtibus & pecuniâ, qvam non exiguam adhuc habebat.

4. Qvod tunc inſignem pertinebat ad ſævitiem, cum veſtimentis vinctos detrudere in flammas ſine morâ, id tantò magis facit poſteà ad extollendam Dei gloriam; qvippe vincula à flammis ſolvuntur, veſtes autem intactæ manent.

כָּל־קֳבֵל דְּנָה מִן־דִּי מִלַּת מַלְכָּא מַחְצְפָה

VERSUS XXII. *Nam juſſio Regis urgebat.*) Alterum, jam executionis ſeqvitur membrum ſeu annexum, (β) miniſtrorum ſcil. exeqventium abſumtio: *partim*, qvia verbum ſeu mandatum regium urgebat, *partim*, qvia fornax inſolentiſſimè ardebat. Particulæ כָּל־קֳבֵל דְּנָה *propter-*

כל קבל דנה

eà, qvandoqvidem, adfuêre c. II, 12. 24. cap. III, 7. 8. ſuperadduntur tamen h. l. duæ adhuc voculæ מִן דִּי *ex qvô*, idq; per pleonaſmum; fermè ut Germani qvandoq; in ejusmodi luxuriant particulis: Demnach und alldieweil, &c. ita & alibi מִן בִּגְלַל דִּי propterea ut, *Exod. XIX, 18. Pſ. CIII, 4.* &c. & מִן דִּי *ex qvô* (diſcas,) occurret infrà *cap. IV, 23.* item *Eſr. IV, 23. c. V, 12.* Per *verbum* porrò *regis* eadem deſignatur ſententia modò lata peremtoria, qvæ מַחְצְפָה *accelerabat ſeu urgebat*, eôdem

ſcil. modò, ſicut ſuprà *cap. II, 15.* ſimilem jam vidimus phraſin : Qvia igitur mora qvaliscunq; apud Regem extremè periculoſa, idcircò ſui ipſorum rationem non poterant habere executores, ſed cum vitæ diſcrimine ad mediam penetrare flammam tenebantur.

וְאַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָא *Fornax autem ſuccenſa erat nimis.*

Pertinent hæc ad occaſionem executorum ab igni abſumtorum, qvia incredibilis ferè erat æſtus, in iſtô exitiali furnô, qvem ſepties vel perfectiſſimè intendi juſſerat Rex *v. 19.* Vocabulum אֵזֵא eſt participium Peil, verbi אֲזָא *ſuccendit*, ita qvidem ut locô ſcheva ſub א Syrorum modô adhibitum ſit tſere, & (ה) in fine manſerit qvieſcens in (‑). ordinariè enim fuiſſet אֲזֵי de qvô Grammatici. אזא

גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ דִּי הַסִּקוּ לְשַׁד׳ מֵי׳ וַעֲב׳ קַטִּיל הִמּוֹן שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא׃

Viros illos, qvi miſerant Sadrach, Meſach & Abednego, interfecit flamma ignis.) Perſonæ abſumptæ ſunt iidem illi militares ſtrenui, qvos ad id negotii Rex deſtinaverat *v. 20.* qvi, ne meticuloſi forſàs aut cunctabundi viderentur in mandatô exeqvendô, eò animoſiùs flammis ſe unà cum vinctis ſuis ingeſſerunt, ut fumô flammisq; omnis ſtatim interciperetur reſpiratio, ipſiq; exanimes prociderent, flammarum cibus facti, anteqvam, deturbatione expeditâ, recipere ſe poſſent ad loca tuta ac remotiora. Dicitur verò, qvòd הַסִּיקוּ *aſcendere fecerint* hosce vinctos; (à Rad. נְסַק *aſcendit* & in Aphel, *eduxit*, vel *aſcendere fecit*, v. g. è foveâ *Dan. VI, 24.* in hophal *eductus fuit*, ibid. *v. 24.*) reſpectu ſcil. habitô ad altiorem illum locum, è qvô in furnum deturbandi erant rei, ſicuti verbum רְמָא *projecit*, non ſemel id indicavit. Bulga in altum volunt velatos vinctos à militibus, ut ſic in os furni deturbarentur. Eligat jam qvisq; ,qvod viſum fuerit commodius. Porrò excidium ita effertur, qvod שְׁבִיבָא *flamma* vel *ſcintilla ignis* (vid. vocem hanc *cap. VII, 9.* & in Ebræô textu itidem ſemel *Job. XIIX, 5.*) *interfecerit ipſos*: ubi verbum adhibetur generale קַטִּיל (pro קְטַל) qvod ſuprà de ſapientum excidiô jam adfuit *c. II, 14.* Proinde non damnum aliqvale vel periculum lethiferum innuitur, ſed omnimoda vitæ ademptiô, & qvidem violenta, horrifica, ſubita. Pronomen הִמּוֹן *ipſos* eſt pleonaſticum, cùm Accuſativus nominis expreſſus adſit, *Viros.* נסק רמא

Poriſma.

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſ. XXII.

1. De obſeqviô ſine morâ Magiſtratui præbendô, de procraſtinationis cunctationisq; vitiô, &c. vide ſuprà *cap. II, 15*.

2. Impiorum miniſtri non raro qvoq; impietatem luunt dominorum impiorum.

3. Miniſtri itaq; anteqvàm exeqvantur dominorum mandata, viderint, ne contra Dominum in cœlis ſupremum qvicqvam ſuſcipiant: huic namq; plus qvàm hominibus obtemperandum, *Actor. V, 29. 1. Sam. XXII, 17*.

4. Verum hic qvodammodo comprobatur, *in foveam incidere, qvi hanc alteri paraverat*. Qvod excidium intendebatur ſervis Dei piis, id reipſâ infertur ſervis regiis profanis, licèt contra Domini votum & intentionem. Flamma, dum divinitùs ſubtrahitur ipſi pabulum indignum, corripit id qvod flammis æternis dignum: Qvos Rex volebat abolitos, ſervantur, & qvos volebat ſervatos, abolentur: Conf. *c. VI, 24*.

וְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ תְּלָתֵּיהוֹן נְפַלוּ וגו׳

VERSUS XXIII. נְפַלוּ *Viri autem hi tres ceciderunt, &c.*) Tertium hoc eſt executionis membrum, qvoad ipſos damnatos, (γ) in furnum ſcil. prolapſus: qvi ipſe indicatur verbô נְפַלוּ *cecidit*, qvod opponitur ſtationi vel itioni erectorum, ſubitumq; ac involuntarium exprimit corporis gravis motum, qvi fit deorſum; Ex qvo facilè colligitur ſtructuræ furni ratio, nec non præcipitationis in eundem. Additur, qvòd lapſi fuerint מְכַפְּתִין *ligati*, (juxta mandatum *v. 20.*) qvô ipſô exaggeratur periculum, qvippe qvi conſtrictus labitur, non poteſt naturalem brachiorum manuumve protenſionem vel præſidium exercere, neq; corpus atq; pedes pro lubitu librare aut agitare. Participium hoc eſt à Sing. כפת מְכַפַּת *ligatus* (non מְכַפֵּת *ligans*,) adeòq; paſſivam habet ſignificationem, vide Buxtorff. *Grammat. Chaldaic. p. 76*.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Cùm labitur juſtus, ſuſtentat eum Dominus, *Pſal. XXXVII, 24*. ſic ſi cadimus in infortunia, morbos, odium hominum, &c. meminerimus, nondum de nobis eſſe actum; æqvè ut illic, cùm in flammam ruerent hi confeſſores, actum eqvidem de iis rebatur mundus, & forſàs ruentes etiam ipſi; verùm poſt lapſum improviſa ſubſeqvebatur libertas. Idem hodieq; vivit Dominus, cujus dextra mutare poteſt omnia, *Pſal. LXXVII, 11*.

2. Cum

Digitized by Google

2. Cum ligatis nobis omne ademtum eſt auxilium proprium, tantò vicinius nobis credamus cum Philone auxilium divinum.

3. Non rarò Deus tyrannis proferisq; aliis tantum indulget, conceditq; ut experiri poſſint vires ſuas ad ſummum usq; faſtigium, quemadmodo hôc locô flammæ in immenſum augentur, ſtrenui executores accerſuntur, delinqventes vinciuntur, ligati cum impetu deturbantur, inq; ipſam ruunt flammam mediam; ſed nihilominùs cuncta mox apparent fuiſſe fruſtranea, idq; eò, ut honor ſolius maneat Dei, hominibus autem confuſio.

אדין נבוכדנצר מלכא תוה

Tunc Nebucadnezar Rex obſtupuit.) Fuit hucusq; pars capitis prima. In ſecundâ hâc parte, qvâ miraculoſa confeſſorum ereptio continetur, occurrit (I) perſona regis, & qvidem tanqvam (1) obſtupeſcens; תוה *trepidavit, contremuit*; Ita namq; vocem hanc, quæ alibi in ſacris non occurrit, R. Nathan per חרד declarat. Qvomodo etiam Chaldæus paraphraſtes locô Ebrææ hujus radicis modò dictum, adhibuit hoc ipſum תוה Job. XXXVII, 1. *vehementer animus meus pavet.* Confer. *Eſth. V, 14. Ruth. III, 8. Jer. XXXVI, 16. 24. Gen. XLII, 28. 1 Reg. I, 49. Deut. XXIIX, 67.* Adeòq; ſicut antehâc inſignis in pectore regio excitabatur conturbatio per indignationem, ita profectò non minor jam ſubſeqvitur per terrefactionem; illam excitabat indigna, ut videbatur, honoris regii læſio jam facta; hanc, ejusdem porrò cœlitus jam lædendi debitus metus. Tempus concuſſionis hujus Gregorius *l. 2. Dialog. c. 18.* conjicit in diem alteram ſeqventem, ac ſi eâdem demum Rex ad furnum acceſſiſſet, viſurus combuſtorum reliqvias. Verùm id à textu alienum, qvi planè nullum vel tamen exiguum interponit ſpatium inter deturbationem, deturbatorumq; in camino obambulationem. Imò cur *feſtinanter* Rex ſurrexiſſe diceretur? haut dubiè cum miniſtrorum regiorum combuſtione *v. 22.* conjuncta fuit comburendorum confeſſorum libera circuitio, ita ut Rex, dum cerneret ſatellites ſuos à flammâ furente corripi, ſimul conſpiceret ligatos vinculis ſolvi, imò unà cum qvartô liberè inter flammas diſpatiari. Notandum verò, inſignem hîc in fontibus, ſi cum LXXvirali aut Vulgata Verſione conferantur, deprehendi hiatum. Siqvidem 67. integros numerare licet verſus in hiſce verſionibus interjectos, qvorum nullum aut veſtigium eſt in codice authenticô. Qvanqvam verò hy-

VERSUS XXIV. & ſecundû Vulgat. XCI. תוה

annus hic videatur qvadrare magis ad ſtylum propheticum, qvàm Hiſtoria Beli, Draconis aut Suſannæ, qvia tamen lingvâ non conceptus eſt ſacrâ, nec à ſcriptore Θεοπνεύςῳ, relinqvimus eundem meritò inter apocrypha. Qvorſum etiam facit, qvòd aliqva in hymnô hôc ſe offerant, qvæ ſcrupulum meritò injiciunt; v.g. dum v. 32. confeſſores hi Regem Babilonicum vocant πονηρότατον παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν, *omnium qvi in univerſâ terrâ ſunt, peſſimum*, qvod ſeriò dici tamen ab iis haut potuit, imò Spiritus Dei potiùs ad interceſſionem pro eôdem hôc ſuô Nutritiô propediem convertendô exſtimulâſſe illos credendus eſt. Sic v. 38. dicunt: *& non eſt in tempore hôc propheta, neq; holocauſtum, &c.* qvod tamen iterum contra notoriam Danielis atq; Ezechielis autoritatem. Porrò *à v. 52. ad v. 88.* doxologia inſtituitur prolixa, qvæ tamen præſens beneficium Dei miraculoſum ne apice qvidem attingit, unum ſolummodò ſi excipias verſum. Exceptiones Pontificias ſi diſcuſſas videre cupis, adi Spanheimium *Par. 2. ſyntag. p. 230.* & Gerh. *T. II. Conf. Cath. p. 42. ſeqq.* nec non in *Exeg. Tom. I. LL. p. 82. ſeqq. & p. 234. ſeqq.* Menzerum *in Apolog. AntiPiſtorii p. 216. ſeqq.*

וְקָם בְּהִתְבְּהָלָה *Et ſurrexit properè.*

En porrò Regem (2) ut ſubitò ſe locô moventem. Hactenus enim in foliô ſuô conſederat, haut dubiè, qvòd altiore locô illud eſſet conſtitutum, adeò, ut tàm ſtatuæ cultores, qvàm ſuppliciô afficiendos, fornacemq; haberet in conſpectu. Cùm itaq; hactenùs accuratè ſatis eſſet intuitus Triumvirorum horum in furnum deturbationem, nunc novi qvid planèq; inſoliti illic conſpicit, nimirum, deturbatorum liberam in flammis obambulationem. Qvapropter קָם *ſurrexit in pedes*, qvieſcere ampliùs in ſede ſuâ præ conſternatione nimiâ non valens, ſed veram rerum conditionem propiùs ſuiſmet indagare oculis contendens. Idq; facit בהתבהלה *cum feſtinatione*, qvalis videlicet eſſe ſolet perturbatorum, veluti vocem hanc ipſam habuimus ſuprà *cap. II, 25.*

עָנֵה וְאָמַר לְהַדָּבְרוֹהִי *Et ait optimatibus ſuis.*

Nunc audimus (3) Regem etiam loqventem. In Fontibus junguntur
דבריא guntur עָנֵה *reſpondens*, & אָמַר *dicens*, per pleonaſmum aliàs paſſim freqventatum. Illi verò qvos alloqvitur, ſunt הַדָּבְרִין *gubernatores*; qvæ ipſa vox non niſi in Daniele legitur, hìc videlicet & v. 27. Item *cap. IV. 33.* & *c. VI. 7. vel 8.* Unde ſimul colligitur, tales deſignari primates, qvi Regi in majeſtate ſuâ ſe exhibenti adſtabant proximi,

penes

Digitized by Google

[illegible] qvos etiam poteſtas revocandi Regem depoſitum ad guberna-[illegible] Imperii; ut proinde deſcendere videatur hæc vox à verbô דבר *du-xit, [illegible] gubernavit*; qvomodo [illegible] מרבניא *pro gubernatore* vel Re-[illegible] in paraphraſte Chaldæô *Prov. XI, 14.* Imò convenientiam [illegible] habet cum vocabulô, literas easdem habente tranſpoſitas, [illegible] *[illegible], item gubernator*, baculô vel ſceptrô tali inſtructus; ſic-ut eſt apud Chaldæum *Job. XXXV, 9. c. XXXIV, 20. Prov. VIII, 16. &c.* Ob[illegible] tamen in fine appoſitionem, qvod cum ה emphaticô con-[illegible] ſolet, imò qvod apud Chaldæos qvoq; mutatur in א fina-le, [illegible] potiùs ה ab initiô hîc eſſe radicale, qvod in *Concordan-[illegible]* attendit Buxtorff. qvanqvam *in Lexicô Thalmudicô* vocem [illegible] prætermiſerit. Addimus & hoc, literam ה poſſe dici for-[illegible] nominis, ſicuti alibi eſt מ, ת, &c. רבן

הלא גברין תלתה רמינא לגוא נורא מכפתין

[illegible] *tres viros miſimus in ignem compeditos.*) Vide Regis [illegible] inſpectionem, qvi præcipitare non vult in effatô ſuô, ante-qvam [illegible] qvoq; ſecum viderit idem ſentire aut teſtari. Præcipuè au-tem [illegible] de numerô virorum, ſicuti patet ex *v. ſeqq. 25.* ne forſàs [illegible] fingeret, ubi nullum fuiſſet; proindeq; cùm in damnato-rum [illegible] ob feſtinationem Rex decipi potuiſſet, interrogat hos, qvi [illegible] ſententiam ferenti adſtiterant, *tùm* ut teſtes, *tùm* ut conſilii [illegible] approbatores. Qvâ de cauſâ etiam in plurali loqvitur [illegible] *[illegible]* vel projici decrevimus. Præterea nec ſine cauſâ interrogat etiam de vinculis: *nonne miſimus* מכפתין *conſtrictos?* vide-licet, ut libera conſtrictorum obambulatio *v. 25.* tantò certiùs mira-culi [illegible].

ענין ואמרין למלכא יציבא מלכא

[illegible] *reſpondentes Regi dixerunt: Verè Rex.*) Approbatur Regis interrogatum vocula יציב *firmitas* vel *firmum* ſcil. eſt, qvaſi di-cerent: [illegible] habes, ô Rex, ambigendi cauſam ſuper re interrogatâ; [illegible] & nos noſtris vidimus oculis, &c. vide *c. II, 8. 45. c. VI, 13.* [illegible].

Porismata ex Verſu XXIV.

1. Cor hominum mari haut diſſimile, ob infinitas ejusdem viciſ-ſitudines ac perturbationes; qvippe ut mare modò à cauſis internis

Digitized by Google

concitatur, ita ut è fundô velut ebullire ſurſum verſus incipiat, modò à cauſis externis, ut ſunt procelloſi venti, motûs Lunæ, &c. Ita cor humanum qvoq; modò ad iram, modò metum, modò gaudium, &c. commovetur; partim à cauſis externis, ut ſunt eventus & accidentia innumera; partim à principiis internis, connatâq; impuritate, imbecillitate, &c. Docet id exemplum Nebucadnezaris jam indignantis, mox trepidantis.

2. Motus cordis rarò eſt ſine motu corporis: Inqvietudo interior facilè ſe prodit inqvietâ membrorum exteriorum agitatione, diſcurſitatione, &c.

3. Etiam propriis qvandoq; ſenſibus diffidere cogimur; & viri prudentis eſt, non ſibi ſemper ſoli judicioq; proprio pertinaciter inniti; oculi plus vident, qvàm oculus. *Interrogandi* etiam alii tùm in rebus faciendis, tùm in factis: tùm ob conſilium, tùm ob confirmationem, informationem, &c.

4. Antequam qvid definias, certus eſto priùs, circa ſingulas negotii circumſtantias. Pauciora haut dubiè in Papatu numerarentur miracula, ſi debita ſemper præceſſiſſet rerum ſecundùm membra ſingula, indagatio.

5. Et charitatis, & honeſtatis, & neceſſitatis etiam eſt debitæ, ambigentes alios ad indubitatam rei, ſive theologicæ, ſive profanæ, policæ, phyſicæ, alteriusve veritatem pro viribus perducere.

ענה ואמר הא אנה חזה גברין ארבעה שרין מהלכין בגו נורא

VERSUS XXV. (XCII.) *Reſpondit & ait: ecce ego video qvatuor viros ſolutos.)* Continuatur Regis colloqvium præmiſſis vocibus conſvetis, *reſpondit & dixit*, qvæ proximè ſimili occurrebant nexu. Simul verò additur conſveta excitandi admirandiq; vocula הא *ecce*, qvæ aliô jam adfuit cum punctô *cap. II, 43.* הֵא adeòq; prorſus inuſitatum qvid, captumq; omnem excedens innuitur, ut res ipſa docet. (a) Cognitionis modus eſt in participiô חָזֵה *videns*, oculis videlicet corporis mei, qvamqvam non merâ facultate phyſicâ tùm temporis pollentibus, ſed ſupra ſortem ſuam peculiari gratiâ elevatis, utpote qvi angelum vident, qvod ſanè oculis ſpectantium cæterorum conceſſum non erat. Aliàs idem hoc verbum de viſione in ſomnô factâ aliqvoties uſurpatum fuit *cap. II, 26. 31.* Ideò autem peculiaris hæc gratia Regi profano videtur conceſſa, ne per maleficium vel Diabolicâ colluſione miraculum

Digitized by Google

lum hoc perpetratum ſuſpicaretur. (β) Cognitionis objectum ſunt viri; ratione numeri quatuor, ratione habitûs ſeu adjuncti externi שְׁרַיִן liberi ſeu ſoluti, qvi neq; communi nexu cohærebant mutuò, ut antea v. 21. neq; ſeorſim manus pedesq; vinculis conſtrictos habebant ampliùs: flamma namq;, qvæ ne pilum veſtimentorum læſerat, abſumſerat hoc unum, qvod confeſſoribus moleſtiam parabat, nimirum vincula; (vide ſîs radicis hujus שְׁרָא ſolvit, loca reſidua c. V, 6, 12.16.) ratione motûs, conſtituuntur ambulantes in mediô ignis, adeò ut primum pavimentum nil qvicqvam pedibus plantisq; ambulantium offenderet, neq; flamma latiſſimè alioqvin furens, ullum damnum moleſtiamve inferret.

וַחֲבָל לָא־אִיתַי בְּהוֹן *Et nihil corruptionis in eis eſt.*

Pertinet & hoc ad qvalitatem objecti à Rege viſi, qvòd ſcil. viri illi, ratione valetudinis vel integritatis, caruerint omni vel corporum, vel veſtimentorum damnô. חֲבָל namq; eſt *corruptio*, qvâ aliqvid vel ex toto vel ex parte deſtruitur; qvomodo חַבֵּל in Pihel accipitur de corruptione ſeu deſtructione templi, *Eſdr. VI, 12.* arboris. *Dan. IV, 20.* hominis, qvem lacerant leones, *cap. VI, 23.* De hâc autem integritate plura ſeqventur *v. 27.* חבל

וְרֵוֵהּ דִּי רְבִיעָאָה דָּמֵה לְבַר־אֱלָהִין׃

Et ſpecies qvarti ſimilis filio DEI.) Ultimum hoc eſt rerum viſarum ..., ſcil. ſupernumerarii conditio planè ſingularis. Aſſignatur ipſi רֵוֵהּ aſpectus ſive vultus, (à רְאָה vidit, aſpexit) hoc eſt: forma aſpectabilis, in oculos incurrens, & qvidem non leonem, aqvilam aut ſimile qvid aliud referens, ſed humanam; nâ aliàs non qvatuor ſe viros ... Nebucadnezar dixiſſet. Plura huc facientia ... vocis ... c. II, 31. idem verò hîc aſpectus dicitur fuiſſe דָּמֵה ſimilis לְבַר־אֱלָהִין filio Deorum, hoc eſt, ſuperabat communem hominum etiam elegantiſſimorum figuram aut conditionem, adeò, ut cœleſtis decor ac majeſtas è vultu membrisq; omnibus exſplendeſceret. ... filii Dei appellantur angeli, *Job. I, 6. c. XXXIIX, 7.* ita Centurio ... moriente m cenſebat Filium Dei *Matth. XXVII, 54. Marc. XV, ...* Homerus Iliade Ω de Hectore ait: *qvi Deus erat inter viros, ... viri mortalis filius eſſe, ſed Dei.* ita *Virg.* lib. 1. Æn. ראה

Reſtitit Æneas, claráq; in luce refulſit,
Os humerosq; Deo ſimilis, &c.

Item: *O qvàm te memorem, virgo? namq; haut tibi vultus,*
Mortalis, nec vox hominem ſonat, ô Dea certè.

Hinc *Jacchiades* hôc locô exponit: *forma qvarti ſimilis erat* למלאך *Angelo Dei.* Angelicū namq; appellari ſolet, qvòd humanam excedit ſortem, Deiq; naturæ qvàm proximæ accedit; qvâ ratione etiam de Angelo accepit *AbenEſra, Hieron. Perer. Sanctius, Salianus aliiq;*; imò diſertè id aſſeveratur infrà *v. 28.* Qvanqvam malè non ſenſerint iſti è veteribus, qvi Chriſtum Dei Filium hîc præluſiſſe autumant futuris ſuis paſſionibus, ut videre eſt apud *Juſtinum, Irenæum, Tertullianum, Hilarium, Epiphanium, Auguſtinum, Hippolytum, Rupertum*; (qvorum verba refert h. l. *Pererius*, cui etiam accedit *Sanctius.*) Nam licet Nebucadnezar, cujus hæc ſunt verba, myſterii hujus ignarus planè fuerit, abſonum tamen haut eſt, in ejusdem verbis, etiam præter omnem ejus intentionem, tale qvid myſtici ſubjudicare potuiſſe. Nota ſunt hanc in rem Caiphæ verba, *Joh. VI, 51.* qvod in mente etiam videtur fuiſſe Chryſoſtomi: ὅρα, inqvientis, ἦχον προφητεύοντα τὸν βάρβαρον διὰ τῆς ὄψεως μόνης. Qvâ ratione Rupertus qvoq; hôc locô annotat: *Deum os & linguam magnorum principum ita gubernare, ut ſæpè inſcii verum dicant.* Imò D. Pol. Lyſerus *forn. Bab. p. 101. & 204.* Danielem de myſteriô τοῦ λόγου aliqvid Regi intimâſſe veroſimile arbitratur. Undè nonnulli Regem hunc conjiciunt ſimul præfiguràſſe gentium illuminationem, atq; ad verum Dei filium incarnatum aggregationem. Ad illuſtrationem ſuperiùs dictorum haut inconvenienter adduci poteſt, qvod ad exaggerationem rerū apponi ſolet nomen Dei, v. g. mons Dei, civitas Dei, arbores Dei, &c. qvâ ratione & hôc locô, *Filius Dei* talem ſignificabit perſonam, qvæ & qvantitate & qvalitate excellentius qvid præ ſeferebat, atq; ob id Deo ſpecialiùs aſſignanda videbatur. Aliàs namq; à Rege conſpectus antehàc Dei Filius eſſe debuiſſet, ſi cum eôdem hunc comparare voluiſſet. Simili ferè ratione *Regum Filii* appellabantur à Zebachô & Zalmunâ, qvi excellenti præ aliis pollebant formâ ac autoritate *Judic. IIX. 18.* Sanctius huc trahit illum qvoq; Ebraiſmum, qvô nomen filii qvandoq; redundat; adeoq; ut *Filius hominis* idem eſt, ac *homo*, *Filii Græcorum* ſunt Græci, &c. ita etiam hôc locô conjicit, Regem à ſe Deum qvendam viſum eſſe, gloriari voluiſſe, id qvod ſuo loco relinqvimus. Præterea Regem hunc præ cæteris habuiſſe gratiam, ut angelum vel Filium Dei cerneret, æqvè ut perſecutor Saulus cernebat lumen, reliqvis nil illius ſentientibus, pluribus perſeqvitur h. l. *Oelampadius.*

Porimo-

Digitized by Google

Porismata ex Verſu XXV.

1. Abſurdum non eſt, hominem unum præ alterô cernere ſive bonos ſive malos ſpiritûs in aſſumtâ qvâdam ſpecie alicubi apparentis; Ita namq; Rex Nebucadnezar qvartum videbat ſocium, qvem poſteà appellat angelum, qvi tamen à ſpectatoribus cæteris non deprehenſus fuiſſe innuitur. Ita & alibi Daniel vidit, qvæ alii haudqvaqvam intuebantur, *Dan. X, 7.* it. Paulus *Act. IX, 7. c. XXII, 9.* Anilis interim traditio cenſetur meritò, ex nativitatis certô tempore hæc talia pro[illegible], (v. g. ſi qvis natus ſit die Dominicô, vel die feſtô,) vel etiam ex peculiari aſtrorum conſtellatione, &c.

2. Libera movendi ſeipſum pro lubitu facultas, ingens meritò habetur Dei beneficium. Sicut hôc locô triumviri in furnô obambulantes liberè haut dubiè gaviſi ſunt qvàm maximè; recordati præ[illegible]ioſorum, qvibus conſtricti modò fuerant, vinculorum. Ita captivi vel ob invaletudinem lecto affixi, meritò recuperatâ libertate Deum celebrant alacerrimè, *Pſ. CVII, 14. 18. ſeqq.*

3. Immunitas à corruptione in furnô immunitatem Meſſiæ qvodammodò præfigurabat à corruptione in ſepulchrô *Pſ. XVI.* Imò ſic corpora piorum in ultimô die reſuſcitanda nullum qvoq; corruptionis in ſe [illegible] veſtigium, qvin imò fulgidiſſimè inſtar aſtrorum in cœlô [illegible].

4. Angeli in formâ hominum fermè ſemper apparuerunt, ob ſex præcipuas [illegible] affert hôc locô *Pererius*, (1) qvia inter naturas corporeas [illegible] ſimilior propiorvè, qvâ humana; (2) qvia monſtroſa [illegible] viſa fuiſſet loqvela ex aliô, qvàm humanô corpore. (3) ob conciliandum amorem. (4) qvia homo atq; Angeli ad eandem [illegible] patriam ac civitatem. (5) qvia Filium Dei nôrant [illegible] hominum naturâ, præ cunctis cæteris in Incarnatione: (6) qvia humana membra angelorum egregiè repræſentant proprietates, v. g. manus artificioſam potentemq; operationem, pedes [illegible], &c.

5. Filii Dei unigeniti, ſeu τοῦ λόγου exiſtentia invalidè omninò [illegible] hôc contra præfractos aſſeritur adverſarios; ut meritò *Hieronymus* hôc locô confitetur. Adeoq; opus non fuit, cur *Lipman* in ſuô [illegible], Chriſtianos hâc de causâ irrideret *p. 179. ed. Hackſpani.* [illegible] verò ac prorſus alienum eſt, qvod eductionem è limbô per Meſſiam ſuô tempore expediendam nonnulli hîc qværunt aut aſſeverant.

6. Deus

Digitized by Google

6. Deus Deiq; Angelus tecum eſt in periculis flammisq; urentiſſimis. *Pſ. XCI. Eſ. XLI, 10. & XLIII, 2.* Is inhibere poteſt cauſarum ſecundarum vires, imò in contrarium planè vertere; favente Creatore, favebit non minùs Creatura omnis.

באדין קרב נבו׳ לתרע אתון נורא יקדתא

VERSUS XXVI. (XCIII.) *Tunc acceſſit Nebucadnezar ad oſtium fornacis ignis ardentis.*) Colloqventem hactenùs audivimus Regem cum ſuis Optimatibus; nunc demum (II) liberatos contemplabimur tres Dei veri ſervos, ita qvidem, ut procedat (α) Regis evocatio, (β) ſeqvatur evocatorum egreſſio, (γ) egreſſorum luſtratio *v. 27.* Qvoad (α) *evocationem*, occurrit *tùm* Regis evocantis ſituatio, *tùm* ipſa evocantis verba formalia. *Tunc*, cùm ſcil. viſionem ſuam liberè expoſuiſſet, avidâq; rerum rectius explorandarum cupidine eſſet accenſus, non expectatô ampliùs Optimatum reſponſô קרב *appropinqvavit*, propriô pedum ſuorum adjumentô ad hoc uſus, *ad oſtium fornacis*, qvod ſatis ſpatioſum fuit haut dubiè, ſiqvidem aliàs qvaternarius incluſorum numerus, ut & libera eorundem obambulatio obſervari tàm luculenter haut potuiſſent. Facit huc qvodamodò, qvòd idem vocabulum תרע (margin: תרע) *porta*, (qvod qvodammodò cum Germ. Thür conſonat,) ſuperiùs *c. II, 49.* uſurpari viderimus de portâ palatii regii, qvæ & ipſa pro more ejusmodi ædificiorum ſplendidorum anguſta haut fuit, utut tropica ibidem ſimul ſubfuerit ſignificatio. Neq; verò tàm propè videtur Rex ad oſtium hoc acceſſiſſe, ubi nuper tot eximios exercitûs ſui Duces flammis periiſſe viderat, *v. 22.* niſi fortè materia uſtilis maximam partem jam abſumta fuit, adeò ut flammæ non ampliùs prorumperent, ſed ſolæ intùs prunæ adhuc canderent.

ענה ואמר שד׳ מי׳ ועב׳ עבדוהי די אלהא עליא פקו ואתו

Et ait: Sadrach, Meſ. & Abedn. ſervi Dei excelſi, egredimini & venite.) Habemus jam formalia Regis alloqventis verba, adeò ut eôdem ore, qvô anteà hi fuerant damnati, nunc inſigniter reddantur commendati; Ubi partim peculiaris compellatio, partim ad certum factum exhortatio. Nimirum appellantur *ſervi Dei excelſi*, ubi *ſervus* tàm generatim pro cultore, qvàm ſpeciatim pro miniſtrô honorariô ſeu intimioris admiſſionis, qvales erant Prophetæ, accipi poteſt. *Prioris* ſignificatûs exempla ſunt, *Gen. XXIV, 14. c. XXVI, 24. c. XXXII, 10. L, 17. Pſ. CII, 15. 29. CV, 6. 25. Pſ. CXXXVI, 22.* Poſterioris

autem

Digitized by Google

autem *2. Par. XXXV, 3. Ex. XIV, 31. Num. XII, 7.8.* (de Moſe:) *Joſ. XXIV, 29. Jud. II, 8.* (de Joſuâ:) *2. Sam. III, 18. VII, 5.8.* (de Davide:) Sic miniſtri Eccleſiæ hoc ſortiuntur nomen *Pſ. CXXXIV, 1. CXXXV, 1.* Item Prophetæ *1. Reg. XIV, 18. XV, 29. XIIX, 36. 2. Reg. IX, 7.* Non autem nudè appellantur *ſervi Dei*, ſed Deo inſuper apponitur Epitheton עִלָּיָא vel ſecundùm Maſorethar um lectionem marginalem עִלָּאָה (ab אֲלָה ascendit, unde etiam עֶלְיוֹן *excelſus*, cujus Ebræi vocabuli locô Chaldæis in uſu eſt præſens עִלָּיָא) qvô ipsô Rex profanus eminentiam Dei Iſraëlitici præ Diis cunctis aliis, etiam Chaldæorum, diſertè ſatis profitetur rurſus, æqvè ut fecerat *c. II. 47.* Vide ſi lubet idem hoc Dei Epitheton inferiùs *v. 32. it. c. IV, 14.21.22.29.31. c. V, 18.21. c. VII. 25.* Juſſio porrò ipſa conſiſtit in egreſſione, & ad Regem acceſſione. פֻּקוּ *egredimini*, è concluſis ſc. furni, undiq; murô robuſtô cincti, anguſtiis, qvorſum paulò antè ope aliorum, in altum vos vinctos veluti levantium eratis deturbandi, *v. 20. ſeqq.* וֶאֱתוֹ *& venite*, nimirum ad me accuratiùs vos examinaturum, imò pro dignitate etiam honeſtiùs tractaturum.

בֵּאדַיִן נָפְקִין שׁ׳ מ׳ וְעַבְ׳ מִן גּוֹא נוּרָא:

Statimq; egreſſi ſunt Sid. Meſ. & Ab. de mediô ignis.) Hucusq; perſonam vidimus Regis evocantis, nunc (β) egreſſio ſubnectitur, qvæ fuit feſtina; *Tunc* בֵּאדַיִן qvamprimum audiviſſent Regem mandantem, qvippè ſine ejus permiſſu aut citatione haut mutaviſſent locum; Fuit etiam expedita, ſiqvidem נָפְקִין *exeuntes ſunt*, nullis ampliùs ſive laqveis ſive ferreis compedibus innexi; fuit miraculoſa, exeunt enim *de mediô ignis*, utut flammæ adhuc undiq; ambirent ipſos, prunisq; meris ſtratum inferius eſſet pavimentum, nihilominus tamen incedunt hi illæſi atq; alacres, haut aliter, qvàm ſi per gramina floresq; incederent mollisſimos. Patet hinc manifeſtè flammas nondum fuiſſe tùm temporis profligatas è fornace penitùs, cùm hîc *medium ignis* diſertè nuncupetur, qvod ambiit Confeſſores; qvicqvid etiam comminiſcantur diverſum ſentientes Papiſtæ nonnulli ad *v. 89.*

וּמִתְכַּנְּשִׁין אֲחַשְׁ׳ סִגְ׳ וּפַ׳

Et congregati Satrapæ & Magiſtratus & Judices & potentes Regis.) Inchoat hic (γ) luſtratio; Ubi luſtrantes 4. includuntur claſſibus, nimirum fuerunt *Achasdarpenaija*, deindè *Signaija*, porrò *Pachavatha*, (de qvibus ſingulis jam fuit actum *v. 2.*) & deniq; *Haddabraija* VERSUS XXVII. (XCIV.)

braija

Digitized by Google

braija, qvos ſolos forsàs ſibi viciniſſimos alloqvebatur Rex, *v. 24.* Hi cũ-
cti per campum ſive vallem diſperſi paſſim; nunc catervati advolant,
(מִתְכַּנְּשִׁין) ſive Regis peculiari mãdatô acceꝛſiti, ſive propriâ curioſitate
ad ſingularisſimum hocce miraculum rectiùs explorandum adacti.)

חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ דִּי לָא־שְׁלֵט נוּרָא

Contemplabantur viros illos, &c.) Luſtratio ipſa eſt in Partic.
חזה חָזַיִן *contemplantes*, nimirum exactè ſuismet ſenſibus propriis rei veri-
tatem indagaturi aderant, ad omnes circumſtantias, tùm furni flam-
marumq;, tùm confeſſorum veſtiumq; &c. intendentes aciem, ne
forsàs ſubeſſet fucus aut deceptio alia, oſcitantibus non rarò obre-
pens. Qvod ipſum ſanè pluris fuit æſtimandum, qvàm ſi tota Judæo-
rum caterva adſtitiſſet; plus enim religionis hoſtibus in ejusmodi ca-
ſu creditur, qvàm genuinis religionis illius ſectatoribus qvàmpluri-
mis. Luſtrandi deniq; ſunt *tres viri illi* illæſi, qvatenus in eosdem non
שְׁלֵט נוּרָא *dominium obtinuit ignis.* Ubi non ſine cauſa adhiberi vi-
שלט demus radicem שְׁלֵט (dominium obtinuit) qvæ de politicâ aliàs uſur-
נורא pari ſolet poteſtate, qvæ ſubditis præſcribit leges, exigit tributa, pu-
nit ſine obſtaculô, &c. uti videre eſt ex *c. II, 38. 39. 48. c. V, 7. 16. c. VI, 25.*
Ita namq; igni qvoq; conceſſum videtur imperium à Creatore in uſti-
les res qvaslibet, ut poſſit easdem vel reſolvere, vel exſiccare, vel im-
mutare, in cineres convertere, abſumere, &c. Verùm id omne domi-
nium igni huic Chaldaico jam cœlitùs fuerat ademtum; inſtar vaſalli
aut mancipi contra naturam ſuam cogebatur his Dei ſervis gratum
præbere miniſterium, moderatè blandèq; calefacere, reſpirationi lo-
cum dare, imò, ut apocrypha habent, inſtar auræ gratiſſimæ refocil-
lare. Disqviri hîc ſcrupuloſè ſolet, an igni ablatus fuerit calor aut
qvævis alia proprietas? vel, an Deus, tanqvam cauſa prima, cum igne
non concurrerit, qvomodo faber non concurrit cum dolabrâ? &c. vel:
an corpora virorum fuerint contra vim ignis munita, ne impreſſionem
ab iſtô ullã reciperent? Vel, an flam̃æ ab Angelis fuerint diſſipatæ? &c.
Cujusmodi problema tractat Gisb. Voët, *T. 2. Diſp. ſel. p. 1010.* verum ex
dictis facilè patebit, qvid ſimplicitati literæ conveniat præcæteris.

בְּגֶשְׁמְהוֹן *In corporibus eorum.*

Jam recenſetur particulatim, ubi ignis dominium divinitùs de-
pulſum fuerit, nimirum *primò à corporibus* גֶּשֶׁם quod Ebræis *im-
brem* denotat, Chaldaicè idem eſt ac *corpus*, qvomodo de corpore re-
giô rori cœlorum expoſitô legitur *c. IV, 30. V, 21.* item de corpore
beſtiæ

Digitized by Google

beſtiæ *c. VII, 11.* proindeq; ſingula hic complectitur membra, caput, brachia, manus, digitos, &c. qvæ alias à flammis lædi ſolent facillimè, adeò ut cutis extima elevetur, rumpatur, corrugetur, nervi lædantur, &c. De Pantarbe gemmâ aliàs ex Heliodorô refert Boniſ. *hiſt. lud. l. 2. c. 35.* incombuſtibilē reddi ipſius geſtatorem; cujus etiã beneficiô Chariclia virgo regia inſilierit in rogũ impunè, ne capillô qvidem ejuſdem aduſtô. Verũ & lapis & factũ pro fabulâ habetur meritò, neq; talis etiam artificii ſuſpicio ullum hîc capere poteſt hominem cordatum.

וּשְׂעַר רֵאשְׁהוֹן לָא הִתְחָרַךְ

Et capillus capitis eorum non eſſet aduſtus.) *Alterum* hoc eſt à flammis conſervatum, nimirum pili, omnium aliàs facillimè vim ignis ſentientes, adeò ut paulò propiùs admoti in orbem mox & ad ſeſe velut refugiant, in cineres tandem verſi: at nihil horum, neq; in capillis neq; ſuperciliis, neq; barbis deprehenſum; ſalva ubivis omnia inq; priſtinô decore adhuc conſtituta.

וְסָרְבָּלֵיהוֹן לָא שְׁנוֹ *Et Saraballa ipſorum non fuiſſent immutata.*)

Nunc *tertiò* veſtimentorum qvoq; fit mentio, qvæ tantô privilegiô videri potuiſſent indigna; Qvid enim detrimenti, ſi aliqvis deperdat veſtem, modò ſoſpes ſalvumq; retineat ſuum corpus? At neq; his deceſſiſſe videmus qvicqvam; imò ne *mutata* qvidem ſunt illa; Id qvod vult verbum שְׁנוֹ à radice שְׁנָא *mutatus fuit*, qvoad qvalitatem, qvantitatem aut eſſentiam etiam ipſam. Qvanqvam verò ſolorum mentio fiat *ſaraballorum*, non tamen ob id excluſa opinabimur veſtimenta reliqva, ut ſunt, braccæ, pilei, calceamenta, &c. verùm nominatis hiſce palliis externis, iiſq; ſalvis, facilè colligitur, interiora palliis obtecta, non minùs etiam ſalva remanſiſſe. Adeòq; novum hîc ſubnaſci ſimul videmus argumentum, cur per סַרְבָּל potiùs intelligamus *pallia*, qvàm braccas; nimirum, qvia præteritis veſtimentis cæteris ſufficiebat nominâſſe generalius qvoddam vocabulum amplius, ſub qvô continebantur ſpecialia; imò, pallium erat velut continens, qvô reliqva comprehendebantur ſub eôdem occultata aut contenta. Sanè ſi mentione factâ corporis ac pilorum, ſolarum porrò meminiſſet textus braccarum vel femoralium, nimis dura ſermonis hôc modô exoriretur connexio; adeòq; haut dubiè Daniel è veſtimentis nominare voluit illud, qvod præ reliqvis concipere potuiſſet ignem citiùs, id qvod haut dubiè fuerunt pallia exteriora, qvæ ex nonnullorum ſententiâ inſigne etiam Magiſtratûs ſimul fuerunt.

וְרֵיחַ נוּר לָא עֲדָת בְּהוֹן׃

Et odor ignis non tranſiiſſet per eos.) Ut hactenus objecta à combuſtione immunia recenſeri vidimus, ita nunc ſignum immunitatis hujus peculiare, tanqvam clauſulæ locô, annectitur, videlicet, qvòd ne *odor* qvidem *ignis* (h.e. combuſtionis ab igni factæ,) in ipſis potuerit deprehendi: Notum namq; illos, qvi in culinâ ſaltem fumô aliqvantiſper occupatâ, vel in locô incendii fuerunt commorati, per aliqvot horas, imò dies aut hebdomadas vix amittere tetram veſtimentorum graveolentiam, imò ſcintillula in veſte hærens citiùs nonnunqvàm fœtore ſe prodit ſuô, qvàm videatur; Cujus tamen hôc locô ne minimum fuit veſtigium, qvanqvam picis, ſulphuris, aliorumq; hujus generis uſtilium rerum non exigua fuerit abſumta in furnô copia. Verbum עֲדָת ab עֲדָא *tranſiit*, (ſicut radix hæc occurrit *c. IV, 28. VI, 9. 13. VII, 14.*) non malè hîc *penetrationem* exprimit, qvalis obſervari ſolet circa res graveolentes, utpote qvarum fœtor *tranſit*, vel intimius ſe inſinuat, ac ſingulos qvaſi permeat angulos aut extremitates perſonarum rerumq; appropinqvantium. רֵיחַ deniq; idem eſt ac *odor* emanans v.g. è victimis combuſtis, *Gen. IIX, 21.* è veſtimentis *c. XXVII, 27.* è floribus, *Cant. VII, 14.* Confer. *Judic. XV, 15. & XVI, 9.* de odore ignis ligna abſumente, & *Job. XIV, 9.* de odore aqvæ, ad qvem truncus germinat.

Poriſmata ex Verſ. XXVI. XXVII.

1. Summa dignitatum dignitas, *ſervum eſſe Dei excelſi*, eidemq; inſervire fideliter, ſive qvoad generale Chriſtianiſmi officium, ſive ſpeciatim in ſtatu Eccleſiaſticô, Politicô, Oeconomicô.

2. Qvod hîc concluſis in furnô dictum, idem Rex Regum ſupremus ſuis in mundô hôc anxiô, immò ſepulcrô concluſis dicet aliqvando fidelibus: Exite è corporis ergaſtulô, ex anxietatum caminô, & *venite* in patriam, &c. *Matth. XXV, 34. Joh. V, 25.*

3. Multi per curioſitatem ſuam redduntur *αναπολόγητοι*, ſicut hôc locô Magnates ad furnum confluentes non ſolùm veritatis cœleſtis oculati evaſerunt teſtes, verùm in conſcientiâ etiam ſimul propriis errorum convincebantur apertiſſimè; qvos qvi non emendârunt, tantò ſibi gravius judicium acceerſiverunt. Idem curioſis ſciolisq; eveniet Philoſophis, Politicis, hæreticisq; non paucis.

4. Miracu-

Digitized by Google

4. Miracula per ſe ad fidem adducunt neminem; qvamdiu ejus recens adhuc eſt memoria; tamdiu ſpectatorum mens pendet attonita: At qvamprimùm objecta interveniunt alia nova, ad ingenium cum Nebucadnezare ejusdemq; optimatibus mox redeunt mundani. Idem videre eſt in Pharaone, Phariſæis, aliisq; , utpote qvi malitiam conſpectis tantis Dei operibus non depoſuerunt, ſed occultârunt, & qvidem ad exiguam temporis moram.

5. Miranda eſt Dei in mutandis hominum, etiam magnorum ac malorum cordibus poteſtas: qvi anteà ſuccenſebat, nunc admirari ac favere incipit, qvi Dei ſervos à facie ſuâ ſine morâ propulerat, nunc non absq; venerationis indiciô ſurgit, adit, evocat. Confer Pharaonem, *Exod. XII, 31.*

6. Capillorum integritas animarum noſtrarum immota eſt ſecuritas, numeratos hos eſſe ſcimus ex *Matt. X, 30.* Hîc abſumi citra Dei voluntatem eos non poſſe, oculis cernimus. Huc phraſis de capillorum caſu *1. Sam. XIV, 44. 2. Sam. XIV, 11. 1. Reg. I, 52. Actor. XXVII. 34. Luc. XXI, 28.*

7. Veſtimentorum ne tibi ſit cura, conſervari illa poſſunt contra ignem, ut hôc locô: Item contra detritionem, ne inveteraſcant, ut *Deut. IIX, 4. c. XXIX. 5.* Vide *Matt. VI, 25.*

8. An tres hi viri martyrum meriti fuerint titulum, diſcuſſum vide apud *Sanctium* hôc locô.

9. Ridicula profectò Coſteri eſt illatio (*Euch. c. XXIII. p. m. 673.*) reliqvias Sanctorum eſſe religiosè venerandas, eò qvod irrationabiles creaturæ pepercerint iisdem, ut hôc locô ignis. Verùm qvis igni tribuet venerationem religioſam? an illic oſſa erant hominum vitâ defunctorum? an ab illô ignis factô extraordinariô valebit illatio ad cultum ordinarium?

עָנֵ֤ה נְבֻֽכַדְנֶצַּר֙ וְאָמַ֔ר *Et erumpens Nebucadnezar ait.*

In fontibus eſt; *reſpondens* (fuit) *Nebucadnezar & dixit.* Ubi tamen non malè Vulgatus *reſpondendi* verbum per *erumpere* expreſſit, cùm hîc novus qvodammodò inchoet loqvendi modus. Adeoq; tertium hoc eſt partis ſecundæ membrum, videlicet enarratio conſeqventium miraculi triplicium, qvorum primum eſt, ſolennis veri Dei celebratio, ut ſeqvitur. VERSUS XXIIX. (XCV.) ענה

Digitized by Google

בְּרִיךְ אֱלָהֲהוֹן דִּי שַׁדְ׳ וגו׳

Benedictus Deus eorum, videlicet Sadr. Meſ. & Abednego:) Habemus hîc thema, videlicet laudandum eſſe Deum Iſraëlis unanimiter. Ita namq; Deus Sadrach, ut ſuprà Deus Danielis *c. II, 47.* ponitur pro iſtô Numine, qvod in gente Iſraëliticâ, inde à Patriarcharum temporibus fuerat cultum, manifeſtantibus ejusdem voluntatem Moſe ac Prophetis cæteris. Adeoq; dum Rex Sadrachi, & non ſuum vocat huncce Deum, colligitur, Regem nondum ſuâ ſic cedere voluiſſe idolomaniâ, neq; cultui Dæmonum hactenùs obſervato vel valedicere vel maledicere, utpote per qvem crimen læſæ majeſtatis ſummæ fuerat commiſſum, utut vi veritatis compulſus eminentiam veri Dei Iſraëlitici ſic cogeretur palàm profiteri. Qvanqvam *Pererius* cenſeat, ſubitam hîc deſcribi Regis converſionem ex impietate ad pietatem, &c: idemq; *Auguſtino, Hieron.* aliisq; PP. tanqvam hæc converſio ex animô ſincerô piôq; profecta fuerit, placuiſſe afferat, *Salianus* tamen *Tom. IV. ann. f. 404.* id ipſum repudiat, tanqvam ex textu minùs probatum &c: qvod & veritati magis conſonum. Hunc itaq; Deum ait eſſe בְּרִיךְ Benedictum, hoc eſt omnigenâ commendatione ac honore ſolum dignum; uti dictum *c. II, 19. 20.* Attende autem, qvàm turpiter Rex hîc refutet verba propria ſuperiùs *v. 15.* fuſa: *qvis eſt iſte Deus, &c.*

בְּרִיךְ

דִּי שְׁלַח מַלְאֲכֵהּ *Qvi miſit Angelum ſuum.*

Thematis jam ſeqvitur probatio, à miraculosâ ſcil. ac peculiari confeſſorum ſuorum curâ atq; liberatione. Hanc ipſam verò tribuit *Angelo Dei*, qvem oculis ſuis modò conſpexerat, *v. 25.* Si qværas, unde Regi huic gentili conſtiterit de Angelorum Dei exiſtentiâ? Reſpondetur: Etiam gentilium Theologia certos tradidit Deorum nuncios, qvalis v. g. erat Mercurius, de qvô *Horatius* l. 1. Carm. Od. 10. *Te canam magni Jovis & Deorum nuncium.* Item Iris, Junonis nuncia, &c. Vel ex Judæorum Theologiâ tale qvid de Spiritibus, à Deô hinc & illinc legari ſolitis, inaudivit antehàc aliqvid à Daniele Rex Nebucadnezar; aut hâc ipsâ horâ; de qvartô flammarum sociô interrogati hi confeſſores, reſponderunt, eundem fuiſſe Dei Angelum, qvanqvam ſermonis hujus Triumvirorum ob brevitatem nulla hîc fiat mentio diſerta. Imò abſurdum non eſt, Sabæos atq; Chaldæos etiam tradidiſſe

[illegible] Geniorum exiſtentiam, veluti poſteà Platonicos ac Peripateticos idem dogma de Geniis aut Intelligentiis tenuiſſe conſtat, qvas ab officio [illegible] nuncupari hîc & alibi in ſacris videmus מַלְאָכִין *legatos.*

[illegible] וְשֵׁיזִב לְעַבְדוֹהִי *Et eruit ſervos ſuos.*

Complectitur hac voce שֵׁיזִב totum miraculoſæ conſervationis negotium, videlicet tàm immunitatem à præſentiſſimô necis intentatæ periculô conceſſam, qvàm alacritatis vigorisq; optimi largitionem gratioſam; Adeòq; ut ſupra eôdem hôc verbô Rex fuerat uſus: *qvis eſt Deus, qui de manu meâ vos eruat? v. 15.* ſicut etiam confeſſores hi dixerant [illegible] *ſuum ſe poſſe eruere, v. 16.* Ita jam eôdem vocabulô Rex [illegible] revocatq; priſtinum ſermonem, honore Dei veri palàm, & qvidem confeſſoris verbis propriis aſſertô. שזב

דִּי הִתְרְחִצוּ עֲלוֹהִי *Qui crediderunt in eum.*

Seqvitur jam encomiaſtica liberatorum deſcriptio. Et qvidem (α) à fiduciâ inconcuſsâ; qvæ exprimitur verbô אִתְרְחִץ qvod nunqvam aliàs in ſacris legitur, Chaldæis tamen uſu venire ſolet locô בְּטַח & חֲסָה *confiſus fuit.* Vide *Deut. XXIIX, 52. 2. Sam. XXII, 3. Eſa. LVII, 13. 2. Reg. XIIX, 5. 20. Jer. XVII, 5. 7. Zeph. III, 2. Pſal. LVII, 2. &c.* Adeòq; talis innuitur cordis ſecuritas, qvâ id, inſuper habitis periculis adverſisq; graviſſimis rem omnem divinæ committit bonitati, de qvâ in Mediatore Meſſiâ eſt prorſus tranqvilla, ſciens, Deum diligentibus univerſa cedere in bonum, *Rom. IIX, 28.* Atq; fiduciæ ejus objectum diſerte exprimitur עֲלוֹהִי *ſuper eum,* Deum ſcil. ſuum, qvem inſtar petræ inexpugnabilis delegerunt ædificii ſui fundamentum, adeò ut nihil [illegible] in ipſorummet oculis eruditio propria, ſagacitas, favor Regius [illegible] qvæ alias magnifacere ſolet hominum mundanorum ſapientiam [illegible]. רחץ

[illegible] וּמִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיו *Et verbum Regis immutaverunt.*

[illegible] argumentum encomii alterum (β) à mundanæ autoritatis [illegible] tempeſtivâ: שַׁנִּיו *immutaverunt,* hoc eſt, ipſô factô [illegible] mandatis regiis qvodammodo nativam, ademerunt, [illegible] reddiderunt, affirmativam ſententiam in negativam converterunt [illegible] uno verbô abrogârunt. Eſt hocce שְׁנָא *mutavit* ab [illegible] *iteravit, ſecundò fecit;* qvomodo *v. 27.* vidimus vocem [illegible] *mutata fuerunt* Saraballa ipſorum. In Paël verò occurrit שנא

c. IV, 13.

c. IV, 13. cor ejus ab homine ישַׁנּוֹן *mutabunt, & cor beſtiæ dabitur ei, &c.* In Hiphil ſimilem gignit phraſin, qvalis hîc eſt Eſr. VI, 11. *qvicunq;* יְהַשְׁנֵא *immutabit decretum hoc, trabs,* &c. Adeoq; ſenſus eſt, Confeſſores hos edictum regium è ſuâ ſede primâ velut deturbâſſe, Deiq; mandato poſthabuiſſe, ſecundum, imò nullum ipſi locum concedendo, juxta illud *Act. V, 29. oportet Deo plus obedire, qvàm hominibus.* Addimus è Sanctiô, *immutaverunt,* hoc eſt, fecerunt, ut Rex mutaret animum, decretum & conſilia, adeò, ut locô faſtûs, contemtûs Dei Iſraëlitici, & comminationum injuſtarū, ſecuta nunc vera ſit ſubmiſſio, veri Dei celebratio, confeſſorum ejus commendatio, &c. Notetur verò inſignis in Rege candor, qvi regii ſui edicti transgreſſionem commendat, idemq; hôc modô diſpungit aut cancellat. Contra morem tantorum Monarcharum; imò contrarium mox priori ſtatutum promulgat. Tantum videlicet vis Dei poteſt in homine! *Luth.* haben deß Königs Gebot nicht gehalten. Belgæ & Mogunt: deß Königs Wort geändert.

וִיהַבוּ גֶשְׁמְהוֹן *Et tradiderunt corpora ſua.*

Tertium hoc eſt (γ) argumentum à ſubitione mortis animoſâ, id namq; vult *corporum oblatio*, cùm eadem hautqvaqvam ſubduxerunt, per emanſionem, fugam clanculariam, neq; etiam per reſiſtentiam, aliorumq; in partes advocationem ſeditioſam. *Corporum* fit mentio, qvia hæc aliàs hominibus præ cunctis bonis aliis externis ſunt pretioſiſſima, adeò, ut nemo facilè digitum manumvè periculo exponat, nedum corpus integrum cum ſingulis ſuis membris, qvæ ſunt multiplicia *1. Cor. XII, 12. ſeqq.* Confer. Eſ. L, 6. *corpus meum dedi percutientibus.* c. LI, 23. *poſuiſti ut terram corpus tuum, & velut plateam tranſeuntibus.*

דִּי לָא־יִפְלְחוּן וְלָא־יִסְגְּדוּן לְכָל־אֱלָהּ לָהֵן לֵאלָהֲהוֹן׃

Ne ſervirent & ne adorarent omnem Deum, exceptò Deô ſuô;) Pertinet hoc ad animoſitatis modò commendatæ declarationem, qvid videlicet cauſæ fuerit, cur corpora vitamq; tàm nauci fecerint, nimirum, unica cultûs peregrini fuga. Ubi cultus duplici exprimitur verbô; פְּלַח *coluit*, de qvo ſuprà *v. 12. & 14.* & סְגִד *adoravit*, de qvô *c. II, 46. III, 5. 7. ſeqq.* Haut dubiè tàm externa corporis, qvàm interna mentis veneratio utrôq; hôc verbô debuit comprehendi. Objectum verò cultûs hujus Rex deſignat tum repudiatum, כָּל־אֱלָהּ

פלח סגד

Digitized by Google

[illegible], patrũ tam Chaldæorum, qvàm gentium per orbem ſingu-
[illegible] unicè approbatum ac retentum, qvod eſt *Deus ipſorum*,
[illegible] à majoribus ſemper agnitus & obſervatus. Deniq; idio-
[illegible] hîc ſe prodit apertè: *Non colerent omnem Deum niſi*,
[illegible] qvidem, niſi ſuum. Vide ſuprà c. II, 10. *omnis Rex non re-*
[illegible] *omnis locus non eſt inventus*, &c.

Poriſmata ex Verſ. XXIIX.

1. [illegible]dicendus extollendusq; eſt Deus verus tàm corde, qvàm
[illegible]giſtratibus eminentiſſimis, *Pſ. CXLIIX, 11. ſeqq.*
2. [illegible] omnis Dei celebratio ex ſalvificâ proficiſcitur fide. Multi
[illegible] miraculorum evidentiâ, qvi tamen cor totum Deo vero
[illegible]cipant, nimis adhuc mundo carniq; adhæreſcentes:
[illegible] libenter qvidem audiebat Johannem Baptiſtam,
[illegible] (at non *in omnibus*) obediens, *Marc. VI, 20.* Multi ſe-
[illegible] fideiq; ſcintillas in primis mox opprimunt initiis, qvi
[illegible] reſtitiſſent, ad plenam perducti fuiſſent lucem.
[illegible] miniſterium pii magnifaciunt meritò, eodemq;
[illegible] periculis, devotè Deum invocant, ac pietati ſtudent,
[illegible] XXIV, 7.
[illegible] periculis incurrit vel in oculos corporis, vel fidei ac
[illegible] etiam Lazarus dum fame ulceribusq; opprimi-
tur [illegible]tum, cùm è carcere Regis, (*Act. XII, 7.*) verùm etiam,
[illegible]oris per mortem liber evadit, ereptione gaudet,
[illegible]
[illegible] benè fundata, ſuper Deô ſcil. ejusdemq; verbô; ſit
[illegible] qvoq; reformidans tradere; ſit patiens, ſit con-
[illegible] etiam non carebit eximiô.
[illegible] mandata nemo audeat mutare, niſi qvi audeat
[illegible]nationem; *Rom. XIII, 2.* Cautio tamen adhiben-
[illegible] Act. V, 29.
[illegible] ſuum juſtâ divinitùsq; conſtitutâ horâ morti tra-
[illegible] etiam violentæ, ſolidâ in Deum fiduciâ nixus, is idem
[illegible]citatione ultimâ recuperabit illæſum, æqvè ut hîc
[illegible] è furni ſepulchrô referebant illæſa; Vid. *Pſal.*
[illegible]
[illegible] Nebucadnezare laudare, neq; tamen ipſorum pie-

 tatem

Digitized by Google

tatem virtuteſq; ſimul imitari, eſt graviter cum ratione deliſare: quod ſibi dictum putent Papiſtici ſanctorum admiratores & encomiaſtæ.

9. Aliud eſt, corpus ſuum tyranno dare trucidandum ob religionis veritatem, aliud cum Donatiſtis *αὐτοχειρίαν* ex religionis prætextu temerè eligere, ſibiq; mortem ſponte inferre. Contra quos videſîs Auguſtin. *T. II. Ep. 204.*

מִנִּי שִׂים טְעֵם *A me ergo poſitum eſt hoc decretum.*

VERSUS XXIX. (XCVI.) Fuit hucusq; conſeqvens miraculi *primum*, Dei nimirum veri ſolennis celebratio: ſubjungitur nunc *alterum*, edicti nimirum pro religionis Iſraëliticæ ſecuritate promulgatio. Ubi nota parem huic ineſſe debuiſſe autoritatem, qvalis antea edicto de colendâ ſolenniter ab univerſis ſtatuâ, qvippe qvod & ipſum hoc veniebat nomine טְעֵם *verſ. 10.*

דִּי כָל־עַם אֻמָּה וְלִשָּׁן

Ut omnis populus, tribus & lingva.) En hîc (1) perſonas edicto huic ſubjectas, videlicet non ſolos fortè incolas regiæ metropoleos, vicinosq; Iſraëlitarum alios, verùm *omnem populum* regionum integrorum, אֻמָּה *nationem*, in provinciâ aliquâ habitantem, וְלִשָּׁן *& lingvam*, qvocunq; etiam in climate imperii ſuis degeret: Adeoq; eadem rurſus deprehenditur latitudo, qvæ ſuprà iisdem hiſce tribus vocabulis fuit expreſſa *v. 4.*

דִּי יֵאמַר שָׁלוּ עַל אֱלָהֲהוֹן דִּי שַׁדְרַךְ וגו׳

Qvæcunq; locuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sadr. Meſ. & Abedn.) Subjungitur (2) res prohibita, videlicet *pronunciatio* שָׁלוּ *erroris*, ſeu ſermonis indecori aut probroſi, qvo ſcilicet hujus Numinis proſcinditur autoritas, majeſtas, aſtimatio, ſive negatione honoris eidem competentis; ſive aſſertione alicujus attributi operisvè minùs ipſi convenientis. *Lutherus*: läſtert. ſic & *Biblia Germ. Mogunt. Belga*, läſteringe ſpreckt. Ita verò nomen hoc שָׁלוּ ter adhuc legitur c. VI. 4. (5.) *nullum* שָׁלוּ *delictum aut corruptela inventa est in illo*: Eſr. IV. 22. *caveto* שָׁלוּ *errorem ne faciatis in hoc*, (ædificium vetitum continuando.) c. VI. 9. *date iis neceſſaria per dies ſingulos, ne ſit* שָׁלוּ *error*, ſeu defectus. Alias à paraphraſte adhibetur hæc vox pro Ebr. שְׁגָגָה *delictum ex ignorantiâ, imprudentiâ aut errore*, v.

שלו

Num.

… c. IV, 34. c. V, 23. &c. Adeòq; non … voces … denotantur blaſphemiæ, (qvomodò Vulgatus … hanc adhibuit,) verùm indecorum qvodvis verbum, et- … erroremve elapſum. Radix enim Chald. eſt … etiam hôc locô ה radicale manſit reſiduum, qvod … abſorbetur. Prohibentur itaq; qvævis latentia … ſpecti de Deô Iſraëlis diſcurſus, diſceptationes, & … modò æſtimationem ejus lædunt religioſam.

… הַדָּמִין יִתְעֲבֵד *Diſſereat:*

… prohibitum meritò nunc excipit (3) ſupplicium: … *fruſta fiat*, ejusmodi ſcil. ſermocinator frivolus. Nolumus … repetere, qvæ dicta ſunt *c. II, 5.* ubi totidem voci- … ipſa phraſis. Adeòq; ſæviſſimam ſtatui videmus pœ- … Rege vehementer commotô ſolebat proficiſci: … individuo, ſed integris populis, nationibus ac … comminatio, qvod exemplariter totæ communi- … plecti, ob admiſſum hujusmodi erratum contra … etſi non ſingulæ populi iſtius perſonæ parem per … ribus contraxerint culpam. *Luth.* der ſol um- … *Mogunt.*

… וּבַיְתֵהּ נְוָלִי … *Et domus ejus vaſtetur.*

… *redigatur*, æqvè ut locô cit. *c. II, 5.* hanc ha- … ſpeciem. *Luth.* ſein Hauß ſchändlich zerſtöret wer- … hoop geſtellet werden.

… דִּי לָא אִיתַי אֱלָהּ אָחֳרָן … כִּדְנָה׃

… *alius Deus, qvi poſſet ita ſalvare.)* Nunc deni- … ſupplicii ratione; qvia videlicet incomparabilis eſt … ac bonitas: Ubi tamen nota, Regem non ſimplici- … Deorum aliorum his verbis negare exiſtentiam, verùm … vires, qvòd ſcil. Deorum ſive Chaldæorum, … ſive Chananæorum, nemo alius tantâ polleat vi ſal- … polleat Deus Iſraëlis: æqvè ac is, qvi dicit, non eſſe … alium, qvi tantam extruere potuiſſet Babelem, *(c. IV,* … exiſtentiam Regum aliorum omnium, verùm minoris

Digitized by Google

ſaltem facit illos Reges, præ Rege Chaldæô. Adeòq; non [illegible] his verbis Rex idololatriam priſtinam, unius Dei veri ſectator aut proſelytus factus genuinus, ſed ſingularem ſolummodò & incomparabilem Dei Iſraëlitici inter Deos cæteros majeſtatem palàm aſſerit. *Salvationis* autem meminit verbô להצלה *eripere*; qvia omnem captum tranſcendebat præſens trium virorum è tantis flammis eductio, cui ſimile qvid Rex hic nunqvam vel viderat vel audiverat de qvôqvam Deô aliô fictitiô. Deniq; כדנה qvod LXX. reddunt ὅτως, à pleriſq; accipitur tanqvam fœm. [illegible] adeòq; ad rem referunt; ad perſonam tamen Maſc. mavult relatum Lud. de Dieu, (*ſicut hic*,) allegans *c. II, 43. & c. VI, 29.* utrobiq; tamen ſenſui decedit nihil.

Porismata ex Verſu XXIX.

1. Magiſtratus, tanqvam Dei veri vicarius, primæq; tabulæ cuſtos dignè facit officio edicta promulgando, qvibus religionis veritas ac honor debitus aſſeritur, omniaq; pietatis obſtacula aut offendicula è mediô tolluntur. Huc ejusdem cura de puræ doctrinæ per *Synodos* inveſtigatione, inveſtigatæ promulgatione, promulgatæ propagatione, defenſione, &c. Item cura templorum, ſcholarum, ſalariorum, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, Doctorum ritè vocandorum, &c. Conf. de hôc Magiſtratûs officiô Rivet. *de Decal. p. 258. 265.* [illegible] *Job. p. 812.* Mülleri *Anti Janſ. p. 613.* Waltheri *Qvadrag.* [illegible] *p. 569.* Dannhavv. *T. 1. Hodom. Pap. p. 841.* König. *Caſ. Conſc. p.* [illegible] Höpfneri *Sax. Evang. p. 479.* Et è JCtis Dn. D. Carpz. *Defin. Eccleſ. ſ. 1.* [illegible]

2. Pœna blaſphemorum in Deum meritò eſt capitalis. *Lev. XXIV, 11. Dan. VI. 26.* Unde tamen hautqvaqvam ſeqvitur, hæreticos indiſcriminatim eſſe è medio tollendos, ut vult *Inqviſitio Hiſpanica.* Conf. Voët. *T. 2. Diſp. ſelect. p. 122. & T. 3. p. 804.* Joh. Crocii, *T. 2. Antiweigel. p. 249.* Cameronis *Opp. fol. 319.* Dann. *T. 2. Hodom. Calvin. p. 1275.* Gerh. *T. 1. Conf. Cath. p. 828.* Meiſn. *de LL. p. 348.* König. *Vind. LL. n. 65.* Brochm. *Par. 3. Antapolog. p. 1184. & 2232.* D. Calov. *Armin. p. 388. & 393.*

3. Liberationis modi apud Deum ſunt infiniti, inexplicabiles, feliciſſimi, &c. Id qvod qvilibet ærumnis implicitus dictum ſibi cenſeant, Deoq; liberatori cuncta ſua filialiter committant.

4. An religionum in regnô provinciâq; ſit qvandoq; tolerandæ multitudo, & an non ob evitationem mali majoris tolerandi ſint aliqvi

errantes

[illegible] ſubditi, (qvanqvā & hi καθδύναμιν emendan- [illegible] ut reſipiſcant ſanenturq; ,curandi,) ita ut potiùs ſit re- [illegible] nulla; diſcuſſum vide ap. Brochm. *T. 2. de* [illegible] Havemann. *in Helice p. 117.* Meiſn. *de Legibus* [illegible] *p. 581.* Danhav. *in Salve, p. 657.* Aretium *T. 2.* [illegible] *T. 2. Diſp. ſelect. p. 613. ſeqq. & T. 3. p. 294.*

[illegible] Mandatum hoc regium præfiguráſſe mandata Imperatorum Chriſtianorum pro religione verâ, ſicut mandatum antecedens *v. 4. & ſeqq.* præfigurabat edicta perſecutorum tyrannica, cenſet Auguſtinus *T. 2. Ep. 48. f. 170.* Ubi etiam, ſicut & *Ep. 50.* de coactione ad religionem, qvalis ſit vel approbanda vel improbanda.

בֵּאדַיִן מַלְכָּא הַצְלַח לְשַׁדְ' מֵי' וַע' בִּמְדִינַת בָּבֶל׃

Tunc Rex promovit Sad. Meſ. & Abedn.) Tertium hoc eſt ultimumq; miraculi conſeqvens, honorifica promotio, expreſſa verbô הַצְלַח *proſperos feliceſq; fecit*. Adeoq; cōprehenduntur omnigena beneficia, ita ut tam honoribus, qvàm opibus in immenſum ſubitò creverunt, præter & ultra dignitates, qvibus jam anteà fuerant gaviſi *v. 12. & c. II, 49.* Ita verò verbum hoc legitur *c. VI, 29.* (intranſitivô tamen in ſignatu:) Et Daniel הַצְלַח *feliciter effloruit in regnô Darii, nec non in regnô Cyri Perſæ*, item Eſd. V, 28. & *ædificium* מַצְלַח *proſperè ſuccedit per manus eorum*, c. VI, 14. & *reverſi Judæi ædificabant* וּמַצְלְחִין *& proſperabantur.* In Ebr. eadem radicis hujus viget ſignificatio, veluti id ex pluribus conſtat locis. Vide ſis dicta *Pr. XXIIX, 13.* An verò promotionem hanc ſimul comitata fuerit ſtatuæ idololatricæ abrogatio, vel ſaltem adorationis priùs poſtulatæ intermiſſio, id è contextu erui haut poterit. Certum intereà hoc, qvod & antehàc innuimus, plenè ad Iſraëlis Deum, vel religionem veram, hautqvaqvam ſe convertiſſe hunc Chaldæorum Monarcham. Versus XXX.

[illegible] Axiomata ex Verſu XXX.

[illegible] in aulis miræ ſunt viciſſitudines. Stultus pro- [illegible] ejuſmodi ſectatur nimiùm, iiſdemq; impetratis [illegible] qvi ob eorundem negationem vehementiùs [illegible]

[illegible] ob Dei gloriam mundi ſplendores poſthabet ac [illegible] cumulabitur plùs qvàm unqvam cogitavit.

Digitized by Google

Matth. XIX, 29. Confide proin Deo, honor profeſſio non [illegible] jamſi hîc, non tamen illic.

3. Non rarò honor, inſtar umbræ perſeqvitur honorem fugientes, vel ſaltem eundem non ambientes.

4. Qvò fidelior qvis Deo ſuo, eò fideliorem & hunc ſibi futurum miniſtrum Principes perſvaſum habeant.

CAP. IV.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

UTut diſcrepantes valdè ſint interpretum circa diſtinctionem capitum horummet ſententiæ, adeò ut nonnulli numerando pergant cum *Vulgatô*, atq; tres adhuc verſus annectant capiti III. præcedenti; alii, ut videre eſt in *Indice Concordantiarum Buxtorfii*, caput qvartum demùm inchoënt cum hiſtoriâ deambulantis in pro[illegible] ſuâ Regis, adjectis ſc. 25. verſibus adhuc ad cap. 3. initiô capitis 4. factô à verbis: *Poſt finem menſium XII, &c.* (qvanqvam in ipſis Concordantiis dinumeratio hæc non obſervetur ubivis.) Nos tamen evidentiâ rerum traditarum convicti, meritò adhæremus Luthero noſtro, qvi hîc novum inchoat caput, ita ut totam eôdem comprehendat hiſtoriam Nebucadnezaris humiliati; qvanqvam intereà retineamus numerum verſuum in Vulgatâ obſervatum; qvâ in re & ipſum ſeqvimur. Ita, verba hæc initialia, qvæ mox ſeqventur, non pertinere ad præcedentem hiſtoriam ultrò fatetur *Maldonatus*, & ab hiſce verſibus caput etiam novum inchoant *Theodoretus, Liranus, Salianus Tom.* [illegible] *f.* [illegible]. In formâ autem programmatis regii recenſentur hîc, qvæ contigerunt, ita, ut I. præmittatur *Prologus* ſeu exordium, continens tam ſalutationem *v. 98.* tum ſummariam laudum divinarum prædicationem *v. 99. 100.* II. Subſeqvitur *Narratio*, occupata tam circa ſomnii peculiaris recitationem *v. 1. 2.* qvàm qvæſitam impetratamq; tandem interpretationem *v. 3. ad 25.* nec non deniq; ejuſdem impletionem *v. 25. ad 34.* III. Clauditur *Epilogô* Euchariſticô *v. 34.*

EXPLICATIO TEXTUS.

VERS. I. (ſecundùm Vulgat. XCIIX.) נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא לְכָל־עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא דִּי־דָאְרִין בְּכָל־אַרְעָא

Nabuchodonoſor Rex omnibus populis, gentibus & linguis,

In

Digitized by Google

In [illegible] regii *Exordio* notanda veniunt (1) Perſona, p[illegible], ſc. Rex Nebucadnezar ad meliorem jam mentem revo-ca[illegible] throno reſtitutus, uti conſtat ex *v. 33.* Cùm itaq; no[illegible] quidam privata, ſed Monarchæ omnium maximo, talia co[illegible] in conſpectu totius orbis, cunctorumq; ſe-c[illegible] inſtar Apoſtoli cujusdam expoſuit, colligimus inde p[illegible] Dei ſapientiam, qvi in gentibus etiam hoc inſigni modô ſe[illegible]. (2) Perſonæ, qvibus fit promulgatio ſunt tri[illegible] tribus ſaltem exprimuntur vocabulis diſtinctis, q[illegible] ſubditorum in ſe complectuntur, veluti ipſa hæc vo-c[illegible] *cap. III, 4. 7. 29.* Additur inſuper habitationis m[illegible] *in univerſâ terrâ,)* ſine dubiô, qvia Rex non ſo-l[illegible] ſubjectos ad ſanam perducere mentem ſic exoptabat, ver[illegible] hominum Conditoris gloriam ſingulis qvoq; per o[illegible] habitantibus hominibus, (qvorſum non ſoli Perſæ, A[illegible] ſecundùm *R. Saadiam*, ſed etiam Hiſpani, Mauri-t[illegible] *L. 15.* Joſeph. *l. 1. contra App.* Euſeb. *in Chron.* [illegible] pertinebant:) ſic intimare annitebatur, utut ipſum [illegible] rent ſuum Regem. *Conf. Tob. XIII, 6.* (atq; ſic etiam [illegible] Poteſt tamen ſubditorum reſpectus qvodam-m[illegible] *22.* De autore hujus Epiſtolæ, num Daniel e[illegible] conceperit, vel ex literis regiis, actisve publicis aut p[illegible] deſcripſerit, opus non eſt anxiè diſceptare; ſuffi-ci[illegible] propheticâ fidem illi hiſtoricam conciliari in optimâ fo[illegible] ſingulari providentiâ factum, qvòd Rex ipſe [illegible] rit propriæ *non* imprudentiæ, *tum* divinæ ſapien-[illegible] Daniel hæc conſignaſſet literis, varia contra re-[illegible] excipere potuiſſent Chaldæi. Hujus autem gene-[illegible] etiam recenſet hymnum non à ſe, ſed ab Hiſkiâ [illegible] *38.* necnon Eſra Cyri edictum *cap. 1. & 6.*

[illegible] שְׁלָמְכוֹן [illegible] *Pax vobis multiplicetur.*

[illegible] *Pax veſtra*, hoc eſt, proſperitas, qvâ jam & [illegible] gaudetis, *creſcat* copioſiorq; fiat! Eadem hæc ſa-[illegible] redibit etiam infrà *c. VI, 26.* cui qvodammodo con-[illegible] *pax tua fuiſſet ſicut flumen, &c.* Notum verò [illegible] ſeu concordiæ, (qvâ aliàs res parvæ ſolent creſcere,) com-

communiter indicari tranqvillum felicemq; rerum ſtatum, qvem ſibi mutuò apprecabantur ſalutantes, v. g. *Judic. XIX, 20. 1. Sam. XXV, 6. 1. Paralip. XII, 18. Pſ. CXXII, 7. 8. Luc. X, 5. cap. XXIV, 36. Joh. XX, 19. 21. 26. 1. Tim. II, 2. 1. Petr. I, 2. 2. Petr. I, 2. Judæ v. 2. &c.* Dum verò non ſolùm *pacem* Rex ſuis precatur ſubditis, verùm augmentiq; ſimùl meminit, verbô יִשְׂגֵּא *creſcat, multiplicetur:* (vid. *Eſr. IV, 22. Dan. VI, 26.* ubi idem hoc verbum יִשְׂגֵּא recurrit, nec non in Ebr. codice *Pſ. XCII, 13.* de incrementô cedri in Libanô; & *Jobi VIII, 7. 11.*) Exprimere hôc modô voluit ſuum erga eosdem animum propenſum, adeò ut incrementum fortunæ apud ſubditos ſit incrementum gaudii apud Regem. Non ſolùm vult, ut ipſis benè ſit de præſenti, verùm etiam de futurô, & qvidem cum incrementô iſtius boni ſtatûs qvotidianô. *Luth.* Gott geb euch viel Friede. *Maguer.* der Friede mehre ſich über (*Ditenb.* bey) euch.

Porismata ex Verſu I.

1. Magiſtratus non ſibi ſoli, ſed præcipuè ſuis vivit ſubditis. Horum ergò curam debet gerere *tùm* ſalutaria ſtatuta ſanciendo, *tùm* ſcitu digna palàm intimando, *tum* pro grege orando, *tùm* pacem ipſô qvoq; opere iisdem procurando. Regenten ſollen Hauß-Hoff- und Land-Prediger ſeyn; uti pluribus hoc diducit D. Dietericus *Tom. 1. in Eccleſiaſt. fol. 11.*

2. Pax bonum unicè ſummeq; præ cunctis bonis aliis exoptandum.

3. *Ut gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, Imperatori victoria; ſic huic Moderatori reip. beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honeſta ſit Reſp.* ita Cic. l. 5 *de rep. ex ejusd. epiſt. ad Attic. l. 8. & denuò ad Qvintum fratrem, eò*, inqvit, *referenda ſunt omnia iis, qvi præſunt aliis, ut ii, qvi erunt eorum in imperiô, ſint qvàm beatiſſimi.* Eundem finem inculcat qvoq; Paulus *1. Tim. II, 2.* Ut ſub Magiſtratu *tranqvillam & qvietam vitam degamus cum omni pietate & honeſtate.*

4. Non ſufficit, bonum aliqvod jam poſſidere; laborandum qvoq;, ut idem apud nos & perſeveret & augeatur; ſicuti hîc & *pacem* & pacis *augmentum* in votis eſſe Regi percipimus.

Vers. II. (XCIX) אָתַיָּא וְתִמְהַיָּא דִּי עֲבַד עִמִּי אֱלָהָא עִלָּאָה וגו׳

Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus &c.)

Saluta-

Digitized by Google

[illegible] porrò excipit ſummaria laudum divinarum recen-
[illegible] partim ea, qvæ ſe ſpeciatim concernebant,
[illegible] generatim divinam commendant providentiam.
[illegible] autem in *Vulgatâ* hîc diſcerpuntur, qvæ cohæ-
[illegible] ‏די‎ *qvæ* (fecit mihi &c.) ſine cauſâ omittitur;
[illegible] verborum ordinatio eſt hæc: *conveniens mihi viſum*
[illegible] *ſigna & mirabilia, qvæ mihi Deus fecit excelſus.* Adeòq; (α)
[illegible] ſunt tùm ‏אָתַיָּא‎ *ſigna*, qvæ vox ex Ebræô ‏אוֹת‎ [illegible] ‏אתיא‎
[illegible] pro μνημονευτικῷ, cujus beneficiô res vel actio
[illegible] poteſt revocari, qvàm pro προφητικῷ, ſive re-
[illegible] judiciô; pro διακριτικῷ, μυστικῷ, διαθηκετικῷ, ſive fœ-
[illegible] cùm inuſitata vel beneficia, vel plagæ in-
[illegible] *III, 12. c. IV, 8. 9. 17. 28. 30. c. VII, 3. cap. IIX, 23. cap. X, 1. 2.*
[illegible] *XIII, 16. Num. XIV, 11. cap. XVII, 16. Devter. XVII, 10. cap.*
[illegible] *XVI, 8. cap. XXIX, 3. Joſ. XXIV, 17. Jud. VI, 17. 2. Reg. XX,*
8. 9. [illegible] *10. Pſal. LXV, 9. Pſ. LXXIIX, 43. Pſal. CV, 27. Pſ. CXXXV,*
9. [illegible] *cap. XXXVIII, 7. 22. Jerem. XXXII, 20. 21.* & deniq; *Dan.*
[illegible] de hâc voce apud Bangium *Cœl. Orient.* p. 184. ſeqq.)
[illegible] *mirabilia*, ſeu ſtupenda: qvæ vox præter ſeq. verſum ſe- ‏תמהיא‎
[illegible] *cap. VI, 27.* in ſimili materiâ; radix eſt Ebr. ‏תָּמַהּ‎
[illegible] vid. ſis *Cohel. V, 7.* His ipſis verò ſignis atq; mira
[illegible] extraordinaria tùm regis inſolentis per ſomni-
[illegible] interpretationem præmonitio, tùm pœnæ priùs deſcri-
p[illegible], tùm gratioſiſſima deniq; ejuſdem etiam à rege
[illegible]. Porrò (β) auctor ſignorum horum intiman-
d[illegible]; ſcil. idem ille, qvi in gente Iſraëliticâ fuit ha-
[illegible]. ut proinde ab hiſce mirabilibus penitùs remo-
[illegible] numina fictitia, qvibus expreſsè ſatis nuntium
[illegible], dum ne verbulô meminit eorundem. (γ)
[illegible] hæc contigerunt, eſt Monarcha Nebucadne-
[illegible] *qvæ fecit* ‏עִמִּי‎ *mecum*, h. e. qvæ mihi accidere voluit in
[illegible] ut meum corpus, meus animus, mea au-
[illegible] ſenſerint adverſa, qvanta vix Regum ullus alius.
[illegible] *fecerit cum aliqvô*, conf. Pſal. LXXXVI, 17. *fac* ‏עִמִּי‎
[illegible] *in bonum*: Pſal. CXIX, 124. *fac cum ſervô tuô ſecundùm*
[illegible] Jer. XXXIX, 12. *ut loqvetur ad te, ſic facias cum illô.*
[illegible] (δ) Intimatio ipſa eſt in verbis; ‏שְׁפַר‎ *pul-*

chrum vel *conveniens* eſt קֳדָמַי, *coram me*, h.e. viſus ſum compelli rerum recenſendarum gravitate, jucunditate, utilitate לְהַחֲוָיָה *ad ſignificandum*, nimirum non per præconem, non per domeſticam aut oralem apud aulicos ſolùm meos narrationem, verùm per programma publicum, qvibusvis nationibus, per ſingulas provincias ac urbes
שפר palàm intimandum. Ita verbum שְׁפַר *pulchrum fuit, placuit*, bis adhuc in ſacrô codice occurrit *cap. IV, 24.* יִשְׁפַּר *placeat tibi, ô Rex, conſilium meum*, & cap. VI, 2. שְׁפַר *pulchrum fuit coram Dariô &c.* Adeòq; colligitur hinc, carnales omnes reſpectus, qvi aliàs tantum Regem à publicatione propriæ turpitudinis deterrere potuiſſent, heroicô tamen animô fuiſſe ſuperatos ac ſepoſitos, adeò ut cum jucunditate qvâdam referret palàm inſolentiæ propriæ correctionem ſatis ſeveram, qvæ ex homine brutum reddiderat, &c. *Indicandi* verbum (à חֲוָא deſcendens,) jamjam vidimus *cap. II, 6.7.9.10.16.27.* ubi de liberâ, perſpicuâ, perfectâ ingenuâq; rei alioqvin occultæ propalatione uſurpabatur.

Poriſmata ex Verſu II.

1. De ſignis & mirabilibus, qvid & qvotuplicia ſint, &c. vide inter cæteros Zachiæ *libr. 4. qvæſt. Med. p. 1. ſeq.* Perkinſi Angli *de faſcinô p. 13. ſeqq.* An hodièq; fiant, vid. Feurbornii *ſyntagma ſecundum p. 85.* de multis in naturâ mirabilibus, qvorum reddi neqvit ratio, longâ ſerie Auguſtinus *L. 21. de C. D. cap. 5.* Tacemus qvæ de fictitiis Papiſtarum miraculis, deq; eorum apud Reformatores defectu paſſim tradiderunt noſtrates, v.g. Dorſchæus *in ſcrupulis Religionis p. 369. ſeqq.* Dannhauerus *in Dialogo Socrat. p. 131. 160.* item è Calvinianis, Voëtius *tom. 2. Diſp. p. 1016. 1020. & deſperata cauſa Papatus p. 279. aliiq;.*

2. Debitæ in Deum gratitudinis eſt, ſingularia Dei ſui erga ſe & beneficia & correptiones ſedulò ſecum expendere, necnon cum aliis tùm in Dei gloriam, tùm proximi ædificationem ſincerè ac palàm communicare.

3. Serius in Deum amor non curat propriam gloriam, modò ſalubriter decenterq; propagare qveat divinam; ſicuti h.l. Rex occulta ſua non reticet vitia, qvalia erant faſtus, ſecuritas, injuſtitia.

4. Confeſſio tùm laudis tùm fraudis ſit ingenua, animoſa, aperta, circumſpecta. Neminem hîc retardare debet intempeſtivus pudor, ac ſi qvid ſuæ decederet autoritati, ſi cum Davide ſaltans Dei ſui

promo-

Digitized by Google

promoveat gloriam, 2. *Sam. VI, 20.* Neminem avocent deliciæ regis, curæ arduæ, &c. Plura de hoc Confeſſionis bonô inter alios habet Tertull. *l. de pænit. in fine.*

אָתוֹהִי כְּמָה רַבְרְבִין *Signa ejus qvàm magna ſunt:* Vers. III. (C.)

Sicut verſus antecedens *ſpeciatim* perſonam concernebat Nebucadnezaris, ita præſens *generatim* commendat divina *tùm* ſigna, *tùm* regimen. De *ſignis*, qvorum jam mentio *v. 2.* præceſſit, prædicatur, qvod ſint רַבְרְבִין *multa*, ſc. numerô; qvis enim numeraret illa, qvæ in cœlô, terrâ, mariq; divinam nobis deſignant potentiam, clementiam, ſapientiam? (vid. idem hoc voc. *cap. II, 48.* de donis *multis*.) Exaggeratur autem multitudo hac voculâ כְּמָה *qvàm*; pronomen ſiqvidem interr. מָה *qvid*, compoſitum cum כ ſimilitudinis exaggerandi vim nanciſcitur, dum de immenſitate rei præſentis interrogat: Conf. Gen. XLVII, 8. כַּמָּה *qvot ſunt dies annorum vitæ tuæ?* Pſal. XXXV, 17. *Domine* כַּמָּה *qvantum videbis?* Conf. *Pſ. LXXVIII, 40. Pſ. CXIX, 84. it.* ubi ſeorſim מָה valet *qvàm*, *Pſ. III, 2. Pſ. IIX, 2. Pſ. XXXVI, 8. Pſ. XXXIX, 5. Pſ. LXVI, 3. Pſ. LXXXIV, 2. Pſ. XCII, 6. Pſ. CIV, 24. &c.* Sic LXX. h. l. *ὡς μεγάλα.* כמה

וְתִמְהוֹהִי כְּמָה תַּקִּיפִין *Et mirabilia ejus qvàm fortia!*

Idem repetitur denuò vocabulum תִּמְהַיָּא *mirabilia*, & qvidem cum prædicatô תַּקִּיפִין *fortia*, qvô ipſô innuitur virtus inſuperabilis, qvæ nec flecti, nec impediri, nec mutari poteſt; qvomodò idem hoc epitheton tribuitur ferro *cap. II, 40.* nec non regno *v. 42.* Proindeq; omnis ſimul excluditur imitatio, adeò ut nemo hominum præſumere cum ratione poſſit, ſimilem v. g. æſtum, flammas, vitæq; periculum avertendi, qvomodò hoc jam in ſuis Deus probaverat ſervis, *cap. III.* Nemo etiam tantum Monarcham, qvalis erat Nebucadnezar, potuiſſet è ſuô ad beſtias depellere ſoliô, & poſtliminiò qvoq; eidem cum rationis uſu eundem thronum reſtituere, qvomodò jam recenſendum erit de eôdem: imò tàm fortia fuerunt hæc Dei mirabilia, ut Rex Nebucadnezar nullis ſuis viribus aut robore, etiamſi periculum imminens jam cognoviſſet ex Prophetâ, potuerit declinare. תקיפין

מַלְכוּתֵהּ מַלְכוּת עָלַם *Et regnum ejus regnum æternum.*

Poſt Dei opera miranda ſeqvitur etiam ejuſdem gubernatio univerſæ creaturæ nunq. finienda. Adeoq; licet Nebucadnezar ſe Regem ſciat, ſcit tamen & fatetur his verbis, ſupra ſe Regem adhuc eſſe

ſuperiorem, à qvô tàm ipſe qvàm alii dependent; licèt regnum ſuum per multos jam adminiſtraverat annos, videbat tamen, id non adeò diu adminiſtrari â ſe poſſe impoſterum, verùm cum morte ſuâ inſtante regni qvoq; ſui inſtare finem. Sed nihil horum in regnô Dei metuendum. Habet is regnum tùm univerſale ſuper creata univerſa, viſibilia, inviſibilia, animata, inanimata, ubi cuncta pro ſanctiſſimâ ſuâ adminiſtrat voluntate, ordinando, deprimendo, extollendo, puniendo, præmiando, conſervando, deſtruendo, &c. *1. Chron. XXIX, (XXX) v. 11. Pſ. CIII, 19. Pſ. CXLV, 11. 12. Obad. v. 21. Dan. VI, 26. Matth. VI, 13.* tùm ſpeciale, circa eccleſiam ſcil. ſuam, partim militantem, partim triumphantem, qvod & gratiæ & gloriæ regnum nuncupari ſolet, *Matth. VI, 10. cap. XXI, 31. Marc. IV, 11. Joh. III, 3. 5. &c.* Hæc ipſa igitur Dei gubernatio vocatur h. l. *regnum æternum*, qvippè nulla regi huic metuenda mors, nulla hoſtium prævaleſcentium depulſio, nulla ſubditorum ereptio, aut qvæ alia regnis mundanis ſuperinducere ſolent exitium aut finem. Inter ſingulos totius orbis Reges ne unicus qvidem nominari ex hiſtoriis poteſt, qvi per integrum gubernaverit ſeculum; verùm Deus noſter per ſingula gubernavit ſecula, gubernabitq; inpoſterum in ſecula.

וְשָׁלְטָנֵהּ עִם־דָּר וְדָר׃

Et poteſtas ejus in generationem & generationem.) Repetitur per epexegeſin res eadem paulò mutatis verbis. Nomen enim
שלטן שָׁלְטָן *dominatus*, parùm omninò diſtat ab antecedente regnô. Le-
דר gitur autem hoc verbum *Dan. IV, 19. c. VI, 27. VII, 6. 12. 14. 26. 27.* Deindè voci עוֹלָם *æternitas*, vel ſeculum, æqvipollet phraſis עִם דָּר וְדָר *cum generatione & generatione*, h. e. qvamdiu ſibi mutuò ſuccedent in mundô generationes, *Cohel. I, 4.* tamdiu cum iisdem divinum qvoq; continuabitur dominium; nulla unqvam extitit extabitve poſteà generatio, qvæ à dominiô iſthôc Dei ſe potuerit eximere, ejusdem beneficiis carere, judiciisvè aut ſuppliciis ſe ſubducere. De copulâ *Vav* voci geminatæ interpoſitâ, qvomodo diverſitatem denotet ac diſtributionem, (*cum generatione & generatione*, hoc eſt, cum ſingulis generationibus,) vid. dicta *Prov. XXVII, 24.*

Poriſmata ex Verſ. III.

1. De operibus Dei, tàm miſericordiæ, qvàm juſtitiæ, ſentiendum loqvendumq; honorificè, adeò, ut & numerum & virtutem eorundem æſtimemus decenter; ſicut h. l. tàm de *multitudine*, qvàm de

Digitized by Google

de *robore* & efficaciâ eorundem ſermonum eſſe Regi videmus. Referatur hic locus de *Providentiâ divinâ.*

2. Regnum Dei eſt catholicum, admirandum, infinitum; veluti ejusdem qvotidiè commonefiunt fideles recitatione Orationis Dom. expenſione it. trium Symboli articulorum, &c.

אֲנָה נבוכ שְׁלֵה הֲוֵית בְּבֵיתִי וְרַעְנַן בְּהֵיכְלִי׃ Vers. V.

Ego Nabuchodonoſor qvietus eram in domo meâ, &c.) Exordium nunc II. excipit *Narratio*, tanqvam altera capitis noſtri pars, in qvâ (*α*) præmittitur ſomnii viſio, ratione (1) perſonæ videntis, ſc. Nebucadnezaris, ubi *Maldonatus* obſervat, pronomen atq; nomen ad Emphaſin, faciendæ fidei cauſâ, fuiſſe poſita, ſicut nos, cùm teſtari volumus, ſic ordiri ſolemus: *ego Titius affirmo, &c.* (2) ratione adjuncti temporis: *eram* שְׁלֵה *qvietus*, h. e. bella jam erant ſopita, nullis premebar adverſantibus hoſtibus, vicinæ gentes, receptô in ſe meô jugô, parebant jam *obſeqvioſè, &c.* Ita verbum שָׁלֵה Ebræis in uſu eſt *Jobi III, 25. nonne* שָׁלַוְתִּי *qvietus eram?* nonne *tranqvillus eram?* Pſ. XXX, 7. *ego autem dicebam* בְשַׁלְוִי *in eſſe me tranqvillum.* &c. Nomen, noſtro Chaldæo ſimile, occurrit Jobi XVI, 12. שָׁלֵו הָיִיתִי *tranqvillus* eram, & contrivit me: item *c. XX, 20. c. XXI, 23. & Ezech. XXIII, 42.* & aliâ formâ Jer. XLIX, 31. *ad gentem* שְׁלֵיו *tranqvillam, habitantem ſecurè, &c.* Undè colligitur etiam h. l. pacatum felicemq; regni ſtatum indicari; qvanqvam exactè definiri neqveat, qvotô regni annô hæc ipſa evenerint. *Theodoretus* poſt miraculum trium confeſſorum ſcribit contigiſſe. *Joſephus* paulò ſpecialiùs ait, *non multò poſt illud ipſum miraculum* accidiſſe. *Pererius*, qvo cum etiam facit *Sanctius*, nec non *Salianus* ac *Torniellus*, determinat annum regni Nebucadnezaris trigeſimum qvintũ, idq; eò, qvia integer poſt ſomniũ effluxit annus, anteqvam brutalis inchoaret regis ſtatus; hic verò ſtatus duravit totos annos VII. annô itaq; nonô reſtitutus eſt Rex menti ac regno; poſt qvem annum diu vixiſſe ipſum, non eſt veriſimile; nam ſine dubiô multa in Dei gloriam gentisq; Judaicæ commodum feciſſet inſignia, qvæ Daniel non reticuiſſet. Cùm itaq; tota regni periodus ſit annorum XLIII. conjicitur, nonô circiter antè regni finem annô ſomnium hoc ipſi oblatum fuiſſe. *Belgæ* in Scholiis ad h. l. programma hoc duos circiter ante mortem Nebucadnezaris annos promulgatum cenſent, citantes locum *Ezech. XXIX, 17.* ita ut à devictâ Ægyptô ad mor-

mortem Nebucadnezaris decem anni fortè ſint numerandi, &c. Ab his non abeſt Scharp. *in Symph. locorum ſcripturæ p. 264.* Sed Fernandius *in viſionibus V. T. fol. 577.* Nebucadnezarem ad minimum IX. annos poſt reſtitutionem vixiſſe, Deumq; celebrâſſe autumat. *Cornelius à Lap.* annum regni ponit XXXVII. Qvæ regeri *Pererio* cæteriſq; poſſent, non opus eſt recenſere multis: parùm ſiqvidem refert qvotô hæc imperii annô evenerint, modò rerum ipſarum decens à nobis adhibeatur contemplatio. Qvod verò expreſſum modò fuit

רען voce שְׁלֵה *tranqvillus*, id & epexegeticè ſtatim repetitur voce רַעֲנַן *viridis, florens*, ubi metaphora petitur è re hortenſi, arboribus ſc. vel herbis, qvæ cùm ſucciplenæ ſunt, ramis, frondibus, fructibusq; egregiè ornatæ, omnium in ſe rapiunt oculos, magniq; æſtimantur. Pari qvoq; modô comparatum erat cum hôc Rege, ratione corporis erat integrâ præditus valetudine, ratione mentis, vigebat conſiliorum dexteritas, judicii acrimonia, memoriæ firmitas, &c. ratione regiminis publici omnia ſuccedebant ex voto. Adeoq; præparatio qvædam tacita vocabulô hôc fit ad ſeqventem arboris *florentis* viſionem, qvippè florens erat etiam Rex eô ipſô tempore, dum ſomniabat, abundansq; omnigenâ voluptate, gloriâ, bonorumq; omnis generis affluentiâ, qvæ ſuccū qvaſi præbebant ſervabantq; ipſi ex votô. *Jacchiades* ſic declarat, *deditus eram omnibus humanis voluptatibus, qvæ corpus delectant, atq; id frondoſæ ac virenti abieti reddunt ſimile.* Ita רענן arbori ramoſæ ac virenti tribuitur locô Epitheti *Deut. XII, 20. 1. Reg. XVI, 4. c. XVII, 10.* item oleæ *Eſ. XI, 16.* folio *cap. XVII, 8.* oleæ *Pſ. XCII. 11.* Peculiariter huc qvadrat Pſ. XXXVII, 35. *vidi impium fortem & vireſcentem inſtar Lauri* רענן. Pſ. LII, 10. *ego autem ero ſicut olea* רענן *viridis in domô Dei.* Pſ. XCII, 15. *plantati in domô Domini in atriis Dei noſtri florebunt; adhuc fructificabunt in ſenectute, pingves* ורעננים *& virides erunt, &c.* Deniq; (3) ratione loci adjungitur *in domo meâ, in palatiô meô:* qvô ipſô docemur, non contigiſſe forsàs hoc ſomnium in caſtris, in tentoriô qvôdam ſub diô conſtructô, qvalia in venationibus non rarò parari ſibi curant Magnates; verùm cum Rex regiâ ſuâ gauderet ſede, à ſtrepitu tumultibusq; alienus, adeòq; adverſus omnes hoſtium veneficorumq; machinationes tantò ſecurior. Confer *c. II. 29. tu Rex cogitare cœpiſti in ſtratô tuô, qvid eſſet futurum poſthac.* Cæterum de palatii hujus in Babel exſtructi conditione conſuli poterit Herodotus *in Clio.* Prolixus eſt verò hîc Pererius *p. 309. ſeqq.* in refutandis

Digitized by Google

futandis illis Origenis diſcipulis, qvi parabolicè hæc cuncta opinabantur ſcripta de caſu Luciferi vel defectione malorum Angelorum. Verùm in tantâ literæ luce opus haut fuerat, tantam candelarum conqvirere catervam. Id ſolùm notari ex ipſô poterit, miracûli hujus apud hiſtoricos profanos ideò vel nullam, vel ſaltem exiguam fieri mentionem, qvia Satan hôc modô ſuſpectam eò magis voluit facere Scripturam ſacram, qvòd nullum alibi haberet ſuffragium; vel qvia Chaldæorum monumenta intercidérunt pleraq;, antequam ad Græcorum Hiſtoricos devenirent; vel datâ operâ hujusmodi à profanis fuiſſe prætermiſsâ, qvòd fabuloſa viderentur ipſis, vel Chaldaico ſplendori adverſa, vel ne Judæorum, qvibus invidebant maximè, honori qvicqvam accederet, &c. *vid. ibid. p. 312. ſeqq.*

Poriſmata ex Verſu IV. (1.)

1. In aſſerendâ divini nominis gloriâ neminem pudeat nomine ſuô disertè uti, utut regium ſit illud, qvale h. l. Nebucadnezaris.

2. Tranqvillitas non rarò infauſtæ ſecuritatis mater; ut h. l. videre eſt in Nebucadnezare. Sic in tranqvillitate ſuâ tantum commiſit David facinus, qvantum in bellô nunqvam, adulterium ſcil. cum homicidiô conjunctum. Ita Adam, Loth, Iſraël, Eccleſia Nov. Teſt. &c. per pacem in maximas acti ſunt turbas, conf. *Pſal. XXX, 7. dixi in felicitate meâ.*

3. Pace igitur rectè utendum ad pietatis virtutumq; exercitia, non verò ad impuræ carnis fomenta. Paci etiam non fidendum, æqvè ut Nebucadnezari pacifico ruina imminebat præ foribus.

4. Domicilium idoneum tui te ſemper moneat officii, videlicet ut & teipſum Deo præbeas domicilium ſemper purum ac tranqvillum, *1. Corinth. VI, 19. cap. III, 17.*

5. Cura, ut domus tua ſanctum ſemper ſit oratorium (*Matt. VI, 6.*) nec non ſalubrium officina laborum, *2. Theſſ. III, 12.* ſic namq; non facilè cum Nebucadnezare abripieris gurgite ſecuritatis atq; vitiorum.

6. Inqvietum in altâ pace ſomnium nos, annotante *Sanctiô*, monet, nihil à perturbatione eſſe vacuum. Cùm ceſſat armorum ſtrepitus, nec ſomnum interpellat ampliùs, interpellant tamen ipſum nocturnæ ſpecies horribilesq; umbræ *Job. VII, 13.* Ovidius *lib. 1. de Pont. elegiâ 2.*

At

At puto, cùm reqvies medicinaq; publica cura
Somnus adeſt, ſolitis nox venit orba malis,
Somnia me terrent, veros imitantia caſus,
Et vigilant ſenſus in mea damna mei.
Nam modò Sarmaticas videor vitare ſagittas,
Aut dare captivas infera vincla manus.

Adeoq; ſummè tranqvillum ac felicem, unicum tamen perturbare adeò poteſt ſomnium, ut nil tota valeat proſperitas prolixa.

VERSUS V. (II.) חֵלֶם חֲזֵית וִידַחֲלִנַּנִי *Somnium vidi, qvod perterruit me:)*

חזא Continuatur jam ſomnii viſio (4) ratione actûs ſeu formæ, חֲזֵית *vidi*, h. e. interioribus meis ſenſibus apprehendi, externô oculorum viſu, pro more ſomniantium, penitùs ſopitô. *Videri* autem dicitur ſomniū, eò qvòd dormientes æqvè certè res in ſomniô præſentatas arripiunt memoriæq; imprimunt, ac ſi externis oculis corporis easdem intuiti fuiſſent. In ſimili materiâ idem hocce חֲזָא jam adfuit *cap. II, 26. 31. 34. 41. 43. 45.* *Somnii* porrò penè ſimilis hiſtoriam habuimus *cap. II, 1. ſeqq.* Ratione (5) effectûs, pergit rex rem referre, וִידַחֲלִנַּנִי *& perterruit me.* Ubi דְּחַל talem denotat animi commotionem, qvâ qvis ob infortunium qvoddam imminens intra ſe cohorreſcit, adeò, ut qvid eligendum fugiendumq; nunc ſit præ perturbatione nimiâ ipſemet ignoret. Ita namq; verbum hoc Peal in Particip. legitur infrà *cap. V, 19.* de ſubditis trementibus *timentibusq;* à facie potentis tyranni. In Pael nonniſi h. l. legitur. Nomen autē דְּחִיל *terribilis*, adfuit *cap. II, 31.*

דחל

וְהַרְהֹרִין עַל מִשְׁכְּבִי *Et cogitationes meæ in ſtratô meô:*

Iterùm Epexegeticè Rex commoratur in re eâdē, diverſis ſolùm verbis meliùs inculcandâ. Meminit verò הַרְהֹרִין *cogitationum*, qvando ſc. mēs hominis ſuper certô objectô diverſimodè ratiocinatur, mòdò in hanc, modò in alteram partem, qvando unum ex alterô vult elicere, deq; re ignotâ fieri certior. Vel juxta *Sanctium*, ſunt actus qvidam Phantaſiæ ſeu imaginativæ potentiæ, cùm ſpecies revocat antiqvas, & novas accipit, & illis excitatis & acribus aliqvid ſecum volvit atq; retractat. Neq; refert, hoc dormiendo ſeu vigilando faciat, cùm animalis illa potentia tàm in dormientibus qvàm vigilantibus operetur. Ita הַרְהַר Chaldæis eſt *cogitare, ſcrutari, ſpeculari*, qvomodo id occurrit in Paraphraſte *Jobi II, 10. Num. XXI, 6. Deut.*

XXIX,

Digitized by Google

XXIX,18. Eſa.XXXII, 4. Ezech.XI, 5.cap.XX,32. Unde Talmudicorum etiam eſt dicterium אין להרהר אחרי מעשי השם *Non eſt ſcrutandum poſt Dei opera*: inde nomen הִרְהוּר *cogitatio*, Devt. XXIX, 19. *in cogitatione cordis mei ambulabo*, cap.XXIII, 10. *ab accidente cogitationis nocturna*; Jer.VII,24. *in cogitatione cordis ipſorum*, Eſa. LXII, 10. *qvi abſtulerunt cogitationem concupiſcentiæ*: cap. LVII, 17. *poſt cogitationes cordis ipſorum,&c.* Inde rurſus ſententia Rabbinica: *qvando expergiſceris à ſomnô tuô, non convertet ſe cor tuum* בהרהר רעים *ad cogitationes malas*: Nam ההרהור מביא לידי מעשה cogitatio hæc impellit ad ipſum opus. Qvapropter & hîc eam mentis inqvietudinem intelligimus, qvâ operoſam ſe exhibuit qvàm maximè circa ſomnii modò viſi ſignificatum explorandum, variis ultrò citròq; diſcurſibus eam in rem inſtitutis, intra cordis penetralia;& qvidem anteqvam lectô adhuc ſurgeret; hâc de cauſâ enim additur עַל מִשְׁכְּבִי *ſuper ſtratô meô*, æqvè ut ſuprà *cap. II, 28.29.*

וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי יְבַהֲלֻנַּנִי׃ *Et viſiones capitis mei conturbaverunt me.*

Qvod proximè vocavit *cogitata*, id nunc appellat *viſiones capitis ſui*, niſi fortè malis haſce *viſiones* cogitationum dicere objectum, circa qvod eædem fuêre occupatæ; qvomodo aliàs laus pro re laudatâ, auditus pro ſonô, timor pro re timendâ ponitur. Vide sîs de his *capitis viſionibus*, (qvæ ſcil.in capitis ſive cerebri theatrô inſtar ludi ſcenici exhibeantur, notante hîc *Abarbinele & AbenEſra*) ſuprà cap. II,28. Porrò qvod antecedente membrô dixit: *perterruit me*, id jam ſimili ferè exprimitur verbo יְבַהֲלֻנַּנִי *conturbaverunt me*, qvod ipſum בְּהַל redibit *v.16.* de Daniele ob ſomnium vehementer conſternatô. it. *v.29, cap.V,6.9,10. cap. VII,15.* ita Ebræis qvoq; ſimili in ſignificatu vox hæc in uſu, vide *Pſal.VI,3.4. Pſal.XLVIII,6. Pſal. XC,7. Prov.XXVIII,22. Cohel.VIII,3.* &c. Proindeq; creſcit oratio; plus enim eſt hoc, *conturbari*, qvàm antecedens *perterrere*; horror namq; ſuperadditur, qvi inſenſibilem qvodammodò videtur reddere hôc modô conturbatum, adeò ut inſtar ſtatuæ obrigeſcat,&c. Ex qvô colligitur, ſomnium hoc, qvod tàm fortem poſt ſe reliqvit impreſſionem, animiq; commotionem, non fuiſſe vulgare, aut è cauſis Phyſicis Ethicisvè oriundum, verùm cœlitùs immiſſum, ut pluribus docebunt ſeqventia.

Poriſmata ex Verſu V. (II.)

1. De ſomniorum cauſis, diſcrimine, uſu,&c. vide qvæ ſuperiùs citata ſunt *c.II,1.ſeqq.*

Digitized by Google

2. Ne reges qvidem à ſomniorum exempti ſunt terroribus; ut proinde vanitatis ſuæ per hæc vana commonefieri debeant meritò, æqvè ut mendicabulorum infimi, *Sirac. XL, 5. ſeqq. cap. XXXIV, 1. ſeqq.*

3. Perterritus ſive à ſomniis, ſive ab aliis prodigiis inuſitatis, hæc ipſa arripiat tanqvam reſipiſcentiæ ſtimulos; & qvanqvam præcisè non poſſit determinare de eventu ſignificatô, haut tamen errabit, ſi precibus humillimis ſe ac ſua Deo committat, nec non emendanda in ſe omnia pro viribus emendet.

4. Qvoties excitatur homo ſecurus à Deô ad reſipiſcentiam, ſive dormiens, ſive vigilans, videat, ne moveatur ſolùm, ſed & permoveatur, adeòq; Deum qværat ſeriò, humiliter, prudenter: non inſtar cœci palpantis in meridie, non conſulendo Satanæ miniſtros, ſed veros veri Dei ſervos, &c.

VERSUS VI. (III.) וּמִנִּי שִׂים טְעֵם *Et per me propoſitum eſt decretum.*

Fuit hucusq; narrationis membrum *primum*, ſomnii videlicet viſio, ſeqvitur nunc (β) *alterum*, videlicet de interpretatione ſomnii anxia ſolicitudo. Deprehendimus hîc tùm edicti promulgationem, tùm ejusdem promulgati contenta. Phraſin hanc מִנִּי שִׂים טְעֵם (*à me poſitum eſt decretum,*) jam jam expendimus *cap. III, 10. 12. 29.* Patet hinc, qvàm ſeriò res hæc tractata fuerit, adeò ut ſingulari ſolennitate palàm eadem intimaretur, &c.

לְהַנְעָלָה קָדָמַי לְכֹל חַכִּימֵי בָבֶל

Ut introducerentur in conſpectu meô cuncti ſapientes Babilonis:) Contenta edicti concernunt (1) *cunctos in Babele ſapientes*, qvorum jam ſuprà facta mentio *c. II, 12. 14. 18. 24. 48.* h.e. omnes qvotqvot divinandi ſtudiis erant initiati, aut Philoſophiæ addicti. Ab his (2) poſtulatur *tùm* comparitio coram Rege feſtinata, לְהַנְעָלָה *ad introducendum coram me*, ſive catervatim, ſive qvemlibet aut aliqvos ſeorſim: (*vide* eandem hanc vocem in re ſimili, *c. II, 16. 24. 25.*) *tùm* interpretatio ſomnii aperta, ceu ſeqvitur.

דִּי פְּשַׁר חֶלְמָא יְהוֹדְעֻנַּנִי:

Et ut ſolutionem ſomnii indicarent mihi.) Vel דִּי *qvi indicabunt mihi, &c.* Nimirum deſiderat ſomnii ſignificata non per conjecturas, qvales ſibi qvisq; facilè formare ex ſe poteſt, ſed per indubitata ac ſolida principia, qvæ & ſomniantē ipſum redderent *ἀμετάπτωτον*, & in-

Digitized by Google

& interpretes qvoq; futuræ eximerent pœnæ, ſi Regem deprehenſi fuiſſent circumveniſſe.

Poriſmata ex Verſu VI. (III.)

1. Mandata Magiſtratûs fieri debent cum ratione, circa res honeſtas, utiles, poſſibiles, &c.

2. *Sapientia* vera nobiliſſimum regni clinodium. At multi *Sapientum* Doctorumq; veniunt nomine, qvi nihil minùs in re præſtare poſſunt, qvàm qvod polliciti ſunt nomine.

3. Regum eſt, ante faciem ſuam admittere, liberamq; his dare audientiam, qvorum ſermonem proprium intereſt oretenus & coràm excipere. Qvi per alios ſive videt ſive audit, non poteſt non diverſimodè & falli & lædi.

בֵּאדַיִן עָלִּין חַרְטֻמַיָּא אָשְׁפַיָּא כַּשְׂדָּיֵא וְגָזְרַיָּא :

Tunc ingrediebantur arioli magiq; &c.) Solicitudinem nunc (γ) excipit conſeqvens geminum, videlicet tùm interpretatio usq; *ad v. 25.* tùm interpretationis adimpletio, *v. 25. ad 34.* Interpretatio rurſùs ſpectanda venit partim ut ariolis, magisq; impoſſibilis, *v. hôc 4.* partim ut Danieli ſoli perſpecta atq; facilis *v. 5. ſeqq.* Magiſtrorum Chaldaicorũ qvatuor recenſentur claſſes, Chartummim, Aſchaphim, Chaldæi (de qvibus *c. I, 20.*) & deniq; גָּזְרִין aruſpices, de qvibus *c. II, 27.* Hi omnes erant עָלְלִין *ingredientes*, (nota participium hoc verbi עֲלַל *ingreſſus fuit*, geminam habere lectionem, tàm ſecundâ radicali expreſsè poſitâ, qvàm defectivè, ſine eâdem,) h. e. copiam ſui fecére promptè, humiliter, obſeqviosè.

Versus (VII.) IV.

עללין

וְחֶלְמָא אָמַר אֲנָה קֳדָמֵיהוֹן

Et ſomnium narravi in conſpectu eorum:) Si conferamus cum actu hôc illum, cujus mentio fiebat *c. II, 2. ſeqq.* longè major hìc deprehenditur facilitas qvàm illic: Ibi namq; ipſa deerat interpretationis materia, ſive ſomniũ, qvod penitùs è memoriâ exciderat, ac inſtar mortui cujusdam à Chaldæis debebat exſuſcitari, undè etiam ſolam ſomnii petunt commemorationem, promtam poſtmodùm interpretationem polliciti ejusdem, *v. 4. 7. 11.* hìc verò loci ſomnium narratur exactè, neq; tamen ſic penes Chaldæos eſt, de interpretatione congrui vel ſolidi qvid proferre.

Digitized by Google

וּפִשְׁרֵהּ לָא־מְהוֹדְעִין לִי׃

Et ſolutionem ejus non indicavêre mihi:) An penitùs tacuerint, an, diſcrepantia de ſomniô protulerint interpretamenta, qvæ tamen eventus pòſtmodum conficta atq; falſa docuerit, non ſatis exactè ex verbis his concludi poteſt. Rex enim programma hoc intimavit multos poſt ſomnium â ſe viſum annos, adeoq; certior ex eventu jam erat redditus de interpretatione magorum futili ac nullâ, & de Danielis genuinâ. Qvapropter cùm ſolius meminit פִּשְׁרָא *interpretationis*, intelligere per eandem potuit eam, qvæ germana erat, & qvam ex ariolis prorſus non reſcivit, ſed, ut ſeqvitur, ex Daniele ſolô.

פשרא

Poriſmata ex Verſu VII. (IV.)

1. Summa in Deum verum eſt injuria, de ejusdem voluntate ac judiciis inſtantibus conſulere velle Diaboli, tanqvam hoſtis Dei infenſiſſimi, ſatellites, h. e. ariolos, ſagas, Cryſtallorum, ut vocantur, inſpectores, &c. Imò ridiculum eſt, ex mendaciorum patre diſcere velle veritatem, ex ignorante ſcientiã, &c. Id qvod Saulis, Pythoniſſam conſulentis, docet exemplum *1. Sam. XXVIII.* ut taceamus alia.

2. Vana eſt ſapientum mundi jactantia circa futuros eventûs, ex his illisve præſagiis determinandos. Utut Chaldæi antehàc in pollicendo nimis fuerint prompti, *c. II, 4.* ſuprà tamen vires ſuas id feciſſe præſens jam comprobavit eventus.

וְעַד אָחֳרֵין עַל קָדָמַי דָּנִיֵּאל

VERSUS IIX. (V.) *Donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meô Daniel:*) Hactenùs de interpretatione, ut Chaldæis impoſſibili, nunc de eâdem tanqvam Danieli apertâ atq; facili. Attende hìc interpretationis (α) tempus וְעַד אָחֳרֵין *donec tandem*; ubi diſſonantiam deprehendimus inter fontes, nec non *Vulgatam* ſeu Hieronymum; qvippè qvi reddidit *Collegam*, ſecutus, ut ipſe fatetur in Comment. tres reliqvos, (vid. Symmachum, Aqvilam, & Theodotionem, vertentes, συνλειτουργός,) cùm tamen LXX. nudè reddiderint, ἕως ἦλθε Δανιὴλ ὃ τὸ ὄνομα, &c. Vulgatum communiter ſeqvuntur Papiſtæ, Danielem opinantes dici collegam, qvomodò Conſul Romanus Conconſulê vocare ſolebat collegam, &c. Druſius *in Fragm.* conjicit fuiſſe poſitum ἕτερος, pro qvô *Hieronymus* legerit ἑταῖρος, cui etiam tanqvam homini humanum

ועד אחרין

qvid

qvid contigerit, & cui propterea condonandum, &c. Verùm qvomodo ἑταῖρος & συλλειτουργὸς apud Aqvilã commutari potuerint, nondum liqvet; qvanqvam ingenioſa ſit conciliatio vel alternatio vocabulorum ἑταῖρος & ἕτερος, præſertim ſi in Chaldæô אָחֳרָין acceptũ fuiſſet pro אָחֳרִי alius, qvæ vox adfuit, c. II, 39. & redibit infrà c. VII, 5. ſeqq. vel ſi legiſſet Græcus interpres אָחֳרָן alius c. II, 44. & c. III, 29. Adeoq; ut conjicit Lud. de Dieu in Animadv. alius denotaſſet collegam, ſed non Regis, verùm ariolorum, vel ſapientum. Qvicqvid ſit, in fontibus nihil hîc de collegâ reperimus; ſiqvidem vocula עַד valet usq;, & אָחֳרִין eſt particula temporis tandem, qvomodò אַחֲרֵי דְנָה idem eſt ac poſthac c. II, 29. 45. & אָחֳרֵיהוֹן poſt eos, c. VII, 24. Ita & hôc locô עד שבאחרונה בא (ita Jacchiades, Raſche, &c.) usq; poſtremò, vel donec tandem veniſſet. Qvem ſenſum genuinum nobiſcum etiam hîc fatetur Maldonatus. Dicis, qvî factum, qvòd Daniel ſomnii ſuperioris interpretatione adeò felici celebris, non primus, vel ſaltem unà cum reliqvis citatus fuit? Reſpondent interpretes: id factum vel ex Regis oblivione, vel Magorum cum Daniele, tanqvam peregrinô, ſuæq; idolomaniæ hoſte nil commercii habentium, ſegregatione; vel ſanè ex peculiari divinâ directione, ita ut hôc modô tantò clariùs innoteſceret Dei Iſraëlitarum veritas, præq; cunctis cæteris majeſtas, itemq; miniſtri ejusdem ſeu Prophetæ celſitas, nec non ſõmnii, (qvod ſi naturale fuiſſet, naturalibus etiam ſapientum mediis, aut ſagacitate exponi forsàs potuiſſet,) cœleſtis autoritas. Vide qvæ ſuprà annotavimus c. II, 13. ſic infra c. V. 8. denuò omitti videmus Danielem, cùm exponendum eſſet ſcriptum ænigmaticum, haut dubiè, qvia Danieli cum Magis nullum commercium; & qvia antiqvitùs hi ipſi ſapientiæ laudem ac præſumtionem pro ſe habebant, qvam cum depreſſione Judæorum tutati ſemper ſunt pro viribus; Satanâ etiam ſuum hîc ſimul peragente ſtrenuè pro ſuis miniſtris; ſiqvidem, ut fieri videmus, hodièq; conſvetudo, ubi ſemel radices egit, evelli aut emendari ſe patitur ægerrimè. Ubi ſuperſtitionibus diu adſveti fuerunt homines, etiamſi convicti ſæpiùs fuerint ineptiarum, ad vomitum tamen revertuntur facillimè. Atq; ſic & hôc locô unius Danielis pietas ac ſapientia facilè potuit rurſus obnubilari, utut ſemel atq; iterum fallacias Magorum detexiſſet. (β) Interpres ſomnii eſt Daniel, & qvidem עַל ingrediens in conſpectum Regis æqvè ut ſuprà c. II, 24. ſeqq. Deſcribitur is porrò, ut ſeqvitur, à nomine.

דִּי שְׁמֵהּ בֵּלְטְשַׁאצַּר כְּשֻׁם אֱלָהִי

Cui nomen Balthaſar, ſecundùm nomen Dei mei:) Qvia programma hoc regium tot nationibus inſcriptum erat exteris, meritò deſcribenda erat perſona, tantoperè de Rege regnóq; merita, à nomine non tantùm Judaicô, (*Daniel,*) qvod inter ſubditos minùs celebratum, ſed & Chaldaicô *Balthaſar*, utpote qvod uſitatum fuerat hactenùs unicè in regnô, atq; adeò ſubditis univerſis atq; ſingulis familiare. De nomenclatione autem hâc ipſâ videatur *c. I, 6.* item qvæ hîc contra *Epiphanium* ac *Dorotheum* affert *Sanctius*, Danielem ſcil. nec commune cum filiô regiô nomen habuiſſe, nec cohæredem ejus conſtitutum fuiſſe. Ridiculam Alabaſtri, *in Appar. Revelationum Jeſu Chriſti p. 205.* deductionem, qvi *Daniel* exponit *judicantem per diviſionem vocum*, & Belſazar *per vocum divulſionem judicium formantem*, indignam cenſemus refutatione. Qvi tempus malè vult locare, argutias ejus ſcurriles ſuper ſomniô hôc poterit legere. *p. 202. & ſeqq.* Dum verò diſertè Nebucadnezar *Belum* hîc vocat adhuc *Deum ſuum*, ſatis prodit, ſecundùm nonnullos, inveteratum idololatriæ malum, qvod nunqvam, vel tamen ægerrimè deſerit id, cujus venerationi ſemel adſvevit. Dici tamen poſſet, Regem phraſi hâc reſpexiſſe illud ſolùm tempus, qvô nominis facta erat impoſitio: Tunc namq; Bel adhuc Nebucadnezaris erat Deus; unde tamen non ſeqvitur, qvòd etiam nunc, cùm intimatio hæc promulgaretur, eâdem in ſententiâ perduraverit Rex, tàm inſigni miraculô ad ſolum atq; unum Iſraëlis Deum converſus; Ita *Aravna* appellatur Rex *2. Sam. XXIV, 23.* non qvòd tunc talis eſſet, ſed qvia anteà fuerat: Ita Matthæus vocatur publicanus *Matth. X, 3. c. IX, 9. &c.* qvod dicendi genus Logici appellant orationes ampliativas: Vide D. Danhav. *Tract. de Inter. p. 103.* Atq; hæc ſententia poſterior placet etiam *Pererio*, qvi hæc addit: *Dei, qvi à me pridem colebatur.* Item ex modernis, *Raupio, Tirino* (ad fin. cap. qvi etiam Regem tandem inter beatos relatum cenſet,) id qvod ipſum operoſiùs probat Pererius *p. 353. ſeqq.* & poſt eum repetit Cor. à Lap. *ad verſ. 34.* Sic etiam *Liran. Dionyſ. Carth.* Qvanqvam in idololatriâ Nebucadnezarem perſeverâſſe cenſeant *Polanus, Calvinus* fol. 43. b. *Belga*; item *Sanctius* fol. 206. *Menochius, & alii.*

וְדִי

וְדִי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בֵּהּ ·

Qvi habet ſpiritum Deorum ſanctorum in ſemetipſo:) Verbotenùs: *& in qvô eſt ſpiritus Deorum ſanctorum.* (Grammaticam Pronominum apud Orientales ſtructuram pleonaſticam tædet repetere, de qvâ alibi fuſiùs.) Altera hæc eſt Danielis deſcriptio à prærogativâ ſingulari, h.e. ab inhabitatione Spiritûs S. qvi eundẽ afflaverat, qvi peculiari modô ejus illuminabat intellectum , gubernabat conſilia, impellebat ad ardua, à noxiis arcebat, &c. qvomodo Stephanus Spiritu Dei erat plenus *Actor. VI, 10.* aliiq; viri Dei plures. Haut dubiè autem hauſit hæc Rex ex Theologiâ Iſraëliticâ, per Danielem pluribus expoſitâ, de Spiritu nimirum Dei Prophetas ſingulariter afflante, movente, illuminante, & omnis generis donis ſpiritualibus exornante; Conf. *Gen I, 2. c. VI, 3. 2. Sam. XXIII, 2. 1. Reg. XXII, 24. 2. Reg. II, 16. Eſa. XLII, 1. cap. XLIV, 3.* &c. Huc *Pſalmus XXXIII, 6. Pſal. CXXXIX, 7. Pſal LI, 13. Eſa LXIII, 10. 11.* (ubi *Spiritus ſanctitatis* dicitur, &c.) Atq; ſic in ſingulari expreſſerunt LXX. ὃς πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν ἑαυτῷ ἔχει. Sicut verò *Deorum ſanctorum*, (ſi ſecundùm numeri pluralis proprietatem efferri debent vocabula Chaldaica אֱלָהִין קַדִּישִׁין) hîc fit mentio, ita & infrà eadem redit locutio *v. 6. 15. cap. V, 11.* Et ne excipias, ob pluralem numerum gentilitiô exponenda hæc eſſe ſenſu, en, expreſſum de Deô verô locum, *Joſ. XXIV, 19. qvia* אלהים קדשים *Deus ſanctus* הוא *ipſe* (eſt). Intereà haut diffitemur, non paucos hæc dicta opinari *errore gentilium, qvi* (verba referimus Hieronymi,) *qvicqvid ſuper ipſos cernebant, Deos arbitrabantur.* Ita *Polanus, Calvinus, Sanctius, Maldonatus, &c.* Adeòq; ut Spiritus agitare credebatur Pythones, Sibyllas vatesq; alios, ἐγγαστρομύθους, (Spiritum viſceribus incluſum qvaſi ſecum geſtantes,) qvam impletionem docet *Oecumenius* exponens puellæ Pythoniſſæ conditionem, *Act. XVI.* nec non Scholiaſtes *Ariſtoph. in Pluto* : Ita etiam Nebucadnezar opinari potuit, Danielem hujusmodi Spiritu agitari, & qvidem bonô, vatidicô ac verace, cùm reliqvi Magi ſpiritum haberent Deorum malorum, inferiorum, fallacium. Verùm, licèt ſenſum hujusmodi gentilem phraſi huic accommodari poſſe non denegemus, vero tamen haut eſt ſimile, Regem ſummi veriq; Dei laudes nunc unicè intendentem, (*v. 34.* nec non *c. III, 99. 100.*) tàm erroneum adhuc dogma ſecum foviſſe, vel Danielem id ipſum approbâſſe.

וְחֶלְמָא

Digitized by Google

וְחֶלְמָא קֳדָמוֹהִי אַמְרֵת׃

Et ſomnium coram ipsô locutus ſum.) Inchoat hîc (γ) ipſa ſomnii narratio, *tùm* generatim, ut h. l. *tùm* ſpeciatim qvoad verba formalia, *v. ſeqq.*

Poriſmata ex Verſu VIII. (V.)

1. Virorum benè de nobis meritorum facilè obliviſcimur, ſi operâ eorundem aliqvandiu carere potuimus; Qvalis eſt ratio fornacis ſuperatâ hyeme, talis etiam Heroum bellicorum tempore pacis, Medicorum, dum proſperâ fruimur valetudine, Præceptorum, dum ipſorummet non indigemus porrò informatione, &c. Ad Dei ſervum nunqvam deveniſſet Nebucadnezar, niſi extremâ adactus neceſſitate; ſic hodièq; ad Dei ſervos appropinqvamus ægerrimè.

2. Spiritûs S. ut titulus, ita ſalutare etiam in converſione opus, hautqvaqvam gentes penitùs latuit, modò non Satanæ Satanicisq; artibus majorem ſemper habuiſſent fidem, mundo, carni ac tenebrarum operibus ſtrenuè indulgentes, &c.

3. Daniel gentile nomen (Balthaſar) cùm mutare non poſſet, patienter tulit: æqvè ut hodiè perferenda ſunt non pauca â piis mentibus, qvæ mutare tamen exoptant laborantq; qvàm maximè.

VERSUS IX. (VI.) בֵּלְטְשַׁאצַּר רַב חַרְטֻמַיָּא *Balthaſar Princeps ariolorum.*

Inchoant jam verba narrationis formalia, ita ut (α) Danielis præcedat cōpellatio, (β) fiduciæ de eōdē expoſitio, conceptæ (γ) deſideratæ interpretationis poſtulatio. Qvoad (α) *compellationē*, recurrit hîc inſignis dignitas, dum Daniel *ariolorū Princeps* dicitur, reſpectu haut dubiè habitô ad præfecturam illam, cujus mentio præceſſit c. II, 48. *conſtituit Danielem Nebucadn. Principem ſuper omnes provincias Babel, & præfectum Magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babel.* Qvare qvæ illic notata ſunt, repeti hîc poſſunt; item, qvæ *verſ. 2.* ibidem de חַרְטֻמִּים *ariolis*, jam adfuerunt. Neqvaqvam autem conjectura hinc debet fieri, ac ſi Daniel ariolis præfuerit, tanqvam parium cum illis artium, præſtigiarumve ſectator, verùm, qvòd palmam illis præripiebat omnibus, qvoad rerum arcanarum revelationem, prout ſeqventia verba id mox commonſtrant. Imò præfuiſſe etiam videtur hâc cum auctoritate, ut qvæ ipſe artium Magicarum ſtudia aut exercitia improbaret, arioli etiam coacti fuerint intermittere, aut occultè ſolummodò ac furtim eadem tractare, vid. infrà *cap. V, 11.*

די

דִּי אֲנָה יִדְעֵת דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בָּךְ

Qvoniam ego ſcio, qvòd Spiritum Sanctorum Deorum habeas in te.) Deſcribitur hîc (β) peculiaris in ſagacitatem Propheticam fiducia, tùm ratione Autoris, qvi eſt Spiritus Sanctus, tùm ratione effectuum, qvi ſunt qvorumvis ſecretorum penetratio. *Novi,* vel *ſcio ego,* inqvit Rex, ſc. experientiâ edoctus evidentiſſimâ, & qvidem non ſemel, ſed creberrimè. Deprehenderat enim Nebucadnezar prærogativam hanc non ſolùm in primô poſt informationem examine, de qvô cap. I, v. 20. *& in omni verbô ſapientiæ & intelligentiæ, qvod ſciſcitatus eſt ab eis Rex, invenit eos decem partibus ſupra omnes genethliacos, &c.* Neq; etiam ſolùm in ſingulariſſimâ illâ ſomnii penitùs obliterati reſuſcitatione. *c. II, 28. ſeqq.* qvam ſubſeqvebatur tùm temporis evectio Danielis ſupra cunctos ſapientes cæteros, *v. 48.* verùm non potuit nō creberrimè hoc ipſum colligi è tot familiaribus Danielis cum Rege colloqviis, & tot conſiliis arduis, negotiorumq; commiſſorum expeditionibus planè admirandis. *De Spiritu Deorum Sanctorum* mentio præceſſit *v. 8.* de voculâ autem דִּי *qvem* ſcio, דִּי *qvòd* ſpiritus Deorum ſanctorū in te, vide ſîs Lud. de Dieu *animad. ad hunc locum,* qvi ſimilem allegat Ebraiſmum *Eſai. II, 3. &c.*

וְכָל־רָז לָא אָנֵס לָךְ

Et omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi:) Emanat hoc haut dubiè ex privilegiô modò memoratô, adeò ut Spiritûs inhabitantis gratiâ potuerit Daniel difficillima qvæq;, cunctorumq; mortalium ingeniis inſuperabilia feliciter penetrare. Id namq; vult nomen רָז *ſecretum, arcanum,* de qvô *c. II, 18. 19. 27. 29. 30. 47.* Idipſum רז
verò ſecretum non לָךְ אָנֵס *cogit* vel angit *te,* inqvit Nebucadnezar: hoc eſt illicò labore à te facili ſuperatur, cùm alii curis ſe excruciant abſumuntq; fruſtrà. Non redit hæc vox אנס in ſacrô codice, niſi ſemel adhuc Eſt. I, 8. *potatio erat ſecundùm legem, non erat* אֹנֵס *cogens.* אנס
Chaldæis autem infreqvens id ipſum non eſt, qvippè qvibus valet *vim aut violentiam inferre, diripere, depopulari, opprimere,* ut *1. Sam. XII, 3.* uſurpatur pro Ebr. רַצּוֹתִי *contrivi* vel oppreſſi. Vide item *Eſ. LII, 4. Ez. XXII, 7. Habac. II, 9. Jud. V, 11. Amos IV, 1.* Proindèq; removetur hôc locô omnis moleſtia, defatigatio aut diſpendium, qvale aliàs creari ſolet viris eruditis, cùm rerum arduarum diſcuſſioni omnes ingenii ſui impendunt vires, neq; tamen iis ipſis qvicqvam poſſunt proficere.

Digitized by Google

ficere. Qvia verò (ſicut obſervat hôc locô *Lud. de Dieu*) ap. Chaldæos & Arabes *difficile* uſurpatur pro *impoſſibili*, (ut *Luc. I, 37. ὀυκ ἀδυνατήσει*,) ideò *Vulg.* non male reddidit, *impoſſibile*, qvod Ebræi aliàs dicerent פְּלָא.

חֶזְוֵי חֶלְמִי דִי חֲזֵית וּפִשְׁרֵהּ אֱמַר׃

Viſiones ſomniorum meorum, qvas vidi & ſolutionem earum narra:) Nunc demùm (γ) poſtulatum ipſum ſeqvitur, qvô Rex interpretationem ſui ſomnii deſiderat. Ais; ſi ſolam interpretationem, cur præmittitur: *Viſiones ſomniorum meorum, qvas vidi, narra?*
ו ſign. id eſt. Cur per copulam ו viſionibus annectitur וּפִשְׁרֵהּ *& interpretationem ejus?* Reſpondetur copulam hôc locô qvodammodo redundare, vel exponi poſſe per *id eſt*, cujusmodi exempla ſunt: *1. Sam. XVII, 40.* poſuit lapides in inſtrumentô paſtorali, *& in perâ*, pro, *hoc eſt in perâ.* c. XXIIX, 3. ſepeliverant eum in Rama וּבְעִירוֹ *& in civitate ſuâ*, pro *hoc eſt in civitate ſuâ.* Jer. XXXIV, 21. tradam in manum inimicorum וּבְיַד *h. e. in manum* copiarum Regis Babel. vid. Tarnov. *ad Zeph. I, 4. & Zach. IX, 9.* vel juxta alios ſubintelligi poteſt verbum: *viſiones ſomnii mei* (audi,) *& interpretationem ejus dic mihi.* verùm hoc duriuſculè. Qvod verò ſomnium ipſum à Daniele ſibi recenſeri hautqvaqvam Rex poſtulaverit, ſed ſolam ſomnii interpretationem, conſtat ex ipſâ relatione *v. 7. ſeqq.* imò *v. 15.* ſomniô jam plenè commemoratô nil niſi ſola poſcitur interpretatio. Deniq; *Viſio* metonymicè idem eſt, ac res viſione ſignificata.

Poriſmata ex Verſu IX. (VI.)

1. Titulis honorari, mentibus fidelium verèq; humilium eſt onerari. Principem ariolorum, nec non Beli theſaurarium ſe appellari haut dubiè ægrè tulit Daniel, interim ſic decernente Rege mutare illud non potuit. Vox Chriſti ſemper in cordibus piorum reſonat: *Vos ne vocemini*, (ex ambitioſâ titilatione Phariſaicâ,) *Rabbi, unus enim eſt Doctor veſter Chriſtus. Omnes autem vos fratres eſtis; & patrem veſtrum neminem vocetis in terris, unus enim eſt pater veſter, qvi in cœlis eſt.* Matth. XXIII, 8. 9.

2. Chriſtianum etiam præeſſe poſſe gentilibus, contra Anabaptiſtas docet exemplum Danielis, qvi præerat Magis gentilibus.

3. Qvisq; ſpiritum Dei ſanctum in ſe habere geſtiat, ſuſpiriisq; ſemper

Digitized by Google

ſemper fervidis expoſcat, qvanqvam non qvoad dona Danielis prophetica extraordinaria ſeu miniſtrantia, attamen qvoad dona ſanctificantia & ordinaria. *An non noſtis*, ait Paulus 1. Cor. VI. 19. *qvòd corpus veſtrum templum eſt Spiritûs ſancti, qvi eſt in nobis, qvem habetis à Deô, neq; eſtis veſtri juris?*

4. Qvod unum extremis modis defatigat, alteri merus eſt qvaſi ludus. Arcanum qvodlibet Danieli tàm erat facilè, qvàm aliis vulgaria; in promtu ratio, mentem ipſius illuminabat peculiaris cœli gratia, qvâ abſente penes alios mera remanebat caligo. Ut oculi corporis in qvibusdam perſonis remotiſſima qvæq; cernunt, evidenter & acutè, qvæ alii vix multis aſſeqvi valent teleſcopiis artificioſis; ſic perſpicacia ingenii qvàm maximè variat, pro ratione tùm naturalis aptitudinis, tùm ſupernaturalis gratiæ, donorumq; cœlitùs conceſſorum.

5. Utut qvivis pius gratâ qvietâq; mente agnoſcat dona in ſe cœlitùs repoſita, (Deus namq; eſt, qvi pro lubitu talenta ſua diſpenſat *Matth. XXV.*) illicitum tamen intereà hautqvaqvam eſt, *ambire dona potiora*, 1. Cor. XII, 31. modum emergendi percipies ex c. ibid. ſubſeqvente XIII.

וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי עַל־מִשְׁכְּבִי *Viſio capitis mei in cubili meô.* VERSUS X. (VII.)

Abſolutis præparatoriis genuina nunc demum ſomnii conditio, ſeu res ipſa viſa ſeqvitur. In fontibus eſt וְחֶזְוֵי *& viſiones*. Ubi rurſus ו copulans agit qvodammodo otium, niſi forſas exprimere velis, *& qvidem*. Junius reddidit, *igitur*: Pagninus *autem*; Lud. de Dieu nobiſcum cenſet ו redundare; ſicut non rarò in librorum initiis. Porrò Pluralis adhibetur ob rerum in ſomniô viſarum copiam, varietatemq;, æqvè ut *c. II, 28.* ex qvô ipſô locô ſimul conſtabit, Ellipſin hìc eſſe Pronominum demonſtrativorum, h. m. *& qvidem viſiones capitis mei ſuper cubiculô meô* דְּנָה הִוּא *bujusmodi* (erant.) Non enim cohærere hæc cum ſeqvente *videns fuit*, evidenter docet interpoſitus accentus athnach, qvippe qvi finem hìc facit membri prioris in verſiculô præſente. Unde etiam *de Dieu* accipit tanqvam Nominativum abſolutum: *qvod ad viſiones capitis mei* (attinet,) *videbam*, &c. (Vau redd. & qvidem)

חָזֵה הֲוֵית *Videbam.*

Videlicet interiori phantaſiæ ſpeculatione, ut ſuprà jam adfuit *cap. II, 31. 34.*

וַאֲלוּ אִילָן בְּגוֹ אַרְעָא *Et ecce arbor in mediô terræ.*

Contenta ſomnii ipſius nunc inchoant, ita, ut recenſeatur tùm (α) arboris viſæ conditio *v. 7. 8. 9.* tùm (β) ejusdem denunciata ſucciſio,
אלו *v. 10. 11. 12. 13. 14.* (α) Arbor ipſa, præmiſſâ excitandi particulâ אֲלוּ *ecce*, peculiariter notata, (æqvè ut ſtatua ſuperior *cap. II, 31.*) appellatur אִילָן, qvæ vox extra caput hoc Danielis non occurrit; apud paraphraſtas autem adhibetur locô Ebræi עֵץ *arbor ſive lignum*, v. g. *Gen. I, 11. 12. 29.* de arbore frugiferâ, *c. II, 5.* de arbore agreſti *Pſal. XCVI, 12.* ſylveſtri, *1. Reg. XIV, 23.* frondosâ, &c. Et cùm ſatis eadem h. l. deſcribatur, non opus eſt, pluribus de arboris ſpecie certâ nos porrò eſſe ſolicitos. *Maldonatus* meminit qvercûs aut roboris; qvod qvàm congruat cum eſcâ cunctis volucribus beſtiisq; ſufficiente, non ſatis cernitur. Unde conſultiùs exiſtimamus, ad nullam referre ſpeciem certam, ſed in phantaſiâ talem qvaſi formatam eſſe, qvæ congrueret præſenti ſcopo.
גוא Deſcribitur antê eadē ratione (א) *loci*, qvòd fuerit *in mediô terræ*. Aliàs eqvidem גוֹ *medium* pleonaſticè qvodammodò adhiberi ſolet, ita ut v. g. *in mediô maris*, idem ſit, ac in mari, vel non extra mare, *in mediô terræ*, h. e. intra terram. Verùm hôc locô non citra emphaſin hoc ipſum adhibetur, ſiqvidem tùm conſpicuam ubivis eminentiam, tùm æqvale per omnes terræ lineas, velut è centrô emanans imperium deſcribi, eſt veroſimile. De notoriâ rei *in mediô terræ* conſtitutæ, atq; adeò omnibus conſpicuæ, celebritate, vide sîs *Exod. IIX, 22. c. X, 1. Deut. XI, 4. 6. Joſ. XXIV, 5. Pſal. LXXIV, 12. Ezech. V, 5. &c.* Vocem גוא *medium* v. g. ignis vel fornacis, jamjam vidimus *c. III, 6. ſeqq.* Salſè nimis *Originem* & *Hieronymum* ridet h. l. *Calvinus*, qvòd Hieroſolymam cenſuerint in mediô terræ ſitam; qvorum tamen mentem non incommodè declaravit in Itinerariô ſuô *Buntingius*, *aliiq;*. Non procul abeſt *Abarbinel*, qvi Babelem hîc dicit Hieroſolymæ vicinam; proindeq; cùm ambæ hæ in meditulliô terræ habitabilis ſint ſitæ, idcircò vocem גוא *medium*, huc cenſet reſpexiſſe; ſed res hæc cùm à textu noſtrô ſit nonnihil aliena, meritò jam prætermittitur. Conſulat intereà, qvi vult, de hâc materiâ D. Joh. H. Urſini *lib. I. Anal. p. 224.* Item qvæ notantur ad *Jud. IX, 37. & Ezech. XXXVIII, 12.*

וְרוּמֵהּ שַׂגִּיא *Et altitudo ejus nimia.*

Ratione (ב) qvantitatis dicitur *procera*: ſiqvidem tribuitur ipſi
רום *altitudo*, qvalis ſuprà tribuebatur ſtatuæ, ulnarum ſcil. LX. *cap. III, 1.*

Digitized by Google

III, 1. Hic verò prædicatum ſuperadditur שַׂגִּיא *abundans, magna,* non facilè menſurabilis, aut cum aliis ſui generis comparabilis. Qvomodo eandem hanc vocem habuimus de imagine itidem magnâ, *c. II, 31.* item de donis amplis, *v. 48. &c.*

רְבָה אִילָנָא וּתְקִף *Magna arbor & fortis:* VERSUS XI. (IIX.)

Pertinet & hoc ad qvantitatem modò memoratam, & qvidem verbum hîc poſitum רְבָה pro qvô LXX. habent *ἐμεγαλύνθη*, idem eſt ac *crevit*, auctus fuit menſurâ ac robore, qvomodo hoc ipſum verbum redibit *v. 19.* In Pael רַבִּי *magnificavit*, adfuit *c. II, 48.* Denotatur itaq; ſenſibile qvoddam arboris *hujus ipſius*, (id namq; א emphaticum, qvod verſu præcedente non aderat, expoſcit in voce אִילָנָא) incrementum, à ſomniante Rege obſervatum, adeò, ut in ſtatu primitùs viſô non permanſerit, ſed ſubindè & altior & craſſior & amplior evaſerit. (ב) ratione qvalitatis dicitur וּתְקִף *& fortis*, vel dura *fuit:* תקיף
Hujusmodi enim durities colligitur ex nomine תַּקִּיפָא *durus*, inſtar ferri *cap. II, 40.* qvod ipſum epitheton aſſignatur regno *ibidem v. 42.* Ita de ſpiritu ad ſuperbiam induratô legitur c. V, 20. *et ſpiritus ejus* תִּקְפַת *induratus eſt ad ſuperbiam.* Vide inſuper *cap. IV, 19. 27. c. VI, 8.* Hic itaq;, qvando de arbore enunciatur, mens eſt, eandem non fuiſſe fragilis naturæ, qvomodo ligna qvædam facili labore confringuntur, ita ut venti pauliſper acriùs flantes ramos decutiant, &c.

וְרוּמֵהּ יִמְטֵא לִשְׁמַיָּא *Et proceritas ejus contingens cælum:*

Recurrit ſermo ad qvantitatem, de qvâ *v. 7.* ita ut non ſufficiat רוּמֵהּ *altitudinem ejus* dixiſſe nimiam, verùm cùm *creverit*, v. 8. factum fuit, ut *nubes* (qvæ per *cælum* indicantur,) viſa fuerit contingere. Ita namq; hyperbolicè qvodammodò dici in ſacris ſolet, v. g. de navigantibus Pſal. CVII, 26. *adſcendunt usq; ad cælum, deſcendunt usq; ad voragines:* Item de clamore in cœlum adſcendente, *1. Sam. V, 12.* de ædificiô, *Gen. XI, 4.* de civitatis muris, *Deut. I, 28. & c. IX, 2.* ita *Job. XX, 6.* de hypocritâ dicitur; *ſi adſcenderit usq; in cælum ſublimitas ejus, & caput ejus nubem attigerit,* &c. R. *Saadia* annotat, dictô hôc reſpici ad illud, qvod faſtuoſus hiccce Rex dixerat in corde ſuô: *Adſcendā ad excelſa nubium,* Eſa. XIV, 14. שמיא

וַחֲזוֹתֵהּ לְסוֹף כָּל־אַרְעָא:

Aſpectus illius erat usq; ad terminos univerſæ terræ:) Conſeqvi-

Digitized by Google

ſeqvitur hoc ex præcedente: Qvòd ſi namq; ad cœlum pertingit aliqvid, conſeqvens eſt, illud longè latèq; conſpici ab aliis, procul etiam habitantibus, poſſe. In Chald. eſt nomen חֲזוֹתֵהּ *aſpectus*, qvod nomen
חֲזוֹתֵהּ aliàs communiter deſinere ſolet in ſchurek, ut, *Job. XX, 8.* ſicut חֶזְיוֹן *viſio noctis*, Eſth. II, 2. *pulchra* בְּמַרְאֶה *aſpectu ejus*. R. Saadia exponit per vocabulum Ebr. מַרְאֵהוּ *aſpectus ejus*. Theodotion: *καὶ τὸ κύτος αὐτοῦ*, & altitudo ejus, de qvâ verſione vide ſîs Druſii *fragm. ad h. l.* Chryſoſtomus *κύτος* exponit *τὴν κατὰ πάντων ἔκτασιν*, h. e. *expanſionem ſuper omnes*. AbenEſra aliud adhibet vocabulum Ebræum סְעִיפָיו *prominentia ejus*; qvomodo *cap. IIX, 5.* mentio fit *cornu* חָזוּת *viſionis*, h. e. *aſpectabilis* ſeu longè prominentis.

VERSUS XII. (IX)

עָפְיֵהּ שַׁפִּיר *Folia ejus pulcherrima.*

עָפְיֵהּ Succedunt (ד) arboris adjuncta, videlicet *frondes*; in textu eſt עָפְיֵהּ folium ejus: ubi nomen עֳפִי (qvod non niſi in *hôc capite verſu XI. & XIIX.* redibit,) in genere eſt *herba* vel *germen*, in ſpecie *flos aut folium*, v. g. in paraphraſte Syrô, *1. Pet. I, 24. Ebr. XII, 15. Pſal. XC, 6.* adeò ut cognatio qvædam ſit cum Ebræô עָנָף *ramus*, vel qvomodo *Pſ. CIV, 12.* de avibus ſcribitur, qvòd inter עֳפָאיִם *frondes, vel ramos cantillent*. Hîc tamen meritò accipimus pro *foliô vel fronde*, uti ſentit etiam poſt *Vulgatum Jacchiades, Lud. de Dieu, atq; alii*; qvippe mox *ramorum* aliâ ſub voce עָנָף fit mentio membrô proximô, & *v. 11.* Intereà per *ramum* exponant *R. Nathan* in Concord. *R. Salomon, AbenEſra, Junius, Piſcator, Genevenſis, Pagninus*, &c. Et qvidem nomen hoc in ſing. poſitum collectivè totam frondium undiq; exornantium copiam deſignat, ita qvidem, ut prædicetur de foliorum qvolibet, qvòd fuerit שַׁפִּיר *elegans, formoſum*; qvod adjectivum infrà *v. 18.* nec alibi, reperitur. Verbum verò שְׁפַר *pulcher vel conveniens fuit*, jam adfuit *c. III, 32.* & in Ebr. שָׁפַר ſimili occurrit ſenſu *Pſal. XVI, 7. Job. XXVI, 13.* unde etiam שֶׁפֶר *elegantia vel pulchritudo*, Geneſ. XLIX, 21. De re ſignificatâ per hæc folia vide *infrà v. 18.*

וְאִנְבֵּהּ שַׂגִּיא *Et fructus ejus nimius:*

Commendatur porrò arbor hæc (ה) ab effectibus, fructu nimirum copioſô. Vocatur is אִנְבֵּהּ à rad. אֲבַב *fructum protulit*. Unde eſt אִבְּבָא *fructus, proventus*: & τῷ dageſch in ב reſolutô, אִנְבָּא, qvod pro Ebr. פְּרִי *fructus*, adhiberi ſolet, *Num. XIII, 27. Deut. VII, 13. c. XXIIX, 11. 18.* &c. Et cùm nomen hoc generale ſit, colligi

ligi illinc neqvit, an hîc poma, pira, ceraſa, ficus, nuces, vel aliud qvid intelligi debeat; ſufficiat, fructus iſtos non parcè fuiſſe à Rege viſos, verùm fuit ille proventus שַׂגִּיא *copioſus*, de ſingulis ramis pendens in magnâ copiâ.

וּמָזוֹן לְכֹלָּא בֵהּ *Et eſca univerſorum in eâ:*

Seqvuntur (1) uſus, ſeu commoda ab arbore hâc profecta, videlicet tùm alimentatio, tùm habitaculi & protectionis, ſeu inumbrationis præbitio. מָזוֹן (à rad. זון *alere,*) generatim eſt *alimentum*, qvô corpus animale nutriri poteſt, uti Ebr. qvoq; codex eandẽ adhibet vocem *Gen. XLV, 23.* ubi *de frumentô & pane* וּמָזוֹן *& alimentô* à Joſephô Patri ſuo miſſis agitur: Item *2. Paralip. XI, 23.* de alimentis, filiis regiis copioſè præbitis. Hujusmodi igitur alimentum vidit Rex ex arbore hâc præberi לְכֹלָּא *univerſitati*, h. e. animantibus qvibuslibet, qvorum mox ſubjicietur mentio. מזון

תְּחֹתוֹהִי תַּטְלֵל חֵיוַת בָּרָא

Subter eam habitabant animalia & beſtiæ:) Alterum hoc eſt commodum, habitatio videlicet ſecura, indicata verbô תַּטְלֵל *umbram captabat*, à rad. טְלַל Ebr. צָלַל *obumbravit.* Adeoq; per *umbram* tùm protectio adverſus ſolarem æſtum injuriasq; alias, tùm ſvavis refectio, viriumq; collectio innuitur. Fruens hâc umbrâ eſt חֵיוַת בָּרָא *beſtia agri*, qvod ipſum *Vulgatus* tanqvam duo ſeorſim poſita & per copulam connexa, (*animalia & beſtiæ*) reddidit, cùm tamen in Chaldæô ſit ſtatus regiminis, velut ipſa hæc duo nomina in eâdem affuêre ſtructurâ c. II, 38. *ubicunq; habitant homines*, חֵיוַת בָּרָא *beſtia agri & volucres cœli, dedit in manum tuam*, proindeq; intelliguntur hîc animacla omnis generis, leones, urſi, cervi, apri, &c. טלל

וּבְעַנְפוֹהִי יְדֻרוּן צִפְּרֵי שְׁמַיָּא

Et in ramis ejus converſabantur volucres cœli:) Sicut ſub arbore jam vidimus accolas, ita ſupra eandem nunc producuntur nidulantes, *volucres* nimirum *cœli*, h.e. ſub cœlô vel in aëre liberrimè divagantes: *cœlum* enim pro aëre, & non pro æthere, poni in phraſi hâc abundè conſtat ex *Pſal. IIX, 9. Pſal. LXXIX, 2. Pſal. CIV, 12. Dan. II, 38.* &c. De his enunciatur, qvòd יְדֻרוּן *habitaverint*; ubi varietas lectionis à Maſorethis deprehenſa eſt, dum qvædam exemplaria legerunt absq; דרן

abſq; ו in formâ fœm. יְדֻרָן, alia verò in maſc. יְדוּרוּן. Senſui decedit nihil, mens qvippe eſt; volucribus conceſſam in hâc arbore fuiſſe reqviem conſtantem, adeò ut nidos ibi conſtruere, contra aëris injurias illic latitare; nec non pullos excludere potuerint pro lubitu. Per volucres has *R. Saadia* intelligit Iſrëlitas, per beſtias autem, gentiles reliqvos, in Babel captivos. *Oecolampadius* per ramos deſignari putat Principes potentiſſimos, per fructus autem, annuos proventus, qvos ſponte populus perſolvebat, & ut dona Regi offerebat. *Græci*, ut idem habet, per ramos exercitum, per aves Principes ſummos, per beſtias gentes ſubditas accipiunt. *Ammonius* fructus propter idololatriam dicit adfuiſſe multos, ſed non dulces, ob eloqviorum Dei defectum, &c. At Allegoriæ hæ nimis incertæ, nec adeò ad rem neceſſariæ; vide tamen infrà *v. 18.*

וּמִנֵּהּ יִתְּזִין כָּל־בִּשְׂרָא׃

Et ex eâ veſcebatur omnis caro:) Majoris evidentiæ cauſâ repetitur id, qvod paulò ante jam adfuit, ita tamen, *ut* locô vocis
בשרא כֹּלָּא *univerſitas*, nunc paulò pleniùs dicatur כָּל־בִּשְׂרָא *omnis caro*, putà, animata, ex qvadrupedibus videlicet & volucribus hactenus commemoratis conſtans. Homines namq; comprehendi hîc non eſt veroſimile, cùm iidem per feras volucresq; in ſomniô fuerint figurati. *Carnem* autem pro carne animatâ poni per ſynecdochen, non opus eſt pluribus probare. Deinde nomen מָזוֹן *alimentum* modò memoratum, reſolvitur hîc in verbum Ethpeal יִתְּזִין *alebatur*, de cujus formatione Buxtorff. *p. 153. Gr. Chald.*

חָזֵה הֲוֵית בְּחֶזְוֵי רֵאשִׁי עַל־מִשְׁכְּבִי

VERSUS XIII (X.) *Videbam in viſionibus capitis mei ſuper ſtratum meum:*) Hactenùs inde à *v. 7.* arborem vidimus depictam, nunc eandem cernimus (β) ut ſuccidendam. Exhibetur verò rurſus tum ſuccifionem denuncians *v. 10.* tùm ipſa ſuccifionis denunciatio, *v. 11. ad 14.* Sicut autem *v. 7.* præmittebatur; *viſiones capitis mei ſuper cubili meô* (qvod attinet,) *videns fui*, &c. ita hîc denuò tranſpoſitis ſaltem verbis, eadem repetitur intimatio ante ſuccifionem, fortè, qvia ſpatium qvoddam inter utramq; viſionem interceſſit: *videns fui in viſionibus capitis mei ſuper ſtratô meô, & ecce, &c.*

וַאֲלוּ עִיר וְקַדִּישׁ מִן־שְׁמַיָּא נָחִת

Et ecce vigil & ſanctus de cælô deſcendit.) Denunciantis hic

Digitized by Google

[illegible] (a) officium, dum vocatur עִיר h. e. ſecundùm Aqvilam
& Symmach. ἐγρήγορος vigil, excubias agens, ab עור evigilare;
[illegible] qvoq; legitur עֵר vigilans, Cant. V, 2. cor meum עֵר vigi-
[illegible] II, 12. ſuccidet Dominus virum illum, qvi fecerit hoc, עֵר
[illegible] & reſpondentem de tabernaculô Jacob: In Daniele noſtrô
[illegible] 14. & 20. recurret. Servatâ elementorum ע & צ alterna-
tione [illegible] et etiam reduci ad Ebr. צִיר legatus; de qvâ voce Prov. XIII,
17. [illegible] XV, 13. LXX. AbenEſra, R. Salomon, Jacchiades exponunt de
[illegible] qvòd ſecundùm R. Moſen Maim. idem corpore deſtitutus,
[illegible] vigilet, nec unqvam dormiat. Addimus nos indefeſſum
[illegible] ſterium, dum angeli ſemper adſtant Creatori ſuo, ejusdem
[illegible] excubitorum expectantes, nec non dormientium piorum
cuſtodiæ [illegible] tes Pſal. XCI, 11. & CIII, 20. Qvapropter etiam ple-
ni oculis apparent Ezech. I. R. Saadia accipit hæc de [illegible] קוֹר filiâ
vocis, [illegible] מִתְעוֹרֶרֶת excitante à Sanctô per aërem demiſsâ ad
ex[illegible] arborem: Adjiciens tamen interpretationem adhuc al-
teram [illegible] angelô Sanctô & crudeli מַחֲרִיב devaſtante, qvomodo di-
citur [illegible] CXXXVII, 7.) עָרוּ vaſtate, vaſtate. Qvanqvam verò Dæ-
mon[illegible] aliàs ſit crudelia hujusmodi exeqvi, & ob homi-
num [illegible] gaudere; abſurdum tamen non eſt, angelis etiam
bonis [illegible] modi judicia divinitùs qvandoq; committi, qvomo-
do [illegible] Aſſyriacô, per Angelum bonum proſtratô legitur Eſ.
XXXVII [illegible] non de Herode percuſsô, Act. XII, 23. &c. Porrò
(b) [illegible] determinatur qvalitas; וְקַדִּישׁ & ſanctus. Ubi
copula ו commode exponi poteſt, & qvidem, vel nimirum; aut qvod
eôdem [illegible] ἓν διὰ δυοῖν, qvomodo ſulphur & ignis ponitur pro
ſulphure [illegible] Gen. XIX, 24. juſtitia & judicium pro judiciô juſtô
Pſal. [illegible] &c. Diſcriminis enim causâ hoc apponitur, ne
[illegible] de impurô qvôdam Dæmone, qvi & mendax ſæpè eſt,
[illegible] & crudelis, hominibus ſine omni causâ extremè
[illegible] Imò ſic etiam Vigil hic hominibus impuris atq; ſordi-
dis [illegible] omnibus, qvippè qvi per naturam & conſvetudi-
[illegible] ſunt contaminati. Non abluderet à ſcopô præſente
[illegible] ſignificatus, verbo קדש aliàs competens, ita
ut [illegible] vigil hîc ad præſens negotium deputatus
cen[illegible] Vide tamen & infrà c. VIII, 13. ubi קָדוֹשׁ abſolutè pro

Digitized by Google

angelô ponitur. Hic verò nuncius dum *ſanctus* dicitur, colligimus in-
de imminentis ſupplicii tùm ſingularitatem, tùm æqvitatem, tùm
infallibilem veritatem, tùm gravitatem, &c. Succedit (c) *motus*, dum *de*
cœlô deſcendit. Qvô ipsô judicii origo oſtenditur ſanctiſſima, qvippe
non caſu tale qvid Regi contigit, ejusdemvè valetudinem turbavit,
verùm inde emanavit, ubi nulla hominis poteſtas qvicqvam immuta-
re, vel qvorſum etiam pertingere hautqvaqvam poteſt. Similem
deſcenſum angelicum videmus aliâs *Matth. XXVIII, 2. & Joh. V, 4.*
Qvorſum alluditur *Ap. X. 1. XIIX, 1. XX, 1.* De Deô autem judicium
ſuum exercituro, adeòq; de cœlô deſcendente, legi poteſt *Gen. XI, 5.7.*
XIIX, 21. XLVI. 4. Ex. III, 8. XIX, 11. &c. De partic. Peal. נָחִת *deſcen-*
dens, adi Buxtorff. *Gr. Ch. p. 54.* Subtile nimis eſt qvod ex deſcenſu
hôc *Sanctius* exſculpſit, Regem ſcilicet per עִיר intellexiſſe *Irim*, Deo-
rum nunciam, vel ſplendidum aliqvid oblatum eſſe Regi è cœlô. Ve-
rùm qvomodò Iridi competiiſſet ſermo? qvomodò appellata eſſet
vigil & Sanctus? nonne is, qvi ſomnium exhibuit, in ſomniô etiam ſuô
modô oſtendere potuit, hunc apparentem eſſe Angelum? &c.

קָרֵא בְחַיִל וְכֵן אָמַר *Clamavit fortiter & ſic ait.*

Fuit denuncians, ſeqvitur nunc ipſamet denunciatio, & qvidem
partim ratione modi, *partim* ratione contentorum. Modus eſt קָרֵא
clamans (fuit,) i. e. *clamavit*, non communi more modòq; enuncian-
di, ſed בְחַיִל *cum robore*, ut ſermo is longè latéq; per totam terræ
plagam percipi intelligiq; poſſet, æqvè ut ſuprà præco clamabat
בְחַיִל *c. III, 4.* nec non infrà Rex Magos ſine morâ introducendos
poſtulabat. *c. V, 7.*

גֹּדּוּ אִילָנָא *Succidite arborem:*

Contenta denunciationis nunc inchoant, tradentia partim ty-
picam mali nunc imminentis adumbrationem, unà cum ejusdem li-
גדד mitatione *v. 11. 12.* partim propriam mali præfigurati interpretatio-
nem *v. 12. 13.* partim utriusq; epilogum *v. 14.* Et qvidem qvoad ſup-
plicium (1) præmittitur arboris ſucciſio, verbô גדד *excidere*, qvod ſemel
adhuc redit *v. 20.* in eâdem hâc materiâ; In Ebr. autem valet *turma-*
tim convenire, depopulari Gen. XLIX, 19. Hab. III, 16. &c. Et in Hithpa-
el; *incidere ſemetipſum*, qvomodo faciebant Baalitæ *1. Reg. XVIII, 28.*
Conf. Devt. XIV, 1. Jer. XVI, 6. c. XLVII, 5. & c. XLI, 5. Qvapropter & hic in-
telligimus hujusmodi violentam, crebriusq; iteratam percuſſionem, qvâ
ſecuribus arbor lædebatur ad ejus totalem usq; proſtrationem: qvomodo

ſiſ

*Eſ.X,33.*dicitur:*Ecce Dominator Jehovah Exercituum excidet ramũ cum robore, & excelſi ſtaturâ ſucciſi, & ſublimes humiliantur; ſuccidetq; arbores ſylvæ perplexas ferrô.* Jer. XLVI, 23. *ſuccident ſylvam ejus*, &c. Ezech. XVII, 9. *nonnè radices ejus evellet, & fructum ejus exſcindet?* c. XXXI, 18. *dejicieris cum lignis Eden*, &c. Cùm verò nulla fiat mentio perſonarum, qvibus hæc ab Angelô demandata ſucciſio, idcircò accommodari huc poſſet conſveta Rabbinorum qvorundam obſervatio, qvâ Particip. verbi absq; nomine expreſsô poſiti, ſuppletur hôc modô: (Vos *ſuccidentes*, qvicunq; modò facultatem exeqvendi judicia divina habetis) *ſuccidite* &c. Simpliciſſimus intereà ſenſus eſt, ſi imperſonaliter vel paſſivè hæc accipiantur de eô, non qvod jubetur, ſed qvod futurum propediem erat, qvomodo aliàs qvoq; Fut. I. ſeu Imperativus pro Fut. II. collocari ſolet, v. g. Eſ. II, 10. *ingredere in rupem, & abſconde te*, h. e. ingredieris &c. c. XIII, 6. *ejulate*, pro ejulabitis. c. XIV, 21. *parate mactationem*, h.e. parabitur. Devt. XXXII, 50. *morere*, h. e. morieris. Joh. II, 19. *ſolvite templum hoc*, h. e. ſolvetis. Ita & hic ſenſus verborum Angeli eſt: *ſuccidetur arbor.* Conferatur v. 13. *cor ejus mutabunt*; h. e. mutabitur.

וְקַצִּצוּ עַנְפּוֹהִי *Et præcidite ramos ejus.*

Succedit (2) ramorum truncatio, verbô קַצַּץ, qvod Ebræis ſimili præciſionis ſenſu uſitatum, v.g. *Devt. XXV, 12. 2. Sam. IV, 12.* de truncatione manûs; item pollicum, *Jud.I,6.* adeòq; hîc innuitur ademtio omnis ornatûs ac amplitudinis, qvalis aliàs arbori ſolet accedere à ramis longè lateq; expanſis. קצץ

אַתַּרוּ עָפְיֵהּ *Excutite folia ejus.*

Cognatum hoc eſt antecedenti, videlicet (3) foliorum diſſipatio: ubi verbum אַתַּרוּ eſt ex נְתַר, qvod R. Nathan exponit per נבילה והפלה *flacceſcentiam & decidentiam*; qvanqvam in Chald. id non recurrat: Ebræis verò idem eſt ac *ſolvere*, item *ſalire*; qvod & huc non malè qvadrat, ſiqvidem cùm folia frondesq; diſtringuntur, *ſolutio* fit nexûs inter folium & corticem rami, imò frondes paſſim etiam à ventô motæ *ſubſiliunt* ac circumferuntur. De voce עֳפִי *folium*, diximus *v. 9.* נתר

וּבַדַּרוּ אִנְבֵּהּ *Et diſpergite fructus ejus.*

En (4) fructuum diſperſionem, utpote qvi adhuc ſupererant præter truncum, ramos atq; folia hactenus commemorata. Verbum בַּדַּר, qvod nuſpiam redit, haut dubiè profectum eſt ex Ebr. בּזַר *diſperſit*, בדר

Digitized by Google

ſperſit, mutatô pro more ז in ד, qvomodo docet *Pſal. LXVIII, 31.* ubi de diſperſione populorum idem hoc בַּזַּר & בַּדַּר in Ebr. & Chald. uſurpatur, ſic de *diſperſione* facultatum *Pſal. CXII, 9.* (ubi textus Ebr. habet verbum פִּזַּר.) Talis ergò diſperſio fructuum, alioqvi copioſè ex arbore pendentium (*v. 9.*) prædicitur imminere, adeò ut arbor hæc deſinat eſſe commune animantium promtuarium, qvale hactenus fuerat, *v. 9.* dum fructuum pars v.g. aqvæ, pars luto ignive injicitur, nihilq; in truncô manet reſiduum opulentiæ prioris.

תְּנֻד חֵיוְתָא מִן תַּחְתּוֹהִי וְצִפְּרַיָּא מִן־עַנְפּוֹהִי:

Fugiant beſtiæ, qvæ ſubter eam ſunt, &c.) Hactenùs damnum arbori illatum, nunc (5.) damni etiam ſeqvitur conſeqvens, videlicet fuga tùm beſtiarum, tùm volucrium, adeòq; omnimoda trunci ſolitarii derelictio: qvæ ipſa opponitur refugio ſub arbore hâc priùs qvæſito, *v. 9.* In Chald. eſt iterum ſing. חֵיוְתָא *beſtia*, collectivè ſcil. ſumtus, æqvè ut *v. 9.* Deinde מן תחתוהי eſt propriè, *de ſub eâ*, h.e. ne ampliùs ſub eâ maneat: LXX. *ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, de ſub eâ.* ſyllaba qvippe (*θεν*) Adverbiis Loci ſuffixa, motum de locô ſubinnuit.

VERSUS XV. (XII.) בְּרַם עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי בְּאַרְעָא שְׁבֻקוּ

Veruntamen germen radicum ejus in terrâ ſinite.) Hucusq; typica fuit mali imminentis adumbratio, ſeqvitur nunc ejusdem
ברם; qvoq; limitatio, indicata voce בְּרַם *ſed, veruntamen*; adeò ut corrigatur qvodammodò prior ſeveritas, & nova ſimul ſpes excitetur reſtaurandæ nonnihil priſtinæ felicitatis. Mentio verò fit עִקַּר *ſtirpis* שָׁרְשׁ *radicum ejus*, h.e. imæ iſtius partis arboris, qvæ terra occultabatur, qvâ non ſolùm aliàs attrahebatur qvarumvis partium alimentum atq; ſuccus, verùm qvæ etiam baſin aut fundamentum præbebat toti arbori, ne eadem vacillaret, aut externâ vi proſterni poſſet. Vox עִקַּר *ſtirps* (non germen, qvomodo *Vulgatus* habet,) ſolummodò redit *v. 20. & 23.* In Ebr, עָקַר idem eſt, ac *eradicavit, extirpavit*, opponiturq; plantationi *Coh. III, 2.* Diſtingvi poteſt ab alterô שָׁרָשִׁים *radicibus*, qvomodo aliàs ſupra terram truncus diſcriminatur à ramis, vel qvomodo corpus differt à brachiis. Hanc ipſam verò ſtirpem Angelus jubet relinqvi intactam, שְׁבֻקוּ *ſinite*, h.e. nolite eradicare penitùs: qvomodo aliàs fieri conſvevit cum arboribus inutilibus, vel qvando ager aptari debet culturæ ac ſationi. Et ſimul hôc ipſô ſpes fit novæ propullulationis, cujusmodi reviviſcentiæ fit mentio *Job.* XIV,

Digitized by Google

[illegible] 7. ſeqq. Qvorſum facit adjecta *terræ* mentio , videlicet, relinqvendus erat truncus in ſede ſuâ antiqvâ, nulla qvippe imminebat ſurrogatio arboris novæ in locum ſucciſæ, nulla deportatio ad gentem aliam, nullum exilium, nulla Imperii ad Regem novum translatio, &c.

ובאסור די פרזל ונחש *Et alligetur vinculô ferreô & æneô.*

Hactenus fuit typica infortunii pictura; nunc propriis qvodammodo verbis exponitur res ipſa. Vinculô enim ferreô ligari non competit arbori, ſed perſonæ, per arborem præfiguratæ. Adeòq; denunciatur (1) vinculorum circumpoſitio, (2) ſub diô commoratio, (3) ferarum aſſociatio, (4) cordis immutatio, *v. 13.* (5) temporis determinatio, *ibid.* Qvoad (1) vincula, non qvidem in fontibus adhibetur verbum *alligetur*, qvod habet *Vulgatus*, itemq; *Abarbinel* (יאסר) aut aliud aliqvod, interim tamen ellipſis ejuſdem ſatis eſt evidens , poteſt eo tempore ſuppleri verbum ſubſtantivum, qvod & aliàs deſiderari ſolet, [illegible] qvô ipſô adimitur libertas Regis priſtina , inſimulq; [illegible]tur nova, qvalis obſervari ſolet circa furioſos, aut mente captos, qvibus, ne vel ſibi vel aliis manus inferant violentas, vincula hoc modô injici ſolent. Præterea verò *vinculum ferri & æris* pro ferreô æneôq; (vel potiùs chalybeô) poni, notum eſt tyronibus. Catenis autem hujusmodi conſtringebatur Simſon, *Jud. 16, 21.* & Manaſſe, *2. Par. 33, 11.* & [illegible] נחשתים (à נחשת *æs*) denotant *numellas ſeu compedes*, ut videre eſt ex *Jud. XVI, 21. 2. Reg. XXV, 7. Jer. XXXIX, 7.* [illegible] *III, 34.* &c. Porrò de voce נחש *æs, cuprum, chalybs*, [illegible] Druſ. *Tribar. p. 392.* & Bochardi *Phaleg. f. 207.* Qvòd verò [illegible] ſeqvitur, ut videtur, *Liranum* ac *Fernandium Viſion. 22. f. 391.* [illegible] Dei infrangibile per catenas has intelligunt,) hæc ipſa tra[illegible] *firmum & inconcuſſum, ſicut ea ſunt, qvæ ære & ferrô* [illegible] à contextu, nec non à phraſi eſt alienum. Neq; tamen [illegible] ſentimus cum *Corn. à Lapide*, qvi manicas ferreas in[illegible] Regem per ſeptennium illud ſtatuit , ne illæ con[illegible], ſeve iis uteretur ut homo, ſed ut iis disjunctis reperet [illegible] qvaſi beſtia. Nam licèt ab initiô adhibitæ fuerint ca[illegible] tamen, cùm furor ſic augeretur magis, probabile omni[illegible] eaſdem penitùs iterum fuiſſe remotas, cùm liber dimitteretur in campos ſeu hortum ferarum.

בִּדְתְאָא דִּי בָרָא *In herbis, qvæ foris ſunt.*

Seqvitur (2) locus commorationis, nimirum in *gramine agri;* ubi
דִּתְאָא prius nomen דִּתְאָא eſt ex Ebr. דֶּשֶׁא *herba tenera;* alterum verò
בָרָא denotat *agrũ*, ſicuti vidimus *cap. II, 38.* proindeq; talẽ intelligi-
mus locum, qvi ſub diô eſt, ut hâc ratione tacita fiat oppoſitio inter
priora conclavia magnifica, & inter manſionem hanc belluinam;
qvippè furor aut inſania hujuſmodi maniaci nullis ſe patiebatur
conclavibus includi, omnia corrumpens, & ſubinde graviùs ferociens.

וּבְטַל שְׁמַיָּא יִצְטַבַּע *Et rore cœli tingatur*

Pertinet & hoc ad manſionem modò indicatam, qvippè qvi ex-
tra conclave aut domicilium manet, is etiam rori matutino atq; ve-
טַל ſpertino eſt expoſitus. De *rore cœli* ſeu nubium vide sîs dicta *Pr. III,*
20. Confer etiam *Gen. XXVII, 28.39. c. XLIX, 25.* nec non de ejus de-
ſcenſu *Num. XI, 9. Pſal. CXXXIII, 3. 2. Sam. XVII, 12.* Hôc ipſô autem
cœli rore Rex tingendus dicitur: יִצְטַבַּע *mergetur*, vel lavabitur qvaſi,
à rad. צְבַע *tinxit*, ad indicandam largiorem ipſius madefactionem,
cujus etiam infrà redit mentio *v. 20.21.22.30.*

וְעִם חֵיוְתָא חֲלָקֵהּ בַּעֲשַׂב אַרְעָא׃

VERSUS XVI. (XIII) *Et cum feris pars ejus in herbâ terræ:*) Succedit (3) con-
ſortium: *cum beſtiâ* חֲלָקֵהּ *portio ejꝰ*, (vide Eſr. IV, 16.) h. e. participabit ex
æqvô, vel ſimilẽ ſe geret illis, recubando בַּעֲשַׂב in herbâ adultiore terrę.

לִבְבֵהּ מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן *Cor ejus ab humanô immutetur.*

Nunc (4) mentis alienatio annectitur, ubi rurſus indoles lingvæ
recurrit ſuperiùs notata *v. 11.* יְשַׁנּוֹן *mutabunt cor ejus*, h. e mutabitur
illud: videlicet tertia verbi ſine Nominativô expreſſô imperſonalem
infert ſenſum, ſicut c. I, v. 12. *& dabunt*, pro dentur nobis legumina,
cap. II, 30. *ut ſignificent*, h. e. ut innoteſcat Regi interpretatio. *Cor* por-
rò ponitur pro operationibus animæ rationalis, in corde potiſſimùm
(phraſi Scripturæ ſacræ,) exercitis. Hoc verò dicitur mutandum מִן
אֲנָשָׁא *ab homine*, h. e. ut ne humanum porrò maneat, vel qvale alias
in homine deprehendi ſolet: Ita namq; verbum שְׁנָא poſt ſe habere
ſolet voculam מִן *à, ab*, v. g. Dan. VII, 7. *beſtia* מְשַׁנְיָה *diverſa* מִן
ab omnibus beſtiis v. 24. *& ipſe* יִשְׁנֵא *diverſus erit* מִן *à prioribus*, vide
ibidem *v. 23.19.& 3.* Varia inſuper hîc notatur lectio à Maſorethis, ita

Digitized by Google

ut [illegible] extiterit אֱנָשָׁא homine, alibi verò אנושא ex Ebr. אנוש nullâ ſenſus diſcrepantiâ. Eademq; lectio redibit *v. ſeq.*

[illegible] וּלְבַב חֵיוָא יִתְיְהֵב לֵהּ [illegible] *Et cor feræ detur ei.*

[illegible] prius membrum mutationis terminum à qvô deſignabat, *hu-[illegible] ſcil. ingenium* ſeu indolem, ita nunc ſeqvitur terminus ad qvem, [illegible] belluina ſcil. indoles, qvoad ſævitiem, ſtupiditatem moresq; [illegible] incultos atq; turpes. Ratione ſubſtantiæ carneæ enim cor ſem-per [illegible] unum & idem: Ratione accidentium verò ſeu operatio-num [illegible] de peractarum, mutatio planè inſolens contigit ac admi-rand[illegible] ut *Corn. à Lap.* hîc habet, (*§. Dico ſecundò:*) *Rationis uſu* [illegible] *mente captus, tantùm utebatur phantaſiâ, eâq; ferinâ, qvalis eſt* [illegible] *qvod hîc dicitur*; cor feræ detur ei, q. d. *privetur ſenſu* [illegible] *amens, inſanus, &c.* paulò pòſt: *Cor feræ eſt phantaſia feræ;* [illegible] enim non habet:) *Deinde cor idem eſt ac voluntas &* [illegible] *cor propriè dictum, indeq; totius corporis complexio in* [illegible] *ſunt.*

[illegible] וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלוֹהִי [illegible]

[illegible] *ſeptem tempora mutentur ſuper eum.*) Ultimum hoc eſt, [illegible] videlicet determinatio, ubi עִדָּנִין eſt ex עִדָּן *tempus*, qvale [illegible] aucupabantur Magi, *c. II, 8. 9.* qvod à Deô pro lubitu [illegible] *v. 21.* qvale deſtinabatur adorationi ſtatuæ, *c. III, 5. 15.* Hîc [illegible] pro certâ temporis dimenſione ponitur, hoc eſt, pro ſpatio [illegible] qvod omnis generis dies, menſes atqve feſta re-curr[illegible] XII. ſigna Zodiaci percurrens, ver, æſtatem, autu-mnum [illegible] conficit. Atq; ſic & alibi *tempus* ponitur pro [illegible] pro duobus annis *c. VII, 25. & c. XII, 7.* Qvorſum al-[illegible] Septem autem annorum propterea mentionem [illegible] *Salomon*, qvia tot anni ad reſtaurationem templi, qvod [illegible] devaſtaverat, fuerunt reqviſiti. Tempora hæc dicun-[illegible] יַחְלְפוּן *præteribunt* עֲלוֹהִי *ſuper eum*, h. e. ſepties red-[illegible] curſus ſolis annuus, Rege in eôdem ſuô ſtatu miſerô per-[illegible] חלף exponitur à R. Nathane per העברה *trans-*[illegible] qvippe prætereundo immutantur, ac novi fiunt. Confer [illegible] *tranſeunt cum navibus*, c. XI, 10. ויחלף *tranſierint* &c. [illegible] חָלַף *mutatus eſt*, It. הָלַךְ לוֹ *abiit ſibi*. Atq; ſic *Jacchi-*[illegible] exponit, עד שיעברו *donec tranſierint ſuper eum, in condi-*[illegible] *hâc perſiſtentem ſeptem* שנים *anni*: atq; ſic de ſeptenniô ſenti-

unt

חלף

unt etiam *AbenEſra*, *Pererius*, *Sanctius*, *Tirinus*, *Grotius*, *Fernandus*, *Salianus*, Ann. T. IV. *f. 415. aliiq;*. De VII. autem menſibus accipit Abarbinel, ut & *Dorotheus* in Synopſi, nec non *Epiphanius* in vitâ Danielis. Ita ſcil. ut hi poſteriores, ſeptem hos menſes, locô ſeptem annorum per preces Danielis impetratos ſtatuant; qvos ipſos tamen latiùs refellit *Pererius*, qvem vide. Aliqvi apud *Theodoretum* cenſuerunt, ſeptẽ dimidios annos hîc deſignatos, ita ut tempus dicatur æſtas, & iterum tempus hyems. Verùm hæc ipſa conjectura fundamentô caret, nec ad Chronologiam qvadrat.

בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא *In ſententiâ vigilum decretum eſt.*

Incipit jam ultimum denunciationis angelicæ membrum, videlicet *Epilogus*, continens tùm rei annunciatæ certitudinem, originemq; planè divinam, tùm finem etiam à Deo intentum, qvi eſt providentiæ divinæ manifeſtatio ſolennis ac admiranda. In fontibus defectiva rurſus eſt oratio, ceu *v. 12.* ita ut deſit prædicatum [illegible] (vide ſuprà c. III, 16.) *in decretô* vel *per decretum vigilum* ſcil. eſt, exit, emanat, &c. qvaſi diceret, non accipienda hæc ſunt pro ſanis ſomniis, aut phantaſiæ luſibus, verùm nata hæc ſunt, vel originem habuerunt *in decretô* ſapiente, juſtô, immotô עִירִין *vigilum*, h. e. vigilibus jam communicatô, approbatô, & ad exeqvendum injunctô: Deus ſolenne velut inſtituit concilium vel cœleſtia comitia, æqvè ut *Job. I, 6.* & *c. II, 1.* vel qvomodo *1. Reg. XXII, 19.* Micha dicit, viſum à ſe eſſe Deum ſuper ſolium ſuum, atq; univerſum cœli exercitum adſtitiſſe illi à dextris & ſiniſtris, ubi propoſitio hæc facta: *qvis decipiet Achabum, ut deſcendat* &c. Simili ergò ratione & hîc mentio fit *vigilum* ſeu angelorum, non qvòd ipſi autoritatem habeant unà cum Deô aliqvid decernendi, vel qvòd, ſecundùm Judæos qvosdam, (qvorum ſententiâ, è *c. I. Breſch. Rabb.* liqvet,) nos homines ſimiliter penè ab angelis dependeamus, atq; ab ipsô Deô; neqvaqvam: ſed decretum vigilum diſertè vocatur & eſt decretum unius ac ſolius *Excelſi*, v. 21. qvod vigilibus (qvalis ſcil. *v. 10.* deſcendiſſe de cœlô dicebatur,) ſolenniter qvaſi promulgavit, ita ut nunc non ampliùs ſit arcanum, ſed à vigilibus tanqvam ſanctum atq; juſtum ſolenniſſimè approbatum. Conf. Zeph. II, 2. *ſcrutamini vos ipſos, &c. anteqvam decretum pariat diem in qvô eritis ut gluma, qvæ tranſit,* &c. Pari ferè ratione mentio fit *Eph. II, 20.* fundamenti Prophetarum & Apoſtolorum, non qvòd ipſi eidem ſint autores, ſed ſolùm adminiſtri, *& gratiæ Davidis* ſunt pro-

Digitized by Google

gratioſa Davidi facta *Eſa. LV, 3.* nec non gratia afflictorum, infrà *v. 24.* h. e. afflictis exhibenda; Qvâ ratione & hîc decretum vigilum idem eſt ac vigilibus ad exeqvendum demandatum. *Grotius* per *vigiles* accipit angelos majores, qvi hoc conſciverunt, per *ſanctos* autem minores angelos, qvi jam pridem tale qvid poſtulârant. Verùm dicuntur hæc absq; omni fundamentô, imò contrà expreſſam literam *v. 10.*

וּבְמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא׃ *Et ſermo ſanctorum & petitio.*

In fontibus: וּבְמֵאמַר *& in ſermone ſanctorum* שְׁאֵלְתָא *poſtulatum hoc:* Per Epexegeſin velut hoc ſubjungitur, ita, ut *decreto* æqvipolleat מֵאמַר *dictum, ſermo, ſententia;* (qvæ vox ſemel adhuc redit, *Eſr. VI, 9.* de verbô ſacerdotum, neceſſaria ſibi exigente;) *Vigilum* autem locô ponuntur *ſancti,* (æqvè ut *v. 10.* ambo hæc jungebantur nomina;) Et deniq; locô פִּתְגָמָא, nunc eſt שְׁאֵלְתָא *poſtulatum,* (qvæ vox non redit alibi, & non ſine cauſâ habet hîc in fine א Emphaticum, qvippe qvod demonſtrativi vim habet,) à Rad. שְׁאַל *interrogavit, poſtulavit,* qvod *Jacchiades* ita declarat: *in ſermone ſanctorum, נשאר poſtulatum eſt, expedire hoc negotium circa arborem hanc,* &c. Qvaſi diceret; certi jam executores poſtulati, vel denominati ſunt ad inſtans negotium, vel *qvæſtio hæc* inter ſanctos jam abundè eſt ventilata ac deciſa etiam peremtoriè. *R. Salomo* vocem שאלתא diſtingvit à גזרה tanqvam prius à poſteriore; anteqvam enim fiat deciſum, præcedit qvæſtio ſeu propoſitio. Idem fermè affert etiam *Maldonatus*, qvòd, ſicut apud Romanos omnem legem ac decretum præceſſerit *rogatio*, ita angeli etiam Deum de Nebucadnezare *interrogaverint,* & poſtmodum *ſententiam* qvoq; cognoverint.

עַד־דִּבְרַת דִּי יִנְדְּעוּן חַיַּיָּא

Donec cognoſcant viventes.) Finis hîc traditur deciſi hactenùs intimati, qvi eſt agnitio regiminis cœleſtis ſuper univerſa eminentis. Particulæ עַד־דִּבְרַת דִּי *à Jacchiade, Saadiâ & R. Salomone* exponuntur, לְמַעַן *ideò ut:* & *R. AbenEſra* בַּעֲבוּר שֶׁ *ideò ut* cognoſcant. Aliàs eadem hæc formula jam adfuit *cap. II, 30.* niſi qvòd locô עַד ibi fuerit עַל, citra tamen ſenſûs diſcrepantiam. *L' Empereur* h. l. reddit *usq; ad id, qvod, &c.* citans *v. 22.* qvem ſi lubet ipſum poteris inſpicere. Non multum abeſt *Lud. de Dieu ad h. l.* totum hoc negotium latet in decretô, angelis ad exeqvendum datô, indeq; petenda ejus cognitio: latebit autem tamdiu, *donec cognoſcant* (ex eventu)

מאמר

שאל

עד דברת די

viventes, &c. Attendendi autem hîc ſunt (α) cognoſcentes, videlicet חַיַּיָּא *viventes*, (vid. *c. II, 30.*) h. e. qvotqvot animâ rationali ſunt præditi, vitamq; adhuc degunt ſuper orbe terrarum, qvocunqve etiam hæſerint locô aut regione. His opponi aliàs ſolent *mortui*, qvi nihil ſciunt, ex *Coh. IX, 5. 6. Job. XIV, 21. Pſal. VI, 6. c. XXX, 10. XXCIIX, 11. Eſa. XXXIIX, 18.* &c. (β) Cognitio ipſa eſt in voce יִנְדְּעוּן *ſciant* (à Rad. ידע *ſcivit*, cujus primæ radicalis locô eſt נ: vid. Buxt. *Gr. Ch. p. 132.*) certò, conſtanter, evidenter, edocti ſcil. exemplô adeò conſpicuo, & omni exceptione majore, Regis puta omnem humanam vim longiſſimè ſuperantis, adeoq; ut videbatur, invicti.

דִּי שַׁלִּיט עִלָּיָא וגו׳ *Qvoniam dominator excelſus, &c.*

(γ) Cognitionis objectum eſt Dei altiſſimi ſupereminens imperium. עִלָּיָא idem eſt ab Ebr. עֶלְיוֹן *excelſus*, uti vidimus *cap. III, 26. 32.* Huic geminum hîc attribuitur axioma, tùm abſolutum in qvævis terræ regna dominium, tùm humilium evectio. *Regni hominis* meminit, collectivè qvævis in orbe regna complectendo. Ejusdem regni Deus eſt שַׁלִּיט *potens*, dum pro lubitu formas permutat, Monarchicam in Ariſtocraticam vel Democraticam, & vice verſâ; Item dum regna ampliat, minuit, vel in eôdem ſtatu conſervat; dum etiam regnorum præſides immutat, ſive per mortem, ſive per caſus alios humanos innumeros; adeòq; ut ſeqvitur, *dat illud* (regnum) *ei, cui vult*, nullius motus meritis, minis, promiſſis, &c. juxta illud *Rom. XI, 35.* Qvis prior dedit ei, & reddetur ei?

וּשְׁפַל אֲנָשִׁים יְקִים עֲלַיהּ׃

Et humillimum hominem conſtituet ſuper eum.) Alterum hoc eſt Dei axioma: יְקִים *ſtare faciet, excitabit* (è pulvere *Pſal. CXIII, 7.*) & præficiet עֲלַיהּ *ſuper illud* (regnum) *humilem hominum*, h. e. eum, qvi inter cæteros ſui generis eſt abjectiſſimus fermè; & qvem tantæ eminentiæ alii penitùs ineptum æſtimant. *Vulgatus* in ſuperlativô exprimit, humillimum hominem; & LXX. in abſtractô *ἐξουδένωμα ἀνθρώπων*, *rem nihili inter homines*, reſpectu ſcil. habitô ad illam lingvæ indolem, qvâ Adjectivum in regimine poſt ſe habens nomen loci, ordinis, aut ſocietatis, ſuperlativè ut plurimùm exponendum venit, v. g. qvieti hujus ſeculi *Pſal. LXXIII, 12.* imperii terræ *Pſ. LXXV, 9.* manſveti terræ, *Pſal. LXXVI, 10.* Optimates populi, *Pſal. CXIII, 8.* feroces gentium, *Ezech. XXIIX, 17.* ſapiens artificum, *Eſa. III, 3.* mendici hominum

Digitized by Google

minum, *cap. XXIX, 19. &c.* Per hunc ipſum verò *humillimum R. Saadia* ipſummet intelligit Nebucadnezarem tanqvam puſillum ſtaturâ. Verùm commodiùs feciſſet, ſi humiliationis ſtatum reſpexiſſet, qvô inter beſtias etiam præ nimiâ depreſſione fuerat relatus; id qvod clauſula etiam *cap. v. 34.* intendit, *eos, qvi ambulant in ſuperbiâ, poteſt humiliare.* Intereà tamen manet hoc generale effatum, evehi à Deô poſſe ad dignitates etiam maximas, qvi præ ſortis aut originis tenuitate hoc nunqvam animô concepiſſent.

Poriſmata ex Verſu XVII. (XIV.)

1. Angeli nihil decernunt, ſed qvæ à Deô decreta ſunt, ſolùm cognoſcunt, approbant, exeqvuntur. Id qvod etiam h. l. agnoſcunt *AbenEſra & Saadia.* Obſervandum hoc contra illos S. Trinitatis impugnatores, qvi *Geneſ. I, 26. Jô faciamus* referunt ad Deum atq; Angelos ſimul, qvibus tamen alibi ſatisfactum à Catholicis per omnia ſecula.

2. Decreta Dei ſunt vel abſoluta, vel conditionata, ſive potiùs determinata, ordinata ac reſpectiva, certum ſalutis proſperitatisq; ordinem ac media complectentia; qvomodo h. l. decretum deturbandi Nebucadnezaris ſupponebat incorrigibilem in ſævitie atq; faſtu perſeverantiam; Aliàs enim ludicrum prorſus fuiſſet Danielis conſilium, *v. 24.*

3. Angeli ad Deum delicta hominum deferunt, juſtitiæq; exercitium adverſus faſtuoſos, gloriæ divinæ officientes, velut *poſtulant*, ſicuti hoc ex voce שְׁאֵלְתָּא colligi poteſt. Sunt inſuper indefeſſi, in officiis miniſteriisve exhibendis Deo ſuo, ſine ſomnô aut laſſitudine *vigiles*, ſine labe *ſancti*, &c. Imò non circa Eccleſiæ ſolùm excubant membra, verùm etiam circa Reges Ethnicos, ut h. l. Nebucadnezarem. Confer. *Pſal. XCI, 11. Pſal. CIII, 20* Interim non probamus, qvæ habet h. l. *Tirinus*, ita pronunciatum eſſe à ſanctis angelis præſidibus Monarchiæ Babilonicæ, ad petitionem & ſupplicationem aliorum angelorum tutelarium ſingularum provinciarum, urbium & perſonarum, &c.

4. Imperiorum in orbe univerſô moderator unus atq; ſummus eſt ſolus Excelſus. Adeòq; non cœcô caſu feruntur eadem, neq; ſine causâ mutationes à Deô permittuntur. Ac proinde reges abſoluti meminerint, ſe hujus tamen *Excelſi* Vaſallos eſſe, qvos citò poteſt deponere, *Sap. VI, 5.* vid. ſuprà *cap. I, 47.*

Digitized by Google

5. Humilitas hîc non ſpectatur ut virtus, exaltationis ex ſe meritoria, ſed ut ſtatus; qvomodo *Pſal. CXIII, 7.* pulvis atq; ſtercus, in qvibus ejusmodi abjectus jacet, non ſunt evectionis cauſa impulſiva, ſive efficiens, ſed nudum antecedens. Vide qvæ à Noſtratibus dicuntur, Luc. I, 48. *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, & v. 52. exaltavit humiles.*

6. Qvomodo per *Vigiles* ipſæ Trinitatis perſonæ hîc intelligendæ veniant, tanqvam pro ſalute Electorum excubantes, vid. sîs ap. Oſiand. Haberk. *Synt. 1. diſ. th. p. 68.* & D. Calov. *t. 3. Syſtem. LL. p. 13.*

דְּנָה חֶלְמָא חֲזֵית אֲנָא מַלְכָּא נְבוּ'

VERSUS XVIII. (XV.) *Hoc ſomnium vidi ego Nebucadnezar Rex.)* Huc usq; fuit ſomnii narratio, qvam nunc demum claudit *Epilogus*, repetens *tam* ſomnii rationem, *tam* deſideratam iſtius explicationem. Adeòq; profitetur denuò, rem omnem, ſicut à ſe in ſomnô fuerat viſa & audita, expoſitam eſſe fideliter, nè Daniel ſuſpicaretur de fictâ aliqvâ vel additione vel detractione.

וְאַנְתְּ בֵּלְטְשַׁאצַּר פִּשְׁרֵא אֱמַר כָּל־קֳבֵל דִּי
כָּל־חַכִּימֵי וגו'

Tu ergò Balthaſar interpretationem narra feſtinus, &c.) Repetatur hic *verſus 6.* ubi idem jam fuerat poſtulatum. Cur Vulgatus hîc interſerat *feſtinus*, è fontibus eqvidem haut liqvet. Solùm enim hæc leguntur: *Et tu Belſazer interpretationem dic*, qvia (en rationem primam) *cuncti ſapientes regni mei interpretationem indicare mihi neqveunt*, vid. v. 4. *Tu verò potes*, (en rationem alteram) *quia ſpiritus Deorum ſanctorum in te.* vid. v. 6.

אֱדַיִן דָּנִיֵּאל דִּי שְׁמֵהּ בֵּלְטְשַׁאצַּר אֶשְׁתּוֹמַם כְּשָׁעָה חֲדָה

VERSUS XIX. (XVI.) *Tunc Daniel, cujus nomen Balthaſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare, &c.)* Rege tacente, eloqvi nunc deberet Daniel, qvæ Rex à ſe petierat. Verùm intercedere videmus, tùm Prophetæ conſternationem, tùm Regis excitationem. Illa deſcribitur tàm ratione durationis, *qvaſi unâ horâ*, qvàm ratione modi, *obſtupuit*, &c. שָׁעָה שָׁעָה *hora*, propriè eſt vigeſima qvarta pars diei naturalis, vel ſi artificialem ſumas diem, pars duodecima, *Job XI, 9.* qvomodo horarum qvoq; determinatio ſecundùm lineas horologii, radiis ſolaribus tactas, deprehenditur, *2. Reg. XX, 11. Eſa. XXXIIX, 8.* ubi Chaldæus idem hoc nomen adhibet. Verùm an præcisè talis horarum vel XII. vel XXIV. ratio etiam tempore Danielis inter Chaldæos vi-

Digitized by Google

guerit, non facilè licet definire. Sufficit hic ſpatium deſignari ſatis prolixum, adeò ut Rex moræ etiam impatiens fuerit factus, profundasq; Danielis cogitationes (qvas aliàs ob negotii gravitatem non poterat non indulgere,) interpellaverit alloqviô ſuô blandô animumq; addente. Aliàs שָׁעָה etiam valet idem ac Ebræorum רֶגַע *momentum*, Num. XVI, 21. Pſal. VI, 11. &c. Verùm id ſpacium juſtô eſt brevius pro negotii præſentis conditione. Porrò modus conſternationis unô effertur verbô, (qvod tamen tot vocibus circumloqvitur *Vulgata*,) אֶשְׁתּוֹמַם *obſtupuit*, nec non per Epexegeſin; *& cogitationes ejus terruerunt eum.* Verbum שְׁמַם (qvod in Ethpaël hîc ponitur, nec alibi recurrit,) Ebræis eſt *obſtupuit*, qvi ipſe ſignificatus remanet etiam in Conj. IV. Hithpaël, v. g. *Eſa. LXIII, 5.* וָאֶשְׁתּוֹמֵם *& obſtupeſcebam, & non erat ſuſtentans*: cap. LIX, 16. *& obſtupuit, qvòd nullus eſſet intercedens*: Pſal. CXLIII, 4. *in mediô mei obſtupuit cor meum*: Dan. IIX, 27. *& obſtupui ſuper viſione.* Ex qvibus colligitur, etiam h. l. rerum inſtantium & ſingularitatem & horribilitatem adeò perculiſſe Danielis animum, ut qvid diceret, faceretve, anxius diu hæreret. Ita namq; & aliàs Prophetis plerumq; contigit, ut raptu Prophetico alienati vehementer cohorruerint; *Dan. X, 16. Ezech. II, 1. c. III, 23. c. XI, 17.* Imò ut *Hieronymus* cenſet, Regi tàm infauſta exponere reformidavit Daniel, fermè ut Pythoniſſa Sauli, *1. Sam. XXIIX, 12.* Haut dubiè etiam ſubfuit commiſeratio erga tantum ſuum Evergetam, pro cujus ſalute precari etiam juſſerat Jeremias, *c. XXIX, 7.* qvam commiſerationem comitabatur admiratio, ob tantæ perſonæ fatum extremè adeò infelix; &c. Imò *Sanctius* nullum cenſet adhiberi potuiſſe artificium majus ad temperandam reſponſi acerbitatem, declinandamq; Regis offenſionem; qvippè eximii amoris argumentum eſt intercludi aut dolore aut perturbatione vocem, qvando proferendum eſt aliqvid alteri moleſtum. De LXX. verſione ἀπηνεώθη, vel ſecundùm alias editiones ἀπηναιώθη vide ſis Druſ. *in Fragm. ad h. l.*

וְרַעְיֹנֹהִי יְבַהֲלֻנֵּהּ *Et cogitationes ejus conturbabant eum.*

Qvid voce רַעְיוֹנִין denotetur, diſcurſus nempè mentis ſuper re propoſitâ, vidimus *c. II, 29. 30.* Hîc itaq; iſtas intelligimus cogitationes, qvæ tanti Monarchæ tantum conferebant invicem infortunium, fortunamq; ita ut in tabulâ velut exhiberentur Danieli inſignes in regnô viciſſitudines, pericula ſibi ſuæq; genti imminentia, & qvi alii fortè fluctus animum hinc indè jactitabant. *Conturbandi* verbum repeti poteſt *ex verſu 2. cap. hujus.*

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר בֵּלְטְשַׁאצַּר חֶלְמָא וּפִשְׁרֵהּ אַל־יְבַהֲלָךְ

Reſpondens autem Rex ait: Balthaſar, ſomnium & interpretatio ejus non conturbet te:) Conſternationem excipit nunc regia excitatio; ubi notandum, Regem nullatenus ambigere de Danielis facultate ſomnium exponendi, utut tamdiu conticeſceret. Verùm cùm ex coloris fortè in vultu mutatione, ex profundis ſuſpiriis, anxióq; oculorum jactu colligeret, geſtus hos non eſſe ignorantis, verùm malum aliqvod nimis certò cognoſcentis; iccircò animum ipſi vult addere, ne tergiverſetur, aut aliqvid præ metu conticeſcat; ſe paratum eſſe, animosè cuncta & auſcultare & tolerare.

עָנֵה בֵלְטְשַׁאצַּר וְאָמַר מָרִאי חֶלְמָא לְשָׂנְאָיךְ וּפִשְׁרֵהּ לְעָרָיךְ

Reſpondit Balthaſar & dixit: Domine mi, ſomnium his qvi te oderunt, & interpretatio ejus hoſtibus tuis ſit!) Hic è ſomniô velut profundô expergiſcens Daniel, fari eqvidem incipit, atq; ad interpretationem ſe accingere, non tamen ſine veniæ qvaliqvali præfatione. Compellat verò Daniel Regem hôc modô, מָרִאי *Domine mi:* ubi (א) redundare notant Maſorethæ: nomen verò eſt מָרֵא *Dominus*, qvod ſuprà jam vidimus *c. II, 47.* Adeòq; licet tantô in honore eſſet apud Deum ſuum Daniel, tantôq; in pretiô apud Regem, non tamen dememinit propterea debitæ reverentiæ atq; obſeqvii, ſicut nonnunqvam facere ſolent ii, qvi præ cæteris cunctis ſe ſolos in re aliqvâ opem ferre poſſe & vident & inſoleſcunt. In hâc verò benevolentiæ captatione Daniel meminit tùm *ſomnii*, tùm *interpretationis* ejusdem, & qvidem tanqvam ſingulariter infauſtorum, adeò ut liberè iſta exponere qvodammodo reformidaverit; imò ipſa etiam hæc aſperitas horrenda in causâ fuit, cur tamdiu ſtupefactus obmutuerit, ſicut hoc *Jacchiades* ſubintelligendum monet. Utrumq; enim transferre optaret Daniel in hoſtes לְשָׂנְאָךְ *oſoribus tuis* לְעָרָךְ *hoſtibus tuis*, ſcil. utinam hæc eventura cernerem. Ellipticum enim loqvendi genus non malè qvadrat in eos, qvi affectib9 vehementer ſunt turbati, adeòq; apoſiopeſi utuntur, v. g. Gen. XXV. 22. *ſi ſic, cur hoc mihi?* Pſal. VI, 4. *tu Domine, qvousq;?* &c. Atq; ſic & hæ Danielis preces votumq; teſtantur ſatis de animô optima qvæq; Regi ſuo, utut profano ac tyrannico, cupiente. Vox עָר ſine dubiô eſt ex Ebr. צָר *hoſtis*, ſicut & alibi haſce literas ע & צ crebriùs invicem commutari conſtat. *AbenEſra* expoſitionis meminit qvorundam, qvi hæc ad Deum directa cenſent, adeò ut Dei hoſti-

bus

Digitized by Google

bus hæc evenire precetur Daniel; verùm à textu id nimis alienum, ut taceamus alia; qvapropter & idem Judæus hoc repudiat. *Grotius* verò averruncationem hanc illuſtrat ex illô *Horatii* in Octaviâ: *ut expientur noctis & ſomni mina, Terrorq; in hoſtes redeat attonitus meos.* Meliùs *Dion. Carthuſianus* hæc Danielem optâſſe ait, affectu qvôdam humanitatis & pietatis, nec non zelô juſtitiæ, præſuppoſitô tamen ſemper beneplacitô Dei, ſervatôq; ordine æqvitatis: Benè ſiqvidem condoluit Regi tanqvam Evergetæ ſuo maximo, &c.

Porismata ex Verſu XIX. (XVI.)

1. Affectuum turbas experiuntur etiam ſanctiſſimi, contra *Stoicos*.

2. Infortunium imminens aliis, etiam nos moveat, ut ob humanitatis commerciũ compatiamur ipſis, *Rom. 12, 15.* præſertim ſi qvomodocunq; benefecerint, ſicut hîc moveri videmus Danielem, utut Nebucadnezar ſe populumq; ſuum abduxiſſet in captivitatem. Imò meminerimus & nos homines, adeoq; humani nihil à nobis alienum exiſtimemus; qvod aliis accidit, accidere poteſt & nobis. Reſipiſcamus itaqve ſi in paribus majoribusve hærere nos videamus vitiis.

3. Viri prudentis eſt in arduis non immaturum protrudere reſponſum, ſed deliberandi ſpatium petere.

4. Cogitationibus non nimis indulgendum, ne ſancta in Deô noſtrô tranqvillitas frivolè perturbetur, cæteræq; functiones noſtræ neceſſariæ impediantur.

5. Perturbato proximo ſubveniendum eſt animosâ exhortatione, conſolatione, &c. ita Salvator: *Noli flere;* Ita angeli ad mulieres, ita Apoſtoli paſſim.

6. Hoſtibus imprecari licet, ceu hîc facere videmus Danielem, ſed incorrigibilibus, atq; à gente Dei alienis, non neglectâ interim conditione, ut, ſi ad frugem poſſint reduci, convertantur potiùs, qvàm ſubvertantur. Vid. *Pſal. V, 11. VII, 7. IX, 18.* &c.

אִילָנָא דִּי חֲזַיְתָ דִּי רְבָה וּתְקֵף וגו׳ Versus XX. XXI (XVII. XVIII.)

Arbor qvam vidiſti ſublimem, &c.) Jam demum propriè inchoat deſiderata hucusq; ſomnii interpretatio ad *v. 24.* usq;, unà cum ingenuâ conſilii ſalutaris ſuppeditatione *v. 24.* ſicut verò ſomnium duo continebat præcipuè, tùm arborem, tùm arboris ſucciſionem; ita nunc eadem qvoq; membra complectitur interpretatio. De arbore

re agitur *v. 17. 18. 19.* de ejuſdem ſuccisione, *v. 20. ad 23.* Cum verò verſus *17. & 18.* mera ſint repetitio *v. 7. 8. 9.* nolumus crambem apponere bis coctam. Id ſolùm addimus *Abarbinelem* 4. hîc obſervanda ſiſtere, videlicet *Ramos*, per qvos intelligit filios ac propinqvos Regis, ut qvi Regem cingunt, conſtituti in gloriâ; deinde *Folia*, qvæ ipſi denotant milites, exercitum ac heroës, fructum veluti arboris undiq; munientes: porrò *Fructus*, qvi ſunt ipſum dominium, ſive regnum per univerſam terram; deniq; *Umbram*, qvæ eſt protectio populorum. Aliter *Fernandius* in Viſ. V. T. p. 583. per *folia* ornatum decoremq; regium accipiens, per *fructus* tributa, (ſecundùm *Theodoretum*,) vel divitias artificioſas, (ſecundùm *Liranum*) &c. ſufficit per adjuncta *hæc* Regis Nebucadnezaris pompam ſplendoremq; regium fuiſſe depingenda, ceu ſuperiùs jam horum etiam meminimus.

אַנְתְּה־הוּא מַלְכָּא דִּי רְבַית וּתְקֵפְתְּ

·Versus XXII. (XIX.) *Tu es Rex qvi magnificatus es & invaluiſti:)* En (1) perſonam ſive unicum iſtud Individuum arbore repræſentatum, nimirum Nebucadnezarem. Et qvidem ſicut aliàs idem ipſe, annotante hic *Abarbinele p. 31.* oſtenſus eſt Prophetis modò ſub ſchemate leonis, *Jer. IV, 7.* modò ſub ſchemate aqvilæ, *Ezech. XVII, 3.* modò piſcatoris, *Habac. I, 15.* ita hîc à ſemetipſô cernitur in ſomniô, ſub ſchemate *Arboris*; æqvè ut aliàs apud Indos, Perſas ac Ægyptios virum excellentem ſignificare ſolet arbor. Ita namq; Achmetes *integrô capite 200. oniroer.* recenſet, qvomodo nux arbor ad perſonam hominis ampliſſimi, ſenis atq; parci referatur, cupreſſus ad ipſius Regis perſonam, punica ad virum nobilem, durum, aurô abundantem, olea ad hominem hilarem, manſvetum, divitem, &c. Similem ferè imaginem exhibet *Ezech. c. XXXI, 7. ſeqq. c. XVII, 23.* Conf. *Pſal. I, 3. Jer. XVII, 7. 8. cap. XXII, 15. Pſal. XXXVII, 35. Jud. IX, 8. 15.* item qvæ ſuprà diximus jam *v. 4. vel 1.* Porrò (2) attributa tàm árbori, qvàm Regi communia ſunt *eminentia* atq; *robur.* Verbum רְבַית idem eſt ac *creviſti*, non ſubſiſtendo intra limites dominii à Patre accepti, ſed eosdem proferendo ulteriùs, ad inſtar arboris, qvæ & deorſum & ſurſum, & in cuncta ſe ſemper latiùs expandit latera. Alterum תְּקֵף *fortis vel durus fuit* (inſtar ferri *c. II, 40.*) deducit ad invictam Regis bellicoſitatem, qvæ ſuis hucusq; hoſtibus ſemper manſit ſuperior, nec flecti, nec frangi ab iisdem ſe paſſus. *Abarbinel* ad faſtuoſam Regis imaginationem hæcce

תקף

referet.

Digitized by Google

refert, qvòd ſibi magnus fuerit viſus; verùm præter elationem mentis, inſimul realem qvoq; eminentiam arboris hîc indicari, eſt in aprico.

וּרְבוּתָךְ רְבַת וּמְטָת לִשְׁמַיָּא

Et magnitudo tua crevit, & pervenit usq; ad cœlum.) Epexegeticè hæc apponuntur, ad revocandum eò meliùs Regi in memoriam felicitatem hactenùs conceſſam. Nomen רְבוּ vel רְבוּתָךְ *amplitudo, magnificentia,* redibit infrà *v.33.* item *c.V,18. & c.VII,27.* Per polyptoton autem additur verbum רְבַת *ampla vel magna facta eſt*, ut hôc modô tantò crebrior vocum amplitudinis geminatio ipſius rei mirandam geminationem vel augmentum inculcet. Et ut tantò meliùs patefierent hæc regii ſplendoris fortunarumq; incrementa, dicitur *pertigiſſe ad cœlum*, h. eſt cunctam in terris dominantium auctoritatem ſupergreſſum eſſe ipſum, vel excelluiſſe qvàm maximè, adeò ut dominio divino acceſſiſſe videretur qvàm proximè; Vide *ſuprà v.8.(11.) Matth. XI,23. & Luc. X, 15.* de felicitate urbium qvarundam ad cœlum ipſum exaltatarum; ſic de peccatis in cœlum usqve pertingentibus, *2 Par XXVIII, 9. Eſr. IX, 6. Apoc. XIIX, 5.* Ita nimirùm deſcribi ſolent ea, quæ viſu noſtrô vix poſſumus attingere, adeò ut culmine ſuô nubes ipſas videantur jam ferire; qvanqvam in veritate rei non parùm adhuc deſit.

וְשָׁלְטָנָךְ לְסוֹף אַרְעָא׃

Et poteſtas tua in terminos univerſæ terræ.) Ne dubium ſupereſſet, qvid per רְבוּתָךְ *magnitudinẽ*, intellctũ voluerit ſive Deus, ſive Daniel, idcircò magis proprium adhibetur vocabulum שָׁלְטָן *dominium*, in doctrinâ politicâ ſatis freqventatum, qvippè qvô deſignatur hujusmodi autoritas aut juriſdictio, qvâ aliis imperari, aut inhiberi poteſt efficaciter, ut ipſa tàm naturæ qvàm fortunæ bona ſubſint qvodammodò imperantis arbitrio aut nutui, vide ſuprà ipſam hanc vocem de æternô Dei dominiô, *c. III, v. 100. (33.)* De *terminis* verò *terræ* actum *v.8. ſeu 11. cap. hujus.* Licèt hîc non intelligantur extrema illa littora vel oræ, qvibus terra Aſiæ aut Africæ à mari eſt diviſa. (Sinenſium enim aut Indorum regnum, ut & Scytharum, Æthiopum, aliarumq; gentium diſſitarum hautqvaqvam legitur Chaldæorum Monarchiæ paruiſſe:) Verùm illi ſolùm limites, qvi terram שלטן

Chaldæorum, Chaldææq; velut incorporatarum regionum, ſecernebant à populis, genti illi qvodammodo incognitis, ac propterea pro non exiſtentibus velut habitis. Grotius hoc trahit *ad mare Caſpium, aut ad pontum Euxinum & ad Oceanum Atlanticum.* Utut enim *Vulgatus* habeat *univerſa terra*, hautqvaqvam tamen illa vox כל in fontibus apparet, ſicut nec in Græcô Adject. πᾶσα: adeòq; ſermo ſolùm eſt de ſomnii viſione *v. 8.* ubi Rex loqvebatur de tali ramorum protenſione, qvæ *univerſam* terram, qvoad oculorum ſcil. pertingere poterat acies, adimplebant. Referri huc poterunt, qvæ de amplitudine dominii hujus ex Megaſthene adducit Joſeph. *lib. 1. contra Appion.* nec non Strabo *initiò lib. XV.* ubi Nebucadnezarem ad columnas usq; Herculis perveniſſe ſcribit: Et Euſeb. *lib. IX. Præp. Ev.* dicens, *ex Abydenô Nebucadnezarem in Lybiam & Iberiam perduxiſſe exercitum, cùmq; illos populos ſubegiſſet, colonias inde miſiſſe in Pontum.*

Poriſmata ex Verſu XXII. (XIX.)

1. Magiſtratus hîc egregiè deſcribitur ratione officii, beneficiorum, neceſſitatis, jucunditatis, &c. Per *umbram* depingitur defenſio adverſus omnem injuriam, ſive publicam ſive privatam, ita ut in judiciis innocentia defendatur, expilatio famæq; proſciſſio puniatur, &c. Per *cibum* innuitur ſecura mercimoniorum tractatio, adeò ut qvisq; labore ſibi congruô acqvirere poſſit juſta vitæ ſuæ ſuorumq; ſubſidia, partisq; illis decenter frui, &c.

2. Ut aves feræq; in & ſub arbore non ſunt unius generis, ita provinciarum qvoq; ſubditi. Nonnulli conditionis ſunt nobilioris, inſtar volucris altiùs emergentes, viribus ſcil. ſive ingenii naturalibus, ſive dotibus Spiritûs S. ſupernaturalibus; alii rurſus terræ ſunt affixi magis, inſtar brutorum; & ne hîc qvidem idem deprehenditur robur, aut imbellitas, eadem lenitas aut ferocia, eadem magnitudo aut humilitas, &c. Judæi qvidem per *volucres cœli* ſe tanqvam cœli candidatos hîc volunt intellectos, per *feras* autem gentes devictas cæteras profanas: qvod ipſum pro ſtatu iſtorum temporum non adeò impugnamus. Qvanqvam indigenarum Babiloniorum non rectè ſic excluderetur ſub Nebucadnezare protectio. Qvapropter etiam *Abarbinel* per *feras* ſub arbore habitantes intelligit promiſcuè gentes imperio regio ſubjectas, per *volucres* autem nationes illas, qvæ propinqvis filiisq; regiis parebant, tanqvam ramis. Fernandius *in Viſ. V. T. f. 585. ſeqq.* utrasqve exponit de aulicorum generibus diverſis, qvem vide.

3. Ut

Digitized by Google

3. Ut ad arborem *in mediò* ſitam liber undiqvaq; & cuiq; animanti patet acceſſus, ita Magiſtratus ex æqvô omnibus ſubditis, ſe protectorem,altoremq; debet exhibere,neminem ſine cauſâ negligere.

4. Præſtat tyrannicum habere Magiſtratum, (nam & Nebucadnezar à culpâ hâc non adeò erat vacuus, qvi tamen arboris intereà ſchemate aut titulô nõ indicabatur indignus,) qvàm planè nullum:velut id ex *Chryſoſtomô nec non Jud. cap. XVII. ſeqq.* deducit hoc l. Polanus *p.308.309.*

5. Ut aprorum eſt, arboris, ſub qvâ degunt & cibantur cortici radicibusq; incommodare, avium, eandem collutulare; Ita ingratorum qvoq; ſubditorum eſt, tùm famæ, tùm commodis Magiſtratûs ſui officere, ſuisq; ſolùm cupidinibus indulgere.

6.Qvivis homo meminerit,ſe eſſe herbam vel arborem inverſam; qvippe ut arbor alimenta inferius attrahit per radicem, diſpenſatq; poſtmodùm ſuperiùs per truncum atq; ramos ſingulos: Ita homo alimenta per os accipit ſuperius, transmittitq; eadem deorſum, &c. Et non phyſicè ſolùm æqvari nos videmus arbori, verùm & ethicè, dum qvisq; paterfamiliâs,præceptor, doctor, aut qvi curam gerit aliorum qvomodocunq;, tenetur umbram atq; cibos,h.e.protectionem curamqve impartiri ſibi commiſſis. Plura de fructibus, foliis, &c. ſuppeditabit Joh. à Geminiano *ſimilit. l.3. c.7. ſeqq. & c.57.* Videatur etiam Fernandius *Viſion. f.580.* Item qvæ afferuntur *Matth. III, 10.*

7. Dum Papicolæ, (ut videre eſt apud *Corn. à Lap. Tirinum, aliosq;*) myſticè ex arbore hâc faciunt Adamum, ex radice ejus in terrâ relictâ Mariam, ex germine illinc oriente Meſſiam, multis ſanè ſe involvunt abſurditatibus, qvas reſcenſere parùm eſt proficuum.

וְדִי חֲזָא מַלְכָּא עִיר וְקַדִּישׁ נָחִת מִן־שְׁמַיָּא וגו׳, VERSUS XXIII. (XX.)

Qvod autem vidit Rex vigilem & ſanctum de cœlo deſcendere.) Expeditô arboris negotiô, ſubjungitur nunc qvoq; ejusdem inſtans ſucciſiô. Et qvidem præſens verſus, cùm mera rurſus ſit iteratio v.10.11.12.13. noluimus ibidem dictis hîc immorari. Unum hîc adhibetur חַבְּלוּהִי deſtruite eam, qvod ſuprà non adfuit, ſcil. ut compendioſè ramorum, foliorum imò & incolarum accolarumq; diſſipatio enunciaretur. De verbô autem hôc חַבֵּל *deſtruere, perdere,* actum jam *cap. II, 44.* Cui placent argutiæ Cabbaliſticæ, qvomodo an- חבל

 gelus

Digitized by Google

gelus Gabriel hinc exſculpatur, item, qvis angelorum in cœlô ſit ſenatus, adire poterit Hackſpanii *L. 2 Miſcell. p. 390. ſeqq.*

VERSUS XXIV. (XXI.)

דְּנָא פִשְׁרָא מַלְכָּא וּגְזֵרַת עִלָּאָה הִיא וגו׳

Hæc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi, &c.) Vel potiùs juxta fontes: *hæc* (eſt) *interpretatio, ô Rex,* (vel ſenſus præconii iſtius eſt ille, qvi nunc ſeqvitur;) *& decretum altiſſimi*, eſt idem, *qvod tangit te Dominum meum Regem.* Clarè autem hîc גְּזֵרָא *decretum altiſſimi* videmus nuncupari, qvod ſuprà *v. 14 (17)* vocabatur *decretum vigilum*, ſcil. qvia autor ejusdem ſupremus atq; unicus eſt Deus Excelſus, Angeli verò vigiles ſunt, iidem adminiſtri, qvibus hoc decretum & palàm communicatum, & ad exeqvendum etiam commendatum fuerat. Proindèq; non ſine emphaſi hoc videtur adjeciſſe Daniel, ne ſcilicet Rex decretum hoc vigilum apud ſe minùs fortè æſtimaret, adeòq; mens ipſius eſt: eorum, qvæ audiviſti de arbore per vigilem promulgari, interpretatio hæc eſt, qvam mox *(v. 22.)* percipies, & decretum illud vigilum, cujus audiviſti mentionem fieri, non eſt cœlitum fortè minorum conjectura aut deſiderium, ſed eſt decretum infallibile ipſius Celſiſſimi in totô orbe Domini, qvod מְטָת *pervenit* ſive prodiit *ſuper Dominum meum regem*, &c. Verbum מְטָא eſt *ad-per-ſuper-venit*, legiturq; *cap. IV. 8. 17. 19.* de arbore, cujus altitudo *pervenit* ad cœlum usq;. *cap. VII, 13.* de filiô hominis *perveniente* ad antiqvum dierum. Item *v. 22. & cap. VI, 25.* Optimè verò huc qvadrat inferior *v. 25.* ubi cunctum hoc, qvod prædixerat Daniel, dicitur *veniſſe ſuper Regem.* De titulô מראי Domine mi, vid. *v. 16.*

מטא

Poriſmata ex Verſu XXIV. (XXI.)

1. Ingenuitas & παῤῥησία qvàm maximè decet Dei miniſtros fideles, etiam tùm, qvando cum regibus aut magnatibus eſt illis ſermo, veluti hîc ſine palpô Danielem videmus cum Rege agere, neq; dicere, poſſibile eſſe, ut tale qvid regi contingat, vel regiæ perſonæ alteri, &c. verùm ait diſertè in ſecundâ perſonâ: *ſuper te factum hoc decretum, &c.*

2. Qvæ hominibus eveniunt, reſpectu eqvidem Dei non ſunt fortuita, neq; tamen ob id abſolutè etiam decreta, velut nonnullis placet Calvinianis. Decreta qvidem ſunt hominum fata, ſed non abſolutè, ſed ſub certâ conditione, v. g. ſi Cajus non evitaverit hoc conſortium

fortium ſuſpectum, inficietur tali morbô, talem adverſitatem experietur, &c. Si tempeſtivè autem receſſerit, meliore gaudebit fortunâ, ad eam perveniet longævitatem, &c. vid. ſuprà, *v.14*.

3. Perſonæ in dignitate conſtitutæ debitus nihilominus deferri poteſt honor, etiamſi eidem divina ſit denuncianda indignatio, imminensq; infortunium; æq; ut hîc Daniel eum vocat ſuum Dominum, qvem tamen brevi pòſt cernebat evaſurum brutum aut mente captum.

וְלָךְ טָרְדִין מִן אֲנָשָׁא *Ejicient te ab hominibus.* VERSUS XXV. (XXII.)

Seqvitur nunc ſuccisionis ſignificatum, ubi deprehendimus (*a*) à conſortiô humanô depulſionem: *&* *te* (h.e. nimirum te, ita namq; (ו) accipitur *v.10.* præcedente, it. Jerem. XL, 8. *venerunt ad Gedaliam in Mizpa, &c.* וְיִשְׁמָעֵאל nimirum Gedalia, &c. it. *2. Sam. XX, 14.* (*ex v.15.*) *Num. XIV, 29. cap. XXXI, 6. Devt. IX, 26. cap. XXXIV, 2. Joſua XXII, 11. Judic. VI, 25.*) טָרְדִין *ejicientes* (ſunt vel erunt,) *ab homine*, h. e. non patientur te proceres regni tui ulteriùs frui converſatione priſtinâ, expellent te è conclavibus, ubi præſtò ſunt tui ſive miniſtri familiares, ſive uxores atq; liberi, ſive ſubditi alii, ut neminem conſpicias hominum, qvi tibi porrò inſerviat, aut contra qvem inſanire poſſis. Ita verbum טְרַד (qvod cum Latinorum *Trudo* convenit;) exponitur à R. Nathane גרישה *expulſionem*, legiturq; non niſi hîc, & *v.29.30. c. V, 21. Gen. IV, 14.* apud Chald. *en expuliſti me*, Exod. XI, 1. *ejiciendo pellet vos hodie*. Gen. XXI, 10. *ejice ancillã hanc*, &c: *Abarbinel* declarat, ſuccidendos eſſe ramos ejus, eò qvod alienandi ab ipſô ſint amici, qvòd deſerturi ipſum ſint propinqvi, uxor, liberi; removendos etiam eſſe fructus, eò qvod derelicturi ipſum ſint heroës ipſius, nec non milites, exercitus, opes atq; gloria regia, &c. Qvæ omnia faciunt ad expoſitionem *catenarum* ſeu *vinculorum* ſuperiùs memoratorum. Videlicet inſtabat ingens regis inſania, qvâ mente motus, inſtar furioſorum aliorum compeſcendus erat vinculis idoneis, ne vel aliis vel ſibi ipſi vim inferret, (uti hoc agnoſcunt *Hieron. Theodoret. Carthuſ.* &c.) qvæ ipſa vincula, cùm rabiem magis exaſperarent, ut fieri ſolet, remota poſt aliqvod tempus fuiſſe videntur, ſvaſu fortè Danielis, ita ut libera Regi huic concederetur poſtmodùm divagatio in ampliſſimô qvôdam campô, qvales eſſe ſolent circa Regias, ubi ſeptis muriſq; præaltis cincta ſunt omnia, ut ibidem ſuſtententur cervi, lepores, capreæ, &c.

ו pro nimirum

טרד

Digitized by Google

(germ. Thiergarten:) Atq; hoc ipſum placuiſſe video *Tirino*, qvippè qvi circum intelligit palatio vicinum, in qvô multæ agreſtes feræ concludebantur. Qvâ ipſâ ratione conciliari poterant diſſidentia aliàs invicem vincula, & libera in ſylvis diſcurſatio; nimirum ſub initium adhibitæ fuerunt catenæ, qvas approbant etiam Hieronymus, Theodoretus, Carthuſianus &c. ſed ingraveſcente animi ſævitie, remotis illis ſecuta eſt extruſio ab hominum commerciô. Nam qvod nonnulli *vincula* accipiunt Metaphoricè cum *Liranô*, de inſolubili decretô divinô, qvod Regem arctè adeò conſtrinxerit, vel cum *Albertô*, de caſtigatione duriſſimâ, qvalis memoratur etiam Pſal. XXXII, 9. *chamô & frenô os ejus eſt coercendum.* & Eſ. XXXVII, 29. *ponam hamum meum in naribus tuis, & camum meum in labiis tuis, & redire faciam te*, &c. id â literâ textûs nonnihil eſt alienum. Unde etiam Hieronymus; *qværunt*, inqvit, *à nobis qvomodo in vinculis ferreis fuerit Nebucadnezar, aut qvis eum vinxerit, & compedibus alligaverit? cùm perſpicuum ſit, omnes furioſos, ne ſe præcipitent, & alios ferrô invadant, catenis alligari.* Illuſtrari hoc qvodammodò poteſt exemplô obſeſſorum, v. g. *Marc. V, 2. ſeqq.* ubi de homine, in monumentis domicilium habente, qvi ne catenis qvidem à qvoqvam vinciri poterat, propterea qvòd ipſe ſæpiùs pedicis & catenis vinctus fuerat, ſed diſcerptæ fuerant ab eô catenæ, & pedicæ contritæ, neq; qvisqvam valuerat eum domare: & per omne tempus, die & nocte in montibus & monumentis erat clamans, &c. Qvod ſi interroges, qvinam illi fuerint extrudentes? Reſpondetur, id non factum eſſe ex conſpiratione qvâdam Procerum regni hoſtili, verùm ex communi Reginæ, filiorum regiorum, inter qvos eminuit Evilmerodach, nec non magnatum cæterorum conſiliô. Qvod ſi namq; in perniciem Regis qvicqvam fuiſſet ſuſceptum, haut dubiè vitam ipſi ſtatim ademiſſent, nec ad ſolium repetiiſſent, admiſiſſentq; unqvam. *Sanctius* opinatur, imperſonaliter hæc dici, vel paſſivè, pro *ejicieris*, videlicet, ut addit, â propriâ tuâ imaginatione corruptâ, qvæ te feram, aut in ſylvis natum eſſe, adeòq; belluina latibula tibi commodiſſima, ſuggeret aut perſvadebit. Verùm ſi ſylvas intelligit, ut omninò verba habent, beluis idoneas, dicere profectò non poterit, qvomodo â leonibus, ſimilibusve aliis beſtiis rapacibus non fuerit diſcerptus, cur per ſuos non fuerit qvæſitus, aut ad clauſtra qvædam ſecreta ob minuendam ignominiam reductus, cur non â ſubditorum ullô, qvos haut dubiè adortus fuiſſet, jugulatus, &c.

Qvod

Digitized by Google

[illegible] nec privati quidem admitterent, ſuum ſive fratrem, ſive patrem [illegible] in apertis ſylvis, id in tantâ perſonâ regiâ ſuſpicandum mul- [illegible]

וְעִם חֵיוַת בָּרָא לֶהֱוֵה מְדֹרָךְ

Et cum beſtiis feriſq; erit habitatio tua:) En (β) novam [illegible] cum beſtiis converſationem. In Fontibus eſt: *& cum beſtiâ agri* (vid. v. [illegible]) *erit* (pro *erit*, per Enall. Temp. infin. pro finitô:) *habitatio tua*: de [illegible] voce מְדֹר vide *c. II*, 11. Movetur hîc dubium, qvomodò Nebu- cadnezar [illegible] diu cùm ferociſſimis animalibus ſolus & inermis ſine ul- lo [illegible] detrimentô verſari potuerit? Ad qvod reſpondet *Pererius*, vel (1) [illegible] in multis aſſimilatum beſtiis, non fuiſſe ab iisdem læſum, tanqvam [illegible] ſui generis; vel (2) potiùs ex ſingulari Dei providen- tiâ, [illegible] præſidiô. Verùm qvomodò primis menſibus ſta- tim [illegible] modi aſſimilatio, adeò ut leo, urſus, pardusve oc- currens [illegible] abhorrentur hacce prædam? nonne lupi, urſi, leo- nes [illegible] feras alias, cervos, hinnulos, &c. qvidni appetiiſſent [illegible] humanam? Imò miracula non ſunt ſtatuenda præter [illegible] Scripturâ ſacrâ non præviâ. Qvapropter *Beſtiam agri* [illegible] indiſcriminatim accipere pro omnis generis ferâ, ſuffi- cit [illegible] conclufis, ceu proximè diximus, adfuiſſe cervos, hinnulos [illegible] ſylveſtres, lepores, vulpes, atq; alia id generis ani- malia [illegible] carnivora, qvalia in hortis regiis, aliàs ad voluptatem [illegible] copiâ ac varietate.

וְעִשְׂבָּא כְתוֹרִין לָךְ יְטַעֲמוּן *Et fœnum, ut bos, comedes*

In [illegible] *herbam ſicut bobus tibi in cibum dabunt*, h. e. her- ba tibi [illegible] concedetur: ita namq; Imperſonaliter hactenus ac- cepta [illegible] fuit perſona tertia ſine Nominativô expreſſô, vid. v. 13 [illegible] mutabitur. Adeòq; (γ) tertium hoc eſt [illegible] videlicet alimentatio. Durum autem nimis eſt, [illegible] *fœni*, ſeu graminis aridi, cùm tamen in Chald. [illegible] qvalis ſtatim in prima aderat creatione, ubi tamen [illegible] *Gen. I*, 11. proindeq; intelligi poſſunt herbæ ſeu [illegible] caulium, ſeu ratione radicum ſuarum; Qvâ ſa- [illegible] eremitarum vitam ſuam prorogaſſe legimus. [illegible] qvæ *Joſephus* refert *l. 2. Bell. Jud. c. 7.* de Eſſenis, qvi [illegible] à ſuâ depellebant congregatione; (id eſt, ex- commu-

מְדֹר

עִשְׂבָּא

Digitized by Google

cōmunicabant.) Hujusmodi autē excommunicationibꝰ ritibusq; innixus neq; cibū ab aliis accipere poterat, *ποηφαγῶν* herbis autē veſcens, ac fame *τὸ σῶμα τηκόμενος* corpore exeſus corrumpebatur. Facit huc, qvod Plin. *l.6. Hiſt. Nat. c.30.* recenſet de qvâdam Æthiopum gente, qvę tantùm paſcatur herbis, alios omnia mandere, & obviis quibꝰlibet rebus veſci, indèq; Pamphagos nuncupari. Inſuper ab Interpretibus huc trahitur perturbata hujꝰ Regis imaginatio, mutatumq; inſigniter temperamentū, qvæ ipſa ſanè reddiderint hoſce cibos nutritioni idoneos, cùm aliàs homini ſano extremè fuiſſent noxii, fermè ſicut Hieronymus obſervat, *multa furentibꝰ eſſe facilia, qvæ ſanis eſſent intolerabilia.* Boum fit mentio qvoad deſcriptionem alimentorum, qvia & alibi phraſi Scripturæ cibus eorundem eſt gramen, ut Pſal. CVI, 20. *mutârunt gloriam ſuam in ſimilitudine bovis, comedentis herbam:* Jer. L, 11. creverunt *ut vitula herba.* ſic *Num. XII, 4. Job. XL, 15. Jeſ. XI, 7.*

וּמִטַּל שְׁמַיָּא לָךְ מְצַבְּעִין *Et rore cœli infunderis.*

En (δ) domicilii veſtimentorumq; privationem: Qvi enim rori matutino atq; veſpertinô eſt expoſitus, is tectô haut dubiè caret, aut ſpontè nullô vult frui receptaculô. In fontibus eſt: *& de rore cœli te tingentes* erunt, h. e. madefies inde, (pari modô, ut imperſonalem vidimus locutionem membrô præcedente, *cibabunt*, pro cibaberis.) Hæc ipſa autem madefactio opponi videtur delicatæ crebræq; lotioni hactenùs uſitatæ, ita ut locô aqvarum odoratiſſimarum atq; balſamorum, nil aliud qvàm roris aqvæ ſuppeterent, ut nemo miniſtraret ampliùs aqvam manibus, verùm id expediant nubes ſeu aër, &c. Vide *v.15.25.33. & cap.V, 21.* Confer. *Cant.V, 2.* ubi ſponſus caput ſuum rore plenum cincinnosq; noctis guttis madidos prætendens, ſe ſub diô egiſſe, (qvod Græci dicunt *αἰθρωκοιτεῖν*) indicat.

וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלָךְ

***Septem qvoq; tempora mutabuntur ſuper te.*)** Eſt hæc (ε) temporis determinatio, qvamdiu miſer iſte ſtatus ſit duraturus, videlicet non inſtar febriculæ cujusdam citò tranſeuntis, ſed per integrum ſeptennium, qvemadmodum eandem hanc vidimus particulam iisdem verbis, *v. 13.*

עַד דִּי תִנְדַּע דִּי שַׁלִּיט עִלָּאָה בְּמַלְכוּת אֲנָשָׁא

***Donec ſcias, qvòd dominetur Excelſus ſuper regnum hominum.*)**

Digitized by Google

[illegible]) Deſcribitur his verbis (ζ) finis tantæ miſeriæ immiſſæ, qvi eſt [illegible] regna cuncta pro lubitu moderantis, debita agnitio; [illegible] ſpeciatim reſtringitur ad Regem hactenùs inſoleſcentem, [illegible] v. 14. generatim viventium omnium aliorum fiebat men- [illegible] in locô ſingula, qvæ hîc ponuntur, verba jamjam exami- [illegible]

[illegible] ex Verſ. XXV. (XXII.)

[illegible] politica ſeu commoratio cum hominibus aliis [illegible] intenta naturæq; implantata ; ita vita ſolitaria [illegible] inter mala hominis meritò eſt computanda ; Neq; [illegible]imâ, (qvalis eſt v. g. perſecutio, *Ebr. XI, 37. 38.*) eligen- [illegible] etiam Pontificiis probatur indiſcriminatim. Vi- [illegible] *T. I. oper. f. 768. 407. & T. II. f. 454.* Herm. Hugon. [illegible] *p. 256. ſeqq.* It. Hotting. *part. 2. Hiſtor. Eccleſ. p. 340.* &c. [illegible] Baſilius *in Aſceticis* non parùm commendet ſeceſſum à [illegible] tamen conſortium, cùm ad mutuas conditi ſimus [illegible] membra unius corporis, cùm defectûs noſtros non [illegible] *T. II. oper. f. m. 291.*

[illegible] commoda nec non alimenta idonea inter inſignia [illegible] Dei beneficia. Hæc ne tibi, æqvè ut Nebucad- [illegible] eripiantur aut pereant, fac, ne turpis eorum abuſus [illegible] dictam Dei accerſant.

[illegible]giminis obſervatione debitâ vide sîs qvæ ſuperiùs notata [illegible].

וְדִי אֲמַרוּ לְמִשְׁבַּק עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי דִּי [illegible]

[illegible] *præcepit, ut relinqveretur, &c.*) Sicut ſuprà in [illegible]onem *v. 11.* vidimus ejuſdem qvoq; limitatio- [illegible] qvoq; ratione interpretationem informat Daniel, [illegible] debitum ſubnectatur ſolatium, qvippè qvod ſpem [illegible] reſtitutione adhuc ſubſecuturâ. Iterum verò recurrit [illegible], aliqvoties notata hactenùs: *qvod* אֲמַרוּ *dixerunt*, h. e. [illegible] impersonaliter, non enim plures legimus dicentes, ſed [illegible]modò angelum *v. 11.* Vide sîs, *v. 22.* Porrò de radicis re- [illegible] *v. 12.* Neminem verò turbet affixi Pleonaſmus,

VERSUS XXVI. (XXIII.)

 (ſtirpem

Digitized by Google

(*ſtirpem radicum ejus* דִּי אִילָנָא *arboris:*) ita namq; antecedere non rarò id ſolet ſuum nomen diſertè expreſſum, ad qvod refertur, ſicut notavit id etiam Glaſſ. *l.3 Phil.S.Tr.2.Can.25.§.1.* unde ſine cauſâ Vulgatus multiplicavit verba: *radicum ejus i.e. arboris.*

מַלְכוּתָךְ לָךְ קַיָּמָא *Regnum tuum tibi manebit.*

Diſerta hæc eſt radicis ad perſeverantiam regni, altè velut radicati, accommodatio, ita ut nomen קַיָּמָא *ſtabilis*, (qvod Epitheton ipſi tribuitur Deo ejusdemq; regno *cap. VI, 26.*) reſpectum qvodammodo habeat ad erectam ſtipitis figuram, cùm truncus unà cum ramis, foliis ac fructibus proſtrata ac disjecta hinc indè in terrâ jacerent.

מִן־דִּי תִנְדַּע דִּי שַׁלִּטִין שְׁמַיָּא

Poſtqvam cognoveris, poteſtatem eſſe cœleſtem.) In Fontibus מִן דִּי *ex qvô* (Jacchiad. לְבַעֲבוּר *ideò ut*) *cognoſces, qvòd potentes* ſint *cœli*, h.e. qvòd cœleſte Imperium, vel Deus in cœlis degens, dominetur & tibi, & naturæ univerſæ, qvod tu tamen animadvertere hactenùs pro meritô hautqvaqvam voluiſti. Notandum hîc, metonymicè ſimul ac metaphoricè *cœlum* poni pro Deô in cœlis habitante aut gubernante; adeòq; *ut aula* qvandoq; ponitur pro Dominô in aulâ imperante, *terra* pro terræ incolis (*Gen. VI, 11.*) *urbs* pro civibus, &c. ita *cœlum* qvòq; pro cœleſti gubernatione, vel pro Deô, peculiariter in cœlis ſuam manifeſtante potentiam, ſapientiam ac majeſtatem, &c. veluti pluribus id declarat D. Glaſſ. *l.5. Ph.S.p.41.42.* qvem vide; evolve it. *Pſal. LXXIII, 9. 1. Macc. III, 18. Matt. XXI, 25. Luc. XV, 18.* Atq; ſic Deum ipſum, & neqvaqvam creaturam hîc intelligendum eſſe, apertiſſimè docet *v. 14. (17.) & 22. (25.)*

Poriſmata ex Verſu XXVI. (XXIII).

1. De neminis ſalute, tàm temporali, qvàm ſpirituali, deſperandum, qvamdiu adhuc homo ſpirat, utut arbori penitùs ſuccisæ videatur ſimillimus. Exemplo ſit Rex noſter furioſus, ab hominum commerciô ſecluſus, &c. Ex Manaſſe Idololatrâ, ex Matthæô publicanô, ex filiô prodigô, ex fœminâ impudicâ, ex Saulô perſecutore, poſſunt fieri reſipiſcentes; ex depauperatis divites, ex valetudinariis benè valentes, &c. *Manus Dei mutare poteſt omnia*, Pſal. LXXVII, 11.

2. Dominium cœli (non aſtriferi aut aſpectabilis, ſed majeſtatici, ac Deo cœlitibusq; ſolùm cogniti,) agnoſce reverenter, obſeqvioſè, fiduciariter. לָהֵן

לָהֵן מַלְכָּא מִלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָךְ

[illegible] Rex conſilium meum placeat tibi:) Epilogi lo- VERSUS XXVII. (XXIV.)
[illegible] ſalutare contra malum modò prædictum ſuppeditat,
[illegible] de vitæ ſcil. in melius mutatione, unà cum ejusdem ſpe-
[illegible] Annectitur autem antecedentibus per particulam illati-
[illegible] qvà, qvapropter, LXX. διὰ τοῦτο, qvaſi diceret: Cùm לָהֵן
[illegible] hactenùs adeò turpiter tranſactam, cœleſtis tibi
[illegible] vide, ut adhuc tempeſtivè iram illam avertas,
[illegible] hanc voculam cap. II, 6. 9. 11. 30, cap. III, 28. cap. VI, 6.
[illegible] ipſum venit nomine מְלַךְ qvod convenit cum
[illegible] conſtat ex Chaldæô Pſal. I, 1. LXXIII, 24. Eſa. XLVI, 10.
[illegible] nomen מִלְכִּי conſilium à מַלְכָּא rege, מלכא
[illegible] in Arcâ, conſilium eſt deliberationis & ſenten-
[illegible] Lapide hîc ſuperaddit; qvia conſilium eſt inſtar re-
[illegible] regere & regi debent conſiliô, ut Regis Rex ſit conſilium,
[illegible] Rex, qvi conſultor, & regnare ſit idem qvod con-
[illegible] Unde Agamemnon Rex ab Homerô βουλη-
[illegible] appellatur. Adeòq; cùm Danielis eſſet officium,
[illegible] ſalutaria ſuppeditare conſilia, noluit & hîc
[illegible] tantam regiæ Majeſtati videret paratam eſſe
[illegible] benevolentiam adhuc captat, uſurpando vocem
[illegible] vel ſit, aut placeat tibi, qvaſi diceret, ne ægrè
[illegible] ptum aut muliebre deſpicias, ne ob qvalemcun-
[illegible] averſeris aut intermittas; vide ſuprà c. III, 32.
[illegible] Ais; ſi prædicta hactenùs infallibiliter decreta,
[illegible] hoc conſilium? Reſpondetur: Etiam Ninevitarum
[illegible] ſkiæ mors, decreta jamjam erant, & nihilominùs
[illegible] ibus utrobiq; mutatio eſt impetrata, videlicet,
[illegible] involverat conditionem: Confer. Jer. XIIX, 7.
[illegible] divinis, &c. Ita ferè Hieronymus ad h. l.

וַחֲטָאָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק וַעֲוָיָתָךְ בְּמִחַן [illegible]

[illegible] eleemoſynis redime, &c.) Conſilium comple-
[illegible] tùm ſperanda. Illa tradunt commutationem
[illegible] cum juſtitiâ, partim iniqvitatum cum beneficen-
[illegible] ſpulativum ו, qvod non incommodè vertitur nimi- ו nimirum
[illegible] ita adfuit, vide v. 22. Porrò (α) actus regi ſva-

 ſus

Digitized by Google

פרק ſus continetur verbô פְּרַק *abrumpe* : hunc namq; ſignificatum [illegible]
וְשַׁבֵּר *ſuccisionis atq; fractionis* verbo פרק tribuit *R. Nathan in Conc.* [illegible]
Kimchi ait, ſignificare הַפְּרָשַׁת דָּבָר מִן הַדָּבָר *ſeparationem rei à*
re ; qvâ etiam ratione occurrit Exod. XXXII, 2. 24. *abrumpite inaures*
aureas ; Num. I, 51. יִפְרְקוּן *abrumpent* vel avellent, *illud à cervicibus* [illegible]
Prov. XVII, 9. *ſeparans* מְפָרֵק (Ebr. מַפְרִיד) *amicum*: 1. Reg. XIX, 11. [illegible]
dirumpebat montes , &c. Confer in Ebræô Codice loca hujus v[illegible]
פָּרַק *Gen. XXVII, 40. Pſal. VII, 3. CXXXVI, 24. Exod. XXXII, 2. 3. Thr.* [illegible]
Atq; ſic h. l. etiam R. Salomon exponit : *abrumpe à collô tuô iniqvitates*
tuas. Eqvidem verbum hoc valet etiam *liberare* , *redimere* [illegible]. Verùm
tunc Accuſativus cum verbô hôc conſtructus deſignat perſonam in
miſeriis conſtrictam, non verò vitium ; qvale hôc locô memoratur. Sic
2. Sam. IV, 9. *qvi redemit animam meam ab omni anguſtiâ* : *it. Pſ. XX*, 7.
XXXIV, 7. *Job. V*, 20. *Deut. XIII*, 6. *Eſa. LXIII*, 9. *&c.* Cùm itaq; liberatio
peccatis minimè conveniat, ita ſcil. ut ſalva ea poſt redemtionem ſint
ac maneant , ſicut aliàs ejusmodi ſalutis conſeqvens liberati inte-
gritas vel ſalus in redemtione latet, idcircò priorem meritò amplecti-
mur, tuemurq; ſignificatum *ſeparationis*, ita ut (β) objectum ſeparan-
dum vel avellendum ſint חֲטָאִין *peccata* Regis, qvibus videlicet & De-
um & homines inſigniter hactenùs offenderat : nec non [illegible]
tes ejusdem, qvibus hactenùs perverſum , legibusq; tàm ſacris qvàm
עויא profanis contrarium licentiosè nimis ſe exhibuerat. Ita namq; [illegible]
iniqvitas, & in pl. עֲוָיָן *iniqvitates* (ab Ebr. עָוָה [illegible]
egit,) generaliter pro qvavis accipitur exorbitantiâ [illegible]
ſione, æqvè ut Ebr. עָוֹן : Vide Pſal. LI, 7. *ecce, in iniqvitate* [illegible]
v. 11. *& omnes iniqvitates meas dele* : Pſal. CVII. 17. *propter iniqvitates*
ſuas affliguntur, Pſal. CXXX, 3. *ſi iniqvitates obſervaveris*, &c. Qvi-
bus autem contaminatus fuerit Nebucadnezar peccatis, ni [illegible]
terfectione innocentium, (qvam nonnulli colligunt *ex cap.* [illegible]
faſtu immani, adeò ut ſtatuam ſibi erigeret, conſcientiis [illegible]
in cultu idololatricô approbando imperaret, enormibus [illegible]
ſumtuoſa ædificia, operisq; cotidianis gravaret , &c. [illegible] Joſephô
aliisq; longâ probat ſerie D. Franzius *de Interpr. ſcript.* [illegible]
(γ) Terminus ad qvem, vel id, qvod vitiis avulſis ſucced[illegible]
debet, eſt tùm צִדְקָה *juſtitia*, tùm מְחַן עֲנָיִן beneficentia in pau-
peres, qvaſi diceret : ſi vis, ô Rex, ut recedat à te gravis [illegible]
cta tibi modò eſt dejectio, *recede* & ipſe mat tempeſtivè *à malo & fac*

bonum,

[illegible] Pſ. XXXVII, 27. *deſine malefacere, & diſce benefacere, [illegible] dirige oppreſſum, judica pupillo, judica viduæ*, &c. [illegible] dem pravum peccandi habitum, depone veterē ho- [illegible] novum, vel deſine peccato inſervire, *Ebr. XII, 1. Eph. IV,* [illegible] *ſeqq.* Et cum hactenùs freqvens apud te inq; tuâ aulâ [illegible] age fac nunc ejus locô præſtò ut ſit *juſtitia*, ſuum [illegible] nemin emq; lædens; cùm etiam non niſi anxiè paſ- [illegible] qverelæ fuerint auditæ, age, ſuccedant commiſerati- [illegible] nec non depauperatorum refocillationes exoptatæ. Atq; [illegible] (qvod qvandoq; pro *eleemoſynâ* aut liberalitate [illegible] cipi non negatur, v. g. *Pſ. V, 9. XXXI, 2. Pſ. XXXVI, 11. Eſ. LVIII, 8. Devt. VI, 25.* &c. qvorſum etiam Græci & Hieronymus reſpexerunt h. l.) propriè nobis deſignat juſtitiam diſtributivam, velut oſtendit B. Menzerus *Append. Diſp. Giſſenſ. D. XVI. §. 7.* Item noſter D.D. Hülſem. *Man. Aug. Conf. p. 399. aliiq;.* Qvid enim opus eſt, inuſitatiorem arripere præ uſitatô ſignificatu, cùm diſertè inſuper ſubſeqvatur beneficentia in membrô proximô? Porrò per מִחַן עֲנָיִן *miſereri pauperum* indicatur ejusmodi affectus, qvo penitùs inſpectâ æſtimatâq; eorundem miſeriâ, mitiùs de iisdem & ſentire, & cum iis agere incipimus, onera relevando, qvietem indulgendo, beneficia conferendo, &c. Hunc namq; affectum cum effectu complecti ſolet verbum חָנַן (cujus hîc extat Infinitivus juxta Buxtorff. *Gram. Chald.* 108. locô nominis uſurpatus pro more Orientalium:) qvod in Chaldæô non ampliùs occurrit, ſæpiùs autem in textu Ebræô, vide ſi lubet Notata ad *Prov. XIV, 21.* [illegible] עניים [illegible] מְחוֹנֵ[illegible] *miſerens pauperum beatus eſt.* & v. 31. *honorat Deum*, חונן אביון miſerens pauperis c. *XXXI, 8.* [illegible] לְחוֹנֵן דַּלִּים *miſerenti vel largituro pauperibus colligit eas.* Item Pſ. XXXVII, 21. 26. *Juſtus* חונן *miſeretur & dat.* Pſ. CXII, 5. *bonus* חונן *miſeretur & commodat*, &c. Atq; ſic pro reſpectu hujus perſonæ regiæ ſvadetur talis pro ſubditis depauperatis perſonisq; miſerabilibus cura, ut Rex inqvirat in eorundem conditionem, an ſint, qvi defectu hoſpitiorum, alimentorum medicamentorumve pereant, qvibus ſub- [illegible] ctione Noſocomiorum, Xenodochiorum, &c. Item [illegible] viduarumq; per provincias decens habeatur ratio, [illegible] inſtituta judicia, item, an captivi, exules, co- [illegible] nimis defatigentur operis manuariis, tributis, one- [illegible] ipſas moleſtias ac onera Rex poſſit minuere, &c. צדקה חנן

De voce עֲנָיִן *afflicti, perſonæ miſerabiles*, qvæ hic ſolùm extat, poterunt ſecurè dici eadem, qvæ de voce Ebræâ עֲנִיִּים aliàs dicuntur, vide ſis *Prov. III, 34. XV, 14. XXII, 22. XXX, 14.* Reſtat præfixū ב ante utrumq;, *juſtitiam* ſcil. atq; *beneficentiam*, qvod ipſum commodiſſimè reddi poteſt, *per*, h. m. *abrumpe peccata tua per juſtitiam*, ita ſcil. ut peccatis ſuccedat juſtitia, & iniqvis expilationibus nova in pauperes benignitas, ſive clementia. Qvem ipſum ſignificatum præfixi ב deprehendere licet Devt. XXXII, 21. commoverunt me ad Zelotypiam בְלֹא אֵל *per ea, qvæ non ſunt Deus*: Jer. XXXII, 17. בְּכֹחֲךָ Luther: durch deine Krafft: Cohel. IX, 15. *per ſapientiam*, &c. Item *Prov. III, 18. c. XXIV, 3. &c.* Dum verò juſtitiæ clementiæq; ſtudium h. m. commendatur, omninò ſeria reſipiſcentia fidesq; in Deum verum præſupponitur; Id qvod etiam Svarez *lib. VII. de cauſâ prædeſtin. c. 7. n. 30. f. 241.* agnoſcit, ita ſcribens: *Qvando Daniel dicebat Regi, peccata tua eleemoſynis redime, non eſt putandum, conſuluiſſe illi eleemoſynas, ut pura opera miſericordiæ, ſed primò omnium exegiſſe ab eô veram fidem in Deum, & recognitionem, qvod illum ſuis peccatis offendiſſet, & ſpem obtinendi ab illô veniam, atq; hôc modô conſuluiſſe illi, ut ex hâc fide, ſpe & intentione faceret eleemoſynas ad redimenda peccata.* Ita B. Menz. *app. Gieſſ. diſp. 16. th. 9. & ſeqq.* Regem, ait, per hoc Danielis conſilium fuiſſe deductum ad agnitionem ſuorum peccatorum, deq; iis dolorem, qvæ prior eſt pars pœnitentiæ, qvam haut dubiè excepit pars altera, fides nimirùm veniæ ſeu gratiæ per Meſſiam promiſſæ, de qva *Dan. IX, 24.* Confer *Act. IV, 12. c. X, 43. 1. Joh. I, 7. II, 2.* Sine fide enim impoſſibile placere Deo, *Ebr. XI, 6.* Et qvicqvid non eſt ex fide peccatum eſt, *Rom. XIV, ult.* Arbor, qvæ non per fidem bona eſt, non poteſt ferre fructûs bonos, *Matth. VII, 17.* Qvapropter cùm hic commendentur fructus digni pœnitentiâ, *Matth. III, 8.* qvibus receſſum à malô, acceſſumq; ad Deum, tanqvam tantæ imminentis pœnæ autorem, teſtari Rex debuit, idcircò haut dubiè plura, qvam qvæ hic adſcripta ſunt, ulterioris lucis cauſâ adjecta ſunt à Daniele, modò Rex profanus talia non averſatus fuiſſet ſuſcipere.

הֵן תֶּהֱוֵה אַרְכָה לִשְׁלֵוְתָךְ׃ *Forſitan ignoſcet delictis tuis.*

In Fontibus planè aliter, הֵן אַרְכָה לִשְׁלֵוְתָךְ *Ecce prorogatio* (erit) *tranqvillitati tuæ.* Hactenùs habuimus obſervanda, ſeqvuntur nunc ſperanda, videlicet proſperitatis ulterior continuatio, locô infe-

[illegible]is per ſomnium ſignificatæ. Indicatur illa per voculam הן
[illegible] aſſeverandi & cum admiratione velut inſperatum qvid
[illegible] vim habet. Qvanqvam enim hocce הן aliàs ſit apud Chal- הן
[illegible] condition. *Si*, v.g. cap. II, 5. *ſi non indicaveritis*: it. *cap.*
[illegible] Qvandoq; tamen Ebræum retinet ſignificatum, *ecce*, ſicut
[illegible] ita reddidit *cap. III, 16.* הן *ecce Deus noſter poteſt erue-*
[illegible] etiam h. l. eſt accipiendus, cùm aliàs nulla eſſet ſenten-
[illegible] *abrumpe peccata*, *ſi erit prolongatio.* Ac proinde
[illegible] Vulgata cum ſuô *forſitan*, qvod aliàs de voculâ hâc
[illegible] nullô modô poteſt. Atq; ſic per *ecce* reddidit etiam
[illegible] *Jucchiades*: בְּקֻשְׁטָא *in confeſſo, vel reverâ.* De
[illegible] cui Chaldæum hoc הן reſpondet, qvod qvandoq;
[illegible] B. D. Hopfneri *Diſp. IX. de juſtificat. Aph. III. §. 20.*
[illegible] qvæ antehàc notata ſunt ad *Prov. c. III, 34.* Huc, qvod
[illegible] *de eleemoſynis* textum noſtrum citet, hôc modô: *Et*
[illegible] *delictis tuis.* Papizans *Grotius* hîc iterum defendit
V[illegible] ſed ſine ullâ ratione. Sperandum ipſum eſt ארכה
[illegible]tinuatio; qvæ vox in Chaldæô Codice non ampliùs
[illegible] Ebræa eſt אָרַךְ *prorogavit*, inde אֹרֶךְ *longitudo, pro-*
[illegible] vitæ, *Pr. III, 2. 16. &c.* & אֲרֻכָה prorogatio, in ארכה
[illegible] *Eſa. XXVI, 10. Cohel. IIX. 12. Jer. XV, 15. &c.* Atq; hoc
[illegible]ponitur comminationi *ſucciſionis*, qvaſi diceret:
[illegible] jam ad arboris radicem videatur poſita, (*Matth.*
[illegible] tamen tuus vigor poterit, ſi conſilio ſalutari dede- שלותא
ris [illegible] ima שְׁלֵוְתָא *tranqvillitas*, hîc ſolummodò etiam
[illegible] שְׁלֵה deſcendens, commodiſſimè exponi poterit
[illegible] dicebat שְׁלֵה *tranqvillus ſeu qvietus eram in*
[illegible]met qvies tranqvilliſſima ac feliciſſima per Dani-
[illegible] proroganda. *AbenEſra*, *Abarbinel & Jucchiades*
[illegible]*icina erit errori tuo*; reſpexerunt haut dubiè ad Ebræ-
[illegible]*atio &* שָׁלוֹ *error.* Verùm haut opus eſt, cur à prio-
[illegible] planâ hîc recedamus.

[illegible] ex Verſu XXVII. (XXIV.)

[illegible]tisfactionum Papiſticarum ex textu hôc probatio.
[illegible] hîc de *redemtione*, qvam ex Vulgatô arreptam
tur-

turpiter tuentur *Papicolæ*, & cum iiſdem *Grotius*. Qvos longâ ſerie refutat B. Menzerus *Diſp. ſuperiùs cit. p. 736. ſeqq.* Imò ſeqveretur hâc ratione, opera etiam irregenitorum mereri ac placare Deum. Qvapropter diſſentientes invicem Papiſtas, qvorum aliqvi de congruô, alii de condignô mereri ſtatuunt, committi invicem videas apud noſtrum D.D. Hülſeman. *Man. Aug. Conf. p. 399.* & D. Haberk. *in Vindic. Fidei Luther. p. 423.* Contra ſatisfactionem etiam Pontificiam urget Chamier. *T. III. Panſtr. l. 23. c. 29. §. 1. ſeqq.* qvòd hîc nihil de opere pœnoſô, cùm ſolùm ſvadeatur motus commiſerationis. Videatur etiam B. Balduin. *de Indul. cont. Schop. p. 354.* Brochman. *in loc. de pœnit. qv. 26. p. 375.* Hackſpan. *L. 1. Miſcell. p. 132. & not. phil. h. l.* & Gerhard. *T. III. LL. de Pœnit. §. 90. p. 556. & §. 130. p. 637.* Apologia *item Aug. Conf. in F.C. p. 112.* Conciliari hîc debet Bellarmin. ſecummetipſô, ut qvi *lib. II. de Pœnitentiâ c. 6.* ex dictô hôc elicit vim ſatisfactoriam contritionis ante remiſſionem peccatorum, ſed *lib. 4. cap. 8.* ex eod. hôc noſtrô dictô colligit, vim ſatisfactoriam operum poſt juſtificationem: qvæ ſanè ſunt *ἀσύςατα*.

2. Opera infidelium bona, utut in ſe & ratione actûs legi divinæ qvodammodò conveniant, non tamen conveniunt ex aſſe: Deeſt namq; finis debitus, ſolius videlicet Dei veri gloria, proximiq; commodum, deeſt efficiens, gratia ſcil. Spiritûs S. nec non fides, ſine qvâ impoſſibile placere Deo, &c. proindeq; meritò à nobis habentur pro peccatis. Qvanqvam non negamus, virtutes gentilium à Deô qvoq; ſuam non rarò mercedem accepiſſe ex gratiâ: Videantur Hutteri *LL. Com. f. 279.* Gerhard. *T. 4. Conf. Cathol. p. 523. 536.*

3. *Dubitatio de gratiâ divinâ* nil qvicqvam hîc reperit roboris, prout qvidem opinantur Pontificii. Nullum enim hîc *forſitan* ceu ſuprà vidimus. imò nihil hîc niſi de pœnarum temporalium averruncatione. At ſimulatâ etiam pœnitentiâ dilationem infortunii obtinuiſſe Achabum, conſtat ex *1. Reg. XXI, 27.* Qvin imò operibus miſericordiæ promiſſam eſſe felicitatem temporalem, largimur *ex Pſal. XLI, 1. ſeqq.* Si itaq; omninò hîc adeſſet dubitandi particula, nondum tamen obtinuiſſent Papiſtæ, qvod volunt. Certitudinem namq; circa pœnarum temporalium ſive ablationem, ſive mitigationem, nemini pollicemur, utut de peccatorum veniâ pœnarumq; propriè dictarum ablatione neminem ſeriò reſipiſcentem dubitare permittamus. Vid. Hütteri *LL. f. 462.*

Digitized by Google

[illegible] Philoſ. Sob. p. 679. Finck. *Diſp. Tom. 5. Gieſſ. p. 92.* [illegible] *T. 2. LL. p. 433.* Gerh. *Tom. 3. LL. de Juſtif. §. 102. & Tom. IV.* [illegible] *31. & 760.*

[illegible] Converſio deſcribitur qvandoq; vel à terminô à qvô, qvi eſt [illegible] *peccata, iniqvitates*; vel à terminô ad qvem, vitâ ſcil. pro- [illegible] *beneficentiâ*; ita tamen, ut ſeria de admiſſis contritio, nec non de veniâ per Meſſiam impetratâ fides, decenter includantur: Vid. *Pſal. XXXIV, 15. Eſa. I, 16.* &c.

5. Miniſtri Dei ſunt auditorum ſuorum Conſiliarii, ſicut h.l. Daniel ſui Regis. Prudentiam itaq; adhibeant debitam, ne imminentibus pœnis vel meticuloſè ſileant vel importunè terreant, vel adulatoriè aſſententur ac ſimulent; Verùm malo congruam adhibeant medelam, cum ſuperioribus reverenter, cum inferioribus graviter agendo, reſipiſcentiam ingenuè ſvadendo, &c. Confer. Nathanis prudentiam, *2. Sam. XII.* itemq; Pauli exemplum, *omne conſilium Dei ſincerè communicantis*, Actor. XX, 27.

6. Piis auditoribus *placet* Doctorum conſilium, cui etiam pro viribus, [illegible] cum ſuô emolumentô, morem gerunt, *Luc. X, 16. Ebr.* [illegible]

7. Juſtitia operum ac benificentia ſive charitas, utut remiſſionem peccatorum mereantur hautqvaqvam, *Rom. III, 28. Gal. II, 16. Eph. II, 8. & Luc. XVII, 10.* non tamen ſuis propterea deſtituuntur præmiis, qvinimò pauperum pro *nobis* eliciunt interceſſiones, pœnas temporales mitigant, bona omnis generis conciliant, irritamenta occaſionesqvè peccandi amovent, aut contra eas præmuniunt, &c. velut inter cæteros id perſeqvitur latiùs Jer. Drexelius *T. 2. Oper. f. m. 568.* cum judiciô tamen legendus. Vid. *Pſal. XLI, 1. Matth. XXIII, 24. Luc. XVI, 9. Prov. XVI, 6.* Imò mera fides nunqvam ſuis his deſtituitur fructibus, *Gal. V, 6. Jac. II, 13. 17. 1. Joh. V, 11. Tit. II, 12.*

8. Erroneum eſt, fatalem eventuum ſtatuere neceſſitatem, adeò [illegible] ntiam impœnitentiamvè exulet reſpectus: Vid. [illegible] loqvor adverſus gentem, &c. item *Pſal. CVI, 45.* [illegible]

[illegible] peccatis perſeverantes eleemoſynarum largitione [illegible] ſibi promittunt, vehementer ſemetipſos deci- [illegible] multis docet Auguſtinus *in Ench. ad Laurent. c. 75. 76. 77.*

[illegible] כֹּלָּא מְטָא עַל־ נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא׃

VERSUS XXIIX. (XXV.) *Omnia hæc venerunt ſuper Nabuchodonoſorem Regem.)* Finitâ ſomnii interpretatione, ſeqvitur nunc accurata etiam ejuſdem impletio, deſcripta (α) ratione temporis, (β) loci, *v. 26.* (γ) [illegible] nis *v. 27.* (δ) modi; in qvô partim vox cœlitùs delata *v. 28. 29.* partim vocis adimpletio exacta, tàm qvoad deturbationem, *v. 30.* qvàm [illegible] tutionem, *v. 31. 32. 33.* De verbô מְטָא *pervenit, attigit,* [illegible] Ne autem te turbet, Nebucadnezarem in hâc ſuâ epiſtolâ loqvi [illegible] tanqvam de aliô; ita namq; Orientalium ferebat uſus, qvo [illegible] Moſes, Samuel, Jeremias, Jonas, atq; alii de ſeipſis loqvuntur [illegible] ſonâ tertiâ, qvanqvam ipſimet librorum fuerint Autores. [illegible]

Poriſmata ex Verſu XXVIII. (XXV.)

1. Omnia Dei cùm promiſſa, tùm comminationes [illegible] infallibiliter adimplentur, utut moram qvandoq; trah[illegible] Sic diluvium venit, ſic Hieroſolymæ devaſtatio, ſic templi [illegible], &c.

2. Idem igitur ſibi promittant nunc pii de extremô [illegible] reditu, de AntiChriſti interitu, de carnis reſurrectione, &c. Idem [illegible] ſibi metuant impii de judiciô extremô ſeverô, de [illegible] ſupplicio, &c.

3. Si ſuper Reges ac Magnates *cuncta veniunt* [illegible] qvid exceptionis aut privilegii pollicebuntur ſibi pauper[illegible] ac profani.

VERSUS XXIX. (XXVI.) לִקְצָת יַרְחִין תְּרֵי עֲשַׂר *Poſt finem menſium duodecim.* En complementi (α) tempus: videlicet integrô fermè elapſô annô. Duodecim namq; menſes ſive curſûs lunaris periodos [illegible] reqviri, conſtat ex *Eſth. II, 12. 1 Paral. XXVII, 2 ſeqq. Apoc.* [illegible] &c. Num verò ſpacium hoc Deus determinaverit Regi ad reſipiſcentiam, ſicut 120. annos antediluvianis, aut 40. dies Ninevitis, [illegible] inclinant *Theodoretus, Chryſoſtomus* in Pſ. 95. *Cyprian.* [illegible] & Elecmoſ. item *Sanctius, Calvinus & Belga:)* an verò per Eleemoſynarum elargitionem idipſum lucratus qvaſi fuerit Nebucadnezar, [illegible] vult *Hieronymus, Thomas, Hugo, Dionyſius, Lyranus, Drexelius* in [illegible] Daniel, *Piſcator, Jacchiades;* id ex textu disertè & infallibiliter vix poterit evinci.

[illegible]

[illegible] מִטְּיוּ [illegible] מַלְכוּתָא דִּי בָבֶל [illegible] עַל הֵיכַל

[illegible] *Babilonis deambulabat.)* En (β) Locum! Palatium [illegible] qvô ipſô antehàc tùm ſomnium habuerat, tùm ejus- [illegible] interpretationem audiverat, uti conſtat ex *v. 1.* In hôc ita- [illegible] *deambulans fuit*, h. e. curis regni ſeriis poſthabi- [illegible] velut [illegible]batur, ſuisq; indulgebat ſpeculationibus [illegible] qvidem in tectô, ut videtur, Palatii planô, qvalia in [illegible], ex qvo eò meliùs contemplari poterat ſubjectam [illegible] provinciæ alicujus latè diffuſam ſummèq; ſpecioſam

[illegible] ex Verſ. XXIX. (XXVI.)

[illegible] decenter utere *Rom. II, 4.* dilatio pœnarum ne te fa- [illegible] poſt 12. menſes accidere poteſt id, qvod Nebu- [illegible] temporis vix eventurum cogitavit.

[illegible] *[illegible]tia:* Nebucadnezar ac David deambulantes in e- [illegible] delati ſunt. [illegible] occupati ſeriis ac gravioribus fa-

[illegible] עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר הֲלָא דָא הִיא בָּבֶל רַבְּתָא

[illegible] *Rex & ait: Nonne hæc eſt Babel magna.)* VERSUS XXX. (XXVII)

[illegible] elatam videlicet Regis ſecuri Deiq; prorſùs im- [illegible], qvæ non intra tacitum remanſit pectus re- [illegible] prorupit, audientibus cunctis magnatibus ac [illegible] eundem, ut fieri ſolet, comitantibus. *Reſpondendi* [illegible] reqvirit prævium hujus generis ſive interrogatio- [illegible] aliorum, ſed idem eſt ac, *loqui cœpit*; tanqvam id [illegible] animi diſcurſibus, ultrò citroq; hactenus ven- [illegible] nonnulli verbum עָנֵה eô explicare ſolent modô: עָנֵה [illegible] *Salomo* tamen putat, præceſſiſſe clamorem men- [illegible] egenorum, qvos hactenus aluerat ſvaſu Da- [illegible] ſtatu qvæſiverit, &c. Verùm mera hæc eſt conje- [illegible] fabuloſa. Objectum verò gloriationis hujus eſt *Babel* [illegible] illa per Orbem univerſum decantata, ratione am- [illegible] fortitudinis, opulentiæ, antiqvitatis, &c. qvam [illegible] in conſpectu tùm temporis habebat maximam par- [illegible], haut dubiè in locô editiore ſitô, deambu-

 lans

Digitized by Google

lans cuncta circumſpiceret. Qværendo autem ſuum exponit animum: *Annon hac eſt Babilon illa ingens?* non, ac ſi loqveretur de re ignotâ atq; dubiâ, ſed tanqvam infallibiliter ac omnium confeſſione approbatâ; cujusmodi vim ſolent aliàs habere hujus generis interrogationes, v.g. *an non universa hæc terra tibi eſt expoſita?* Gen. XIII, 9. *Nonne fratres tui paſcunt in Sichem?* cap. XXXVII, 13. *Nonne, ſi benè egeris, &c.* cap. IV, 7. *Nonne David latet apud nos?* Pſal. LIV, 2. 1. Sam. XXVI, 1. *nonne ſcripſi tibi?* Prov. XXII, 20. Gloriatur autem de Babele 1. ob *magnitudinem*, dum vocat רבתא *magnam illam*. Nam ſita erat illa in planitie ad fluvium Euphratem, (juxta aqvas multas *Jer. LI, 13. 36.*) in ambitu habens 15. milliaria, ut ſcribit Ariſtoteles *l. 3. Pol. c. 2.* unde etiam occupante eandem hoſte tertiâ demùm die perſenſit hoc infortunium pars urbis ultima; ut proinde *Ariſtoteles* magis cenſeat eam habuiſſe περιγραφὴν gentis, qvàm civitatis. (Qvam ipſam tamen Ariſtotelis relationem in dubium vocat Bochardus *l. 1. Phaleg. c. 12. f. 49.*) de qvâ ipſâ magnitudine teſtabuntur qvoq; Herod. *l. 1.* Diod. Siculus *l. 2.* Plinius *l. 6. c. 26.* Curt. *l. 5.* (vide rurſus Bochardum *l. c. & l. 4. cap. 13. fol. 261. ſeqq.*) Conſtabat verò urbibus duabus, interiore & exteriore, ſicut eas vocat Beroſus apud *Joſeph. L. 1. contra App.* & cincta erat murô latiſſimô, adeò ut qvadrigæ inter ſe occurrentes potuerint commeare; nec non altiſſimô, ita ut monti hâc de cauſâ aſſimiletur *Jer. LI, 25. Eſa. XIII, 2.* Gregorius Turonenſis *l. 1. Hiſt. c. 6. ex Oroſio* ait, murum Babilonis in latum habuiſſe cubitos 50. altitudinis 200. in circuitu ſtadia 470. per unum qvodq; latus portas vicenas qvinas, qvæ facerent 100. qvarum oſtia miræ altitudinis ex ære erant fuſili. Diod. Siculus *l. 2. f. 95. ſeqq.* muros adeò facit latos, ut 6. currus unà potuerint per eos incedere, tàm altos, ut 365. pedes continuerint. Vid. etiam Strab. *init. l. 16.* In mediô urbis pro arce fuiſſe Turrim illam *Gen. XI, 4.* ſtructam, altitudine 4. milliarium, ſcribit Hieron. *ad Eſa. XIV.* de cujus tamen relationis veritate ambigit Perer. *ad h. l. p. 349.* adducens interim alia ex profanis de eâdem turri notatu digna. Facit ad hanc magnitudinem, qvòd mercatura illîc exercebatur incomparabilis, uti colligitur ex *Ezech. XVII, 4. Jeſa. XLVII, 15. (Confer. Apocal. XVIII, 11.)* Idq; ob fluvios navigabiles Tigrim & Euphratem, nec non mare vicinum. Hinc etiam *laus univerſæ terræ* appellabatur, Jeſa. LI, 41. & *ornamentum regnorum*, Eſa. XIII, 19. imò *aurea*, Eſa. XIV, 4. *theſauris abundans*, Jer. L, 37. cap. LI, 13. & propter potentiam

malleus

Digitized by Google

[illegible] nec non *domina Regnorum*, Eſa. XLVII, 5. 17.

[illegible] די בנית *Quam ego ædificavi:*

[illegible] hæc eſt gloriationis argumentum (2) à ſuô in extruen-
[illegible]; ubi ſtulta iterum ſe prodit inſolentia, dùm ob nonnul-
[illegible] ædificia publica, ut eſſe ſolent armamentaria, turres,
[illegible], templa, curiæ, &c. ſibi tribuebat id, qvod majoribus
[illegible] tribuendum erat: jamjam enim ante Nebucadnezarem
[illegible] Babelis celebritas, uti colligere etiam licet ex *Gen. X.* pro-
[illegible] *ædificaverat* Babelem, ſed Ninus, Semiramis, &c. de
[illegible] *Pererius* p. 351. Nebucadnezar verò, ut refert *Joſephus*
[illegible] c. 11. (aliis 13.) f.m. 349. *ſolùm auxit & reparavit an-*
[illegible] *munitò & fluminis alveô, ita ne hoſtes eô poſſent uti ad*
[illegible] *Tres qvoq; murorum ambitus intra urbem ex-*
[illegible] *circumdedit, omnes è coctilibus laterculis. Cumq;*
[illegible] *civitatem muniviſſet, & portas in templorum*
[illegible] *paternæ regiæ contiguam extruxit aliam Regiam, &*
[illegible] *In hâc Regiâ moles ſaxeas fornicibus ſuſpendit,*
[illegible] *referentes, ſupernè conſitas variis arborum generibus,*
[illegible] *hortos penſiles abſolvit, &c.* Beroſus veteri urbi Ba-
[illegible] zarem adjeciſſe alteram extrinſecùs. Confer et-
[illegible] adeòq; cùm Ninive antehàc pro regiâ eſſet habita,
[illegible] Babele, Nebucadnezar hanc denuò velut auxit atq;
[illegible] *Pererius* h. l.

[illegible] לְבֵית [illegible] *In domum Regni.*

[illegible] traditur ædificationis, videlicet ut urbs hæc mere-
[illegible], in qvâ tantus Monarcha ſine famæ ac honoris
[illegible] tare poſſet. De *domibus regiis* aliàs, ſi lubet, vid.
[illegible] *XXV, 9. 2 Paral. II, 1. 12. cap. VII, 11. c. IIX, 1. c. IX, 12.*
[illegible] *LII, 13.* de urbe autem *Babel*, qvæ vocatur
[illegible] *domus regni*, conſuli poteſt *Amos VII, 13.* Facit huc
[illegible] *Imperatoris Auguſti*, qvi Romam dicebat *ſe ac-*
[illegible] *reliqviſſe autem marmoream.*

[illegible] בִּתְקַף חִסְנִי וְלִיקָר הַדְרִי

[illegible] *fortitudinis meæ & in gloria decoris mei.)*

[illegible] medium ædificationis, vel ſi mavis, medium, glo-
[illegible] incomparabilis poteſtas. Aliqvot autem adhibentur

חקף vocabula; תְּקַף *robur*, qvale deprehenditur in arbore durâ atq; craſſâ, cùm à ventis aut vi aliâ humanâ flecti ampliùs aut frangi neqvit, ſuprà *v. 8.* aut in ferrô, *cap. II, 40.* item in regnô aliqvô invictô, *ibid. v. 42.* aut in Rege ipſô *cap. IV, 19.* conf. *cap. II, 17. & c. V, 20.* Adeòq; etſi hîc ſibî ſuisq; viribus Nebucadnezar id attribuit, tanqvam proprium, qvod tamen à Deô ſolô ipſi ſolùm erat commodatum. Porrò additur
חסנא חִסְנִי *potentia mea*; qvod ipſum חִסְנָא *potentia* adfuit c. II, 37. ubi diſertè jam dictum fuerat Regi huic à Prophetâ, unde potentia hæc eſſet, nimirum *Deus cœli dedit tibi regnum*, חִסְנָא *potentiam*, וְתָקְפָּא *& robur*, וִיקָרָא *& honorem*: Vid. illic dicta. Neq; tamen adhuc ſufficit elato huic Regi tantus verborum apparatus, addendum etiam erat, וְלִיקָר הַדְרִי *& in honore* vel ad honorem *decoris aut gloriæ meæ.*
יקר Ubi priùs nomen יְקָר itidem vidimus adhiberi *c. II, 37.* Poſterius verò הֲדַר *gloria, decor, ſplendor*, in Ebr. ſolet deſignare id, qvod admirationem, venerationemq; incutere poteſt ſpectatoribus, qvando *Prov. XIV, 28.* copioſitas populi vocatur הַדְרַת *gloria Regis*: & c. XX, 29.
הדר *canities eſt* הֲדַר *gloria ſenum*; Confer. *Pſal. IIX, 6. Pſal. XXI, 6. Pſal. XCVI, 6. Pſal. CIV, 1. Pſal. CXI, 3. Proverb. XXXI, 25.* Undè colligitur, qvomodo Rex noſter, mortalitatis humanæq; ſuæ ſortis penitùs oblitus, nil niſi grandia ſpiraverit, nil niſi propriam *fortitudinem, potentiam, honorem, ſplendorem*, adeò ut de Deô nil qvicqvam ampliùs cogitaverit, imò, ut ex immiſſô ſtatim judiciô conjicimus, ut ſuam potentiam divinæ potiùs oppoſuerit: q. d. Recordor jam, prædictum mihi ex qvôdam meô ſomniô fuiſſe ante aliqvot menſes, me regiâ meâ Majeſtate dejectum aut expulſum iri, verùm ô vana ex pelvi fulgura! Qvisnam me expelleret? nonne hæc ingens Babel, unà cum infinitis ſuis opibus ac viribus mea eſt? nonne eandem feci ego inexpugnabilem? qvis qvæſo me illinc extruderet? &c.

Poriſmata ex Verſu XXX. (XXVII.)

1. Periculoſum eſt præcipitium vertiginiq; proximum, propria diu nimis intueri opera, inq; admirationem eorundem abripi tacitam. Noli itaq; vel ſanctitatem, vel ſapientiam, vel labores experientiamq; propriam æſtimare, ex collatione cum aliis inferioribus, neq; etiam ſine recolitione largientis beneficentiæ divinæ; aliàs idem tibi imminebit cum Nebucadnezare fatum. Non malè Paulus *Rom. XV, 1.* diſſvadet τὸ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν: Vid. exemplum Senacheribi *Eſa. X, 12.*

2. Qvi

Digitized by Google

[illegible] poſſeſſor eſt provinciæ, pagi, oppidi, domûs, vel unius [illegible] conclavis, cogitet, ſe idipſum habere à Deô mutuò vel com- [illegible] ad ſpacium exiguum, ſub conditione reddendæ rationis. Ne [illegible] eſcat; qvid enim habes, ô homo, qvod non accepiſti? [illegible] Solus Deus dicere poteſt: Ego feci, facio, faciam: homo [illegible] eo planè nihil eſt.
[illegible] gloriari vult, glorietur in Dominô, *1. Cor. I, 31.* [illegible] dificia qvævis ſuccedunt ad conſervandum, benè favente [illegible] Dominô: aliàs *fruſtrà laborant, qvi,* &c. Pſal. CXXVII, 1. Ne- [illegible] ſua ſuperbiat opera, nemo ex iisdem propriam aucupe- [illegible] qvin omnia potiùs, qvæ agit, ad ſolum ſolius Dei refe- [illegible] *1. Corinth. X, 31.* Nil minùs tolerare poteſt Deus, qvàm [illegible] tam: *Hoſtis enim ſuperborum qvorumvis eſt ipſe,* 1. Pet. V, 5. [illegible] c. L. de Ambitione, Jactantiâ, Superbiâ.

עוֹד מִלְּתָא בְּפֻם מַלְכָּא

[illegible] *adhuc eſſet in ore Regis.*) Progreditur jam tex- [illegible] (δ) modum, ejusdemq; repetitam denuò delinea- [illegible] cœlitùs delatam. Ubi obſervandum initiò *tempus,* [illegible] ſermonis adeò Thraſonici ſonus adhuc in aëre velut [illegible] nimirum ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi debuit hîc te- [illegible] tor; ut ſic per omnia mundi ſecula ſingulis ſui ſimilibus fieret exemplum elationis cœlitùs correptæ luculentum. VERSUS XXXI. (XXIIX.)

קָל מִן־שְׁמַיָּא נְפַל *Vox de cœlo ruit.*

Seqvitur porrò *medium* delineans, vocatum קָל ex Ebr. קוֹל קָל *ſonus, vox,* & qvidem ratione originis, *de cœlô* illa *cecidit,* ita ſc. ut nemo loqvens cerneretur, ſermo tamen prolatus, tàm à Rege ipſô, qvàm cunctis eum comitantibus dilertè perciperetur; fermè ut *Moſes* [illegible] vocem qvidem audiebat, ſermocinantem verò videbat [illegible] *VII, 31.* Sic vocem de cœlô audiebat Iſraël prope [illegible] *IV, 33. 36.* ſic vox cœlitùs percipiebatur in Bapti- [illegible] *III, 17.* nec non in transfiguratione, *cap. XVII, 5.* [illegible] in templô, *Johan. XII, 28. ſeqq.* ad Paulum in iti- [illegible] *c. XXII, 7. c. XXVI, 14.* ad Petrum, *cap. X, 12. 15. c. XI,* [illegible] Evangeliſtam, *Apocal. I, 10. cap. XIV, 13.* &c. Vero- [illegible] hîc videtur, vocis hujus Autorem fuiſſe qvendam Ange- [illegible] in ſomniô eundem vidimus ut internuntium pro- [illegible]

ductum.

Digitized by Google

בת קול ductum ſuprà *v. 10. 11.* Qvid aliàs de בְּרַת קָל *filia vocis* ſive de Echo Propheticâ, Judæi ſentiant, cognoſci poterit ex Coccei *Sanhedr. p. 158.* Druſ. *l. 1. præter. ad Matth. III, 10.* Eliæ Lev. *Thiſbi in voce* בַּת Majmon. *l. 2. Mor. Nevoch. c. 42.* Dilh. *Eclog. N. T. p. 482.* aliisq;. Et cùm aliàs *vox Dei* appelletur tonitru, abſonum haut erit, ſi tonantem etiam hîc fragorem è nubibus prodiiſſe cenſuerimus, qvi tamen fuerit articulatus, ut ſeqvitur. Confer *Joh. XII, 28. 29.*

לָךְ אָמְרִין נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא מַלְכוּתָא עֲדָת מִנָּךְ׃

Tibi dicitur Rex Nebucadnezar: Regnum tranſibit, &c.) Nunc ipſa redit delineatio plagæ infligendæ. Et qvidem notandus hîc iterùm idiotiſmus: *tibi* אָמְרִין *dicentes* (ſunt,) h. e. tibi dicitur. Videl. participium cum ſubintellectô verbô ſubſtant. 3. perſonæ *(ſunt vel eſt)* æqvè ut verbum 3. perſonæ ſine nomine expreſſô ponitur imperſonaliter, ut ſuprà cap. III, 4. vobis אמרין *dicentes* (ſunt) h. e. dicitur: c. IV, 22. *te trudentes, cibantes, tingentes* rore (erunt) h. e. truderis, cibaberis, tingeris, &c. *Primum* verò denunciatum concernit *Regni ablationem*, non qvidem finalem, intereà tamen totalem, h. e. Majeſtas tua nunc exſpirabit omnis, unà cum rationis uſu ceſſabit omnis prior ſubditorum veneratio, non fungêris ampliùs officiô regiô qvoad Edictorum promulgationem, bonorum præmiationem, malorum punitionem, &c. breviter: æqviparabere privato homini, imò bruto vel beſtiæ. Verbum עֲדָה *tranſiit, præteriit, receſſit*, vidimus jam *cap. III, 27.* de odore ignis non tranſeunte ad confeſſores, ſed intrà fornacem velut remanente: redibit verò *cap. VI, 9. 13.* de Perſarum mandatô *non tranſeunte*, vel immutabili: & *cap. VII, 14.* de dominiô æternô, qvod *non tranſit*. Confer etiam *cap. II, 21.* מְהַעְדֵּה *transfert* Reges, &c. Tranſiit itaq; regnum, h. e. actualis Regni adminiſtratio, ita tamen ut ſtirps adhuc in terrâ remaneret, h. e. ut ſuô tempore reſtituenda eadem Majeſtas perſeveraret, veluti dictum *v. 23.* (vel 26.)

Poriſmata ex Verſu XXXI. (XXIIX.)

1. Qvorundam peccata nimis diu tolerat divina Longanimitas, qvædam verò punit è veſtigiô; ſicut h. l. ſuperbam Nebucadnezaris gloriationem, qvippe cùm eadem *adhuc hæreret velut in ore ejus*, mox ex ore cœleſti vel divino protraxit ſententiam peremtoriam. Qvanqvam & hanc anteceſſerit annua fermè conniventia *v. 26.* Nemo igitur in vitiis

in vitiis ſuis polliceri ſibi poteſt Dei longanimitatem, *Sirac. V, 4.*

2. Vide, qvàm accurata ſermonum noſtrorum coram Deô habeatur ratio; *nullum eſt verbum in ore meo, qvod tu non nôſti:* Pſal. CXXXIX, 3. *de qvôvis verbô otioſô*, (qvidni etiam faſtuoſô, laſcivô, detractoriô, mendace?) reddenda ratio, *Matth. XII, 36.*

3. Ut hîc *vox de cœlô* imminentis plagæ fuit præco, ita hodieq; non rarò cœlitùs monentur homines de plagis imminentibus per ſpectra in nubibus, per cometas, per inſolitas tempeſtates, turbines, &c.

4. Qvod hîc factum per morbum, & ad tempus, remotum ſcil. à Nebucadnezare fuiſſe regnum, id certò qvibusvis eveniet magnatibus in morte, & qvidem penitùs; ubi nil remanebit opulentiæ, honorum, voluptatum, &c. unum cadaver æqviparabitur alteri, inter calvariam Regis ac ruſtici, Doctoris vel ſtulti nullum deprehendetur diſcrimen, &c.

5. Cùm homo in felicitatis videtur conſtitutus culmine, cum gloriante hîc Rege, præcipitio plerunq; eſt proximus, præſertim ſi ſuæ dememinerit humanæ fragilitatis: *Pſal. XXXVII, 35. ſeqq. LXXIII, 18. ſeqq.*

ומן אנשא לך טרדין וגו'

Et ab hominibus ejicient te.) *Alterum* hoc eſt denunciatum de VERSUS
mentis alienatione. Et qvidem cùm vox hæc cœleſtis eadem repetat XXXII.
verba, qvæ antehac in ſuâ interpretatione adhibuerat Daniel, *v. 22.* (XXIX.)
nolumus illic dicta hîc iterare.

בה שעתא מלתא ספת על נבו'

Eâdem horâ ſermo completus eſt ſuper Nebucadnezare.) VERSUS
Denunciationem è veſtigiô jam excipit Executio, in qvâ I. tempus, XXXIII.
ipſa ſcil. illa *hora*. II. Perſona paſſa, videlicet Rex. III. Paſſio ipſa, ni- (XXX.)
mirum *tùm* ex hominum ſocietate depulſio, *tùm* inſveti alimenti uſurpatio, *tùm* domicilii privatio, *tùm* crinium ungviumq; inſveta augmentatio. Qvoad I. tempus obſervari vult Propheta, ſive potiùs Rex promulgans hoc ipſum Programma, non ampliùs novum reſipiſcendi ſpacium, ceu ſuprà *v. 26.* indultum jam fuiſſe, ſed è veſtigiô talem in mente Regis alterationem per vocem hanc terribilem fuiſſe concitatam, ut conſternationem ſubitam mera ſubſeqveretur inſania, qvæ aliis modis curari planè non poterat; qvàm illâ ipſâ cœlitùs definitâ

Digitized by Google

propulſione, qvam Magnates, Regem ſub idem vocis cœlitùs delapſæ punctum comitantes, haut dubiè ſuis audiverant auribus, & qvam etiam Daniel ſuô tùm priſtinô, tùm modernô etiam ſermone aut conſiliô & approbavit & declaravit. II. Perſona patiens eſt Rex, apertè ſatis antehac tàm per ſomnium, qvàm ejus interpretationem, imò per miraculum fornacis igneæ admonitus, ad vomitum tamen ſive faſtum ac ſecuritatem temerè relapſus, *2. Pet. II, 22.*

ומן אנשא טריד *Et ex hominibus abjectus eſt.*

Eſt hîc III. ipſa Paſſio, videlicet miſerrima vitæ hactenùs feliciter tranſactæ mutatio: ubi eqvidem haut repetimus, qvæ *v. 25. (22.)* jam ſunt allata: Id ſolùm monendum eſt, nonnullos cum Gregoriô *Lib. 5. Moral. c. 8.* exiſtimâſſe, formam Regis humanam verè mutatam eſſe in belluinam, qvod de Joſephô tradunt etiam *Liranus* & *Carthuſianus*, ac ſi formam bovinam tribuerit Nebucadnezari, (qvod tamen in Joſephô nuſpiam comparet; comparet verò diſertè in *Jure Can. c. 17. qvæſt. 4. Can. miror.*) qvomodo hujusmodi metamorphoſes aliàs commemorantur ab *Ovidiô, Poëtisq;* aliis, v. g. de ſociis Ulyſſis à Circe immutatis, de Apuleji aſinô, &c. vel qvomodo nonnulli credunt, alicubi homines certô tempore mutari in lupos, ac paſſim divagari per ſylvas, (vide Olai M. *lib. 18. Hiſt. ſeptent. capp. duob. ult. p. m. 467. ſeqq.* & Oecolamp. *in Comm. ad h. l. Dan.* Schotti *Phyſ. curioſ. p. 122. 620.*) item qvomodo nonnunqvam Sagæ ſub felium dicuntur ſchemate vagari per domos, aut magi ſe convertere in eqvos, canes, beſtiasq; alias, imò qvi & aliorum corporibus hujusmodi inducere ſcribuntur larvam, v. g. qvomodo Auguſtinus *l. 18. de C. D. c. 18.* prolixè commemorat de Viatore per ſagam converſô in eqvum. Ita Epiphanius *in vitâ Dan.* & Dorotheus *in Synopſi*, Nebucadnezari Regi figuram tribuunt planè monſtroſam, adeò, ut antrorſum fuerit bos, poſteriore autem parte leo; qvæ eqvidem ſententia videtur originem traxiſſe ex Verſione LXX. ubi hæc leguntur: καὶ χόρτον ὡς βοῦς ἤσθιε, — αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λεόντων ἐμεγαλύνθησαν, h. e. & gramen qvaſi bos comedit; pili autem qvaſi leonum excreverunt. Id qvod etiam anſam dedit Pſeudo-Juſtino, (Juſtini enim Martyris non eſſe qvæſtiones illas, ad orthodoxos in operibus Juſtini, fatentur unà nobiſcum *Poſſevinus & Bellarminus;*) *qvæſt. 44.* qvi ipſemet Scriptor monſtroſam etiam Regi tribuit formam, qvalis erat ſpirituum Ezechieli apparentium, ſiqvidem creviſſe ait illi ungves, ſicut *aqvilæ*, & capillos ejus ut jubas *leonis*,

cumq;

Digitized by Google

eumq; ad inſtar *vituli* herbam eſſe depaſtum, & cor *hominis* eſſe datum ei. A qvibus non multùm abeſt Medina *l. 2. de rectâ in Deum fide cap. 7.* item *Bodinus*: Ita *Cornelio à Lapide* congruum & probabile videtur, genuum vertebras Regi fuiſſe inverſas, ita ut extrorſum, qvadrupedum more prominerent, idq; ut pari cum bobus celeritate, per pedes atq; manus calloſas indè factas, curreret, &c. Qvam tamen reptationem ſive inceſſum ut prorſus improbabilem meritò rejicit Jeſuita Sanctius *ad h. l. f. 197.* Qvicqvid ergò horum fuerit de corporis regii monſtroſâ immutatione, ſanè eadem è textu probari prorſus neqvit. Imò cùm *v. 31.* Rex ſenſum ſibi reſtitutum fuiſſe dicat, *Hieronymus* potiùs concludit, formam humanam manſiſſe ipſi ſalvam, ita ut in mente ſaltem mutatio contigerit. Imò cùm capilli atq; ungves, tanqvam excrementa, præter more tantùm excreviſſe dicantur, haut dubiè membra corporis reliqva in ſuâ perſtitêrunt figurâ antiqvâ. Qvod verò mentem Regis attinet, veroſimiliter per morbum, ſive melancholicum, ſive alium, tantoperè perturbatum eſt cerebrum, ut phantaſia corrumperetur qvàm maximè, adeò ut Rex putaret ſe belüam, (qvomodo hujus generis exẽpla paſſim apud Medicos ſunt obvia,) ut judicium etiam in admittendis conſiliis, fugiendisq; turpibus ac noxiis prorſùs eſſet nullum; ut memoria rerum antehàc geſtarum, nec non diſciplinæ à teneris ſibi traditæ ac perceptæ interciderit penitùs. Inde haut dubiè provenit, qvod hominum conſpectum commerciumq; horruit, qvòd veſtes à corpore diſcidit omnes, nudusq; ambulavit, inſtar gentium qvarundam barbararum in Indiâ & Americâ, paſtu etiam ferinô electô, qvalem ex herbis radicibusq; multi qvæſiverunt Eremitæ: qvâ ratione etiam *AbenEſra* meminit cujusdam in Inſulâ Sardiniâ, qvi in montes ſeceſſerit, cervisq; ſe aggregârit, & longô tempore cum illis herbâ victitârit, incedens ſuper manibus pedibusq;. Cùmq; Rex Inſulæ illius hunc unà cum cervis reliqvis in venatione cepiſſet, agnoverunt qvidem ipſummet parentes ſui, verùm nec alloqventibus reſpondit, neq; vinum panemq; appoſitum guſtavit, ſed gramen herbasq;, adeòq; mediâ nocte rurſus ad cervas in ſylvam fugiendo ſe recepit. Breviter: mutatum fuit in Rege *tùm* temperamentum, ut homini nunc convenirent alimenta vivendiq; ratio ferina, qvæ aliàs tanqvam inſveta facilè induxiſſet mortem; *tùm* phantaſia, ut ſecundùm *Thomam*, videretur ſibi urus, biſon, vel alius bos ſylveſtris, qvippe qvorum more herbas comedit *v. 22.* Cutem verò cum capillis

atq; ungvibus novam induiſſe formam, ſecutum eſt ex novô hôc vivendi genere. An locô vocis humanæ penitùs amiſſæ mugitum ediderit, ut placet *Cornelio à Lap.* in mediô relinqvimus. Contra Metamorphoſin ſubſtantialem, cujus modò meminimus, lege, ſi lubet, B. etiam noſtrum Gerhardum *Tom. 8. LL. th. 156.* Qvid ſibi velit Anton. Deuſingius, Medicus Groning. *Hiſtor. fœtus extra uter. geniti p. 149. §. 16.* qvando humanæ eſſentiæ mutationem verè factam eſſe cenſet, ita ut rationalis anima à ſenſitivô corpore eatenus ſoluta fuerit, ut hypoſtaticæ unionis copula, qvæ inter ſenſitivum corpus, humanamq; ipſam mentem intercedit, ad tempus remiſſa fuerit, mente interim, ſive rationali animâ haut extra corpus ſemotâ, mihi eqvidem non liqvet ſatis. Mirum, niſi diſtinctæ h. m. fabricabuntur animæ in corpore unicô humanô. Uſus rationis inhibitus non protinus eſſentiæ humanæ mutationem veram ſubinfert, &c. Lege etiam ſi lubet, Schotti *Phyſ. curioſ. l. 3. c. 21.* ubi tàm animæ, qvàm corporis mutationem proſeqvitur: item *c. 9.* ubi hominum ſylveſtrium ac hirſutorum commemorat exempla. De cœterô ſimilem ferè metamorphoſin Bramines tradunt de qvodam Devveta, in elephantem verſô, &c. referente Rogeriô in der offenen Thür des Heidenth. 163. ſeqq.

Et fœnum ut bos comedit.) De alimenti hôc genere *vid. v. 22.*

Et rore cœli corpus ejus infectum eſt.) Iterum hûc referri poterunt dicta *v. 22.*

עַד דִּי שַׂעְרֵהּ כְּנִשְׁרִין רְבָה

Donec capilli ejus in ſimilitudinem aqvilarum creſcerent.) Continetur hîc tùm Phreneſeos hujus duratio, tùm inſolitus planè effectus, nimirum horridus capillorum ungviumq;, qvæ excrementitiis nutriuntur humoribus, aſpectus & augmentum. Nomen שער
שער *pilus* de capillis uſurpari ſolet, uti conſtat ex *cap. III, 27. & cap. VII, 9.* item in Ebr. Codice *Lev. XIII, 3. 10. ſeqq. Num. VI, 5. 18. Jud. XVI, 22. 2. Sam. XIV, 26. &c.* Qvandoq; tamen etiam de pilis pedum, *Eſa. VII, 20. Ezech. XVI, 7.* nec non de villis pallii *Zach. XIII, 4.* atq; ſic etiam de Eſavô per totum corpus piloſô *Gen. XXV, 25.* qvem in morem etiam hîc nonnulli Nebucadnezarem opinantur, per totum corpus evaſiſſe hirſutum ac piloſum, cæſarie per vultum, humeros, cervicemq; fluitante, uti videre eſt apud Salianum *Tom. 4. Annal. f. 415.* Thom. Aqvinatem

Digitized by Google

natem, Franc. Valleſium (*Philoſo. S. c. 80.* cujus hæc ſunt verba: *figura ipſi mutata eſt, corporis totâ cute duratâ & infectâ à rore cœli, cùm verſaretur nudus, ortisq; pilis craſſiſſimis, ut qvodammodò imitarentur plumas, à copioſâ ſcil. fuligine craſſiſſimæ melancholiæ, &c.*) & alios. Hic ipſe autem שַׂעְרֵהּ *pilus ejus dicitur creviſſe*-כְּנִשְׁרִין *ſicut aqvilarum*, puta pennæ, qvæ ſcil. ſunt ſatis longæ, præſertim in alis, ſupra qvas portare pullos ſuos dicuntur *Exod. XIX, 4.* & *Devt. XXXII, 11.* Vide infrà *cap. VII, 4.* nec non *Apocal. XII, 14.* de alis aqvilæ mulieri conceſſis: it. *Eſa. XL, 31.* Sicut verò à calvitio aqvilæ ſimilitudo petitur, *Mich. I, 16.* ita hîc à pennarum proceritate capillorum qvoq; deſcribitur augmentum, eò qvòd totô ſeptennii ſpatiô nulla vel novacula vel forpex capitis barbæq; pilos potuerit minuere, certamq; illis formam conciliare. Qvàm hiſpidus qvis evadat, trimeſtri ſolùm intermittens hoc tonſuræ opus, experientia oſtendit facilè: Qvid non faceret integrum ſeptennium? Pilus autem horridus & incultus perinde coaleſcit & concriſpatur, ut aqvilarum pennæ, maximè autem ad collum, & ſi qvæ partes non ſunt glabræ; ut habet Johannes Mey *in Comment. Phyſ. ad h. l.* Conf. Bochard. *Tom. 2. hieroz. f. 166.* de pilis ut leonum. Rationem verò cur *Aqvila*, & non alterius animalis, meminerit Rex, *Sanctius* hanc affert; qvia aqvila avium regina eſt & maximè nota, qvæ plumis tegitur longis, &c. qvia itaq; Rex cum aqvilâ comparari ſolet, (veluti de ipſô hôc Nebucadnezare conſtat ex *Jer. XLIIX, 4. c. XLIX, 22. Ezech. XVII 3.*) ideòq; generoſæ etiam avis hujus mentio facta eſt ad deformitatem depingendam, æqvè ut aliàs ad ferociam roburq; illa adhiberi ſolet. *Cornel. à Lapide* provocat ad pilorum copiam ac denſitatem; aqvila enim totô corpore pilis velut involuta eſt, præſertim qvæ dicitur oſſifraga; deinde ad colorem admodum nigrum; & deniq; ad prolixitatem ac formam, dum erectæ illæ ſunt, præſertim in capite, criſpæ, horridæ ac minaces. Illuſtrari autem hoc pilorum augmentum poteſt exemplô Pecchii Ciſalpinis, qvem *Majolus* à nobili qvôdam interceptum, inq; carcere ſubterraneô XIX. omninò annos detentum ſcribit; qvi, cùm mortuô captivatore in lucem protraheretur, Satyro videbatur ſimilis aut monſtro, umbilicotenus capillitiô ſuô tectus, ungvibus immanibus, &c. Huc etiam Plica Polonica, ſive capillorum in unam qvaſi maſſam contortorum concretio, de qvô morbô conſuli poteſt Sennertus *l. 5. Med. Pract. par. 3. Sect. 2.* nec non Tardinus *de pilis c. 9. 10. aliiq;.*

Digitized by Google

וְטִפְרוֹהִי כְּצִפְּרִין׃ *Et ungves ejus qvaſi avium.*

טפר Nomen טְפַר (ex Ebr. צִפֹּרֶן *ungvis*, de beſtiæ qvartæ legitur ungvibus *cap. VII, 19.* de humanis verò ungvibus, qvi in extremitate ſunt manuum pedumq;, *in Paraphraſi Chald. Deut. XXI, 12.* uſurpatur, ſicut & h. l. Hi verò dicuntur adeò in Nebucadnezare excreviſſe, ut facti fuerint *qvaſi avium*, qvæ ungves habent ſolidos valdeq; acutos: qvod ipſum facilè potuit contingere, ſi naturæ intueamur ſtudium, qvæ conſvetudine adjuta, nec aliundè impedita ſolet conglutinare, v.g. dentes interventu tartari, ut ſolidum qvid indè videatur enaſci, &c. Ita *Junius* ſe vidiſſe teſtatur, ſi qvis ungvium ſecandorum curam neglexerit, eos in eandem longitudinem, qvaſi aqvilarum, excreſcere curvos & in acumen qvodammodo deſinentes. Qvod ipſum ſanè non exiguum creat impedimentum, velut apud Sinas nonnulli manus ad plurimas functiones habent inutiles, qvia ungves non reſecant, atq; ideò manus in pugnum complicare non poſſunt: ut habet h.l. *Sanctius.* Ita J. H. Urſinus *Vol. 2. Anal. p. 376.* meminit cujusdam, qvi ungvem indicis digiti ita ſiverat excreſcere, ut eum in pennæ uſum aptaret. Et ſi verum eſſet, qvod nonnulli ſtatuunt Nebucadnezarem inceſſiſſe qvadrupedem, & inſtar bovis pronô in herbas vultu carpſiſſe cibum, tantò major ungvibus vis ſuſtinenda ſic fuiſſet, qvibus proinde tantò copioſiùs natura proſpexiſſet provida. Adjicimus, qvæ Dilherrus *Elect. l. 2. c. 12.* notavit ex Franc. Valleſio *Philoſ. Sac. c. 80.* de Melancholiæ ſpeciebus, dum aliqvi in lupos opinantur ſe converſos, qvi propterea ſectantur prædam ac cadavera, alii canum inſtar latrant atq; ululant, alii in gallos ſe verſos autumantes, latera hinc inde concutientes cantillant, &c. qvâ etiam ratione Nebucadnezar imaginatus fuit, ſe in onagrum converſum, qvâ de cauſâ hominum commercia vitaverit, in ſilvis agens, herbisq; veſcens. Vide plura apud *Valleſium* l. c. Facit huc, qvòd à rabidorum canum morſu, ex potu ſangvinis beſtiarum, itemq; ex venenis, tales ſæpè oriuntur morbi, ut in rabiem, etiam multô pòſt tempore, vertantur correpti; veluti pluribus commemorant Medici, & ex iis *Joh. Mey l. c.* Notetur hîc ellipticum loqvendi genus; *donec pilus ejus ſicut* (pilus ſive penna) *aqvilarum crevit, & ungves ejus* (כְּטִפְרֵי ſicut ungves) *avium:* nimirum repetendum hîc venit nomen prius rectum, cujus generis exempla notata ſunt *Prov. III, 17.* vid. Troſt. *Gramm. p. 117.*

Poriſma-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſ. XXXIII. (XXX.)

1. Si tempore ad pœnitentiam conceſſô abutuntur homines, ut hîc Nebucadnezar duodecim menſibus, mirum non eſt, maturum hujusmodi pomum leviculô poſtmodum tactu decidere, h.e. plagas à Deo etiam per nudum, ut videtur, ſermonem vel verbulum concitatô immitti. Atq; tunc *Jehovâ emittente ſermonem ſuum in terram, qvàm celerrimè excurrit verbum ejus*, Pſal. CXLVII, 15. *ipſô dicente eſt, qvicqvid eſt, &c.* Pſal. XXXIII, 8.9.

2. Etiam Magnates magnis & incredibilibus ſæpè involvuntur ſuppliciis. Ita de *Ericô Rege Sveciæ* proditur, in furorem ipſum eſſe actum per iram ac dolorem, qvòd Regnô eſſet dejectus Anno 1568. Et de *Rege Poloniæ Boleslaô*, qvi Stanislaum Epiſcopum Cracov. in altari trucidari juſſit, refert *Aurel. Peruſinus ad A. 790.* qvòd à Gregoriô Papâ excommunicatus, emotâ ſtatim mente, velut alter Cain in inſaniam lapſus fuerit, dum profugus omnium conſortium exhorreſceret, à canibus diſcerptus voratusq; fuerit. Ita multi qvoq; alii de ſoliis ſunt deturbati *Pſal. CXLVII, 6. Luc. I, 52.* Qvi vult, evolvat hiſtorias *Childerici* Regis Galliæ Anno 461. *Sigeberti* A. 578. *Theodorici* A. 667. *Chriſtierni* Regis Dan. Svec. & Norvveg. A. 1523. item *Johannis* Regis Angliæ, nec non *Caroli I.* itidem Angliæ Regis decollati A. 1649. d. 30. Jan. Conſuli hîc poterit integrum caput XIII. Drexelii *in ipſius Daniele*, qvomodo Deus humiliare ſciat grandes.

3. Peccata homines convertunt in beſtias: vid. rurſus *cap. 12.* integrum l. c. *Drexelii*, nec non J.H. Urſin. *Anal. Vol. 2. p. 374. ſeqq.* Hinc feri mores, ut immiſericordia, rapacitas, &c. ſævas etiam poſtmodùm accerſunt plagas.

4. Miræ ſunt rerum mundanarum converſiones. En Regem tantis exercitibus ac ſatellitiô ſtipatum, nunc omni humanâ animâ, ſervuli etiam viliſſimi, deſtitutum! En herbis veſcentem, qvi cibis priùs tractandus erat exqviſitiſſimis & delicatiſſimis! En ſub diô cubantem, qvi tot extruxerat ſibi arces ac palatia; imò qvi tot etiam deſtruxerat aliorum chara domicilia! En illum, qvi ſapiens ac callidus antehàc fuerat ſatis, nunc planè bardum atq; belluinum! Qvod itaq; tanto potuit contingere, hoc multò citiùs tantillis privatis.

5. Qvi conditionis ſuæ oblitus ambit ea, qvæ Dei ſunt, & ſcandere vult in cœlum, veſtiri gloriâ, *(Pſ. XCIII, 1.)* &c. is meritò deturbatur inter beſtias, imò inter damnatos gehennæ cives.

Digitized by Google

וְלִקְצָת יוֹמַיָּא אֲנָה נְבוּכַדְנֶצַּר עַיְנַי לִשְׁמַיָּא נִטְלֵת

VERSUS XXXIV. (XXXI.) *Igitur poſt finem dierum ego Nebucadnezar oculos meos ad cœlum levavi.*) Fuit hucusq; adimpletionis pars prior, qvoad deturbationem; ſeqvitur nunc etiam poſterior, qvoad reſtitutionem, tùm mentis *v. 31. 32.* tùm regiæ dignitatis, *v. 33.* In reſtitutione I. mentis notatur (1) Tempus, לִקְצָת *in fine dierum;* videl. eorum, qvos divinum determinaverat decretum, ſeptem nuncupando tempora *v. 13. & 20.* Adeòq; ſicut ſpacii reſipiſcentiæ priùs advenerat terminus לִקְצָת *in fine duodecim menſium v. 26.* ita nunc etiam moleſti illius ſeptennii tandem appropinqvavit finis. Cum ipſô autem hôc *fine* non benè convenit, qvòd *Maldonatus*, & cum eô *Corn. à Lap.* Nebucadnezarem dicunt per intervalla habuiſſe priſtinæ dignitatis & rationis ſenſum, ut ſic dolore afficeretur, &c. Verùm mentem ipſi rediiſſe poſt finem demum ſeptennii, ſatis clarè hîc habemus. Qvâ in re etiam nobiſcum facit *Sanctius h. l. f. 205.* (2) Perſona reſtituta eſt abjectiſſimus hucusq; Nebucadnezar infra hominum cunctorum ſortem profundiſſimè depreſſus, vix hominem ampliùs referens, & dè qvô haut dubiè pleriq; omnes deſperaverant. (3) Reſtitutionis ſignum eſt *oculorum in cœlos elevatio;* qvæ ipſa aliàs precantium ſolet eſſe ritus, in devotionis, cogitationum à caducis avocatarum, fiduciæq; in cœlum cœliq; Dominum locatæ ſymbolum, uti conſtat ex *Pſal. XXV, 15. LXIX, 4. Pſ. CXIX, 82. 123. Pſal. CXXI. 1. Pſ. CXXIII, 1, Pſ. CXLI, 8. Eſa. XXXIIX, 14. Joh. XI, 41. c. XVII, 1. Matth. XV, 19. &c.* (Qvam elevationem præ pudore intermittit Publicanus, *Luc. XIIX, 13.*) de qvô ritu vide sîs etiam Hildebrandum *de Rit. Orant. p. 23.* Qvandoq; etiam attentam exprimit corporum cœleſtium unâ cum motibus, ſplendore, magnitudine, influentiisq; conſiderationem, ut inde Dei eliciatur incomparabilis majeſtas, *Eſa. XL, 26. (c. LI, 6.)* qvod ipſum haut incongruè etiam hîc reperiet locum; nimirum Nebucadnezar inſtar beſtiæ hactenus oculos ſuos diu ſatis defixerat in terram, ad inveſtigandas illic herbas radiceſq;, appetitui ſuo ferino congruas, adeòq; nil qvicqvam de cœlô ſideribusve, ſed ſolum de ventre ſuo cogitaverat; Nunc verò liberationis inſtante tempore, cùm caput ſuum unâ cum oculis in cœlum attollit, (æqvè ut *Luc. XXI, 28.* de ſpectatoribus advenientis judicis ſupremi hæc phraſis uſurpatur:) en, unâ cum illô cœleſtium corporum intuitu mẽtis qvoq; oculos cœleſtis qvidã ſubit radius, adeò ut refulgere

nunc

Digitized by Google

nunc ibidem inciperet prior de cœlô cœlorumq; Dominô notitia per Danielem antehac inſtillata, ut miſeriam præſentem cum priſtinâ conferret ſuâ felicitate, ut ſuæ ſimul recordaretur Rex in Regem hunc cœleſtem impudentis inſolentiæ & ingratitudinis, ſerioq; de eâdem doleret ac pudere inciperet, &c.

וּמַנְדְּעִי עֲלַי יְתוּב *Et ſenſus meus redditus eſt mihi.*

Eſt hæc (4) ipſa mentis reſtitutio, ubi nomen מַנְדַּע (& mox aliô punctô מִנְדַּע v.33. deſcendens à Rad. Ebræorum יָדַע *ſcivit, cognovit:*) habitualem vel actualem denotat rerum ſcibilium comprehenſionem, qvalis v. g. memoratur cap. II, 21. *Deus dat ſapientibus ſapientiam* וּמַנְדְּעָא *& ſcientiam ſcientibus intelligentiam.* it. cap. V, 12. *ſpiritus amplior* וּמַנְדַּע *& ſcientia & intelligentia inventa eſt in Daniele, &c.* Hac itaq; ratione, à Nebucadnezare *receſſerat* veluti hactenùs humana rerum ſcibilium & apprehenſio, & debita dijudicatio, obliterata fuerat in ipſô memoria; nec non perturbata phantaſia, per morbum ſcilicet divinitùs immiſſum; qvapropter cùm maligni illi humores cerebrum hucusq; perturbantes, unà cum obſtaculis reliqvis removerentur cœlitùs, dicitur, *reverſam eſſe* ſcientiam ad Nebucadnezarem, ita ſcilicet, ut ea, qvæ meris veluti tenebris jacuerant apud ipſum involuta, nunc oriente ſole omnia rurſùs detegerentur mirabiliter, inq; animô ejusdem veluti reſuſcitarentur; ita ut rediret unà cum ſcientiâ, judicium, nec non prior rationis uſus, per omnia plenariè reſtitutus. Nimirum ſicut in officinâ aliqvâ aut Muſæô, occidente ſole vel extinctô lumine, omnia caligine involvuntur craſſâ, ut opifex ſtudioſusve palpitet, nec qvoqvam uti rectè qveat, qvæ tamen illatô rurſus lumine, ſuô reteguntur locô, uſuiq; cedunt; Ita in officinâ etiam mentis, lumine decentis uſûs ſubtractô, omnia obliterantur, memoriæq; imagines merâ induuntur obſcuritate, judicium nullis uti poteſt inſtrumentis, &c. ſed nunc illuceſcente gratiâ, priores in mente redintegrantur operæ, qvas externi etiam comprobabant geſtus, planè novi ac modeſti. Præpoſitio עַל *ſuper*, h. l. idem eſt ac *ad*, cujusmodi ſignificatus reperitur etiam *1 Sam. II, 11. Pſal. XLII, 2. Pſal. LXIIX, 30. &c.* Verbum autem יְתוּב *revertebatur*, (à תּוּב vel Ebr. שׁוּב *reverti:*) notat rei abſentis in locô priori reſtitutionem novam; qvæ Metaphoræ ad præſens inſtitutum accommodatio omni caret difficultate.

Digitized by Google

ולעליא ברכת ולחי עלמא שבחת והדרת

Et altiſſimo benedixi, &c.) Reſtitutionem excipit (5) conſeqvens, devotum ſcil. Dei ſanctiſſimi præconium, ubi tùm actus, tùm objectum, tùm argumenta commendationis obſervanda veniunt. (α) Actus ſunt ברכת *benedixi*, (vide c. II, 19. 20.) שבחת *laudavi*, (vid. cap. II, 23.) והדרת *& honoravi*, h. e. cùm antehàc, priusqvàm humiliarer, benedicerem mihi ipſi, laudarem & laudari curarem me ac mea, omnia ad proprium dirigerem honorem, (veluti docet *v. 27. hæc eſt Babel, qvam extruxi ad gloriam* הדרי *honoris mei:*) nunc planè novô incipiebam ſentire ac loqvi modô. Omne enim meum ſtudium occupatum erat in extollendô eô, qvi extolli meretur ſolus, hunc etiam in judiciis ſuis erga me exercitis agnoſcebam juſtum, ſapientem, potentem, benignum ac admirandum unicè. (β) Objectum honoratum eſt עליא *excelſus*, (vide cap. III, 26.) nec non חי עלמא *vivens in ſecula*, h. e. qvi non modò vitam habet ex ſeipſô, vitamq; cunctis largitur aliis, dictus proinde κατ' ἐξοχὴν *Deus vivus*, cap. VI, 21. 27. verum etiam, qvi vitam hanc absq; ullâ mutationis ſpecie ſervat, ſervabitq; *in ſecula*, ita, ut licèt cœli pereant, ipſe tamen maneat idem *Pſ. CII, 27. ſeqq.* Idem repetitur *Apoc. X, 6.* Reſpexiſſe huc Syros, dum Deum vocant *gigantem ſeculorum*, annotavit Corn. à Lapide ad *Eſa. LVII, 15.*

די שלטנה שלטן עלם ומלכותה עם־דר ודר׃

Qvia poteſtas ejus poteſtas ſempiterna, &c.) Seqvuntur nunc (γ) commendationis *argumenta*, qvorum *primum* petitur *ex poteſtatis regniq; conſtantiâ:* qvod ipſum totidem verbis, licèt inter ſe ſolummodò transpoſitis, jam ſuprà celebravit idem hic Nebucadnezar, *cap. III, 33. (vel 100.)*

וכל־דארי ארעא כלה חשיבין

VERSUS XXXV. (XXXII) *Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt.)* *Secundum* hoc eſt *argumentum* à comparatione cum creaturarum nobiliſſimâ, & qvidem collectivè ſumtâ, h. e. hominibus univerſis, per univerſam terram in Aſiâ, Africâ, Europâ, Americâ, cunctisqvè in mari inſulis habitantibus; qvi omnes in relatione ad Deum *æſtimantur* כלה *qvaſi non*, vel, *ſicut nihilum*, h. e. ſecundùm Saadiam, *æſtimantur qvaſi non fuiſſent*; qvi ipſe addit, nonnullos voculam כלה

כלא

כְּלָה exponere de פִּרְפּוּר *atomô*, ſeu pulviſculô, *qvi conſpicitur irradiante ſole, ac ſi volarent in aëre fragmentula minutiſſima inſtar pulveris, qvæ eſt res non ſubſiſtens, ſed evaneſcit atq; ceſſat cum ſole, & in cujus ſubſtantiâ nihil eſt ſolidi.* Simile qvid è Rabbinis hîc etiam profert *R. Salomon.* Adeòq; vocula negativa eſt לָא *non*, item, *nihilum*, cui præfigitur כ ſimilitudinis, pro litera tamen א hôc locô per alternationem qvieſcentium conſvetam poſitum eſt ה, citra ullam ſenſûs diſcrepantiam. Qvanqvàm igitur tot orbis univerſi incolæ, adeò ſapientes, periti, animoſi, opulenti, fortes, honorati, &c. magnum omninò qvid præ ſe ferre videantur, ſi inſuper attendatur, qvid illi qveant moliri in extruendo, deſtruendo, ordinando, diſſipando, &c. nihilominus tamen hoc omne *nihil* eſt in relatione ad Deum, utpote à qvo ſuum habent eſſe, *in qvo vivunt, moventur & ſunt*, adeòq; eô ſubtrahente manum prorſus in nihilum redeunt, cum omni ſuâ ſapientiâ ſtulteſcunt; vide *Pſal. XC, 4. & CIV, 29.*

וּכְמִצְבְּיֵהּ עָבֵד בְּחֵיל שְׁמַיָּא וְדָאְרֵי אַרְעָא

Juxta voluntatem enim ſuam facit tàm in virtutibus cæli, qvàm in habitatoribus terræ.) *Tertium* hoc eſt *argumentum* à liberrimâ agendi facultate; ubi operatio continetur participiô עָבֵד *faciens:* (ab עֲבַד *fecit, operatus fuit:*) qvô ipſô tùm productio, tùm producti exornatio, ad certum finem ordinatio, durationis conceſſio, deterioratio, deſtructio tandem ipſa exprimitur. Hujus autem actionis divinæ regula dicitur מִצְבְּיֵהּ *velle* ſeu *voluntas ejus*, aut *arbitrium*, excludens omnem alterius juſſionem, inhibitionem, ſvaſionem, &c. qvomodo *v. 14. 22. 29. & c. V, 21.* de eâdem voluntate vidimus, qvòd Deus regnum huic concedat, alteriq; adimat, prout יִצְבֵּא *voluerit.* Qvæ ipſa tamen voluntas in Deô non cœca eſt, vel inordinata, ſicut in tyrannis, verùm ordinatiſſima, pro ratione ſanctitatis, juſtitiæ, clementiæq; in Deô eſſentialis. Objectum deniq;, circa qvod liberrima hæc Dei actio verſatur, eſt tùm *exercitus cæli*, tùm *incolæ terræ*. Et qvidem vox חַיִל *robur, exercitus militaris*, (vid. ſuprà *c. III, 20.*) æqvipollet Ebræorum צָבָא *militia:* militia autem cœli eſt non modò inviſibilis illa angelorum cœleſtium multitudo, verùm etiam aſtrorum cœli qvorumlibet copia innumerabilis, ordinatiſſima, ſplendidiſſima, efficaciſſima, conſtantiſſima, invicta: vid. *1. Reg. XXII, 19. Pſal. XXXIII, 6. Eſa. XXXIV, 4. cap. XLV, 12. Jer. XXXIII, 22. Deut. IV, 19.*

עבד

צבא

Digitized by Google

cap. XVII,3.&c. Cum his itaq; Deus facit pro arbitriô, angelos ſcilicet ſeu vigiles, (qvorum & ſupra facta mentio,) mittendo, revocando, &c. Item aſtrorum influxus augendo, minuendo, alioſum inclinando,&c. Proindeq; cùm penes Deum ſolum ſit, hunc aſpectabilem cœli exercitum gubernare, ſtultum planè, idololatricumq; erit, eundem cum gentilibus, ac præſertim cum Chaldæis, religiosè colere. Vid. *2.Reg.XVII,16.cap. XXI,3.5 XXIII,4.5. 2.Par.XXXIII,3.5. Eſa.LXV,11. Jer. IIX, 2. cap. XIX,13. Zeph. I,5. Actor. VII,42.* Deinde cum *incolis etiam terræ* facit pro lubitu, non qvidem ex abſolutô beneplacitô qvosdam nihil meritos ad æternum exitium deſtinando; verùm eosdem in uterô pro lubitu formando, donis naturæ inſtruendo, fortunæ bonis diſcriminando, gratiæ etiam talentis cumulando, pro uſûs abuſûsve ratione modò extollendo, modò deprimendo, &c.

וְלָא אִיתַי דִּי־יְמַחֵא בִידֵהּ וְיֵאמַר לֵהּ מָה עֲבַדְתְּ׃

Et non eſt; qvi reſiſtat manui ejus, & dicat ei, qvare feciſti?) Pertinet hoc ad expolitionem membri antecedentis, niſi velis novum hîc conſtituere argumentum, idq; numerô *qvartum*, ab invictâ fortitudine vel irreſiſtibilitate: *& non exiſtit, qvi* יְמַחֵא בִידֵהּ *moveat manum ejus*, h.e. qvi manum Dei moderantem vi contranitente qveat declinare aut elidere. R. Saadia, qvi יְבַטֵּל *ceſſare faciat manum ejus*. Junius *qvi prohibeat manum ejus*. Lud. de Dieu, *qvi conſtringat*, qvorſum allegat Syriaſmum, *Job. XIII,4.5. cap. XXI,7.* & Talmudiſtas, apud qvos verbum hoc valet *impedire*. Aliàs Chaldæis verbum מְחָא מחא eſt *percuſſit, vehementer movit*; qvomodo v.g. imago vel ſtatua, lapide deſuper ruente movebatur, *cap. II,34.35.* Vid. *cap. V,19.* Poſſet etiam hôc modô accipi: *& non eſt, qvi percuteret manu ſuâ*, (Deum putà adverſantem, vel pro lubitu ſuô cum incolis terræ agentem;) verùm ſenſus hic nimiùm durus. Sicut verò hâc phraſi profligata eſt omnis reſiſtentia *realis*, ita nunc porrò etiam infringitur illa, qvæ eſt *verbalis*, h.e. correctio vel reformatio actionum Dei, tanqvam injuſtarum, inſipientium,&c. Et dicat ei מָה *qvid feciſti?* qvæ ipſa accipienda ſunt, non de nudâ verborum ejus generis prolocutione, (hanc enim, cùm multò graviores, proh dolor! contra Deum emanaverint blaſphemiæ, negare non auſim:) verùm de prolocutione cum effectu, & cum qvalicunq; rationum pondere, qvomodo v.g. Salomo inqvit *Prov. XX,9. qvis* (jure) *poteſt dicere, mandavi cor meum? 2.Sam. XVI,10.*

Digitized by Google

XVI, 10. *qvis dicet, cur feciſti ſic?* Job. IX, 12. *qvis dicit ei, qvid facis?* Coh. IIX, 4. *qvis dicet Regi, qvid facis?* qvæ ipſa ſatis oſtendunt, *ἀνυπεύθυνον* commendari Dei dominium, qvem ad rationes factorum reddendas, nemo cogere vel poteſt vel debet.

Poriſmata ex Verſu XXXV. &c. (XXXII.)

1. Cuiq; ſorti, & bonæ, & malæ, & mediæ certus à Deô terminus eſt præfinitus; æqvè ut hîc *finis* tandem appropinqvavit inſaniæ exiliiq; regii. Si itaq; premeris morbô, paupèrie, malôve aliô qvocunq;, terminum hunc intuens animoſus eſto, ac meliora ſpera; Qvòd ſi verò felicitate gaudes, finem illius, ad minimum in morte appropinqvantem, indies proſpice, nec unqvam inſoleſce.

2. Cœleſtium intuitio haut exigua ad mentem meliorem manuductio. A caducis igitur terræq; ſordibus, ſubinde mentem ad ſuperna eleva, gemitibusq; fervidis cœli favorem implora.

3. Rationis uſus decens, uti magnum omninò eſt beneficium, ita qvotidianâ etiam in Deum gratitudine benè iſtud eſt collocandum. Siſte tibi phreneticum, aut cui per ætatem morbumve deficit memoria, haut dubiè ad Dei laudes cum Rege noſtrô excitaberis.

4. Diſce hinc calamitatum uſum, qvantopere flagellis his profecerit profanum hoc idolomaniæ ſcelerumq; plurimorum mancipium Nebucadnezar. (vid. loc. de *Cruce.*)

5. De laudum divinarum officiô conſule Decalogi *præceptum ſecundum.*

6. Domini in terris ſinguli Dominum in cœlis recognoſcant ſemper ſummum, juſtum, omniſcium, ubivis atq; ſemper dominantem inevitabiliter. Huc regnum potentiæ, gratiæ, gloriæ.

7. *Nihil* te eſſe, ne unqvam dememineris, *Pſal. XXXIX, 6. 12. Pſal. LXII, 10. CXLIV, 3. 4. Job. IV, 19. cap. XXV, 6. Coh. I, 2. Eſa. XL, 15.*

8. *Voluntas* Dei operum ejusdem omnium eſt regula ſanctiſſima, non qvia Deus eſt exlex, uti docuit Zvvingl. *T. 1. de Provid. c. 5. &c.* ſed qvia ſibi ipſi Lex eſt, prout agnoſcit Calvinus *lib. III. Inſtit. c. 23. ſect. 2.* nec non Polanus *in Comm. h. l. Dan. p. 339.* Et qvidem penes ipſum eſt libertas ad utrumq; oppoſitorum, tùm contradictoriorum, tùm phyſicè contrariorum, v. g. potuit mundum creare & potuit non creare; potuit hanc ſtellam lucidam facere, & potuit etiam non facere; potuit hunc hominem ditare, & potuit etiam non ditare: ſic poteſt huic morbum infligere, poteſt etiam ſanum conſervare, & qvæ

ſunt alia. Plura hanc in rem vide ſis *in Loc. de Deô*. Vindicias verò contra Polanum, qvi Form. Concord. hôc locô accuſat circa divinam providentiam, ſuppeditabit *D. Thumm.* de cauſâ pecc. p. 118.

9. Qvæcunq; igitur placent Deo de nobis aliisve, meritò placent etiam cunctis fidelibus, utpote qvorum velle cum velle Dei exactè debet convenire; vid. *Matth. XXVI, 39. & 43.*

10. Fortunam ejusq; ludum crepant, qvotqvot Deum omnium gubernatorem ſapientiſſimum ignorant.

11. Stultorum eſt, impedire velle curſum Evangelii, ut ſibi videtur, ſtulti, *1. Corinth. I, 21. Actor. V, 39.*

12. Impiorum eſt, corrigere vel accuſare velle Dei opera, *Rom. IX, 19. ſeqq.* Piorum verò obmuteſcere, inq; ſanctô placidôq; obſeqviô ſe totos Deo reſignare, *Pſ. XXXIX, 10.*

13. Nefanda eſt Papicolarum vafrities, dum Papæ attribuunt, qvæ hîc ſoli Deo propria enunciantur. Ita namq; *in ſpeculô Juris* Durandi *lib. I. partic. I. tit. Legatus. §. 6. nunc oſtendendum. num. 89. f. m. 48.* diſertè de Papâ ſcribitur: *qvòd ſit vicem non puri hominis, ſed veri Dei gerens in terris, qvi omnia regat & diſponat & judicet*, NB. *prout ſibi placet: & per omnia poteſt facere & dicere, qvicqvid placet, auferendo etiam jus ſuum, cui vult, qvia non eſt, qvi ei dicat: cur ita facis?* Paulò pòſt: *Apud eum eſt pro ratione voluntas, & qvod ei placet, legis habet vigorem, poteſt etiam omne jus tollere, & de jure ſupra jus diſpenſare.* Item: *Non habet ſuperiorem, ſed ipſe ſuper omnes eſt, nec poteſt ab aliqvo judicari. Habet cœleſte arbitrium.* Vide *in Jure Can. Diſt. 40. Can. ſi Papa:* ubi de Papâ ſic pronunciatur: *Licèt innumerabiles populos catervatim ſecum ducat primo mancipio gehennæ, hujus tamen culpas redarguere præſumat mortalium nullus, qvia cunctos ipſe judicaturus à nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur à fide devius.* Qvæ ipſa eqvidem recitâſſe, eſt refutâſſe.

בֵּהּ זִמְנָא מַנְדְּעִי יְתוּב עֲלַי

VERSUS XXXVI. (XXXIII) *In ipſô tempore ſenſus meus reverſus eſt ad me.*) Reſtitutionem mentis excipit nunc porrò reſtitutio etiam dignitatis. Ubi denuò temporis præmittitur nota, videlicet בֵּהּ זִמְנָא *eô ipſô tempore*, (qvô) *reverſus eſt ad me ſenſus meus*, (vel ſcientia mea;) qvæ cùm jam expenderimus *v. 31.* tranſilire nunc poſſumus eò ſecuriùs. Haut dubiè verò addendum hoc conſuit Rex, ne putaret qvis, diutiùs fortè Regem

gem ſibi reſtitutam in exiliô ſuô, vel miſeriâ ſuâ fuiſſe poſthabitum. Qvippe qvamprimum reſtitutæ mentis indicia extabant, cuſtodesqve hactenùs regi è longinqvô velut dati eadem obſervâſſent, ſtatim is ad regni repetitus eſt gubernacula. Adeòq; cernimus hîc (*α*) gloriæ ſeu autoritatis priſtinæ reſtitutionem, ut ſeqvitur.

וְלִיקַר מַלְכוּתִי הַדְרִי וְזִיוִי יְתוּב עֲלַי

Et ad honorem regni mei decoremq; perveni, & figura mea reverſa eſt ad me:) Vel ſecundùm fontes: & (tunc) *ad gloriam regni mei decor meus & ſplendor meus reverſus eſt ad me*: Nimirum recenſet Rex, rediiſſe ad ſe *honorem ſuum*, cujus ſuprà meminerat faſtuoſè *v. 27.* (*extruxi* ליקר הדרי *ad gloriam honoris mei*;) rediiſſe etiam *ſplendorem ſuum*, h.e. locô horridi iſtius ac formidabilis aſpectûs, locô etiam vilipendii ſubditorum, ſuccedebat nunc prior in vultu majeſtas, prior etiam ſubditorum veneratio humilis, (qvomodo de voce זִיו *ſplendor* dictum *cap. II, 31.*) idq; ליקר מלכו *ad gloriam regni mei*, h.e. ut gubernatio mea æſtimiô gauderet debitô, ſubditisq; meis proficua eſſe poſſet. Hoc verborum poſitu obſervatô, non opus erit ſtatuere ellipſin, vel cum *Lud. de Dieu* literam ל in ליקר facere notam Nominativi. *Jacchiades*, conjiciente L'Empereriô, הַדְרִי accepit pro verbô primæ perſonæ, *redii*: qvod etiam exemplis aliis probat. Verùm accentuatio id non permittit. De voce יְקָר gloria, vide ſuprà *cap. II, 6. & 37.* Unde ſimul conſtat, aliena eſſe, qvæ Vulgatus ejusdemq; ſectatores hîc afferunt de Regis *figurâ*, ac ſi beſtialis ea fuiſſet hactenùs; cùm tamen Chaldæum זִיו id planè non inferat, ſed potiùs נֹגַהּ *ſplendorem*, veluti vocem Chaldæam hâc Ebrææ dilucidat *Aruch* ſeu Lex. Chald. aliiq;. Qvorſum facit, qvòd autoritas ſit qvidam qvaſi ſplendor, divinitùs in homine repoſitus, qvô ſubditorum percelluntur animi, ut debitâ veneratione talem excipiant ſibi præfectum. Unde etiam Sanctius figuram intelligit talem, qvæ in vultu deprehenditur, ut cùm qvis propter inediam, morbum aut vitam ruſticam acqvirit vultum luridum, macilentum, impexum, &c. qvomodo de Nazaræorum figurâ ſimile qvid legitur, *Thr. IV, 7, &c.*

וְלִי הַדָּבְרַי וְרַבְרְבָנַי יְבַעוֹן

Et Optimates mei & magiſtratus mei reqviſiverunt me.) Nunc ſubjiciuntur (*β*) perſonæ dignitatem reſtituentes intermediæ,

videli-

Digitized by Google

videlicet הַדָּבְרִין *gubernatores*, (de qvâ voce c. III. 24. 27.) & רַבְרְבָנִין *magnates* ſive *proceres*, qvorum fit mentio *cap. V, 1. ſeqq.* qvòd Belſazer iisdem paraverit convivium; Item, *c. VI, 18.* qvòd unà cum Rege Dariô occluſerint lapidem ſigillô ſuô. Proindeq; haut dubiè h. l. innuuntur illi, penes qvos hactenùs, laborante Rege, ſtetit ſumma Imperii, ſicut & aliàs fieri ſolet in morbis Regum gravioribus, ut clavum Imperii moderentur regni proceres, omnia tamen ſub Regis nomine ac inſignibus. Id qvod & hôc locô factum eſt, Daniele ſine dubiô maximam hoc dirigente partem, utpote, cujus interpretatio ſomnii, tanqvam divina, tàm luculenter erat comprobata, qviq; terminum ægritudini huic præfixerat etiam certum. Qvæ ipſa etiam difficultatem iſtam facilè expediunt, qvam nonnulli movent; qvis integrô hôc ſeptenniô regnum adminiſtraverit? Qvis tàm abjectæ fuerit mentis, ut locô cederet, regnumq; perſonæ hactenùs furioſæ tàm promtè traderet? & qvæ ſunt alia; Nimirum facta hæc ſunt inprimis arcanâ & mirabili Dei directione, ita, ut per eos ipſos, qvi Regem reſtitutum ſuô tempore repetierunt, tamdiu qvoq; gubernatio fuerit procurata. Nam ſi Evilmerodach filius intereà patris ſuſtinuiſſet vices, uti volunt Salianus, *Annal. f. 415.* Fernand. *de Viſ. V. T. f. 594.* Pererius, Sanctius, (qvi *fol. 204.* fabulas etiam qvasdam commemorat Judaicas, de hôc ipſô Evilmerodachô:) Corn. à Lapide, Raupius, aliiq;, veroſimiliter ejusdem qvoq; fuiſſet facta mentio, ubi de reſtitutione ad ſolium agendum erat. Actus magnatibus his tributus effertur verbô יְבַעוֹן *qvæſiverunt, petierunt.* Verbum enim בְּעָא idem eſt ac *humiliter rogando poſtulavit*, item, *ſolicitè percontatus fuit, qvæſivit, &c.* ſicuti vidimus *cap. II, 16.* Id qvod & hîc non malè qvadrat in regni proceres, qvippe qvi perceptâ Regis ſui novâ modeſtiâ, qvòd depoſitis ferinis moribus, nunc incederet rurſus ac loqveretur rationabiliter, è veſtigiô ſubmiſſione debitâ iverunt ipſi obviam, atq; è campô illô vel lucô, in qvô hactenùs vagatus fuerat, ad palatium reduxerunt regium, petentes, ut curis officioq; regio nunc denuò decenter præeſſe vellet.

בעא

וְעַל מַלְכוּתִי הָתְקְנַת *Et in regnô meô reſtitutus ſum.*

Eſt hæc (γ) in regnô confirmatio: Nam הָתְקְנַת *confirmatus* vel *ſtabilitus ſum*, (de qvâ formatione Ophal Buxtorff. *Gramm. Chald.* *p. 92.* & de Dieu *Grammat. harm. p. 237.*) eſt à R. תְּקַן *paravit, ſtabilivit, fundavit*, veluti patet ex paraphraſi Chaldaicâ, 1. Reg. II, 12. 46.

תקן

& ſtabi-

Digitized by Google

& [illegible] fuit regnum Salomonis valdè. Prov. XVI, 3. *ſtabilientur cogitata tua*, &c. Qvô ipsô removentur omnes periculoſæ machinationes, quæ Regis majeſtati ſolent qvandoq; ſtrui, qvaſi diceret: Nemo offenſus fuit, ſeptennali meâ ægritudine, dubiumqve mihi ſceptrum aut coronam conatus eſt facere, qvin mirô potiùs conſenſu obſeqvia mihi ſinguli exhibuerunt antiqva, &c.

וּרְבוּ יַתִּירָה הוּסְפַת לִּי׃

Et magnificentia amplior addita eſt mihi.) Nunc demum (d) [illegible]ditur magnificentiæ novâ acceſſione. Dicitur ea רְבוּ *amplitudo* (à רְבָה crevit, multus magnusq; fuit) qvomodo ejusdem ſuprà רבו
etiam fiebat mentio *v. 19. invaluiſti* וּרְבוּתָךְ *& magnitudo tua crevit*, &c. Proindeq; poſt exinanitionem, non modò prior illa amplitudo divinitùs eſt reſtituta, verùm etiam יַתִּירָה *major* atq; amplior, ſeu excellentior, הוּסְפַת *adjecta eſt*; (de qvâ formâ Ophal verbi יְסַף *addidit*, [illegible] Buxtorff. *loc. cit p. 139.*) Ita ſcilicet, ut peculiaris Dei favor circa hunc Regis perſonam tantoperè evidens, majorem cunctis incuteret formidinem ac admirationem; fermè ſicut calamitoſum Jobi [illegible], longè auctior excipiebat felicitas, *Job. XLII, 10. ſeqq.*

Porismata ex Verſu XXXVI. (XXXIII.)

I. Ingens eſt beneficium, dignitati, qvâ ſemel qvis privatus vel [illegible] eſt, poſtliminiò reſtitui, denuoq; in illâ confirmari. Id qvod cum Nebucadnezare expertus etiam eſt David, ab Abſolomô depulſus, 2. *Sam. XV. ſeqq.* nec non noſtris temporibus præteritoq; anno Rex Angliæ Carolus II. qvem & ipſum qvæſiverunt regni proceres, poſtqvam inſtar beſtiæ aut anathematis per integrum undecennium è regnô fuiſſet proſcriptus.

II. Patet hinc Deum ſolum eſſe, qvi hunc extollit & alterum humiliat, (qvanqvam per media) *Pſal. LXXV, 7. 8.*

III. Subditi, ſummi, imi magiſtratui ſuo manent obſtricti, utut is infirmitatibus ac infortuniis corripiatur graviſſimis. Inde laudandi [illegible] ſunt proceres, qvod non inter ſe partiti fuerint ſibive reſervaverint regnum, poſtqvàm tàm gravi Regem laborare vidiſſent inſaniâ, &c.

IV. Is, qvi deprimit, ac ad infernum deducit, poteſt etiam reducere, & pluribus adhuc bonis denuò cumulare: *1. Sam. II, 6. ſeqq. Pſ. LXVIII, 20. 21.* &c.

Digitized by Google

כְּעַן אֲנָה נבו' מְשַׁבַּח וּמְרוֹמֵם וּמְהַדַּר לְמֶלֶךְ שְׁמַיָּא

VERSUS XXXVII. (XXXIV) *Nunc igitur ego Nebucadnezar laudo, &c.)* Jam demum ultimum capitis hujus membrum advenit, nimirum (III.) *Epilogus Eucharisticus*, qvi commodè annectitur ſuperioribus voculâ כְּעַן *nunc* (videatur c. III, 15. V, 12. 16. VI, 9.) qvaſi diceret, qvandoqvidem hæc hactenùs ita mecum geſta ſunt, præſens omninò tempus à me locari meliùs non poteſt, qvàm ad debitos Dei Celſiſſimi, atq; erga me ſingulariter benigni laudes, ubi (α) perſona laudans eſt Nebucadnezar feliciſſimè nunc reſtitutus, plagisq; meliora multò edoctus. (β) Actus laudationis exprimitur tergeminô Participiô: מְשַׁבַּח *laudans* (vid. c. II, 23.) וּמְרוֹמֵם *& extollens* (ſum) ſive ſupra cunctas creaturas eum, uti par eſt, longiſſimè & mente & ore & manu effero. Vid. *Pſ. XCIX, 5. 9.* Pſal. XXX, 2. Pſ. CXIIX, 28. CXLV, 1. וּמְהַדַּר *& honorans* (vide proximè v. 31. & c. V, 23.) ſubjiciendo videlicet me ac mea cuncta humillimô obſeqviô huic tanto Regum cunctorũ Domino, eumq; tùm corde, tùm ore, tùm opere venerando. Notari hîc poteſt gradatio; *laudare* eſt verbis de aliqvô bona prædicare; *extollere* eſt omnium conſpectui, longè ultra & ſupra cuncta reliqva exponere: *honorare* eſt plenum ſimul obſeqvium cultumq; laudato deferre. (γ) Objectum laudandum eſt *Rex cœli*, cui cœleſtes ſcil. obtemperant vigiles fortiſſimi, *v. 10. 14.* qvi cum exercitu *cœli* agit pro lubitu, *v. 32.* & ad qvem cuncti Reges *terræ* collati ſunt meræ locuſtæ, *Eſ. XL, 15. 22. 26.* Imò veriùs loqvendo *nihil*, ex *v. 32.*

דִּי כָל־מַעְבָדוֹהִי קְשֹׁט

Qvia omnia ejus opera vera.) Seqvuntur nunc (δ) laudis argumenta (a) ab operum qvorumvis veritate; dum illa, qvæ Deus agit, exactè conveniunt cum dictis ejusdem, ſive comminantibus, ſive promittentibus, dum omnia agit ſine dolô, ſine vanâ jactantiâ. Confer *Pſal. XXXVI, 6. XL, 11. 12. XLIII, 3.* &c. Imò veritas hîc intelligitur non tàm in dicendo, vel in cognoſcendo, qvàm in eſſendo, ubi ſcil. datur convenientia rei cum intellectu & voluntate divinâ, adeoq; bona eſt, qvomodo *Job. III, 21.* dicitur: *Qvi veritatem facit*, h. e. cujus opera ſunt pia, ſancta, ac volumtati divinæ congrua.

וְאֹרְחָתֵהּ דִּין *Et viæ ejus judicia.*

Petitur hîc argumentum (b) à juſtitiâ: ubi phraſis *ſemita Dei*, ponitur pro agendi conſvetudine, vel de proceſſu, qvomodo freqventiſſimum hoc eſt dicendi genus in ſacris v. g. Pſal. XXV, 10. *Omnes ſemi-*

ta

Digitized by Google

ta ejus benignitas, &c. Prædicatur autem de hôc Dei proceſſu, qvod ſit דִין *judicium*, putà juſtum: h.e. qvicqvid inſtituit Deus, id ipſamet eſt æqvitas ac rectitudo, ſecundùm qvam debent omnia alia judicari: ita namq; *judicium* poni ſolet pro eô, qvod juſtum eſt & æqvum, *Job. IIX, 3. c. XXIX, 14. XXXIV, 12. 17. Pſal. VII, 7. XXV, 9. XXXIII, 5. XXCIX, 15. XCIX, 4. CXI, 7. Hoſ. II, 19. Prov. XXIX, 4.* &c. Hîc verò ſine dubiô approbavit Nebucadnezar proceſſum Dei admirandum ſecummetipſô hactenùs inſtitutum, qvem pronunciat juſtiſſimum ac nullo modo carpendum.

וְדִי מַהְלְכִין בְּגֵוָה יָכִל לְהַשְׁפָּלָה:

Et gradientes in ſuperbiâ poteſt humiliare.) Ultimum hoc eſt (c) à potente ſuperborum deturbatione: *Et qvi ambulantes* (ſunt) בְּגֵוָה *in ſuperbiâ*, (h.e. ſuperbè, qvi omnes præ ſe deſpiciunt, invictos ac incomparabiles ſe ſolos admirantur ac extollunt, Deumq; ipſum intereà prorſus vilipendunt,) *hos poteſt* לְהַשְׁפָּלָה *humiliare*, h.e. ex honorum felicitatisq; culmine vel ſtatu deturbare ita, ut ex Monarchâ potentiſſimô fiat homo abjectiſſimus, beluisq; potiùs accenſendus, ut locô deliciarum merus adſit ſqvalor. Conf. c. V, 19. *qvem volebat, humiliabat*, & ſuprà v. 14. שְׁפַל *humilem hominem extollit*. Item Ezech. XVII, 24. *humiliavi arborem elatam*, 1. Sam. II, 17. Pſal. LXXV, 8. *ipſe humiliat & extollit*. Eſa. XIII, 11. *ſuperbiam ferocium humiliabo*. Deniq; גֵּוָה *ſuperbia* eſt ex radice גָּאָה *eminuit*: eminere enim volunt ſuperbi præ cunctis aliis, ut ipſi cernantur honorenturq; ſoli. שפל

גאה

Poriſmata ex Verſu XXXVII. (XXXIV.)

1. Exemplum tanti Monarchæ, laudes Dei palàm ac ſtrenuè decantantis, ſingulos meritò excitabit inferiores ad ſimile gratitudinis exercitium qvotidianum, ſincerum, jucundum.

2. Repeti hîc poſſunt, qvæ de divinâ veritate, juſtitiâ, potentiâ, ſapientiâ alibi traduntur fuſiùs.

3. Nebucadnezarem fuiſſe ſalvatum tandem, prolixè hîc ſub finem defendit Pererius. *p. 353. ſeqq.* qvi ex Auguſtinô etiam inter alia adducit collationem Pharaonis atq; Nebucadnezaris, qvorum uterq; erat Rex ſuperbus, iniqvus, à Deô excitatus, &c. qvorum tamen alter periit, alter reſipuit. Eadem qvoq; habet *Corn. à Lap.* ad *v. 34.* verùm nil certi hîc definiri poſſe aſſerit *Sanctius* rationes inſimul Pererii refellens.

Digitized by Google

Cap. V.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

TRaduntur hìc Danielis geſta memorabilia ſub regnô Belſazeris, qvantoperè ejusdem obliterata ſc. qvodammodo dignitas refloruerit; licèt mors Regis repentina eandem brevi pòſt rurſus terminârit. Adeoq; qvatuor conſtitui poterunt capitis hujus partes, qvârum

I. Tradit, regium flagitium *à v. 1. ad 4.*

II. Subſeqvens portentum *v. 5. & 6.*

III. Portenti interpretamentum, partim ut profanis impoſſibile, *v. 7. ad. 9.* partim ut Danieli expeditum ac facile, *v. 10. ad 29.*

IV. Interpretamenti complementum *v. 30.*

Vers. I. בֵּלְשַׁאצַּר מַלְכָּא עֲבַד לְחֶם רַב

Balthaſar Rex fecit grande convivium.) Abſoluta Nebucadnezaris hiſtoriâ mirabili, tranſitus jam fit ad ſucceſſorem ejus Belſazerem, (cujus nomen *Grotio* idem ac *Belus eſt, cujus opes*, h. e. in Beli poteſtate ſunt opes & imperia,) de qvo tamen ingens eſt Chronologorum diſceptatio, an immediatè ſucceſſerit, an intervenientibus aliis. Nonnulli enim collocant Evilmerodachum, Nigliſſororem, & Laboroſardochum, &c. ut videre eſt apud Salianum *in Annal. ad A. M. 3472.* Helvicum. Imò ipſemet hic *Salianus*, ut & *Calvinus*, Evilmerodacho aſſignant annos 23. ita ut ſucceſſerit ei demum Balthaſar, regnans annos 22: Qvanqvam & de hôc poſteriore diſſidium ſit ſatis grande, dum alii ponunt regni annos tres, ut *Ebræi* & cum ipſis *Ribera*; alii 17. ut *Torniellus*, nec non *Pererius* p. 377. Alii 14. ut *Sulpitius Severus*; Alii 8. ut Calv. &c. Verùm cùm noſtrum hìc non ſit controverſias illas enodare Chronologicas, ad id qvod noſtri eſt negotii, accedimus. Adeoq; cùm Danielis inſtitutum haut fuerit Hiſtoriam texere, ſed ſolùm eventa propria ſub unô alterôve Rege in honorem Dei conſignare, à Nebucadnezare hic tranſiit ad Belſazarem, ut ſic Hiſtorica abſolveret, anteqvam viſiones, qvæ tamen tempore priores fuerant, c. VII. & IIX. inchoaret. Nos igitur in Parte capitis hujus, *primâ* attendimus tùm flagitii regii occaſionem, tùm flagitium ipſum.

ſur

Digitized by Google

(I.) Occaſio fuit Convivium luxurioſum; ubi (α) inſtruens eſt *Balthaſar Rex:* Hunc iterum Interpretum aliqvi ponunt Nebucadnezaris filium, adeòq; Evilmerodachi, natu majoris fratrem, ita Raſche, Euſebius *in Chron.* &c. Alii Nebucadnezaris ex filiâ nepotem, ut Calixtus *in Appar. pag. 33.* Alii Nebucadnezaris nepotem ex filiô Evilmerodachi filium, (ita *Polanus* ex *Jer. XXVII, 5.* & ſeqq. tradens ſimul variorum Belſazari tributorum nominum conciliationem: Item *Sulpitius, Jacchiades, Qviſtorpius,* ex Beroſô apud Joſephum, *Pererius, Maldonatus, Sanctius, Hugo, Junius, Codomannus* in Ann. p. 45. *Belga, Vinarienſes*) imò ſunt, qvi Evilmerodachum & Balthaſarem habent pro eôdem, ut Corn. à Lapide, nec non Drexelius *T. II. opp. f. m. 574.* Eos, qvi Belſazarum & Laboroſoardochum pro eôdem habent, v. g. Scaligerum, Calviſium, Alſtedium, &c. refutat Wichman, *auctar. chron. p. 87. ſeqq.* ut & illos, qvi Nabonnedum ſtatuunt Belſazarem, p. 117. Negotio præſenti decedit parum, modò conſtet, Belſazarem Regem grandi impræſentiarum polluiſſe dignitate Monarchicâ, neq; tamen cautiùs ſibi ſuisq; rebus proſpexiſſe, præcipuè, cùm Anteceſſoris ipſum terrere debuiſſent veſtigia, veluti ſeqvetur *v. 18. ſeqq.* (β) Inſtructum convivium appellatur לְחֶם רַב *alimentum magnum,* haut dubiè enim nomen לְחֶם qvod nuſpiam recurrit alibi in Codice ſacrô, originem habet ex Ebr. לֶחֶם *panis,* ſeu alimentum omnis generis, adeòq; ſicut aliàs convivium etiam à potu nuncupatur מִשְׁתֶּה *compotatio,* ita hîc à pane vel cibô, לְחֶם vid. *Coh. X, 19.* Unde etiam Aben Eſra exponit per מאכל *cibum, Raſche* autem & *Saadia* per סעודה *refectionem* vel convivium. Porrò de Convivii hujus occaſione variè admodum dantur conjecturæ. *R. Salomon & Saadia* tradunt, eôdem die Belſazarum feliciter pugnâſſe ac proſtraviſſe obſidentes Darii atque Cyri legiones, unde ſub veſperam Ducibus ſuis bellicis inſtruxerit convivium, ſimulq; meminerit, fruſtraneam h. m. factam eſſe Judæorum ſpem de captivitatis ſuæ per Medos atq; Perſas obſidentes ſolutione, nunc poſt LXX. annos Propheticos inſtante, in cujus ſpei ludibrium acrius, allata etiam fuerint vaſa Templi Judaici ſacra, &c. Verùm Commentum hoc meritò *Hieronymus* fabulam vocavit Judaicam. Alii igitur diem exiſtimant fuiſſe Regis Natalem, ita Sanctius: Alii [illegible]cationem pro urbis conſervatione ſolennem more gentili [illegible] finitam fuiſſe epulô hôc publicô: Alii, Medos per Strategema [illegible]ceſſum obſidionisq; ſolutionem ſimulantes, anſam dediſſe feſti-

לחם

Digitized by Google

feſtivitati huic gaudioq; communi: Alii, Regem his epulis tùm ſuam animoſitatem, hoſtes nihil qvicqvam metuentem, tùm civium corroborationem intendiſſe; qvâ ratione Epaminondas ab hoſtibus obſeſſus, milites juſſerit vacare ludis ac conviviis, ut ſe hoſtem non curare teſtaretur, apud *Diodor. Siculum lib. 12.* Itemq; Viriatus Luſitanus à Romanis obſeſſus apud *Florum*: Alii deniq; Beli qvoddam feſtum ingens fuiſſe h.m. celebratum; Id qvod ex Herodoti *lib. 1.* necnon Xenophontis *lib. 7. de pædiâ Cyri* comprobant, dicentibus, Babilonem fuiſſe expugnatam eâdem noćte, qvâ tota urbs ob ludos compotationesqve feſtivas ſomnô vinôq; erat ſepulta. Id qvod ex *Eſa. XXI, 5. ſeqq.* etiam robur accipit, ubi caſui Babelis *v. 9.* præmittitur: *Diſpone menſam, ſpeculare in ſpeculâ: comede, bibe, ſurgite Principes, ungite clypeum.* Confer etiam Jer. XXV, 26: *Deniq; Rex Scheſach bibet poſt illos,* &c. c. LV, 56. *Inebriabo Principes ejus, ut dormiant ſomnô perpetuô.* Quæ ipſa etiam ultima ſententia cæteris fermè videtur præferenda, præſertim ob encomia Deorum inter epulas commemorata, ut ſeqvetur. *Convivium* autem hoc ipſum appellatur רַב *magnum*, tùm ratione convivarum numerô ac dignitate excellentium, tùm ratione ſumtuum impenſorum in cibos exqviſitiſſimos, copioſiſſimos, rariſſimos, item in potus omnis generis, (qvorſum pertinent pocula pretioſa, ex abditiſſimis velut theſaurorum conditoriis depromta, & hactenùs nunqvam uſurpata;) in delitias muſicas, luxumq; ex omni parte enormem & incomparabilem. Qvid alibi afferatur de conviviô Ahaſveri *Eſth. I, 2. ſeqq.* hâc vice non curamus: Sicut nec iſta ſomnia (de triplici intentione Belſazari convivium parantis, ut ſecreta animorum eliceret, ut ingenia inter bibendum probaret, qvinam amicitiæ ſecretiori dignus, & ut modum inveſtigandi ſenſus analyticum ſubſannaret,) relatione digna æſtimamus, qvæ ineptô futiliq; conamine affert Gviliel. Alabaſtrus *Appar. ſui p. 235. ſeqq.*

לְרַבְרְבָנוֹהִי אֲלַף *Optimatibus ſuis mille.*

Succedunt (γ) convivæ, nimirum, רַבְרְבָנוֹהִי אֲלַף *magnates Regis,* præcipuâ in regnô tum temporis dignitate gaudentes, uti ſunt apud nos Principes, Comites, Barones, &c. penes qvos ſteterat Regem Nebucadnezarem ad thronum regium revocare, *c. IV, 33.* Vid. & infrà *c. VI, 18.* It. *Eſth. I, 3.* de proceribus regni epulô exceptis. Additur verò nomen אֲלַף *mille,* qvod ipſum videri poſſet referre hîc peculiarem qvandam dignitatem, qvomodo aliàs in Ebræô אַלּוּף *Ducem* denotat.

אלף

Digitized by Google

tat vel chiliarcham, qvi millibus præeſt, vel qvi inſtar tauri gregem ducentis alios omnes antecedit, *Gen. XXXVI, 15. ſeqq.* qvæ ipſa ſignificatio arriſit qvodammodo Feſſelio *lib. II. Adverſar. p. 333.* ubi plura de *Alpha*, hoc eſt præcipuô, primariô, adducit è profanis. Verùm cùm hâc ratione tanqvam appellativum in plur. fuiſſet collocandum nomen hoc, ob antecedens רַבְרְבָנִין *magnates*, meritò tanqvam numerale accipimus, adeò, ut *mille* adfuerint virorum in regnô præcipuorum, licèt diſparis iidem eſſent dignitatis aut conditionis. Hunc in modum de Alexandrô M. refertur, qvòd in conviviô nuptiali convivarum habuerit decem millia, qvorum ſingulis pateram donavit auream. Ita de Ptolomæô etiam, ultimô Ægypti Rege commemorat Plinius *lib. XXXIII, c. 10.* ex Varrone, qvòd ex Pompeji M. exercitu 1000 ſaginaverit convivas: Ubi etiam de Pythiô Bythinô, qvi Xerxis copias, h. e. ſepties centena octoginta octo millia hominum excepit epulô. Sic Statius de Domitiani epulô:

Hic cùm Romuleos proceres trabeataq; Cæſar
Agmina mille ſimul juſſit diſcumbere menſis.

Qvantô autem apparatu opus fuerit ad 1000. hos Magnates unà cum regiis uxoribus ac concubinis opiparè excipiendos, facile eſt conjicere; & licèt obſeſſa fuerit civitas, *Xenophon* tamen meminit, in eâdem annonam ad decem aut multò plures annos pro tolerandâ obſidione fuiſſe repoſitam; imò urbs pro amplitudine ſuâ, provinciæ magis, qvàm urbis videbatur habere rationem.

וְלָקֳבֵל אַלְפָּא חַמְרָא שָׁתֵה׃

Et unusqvisq; ſecundùm ſuam bibebat ætatem.) Vel potiùs ſecundùm Fontes: *Et coram mille bis vinum bibens* (erat Rex). En (δ) Convivii ſucceſſum, nimirum egregia inſtituebatur helluatio. Et qvidem חַמְרָא (à rad. חֲמַר *turbidus fuit*, item *aduſſit, combuſſit, uſtulavit*) generatim accipitur pro *vinô*, ob caloris, ut videtur vehementiam vino inditam; qvod ipſum vocabulum pro epithetorum diverſitate competit vino dulci, generoſo, coctitio, rubro, albo, recenti, veteri, uti cognoſci poteſt ex *Lex. Buxtorf. Rabbin.* In ſacris legitur tùm hîc *v. 1. 2. 4. 23.* tùm *Eſr. VI, 9. VII, 22: Detur illis frumentum, ſal, vinum & oleum.* Vinum autem bibere h. l. non ordinariam ſitis reſtinctionem exprimit, ſed extraordinariam, immanemq; ingurgitationem, cùm ad æſtuationem uſq; poculis decertatur, &c. *Eſa. V. 12. 22.* Horſum facit, חמר

cit, qvòd in conviviis lautioribus demum vini conſvevit fieri mentio, *Gen. XXVII, 25. Nehem. V, 18. Eſth. I, 7. V, 6. VII. 2. 7. Job. II, 3.* Miram autem hîc concertationem affert *Jacchiades*, nimirum Regem, qvi craſſus erat ac robuſtus, cum millibus ſuis inſtituiſſe certamen, qvale Germanis ait eſſe in uſu, ubi acceptô vini poculô provocatur ſocius, qvi ex adverſô eſt: hic apprehenſô poculô ſimili ſimul bibit cum provocante, qvod eſt amicitiæ ſignum. Ita Belſazer amicitiam ſuam erga ſuos mille Principes demonſtraturus cum ſingulis congrediens totidem vini plena exhauſit pocula, nimirum mille. Verùm ſicut Judæus ipſe addit, *hoc perqvam fuit difficile, qvomodo ſtomachus ejus tantæ capax fuit vini capacitatis?* ita & nos dicimus, hoc perqvam eſſe anile, atq; è textu ſacrô nullatenùs probabile. Dum verò bibitioni huic in Fontibus additur לָקֳבֵל אַלְפָּא *è regione millium horum*, (notetur vis א emphatici in fine, millium *horum:*) nonnulli conjiciunt tabulam ſive menſam regiam, ad qvam ſolus Rex diſcubuit, fuiſſe collocatam *è regione* tabularum reliqvarum, qvibus aſſederunt Primates, ita ut hos in conſpectu ſuô Rex perpetuò haberet, ſingulisq; claſſibus ordine poſſet præbibere ac propinare; (Ita *Corn. à Lapide*) fermè ut Joſephus ſeorſim diſcumbebat coram fratribus *Gen. XLIII, 33.* Verùm ſi ſtrictè adeò vocula hæc urgeatur, nimis ſpatioſum eqvidem illinc orietur conclave, in qvô locum habuiſſent menſæ 50, qvarum cuivis aſſediſſent perſonæ viginti. Qvapropter ſimpliciſſimum videtur dicere, Regem publicum inſtituiſſe convivium, ubi *è regione millium*, h. e. *inſpectantibus omnibus* proceribus hilarem ſe exhibuerit, Cum aliàs nemo facilè, vel oppidò pauciſſimi ad id fuerint admiſſi, (er hat offene Taffel gehalten.) Qvâ ratione etiam AbenEſra notavit, factum hoc eſſe contra morem regium, nimirum dignitatis atq; venerationis eſt majoris ad menſam regiam Regem aſſidere ſolum.

Poriſmata ex Verſu I.

1. Convivia inſtituere, conviviis intereſſe hautqvaqvam eſt contra bonos mores aut pietatem, imò qvandoq; ſingulariter proficuum ac laudabile, ſi ſcilicet abſit luxus, qvoad ciborum varietatem, pretioſitatem, poculorum aut reliqvæ ſupellectilis elegantiam, &c. ſi etiam abſit effrenis lætitia, poculorum concertatio, ſermonum noxiorum reciprocatio. Ita convivium inſtituebat Moſes *Exod. XIIX, 12.* Filii Jobi, *Job. I, 4.* aliiq; viri boni.

2. Sæpiùs

Digitized by Google

2. Sæpiùs tamen in conviviis excedi ſolet: Vide ſis epulas Nabalis regias, *1. Sam. XXV, 36.* Adoniæ *1. Reg. I, 9. 19.* Herodis *Matt. XIV, 5.* De rectô conviviorum uſu ac ſobrietate conſule Serarii *Comment. in Judith. f. 253.* Aretii *Part. I. Probl. p. m. 751.* Brochm. *de Lege c. 18. Caſ. 27. p. m. 213.* Clement. Alexandr. *l. 2. pædag. c. 4. f. 163:* De luxu autem conviviorum agit Goclen. *pecul. tract. qvi annexus eſt libro de Curat. Magnet.* Speciatim de Luxu Romanorum conſule Kobirziki *de Luxu p. 198. & 225.* Item Admiranda Chinæ & Europæ *p. 207. ſeqq.*

3. Ut pauca ſine rixis aut diſſidiis tranſiguntur convivia, ita negari neqvit, ſalutarem non rarò animorum conjunctionem procuratam fuiſſe in iisdem; unde etiam non paucæ nationes in conviviis deliberarunt de bellis negotiisq; arduis: qvorſum etiam epulæ nuptiales, initiatoriæ, fœderales, &c.

4. Non rarò cùm dolendum maximè, humana ſecuritas deliciis indulget licentioſiſſimè: *Eſa. XXII, 12. 13.*

בלשׁ׳ אָמַר בִּטְעֵם חַמְרָא

Præcepit ergò jam temulentus.) De verbô ad verbum: *Belſazer dixit* (ſeu edixit) *in guſtu vini:* Hactenus occaſio flagitii, nunc flagitium ſubſeqvitur ipſum, ita qvidem, ut denuò intemperans vini uſus colligatur ejusdem exceſſûs fuiſſe incentivum. Ridiculum verò eſt, qvod nonnulli ex voce חַמְרָא *vinum,* eliciant, memorante Polano, *Agaſonem,* (חֲמוֹר enim deſignat *aſinum;*) ita ſc. ut in epulis feſtivis, forſàs ex ludi more, regium honorem tenuerit agaſo qvidam, ex cujus inſtinctu vaſa templi opus fuerit adduci: cùm tamen disertè eadem vox verſu præcedente *vinum* â Rege hauſtum deſignaverit. Qvapropter *vinum* â Rege dicitur *guſtatum*; nimirum intemperanter, adeò, ut obnubilaretur ratio, eademq; non rectè ampliùs gubernare potuerit conſilia & actiones regias. Vox טְעֵם aliàs *judicium, mentisq; de re aliqvâ ſententiam, aut diſcretionem* denotat, veluti vidimus *c. II, 14. III, 10. 12. &c.* unde etiam nonnulli cum *Aben Eſra & R. Salomone* hîc exponunt: *Edixit in mandato vini,* vel; per mandatum minimè ſobrium. Verùm טְעֵם etiam de *guſtu* corporis accipi, vidimus *c. IV, 22.* qvapropter etiam in ſenſu illô commodô meritò perſeveramus.

VERSUS II. חמרא טעם

לְהַיְתָיָה לְמָאנֵי דַּהֲבָא וְכַסְפָּא דִּי הַנְפֵּק נְבוּכַדְנֶצַּר אֲבוּהִי וגו׳

Ut afferrentur vaſa aurea & argentea, &c.) Deſcribitur

Digitized by Google

nunc Regis flagitium ratione tùm præceptionis, tum executionis *v. 3. 4.* Nimirum præcipit apportari inuſitata prorſus poculorum genera; ſicut non raro bibones contenti eſſe neqveunt vitris uſitatis, ſed ex urceis, patinis, imò pileis aliisq; ineptioribus adhuc receptaculis parare ſibi ſolent infundibula vel hauſtra. Deſcribuntur autem vaſa hæcce ſacra ratione materiæ, qvòd fuerint *ex aurô argentôq; ſolidô*, v. g. phialæ aut canthari ad excipiendum oleum vinumq; ſacrum, vel etiam ſangvinem, qvalia paraverat Salomo ac Reges cæteri: ratione autoris procurantis, qvòd *Nebucadnezar pater* (vel avus) *ejus adduxerit illa*: ratione termini â qvo, *ê Templô Hieroſolymitanô*. Qvæ ipſa jam memorata ſunt ſuperiùs *c. I, 8.* vid. *2. Reg. XXIV. & XXV.*

וְיִשְׁתּוֹן בְּהוֹן מַלְכָּא וְרַבְרְבָנוֹהִי שֵׁגְלָתֵהּ וּלְחֵנָתֵהּ׃

Ut biberent in eis Rex, &c.) Nunc finis additur mandatæ apportationis, videlicet וְיִשְׁתּוֹן *ut biberent*, (ita ו adſuit *c. I, 12. II, 24.* & in Pſal. paſſim, *XXXV, 24. XXXVI, 8. XXXIX, 14. LI, 9. &c.)* בְּהוֹן *ex illis Rex, Optimates, uxores, concubinæ*; non qvidem ex neceſſitate, ac ſi alia non fuiſſent in promtu poculorum genera, non honoris gratiâ, non ex admiratione artis, &c. qvomodo nonnunqvam in conviviis lautioribus promi ea ſolent, qvæ gravitate, antiqvitate vel artificioſitate ſuâ peculiarem bibentibus poſſunt creare oblectationem; verùm ex profanô, ſcurriliq;, ut mox ſeqvetur, contemtu. Præter viros autem adfuiſſe & videmus mulieres, nimirùm tùm uxores regias, tùm concubinas. Qvâ ratione, ſi moris hoc fuit recepti, â Parthis abierunt in diverſum Chaldæi. Illi namq;, ut refert *Macrob.* l. 7. Saturn. c. 1. *ſolent cum concubinis, non cum conjugibus, inire convivia, tanqvam has & in vulgus produci & laſcivire qvoq;, illas non niſi abditas tueri deceat tectum pudorem.*
שגל Nomen porrò שֵׁגַל â R. Nathane *fœmina maritata* exponitur, legiturq; hîc *v. 3. & 23.* itemq; in Ebr. Cod. Pſ. XLV, 10. *ſtat conjux â dextrâ tuâ*, & Nehem. II, *6. & conjux ſedebat juxtà ipſum.* Alterum לְחֵנָתָא *concubinam* denotat, qvæ nexu matrimoniali haudqvaqvam copulata eſt, uti conſtat ex *Geneſ. XXXV, 6. 22. Judic. XX, 5. c. XIX, 2. II. Sam. XIX, 6. 1. Reg. XI, 3.* In noſtrô hôc capite recurrit *v. 3. & 23.* Uti verò aliàs mulierum contactus ſingulariter arcebatur â rebus ſacris, ita tantò graviùs peccavit Belſazar, impuriſſimis etiam pellicibus ſuis hæc ſacra ſanctiſſimi Iſraëlis Dei vaſa committendo, haud aliô fine, qvàm ut tantò magis oſten-

Digitized by Google

oſtentaret tùm Majorum ſuorum victorias, tùm Dei Iſraëlitici debilitatem, tùm deorum ſuorum robur invictum & incomparabile.

Poriſmata ex Verſu II.

1. Ebrietatis vitium mare malorum omnium. Qvid Noachi, Lothi, aliorumve deſignaverit ebrietas, qvid Ammoni, Holoferni, Benhadado, aliisq́ ebriis evenerit, qvomodo Alexander M. plures in conviviô amicos occiderit temulentus, qvàm hoſtes in bellô armatus, hiſtoriæ loqvuntur tàm profanæ qvàm ſacræ. Ita Belſazer ebrius hîc admittit, qvod ſobrio in mentem fortè nunqvam venit. Vide plura de Ebrietate h. l. apud *Cornelium à Lapide* cæterosq́;, qvi vitium hoc peculiaribus perſtrinxerunt tractatibus.

2. Vinum ut inſignibus planè â Deô inſtructum eſt viribus ad refectionem, qvæ in corpore humanô deperdita ſunt, virium animorumq; erectionem, &c. Ita immoderatiùs ſumtum tantô peſtilentius evadit venenum. Impellit ſiqvidem ad libidinem, rixas, oſtentationem, (ut h. l. vaſorum,) profanos de Deô atq; ſacris ſermones, contemtum aliorum, imò ut Poëta ait:

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile ſvadent.

Cornutus eſt Bacchus, qvia *tunc* (poſt potum largiorem) *pauper cornua ſumit;* tunc temulenti multa ſibi arrogant, qvorum ſobrios pudet atq; pœnitet.

3. Res Deo ſemel conſecratas nemo impunè ad uſus conferat profanos. Qvanqvàm enim inhærentem non liceat ſtatuere ſive locorum ſive veſtimentorum, ſive vaſorum ſanctitatem, (Deô namq; ſemel excandeſcente omnis exſpirat rerum ipſi conſecratarum honor ac defenſio;) certum tamen eſt, profanæ ac irreligioſæ mentis indicium, res Deo dedicatas contemtim tractare, uſibusq́; privatis adaptare: qvam temeritatem non poteſt non punire Dominus. Confer *Lev. XIX, 8. Num. XVIII, 32. c. XIX, 13. Ezech. XXII, 26. Zeph. III, 4.*

4. Qvid de concubinatu, pellicibusq; ſtatuendum ſit, conſtabit ex Tractatoribus ſexti Præcepti: Confer Martyr. *in comment. Lib. Judic. f. 95. b.* Spanheim. *part. 3. dub. Evang. p. 615.* & Photii *Nomocan. p. 223.*

5. Cùm duplicantur lateres, venit Moſes: cùm Deus verus unà cum cultoribus ſuis deluditur qvàm maximè, deluſio perſecutorum inſtat proximè.

Digitized by Google

בֵּארַיִן הַיְתִיו מָאנֵי וגו'

Tunc allata ſunt vaſa aurea, &c.) Præceptionem jam excipit
VERSUS III. Executio, ſicuti *c. III, 22.* de celeri mandatorum Regis executione clarum habuimus textum. Tria autem hîc concurrunt. 1. Vaſa proferuntur. 2. ex iisdem bibitur *v. 3.* & deniq; 3. idola Babylonica celebrantur *v. 4.*

אִשְׁתִּיו חַמְרָא *Bibebant vinum.*

VERSUS IV. Denuò repetitur bibitio, cujus jam facta erat mentio *v. 3.* videl. ut jam eadem connecteretur cum encomiis idololatricis, hôc ſenſu: (& eô ipſô, qvum) *bibebant vinum, etiam laudabant,* &c.

וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַּהֲבָא וגו'

Et laudabant deos ſuos aureos:) Hoc demum ſupremum impietatis erat faſtigium, contumeliis proſciſſô Iſraëlis Deô, cujus hæc olim vaſa fuerant, omnem fortitudinis invictæ gloriam tranſcribere Babiloniorum Numinibus, ac ſi eadem Iſraëlitarum debellâſſent Deum, templum ejus impunè ac pro lubitu exſpoliâſſent, ſecurèq; ſpolia per tot annos (70. ſc. fermè) poſſediſſent. Veroſimile eſt, pro more gentium aliarum inter pocula decantatos fuiſſe hymnos pæanasq; in deorum honorem compoſitos, & qvidem voce non ſolùm miniſtrantium cantorum, cantatricumq;, (qvalium fit mentio *Coh. II, 8.* qvocum confer Briſſon: *de Reg. Perſ. p. 67.* ubi de conclavi regiô mulierum vocibus, cantuq; Symphoniæ perſonante, ob plurimas ibi tibicinas, fidicinas, pſaltriasq;;) ſed & ipſorummet convivarum, qvi ſe hymnis ejusmodi adeò largiorem mutuò provocarunt lætitiam, deorumq; ſuorum favorem impetrandum. In textu eſt שַׁבַּח *laudavit,* qvod de ſonorâ, publicâ, hilariq; Dei veri celebratione uſurpatum vidimus *c. II, 23. & c. IV, 31. 34.* In Ebræô Cod. eôdem ſenſu adhibetur *Pſ. CXVII, 1. CXLVII, 12. CXLV, 4. LXIII, 4.* Vid. etiam *Cohel. IV, 2. & cap. VIII, 15.* Qvapropter & hîc intelligi poteſt tùm commendatio per certas compoſitas cantilenas, tùm per diſcurſus promiſcuos, qvibus facta Numinum Chaldæorum diverſimodè & allata, & cum factis Iſraëlis Dei collata, & iisdem etiam longè prælata fuerunt, adjunctis variis, ut apud ebrios fieri ſolet, ſcommatibus convitiisq;. Numina autem comendata â ſextuplici deſcribuntur materiâ, qvòd ſcil. tùm ex metallis parata fuerint, *aurô, argentô, ære, ferrô,* tùm *ex lignô lapidibusq;,* qvæ ſtatuarii nimirùm ope certam nacta erant

שבח

Digitized by Google

cta erant figuram præviâq; conſecratione cultu ſolenni poſtmodum honorata. Haut dubiè verò Propheta hoc addidit ad ſupinam ſimul gentilium veſaniam ſtuporemq; exprimendum, qvòd Deo vivo ac immortali fatui hi prætulerint truncos inanimes, igne malleôq; & paratos & deſtructibiles, &c. Pertinet huc, qvod Athenæus refert *l. 8. dipnoſoph. c. 13.* moris fuiſſe veteribus, priusqvàm convivia inirent, diis ſuis ſacrificandi, eosq; ſecum adducendi in convivium, qvò præſentium Deorum conſpectus modeſtiores eos continentioresq; in convivio redderet, imò & poſteà feliciores. Ita *Arnobius* ad gentiles: *Sacras facitis menſas Salinorum appoſitu & ſimulacris deorum.* Sic Evandri convivium laudibus perſonuiſſe Herculis, teſtatur Virg. *l. 8. Æneid.* Et Dido pateram in menſâ libans hoſpitalem laudabat Jovem, lætitiæ datorem Bacchum, & bonam Junonem *l. 1. Æneid. v. 735.* de diis Epitrapeziis & ſpeciatim de Herculis ſtatuâ vid. totam *Sylv. 6. Lib. 4. apud Statium.* it. Martial. *l. 9. Epigr. 44.* ubi de eâdem ſtatuâ Alexandrô uſitatâ: *Hoc habuit Numen Pellæi menſa tyranni.* item qvæ habet Sanctius ad *Eſa. LXV, 11. Oſe. IX, 3.* Huc *Eſther XV, 17. & Judith X, 5.* Plura de Babiloniorum diis legi poſſunt *Baruch 6.* qvomodo iidem portati fuerint humeris, adorati ab ante atq; retrò, præſente populô, coronati ſuper capita ſua, ornati veſte purpureâ, &c. De differentiâ etiam deorum, ratione diſtinctæ materiæ, qvomodo digniores ex aurô, reliqvi ex argentô, & ſic conſeqventer, parati, videſis Pinto Ramirez *Spicil. tract. 1. cap. 41. ſ. 189.*

Poriſmata ex Verſu III. & IV.

1. Miniſtri dominis impiis apportantes aut procurantes ea, qvæ promovent impietatem, dignas unâ cum heris ſuis reportabunt pœnas. Cordati autem meritò detrectant ea, qvæ lædunt conſcientiam, ſicut Saulis faciebant Satellites. *1. Sam. XXII, 17.*

2. Ut impuri hi Idololatræ inter gaudia ſua non obliti ſunt deorum, ita multò magis verè piorum eſt (licet Reges ſint, Proceres aut fœminæ honoratæ,) inter ſua gaudia imprimis meminiſſe cum laude reverenterq; Dei veri ac immortalis, eidem decantare hymnos, &c. modò abſit devotio temulenta, nec non Hypocriſis Phariſaica.

3. Indignè nos pungit Polanus *(Com. p. 355.)* ſub titulô Semipapiſtarum, negantium ſibi imagines pro diis eſſe, dum qvæſtionem ſic informat: *Suntne iis imagines pro diis, qvi eas non colunt?* & reſpon-

Digitized by Google

בֵּארַיִן הַיְתִיו מָאנֵי וגו'

Tunc allata ſunt vaſa aurea, &c.) Præceptionem jam excipit
VERSUS Executio, ſicuti *c. III, 22.* de celeri mandatorum Regis executione
III. clarum habuimus textum. Tria autem hîc concurrunt. 1. Vaſa proferuntur. 2. ex iisdem bibitur *v. 3.* & deniq; *3.* idola Babylonica celebrantur *v. 4.*

אִשְׁתִּיו חַמְרָא *Bibebant vinum.*

VERSUS IV. Denuò repetitur bibitio, cujus jam facta erat mentio *v. 3.* videl. ut jam eadem connecteretur cum encomiis idololatricis, hôc ſenſu: (& eô ipſô, qvum) *bibebant vinum, etiam laudabant,* &c.

וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַּהֲבָא וגו'

Et laudabant deos ſuos aureos:) Hoc demum ſupremum impietatis erat faſtigium, contumeliis proſciſſô Iſraëlis Deô, cujus hæc olim vaſa fuerant, omnem fortitudinis invictæ gloriam tranſcribere Babiloniorum Numinibus, ac ſi eadem Iſraëlitarum debellâſſent Deum, templum ejus impunè ac pro lubitu exſpoliâſſent, ſecurèq; ſpolia per tot annos (70. ſc. fermè) poſſediſſent. Veroſimile eſt, pro more gentium aliarum inter pocula decantatos fuiſſe hymnos pæanasq; in deorum honorem compoſitos, & qvidem voce non ſolùm miniſtrantium cantorum, cantatricumq;, (qvalium fit mentio *Coh. II, 8.* qvocum confer Briſſon: *de Reg. Perſ. p. 67.* ubi de conclavi regiô mulierum vocibus, cantuq; Symphoniæ perſonante, ob plurimas ibi tibicinas, fidicinas, pſaltriasq;;) ſed & ipſorummet convivarum, qvi ſe hymnis ejusmodi adeò largiorem mutuò provocarunt lætitiam, deorumq; ſuorum favorem impetrandum. In textu eſt שַׁבַּח *lauda-*
שבח *vit,* qvod de ſonorâ, publicâ, hilariq; Dei veri celebratione uſurpatum vidimus *c. II, 23. & c. IV, 31. 34.* In Ebræô Cod. eôdem ſenſu adhibetur *Pſ. CXVII, 1. CXLVII, 12. CXLV, 4. LXIII, 4.* Vid. etiam *Cohel. IV, 2. & cap. VIII, 15.* Qvapropter & hîc intelligi poteſt tùm commendatio per certas compoſitas cantilenas, tùm per diſcurſus promiſcuos, qvibus facta Numinum Chaldæorum diverſimodè & allata, & cum factis Iſraëlis Dei collata, & iisdem etiam longè prælata fuerunt, adjunctis variis, ut apud ebrios fieri ſolet, ſcommatibus convitiisq;. Numina autem comendata â ſextuplici deſcribuntur materiâ, qvòd ſcil. tùm ex metallis parata fuerint, *aurô, argentô, ære, ferrô,* tùm *ex lignô lapidibusq;,* qvæ ſtatuarii nimirùm ope certam nacta erant

Digitized by Google

cta erant figuram præviâq; conſecratione cultu ſolenni poſtmodum honorata. Haut dubiè verò Propheta hoc addidit ad ſupinam ſimul gentilium veſaniam ſtuporemq; exprimendum, qvòd Deo vivo ac immortali fatui hi prætulerint truncos inanimes, igne malleôq; & paratos & deſtructibiles, &c. Pertinet huc, qvod Athenæus refert *l. 8. dipnoſoph. c. 13.* moris fuiſſe veteribus, priusqvàm convivia inirent, diis ſuis ſacrificandi, eosq; ſecum adducendi in convivium, qvò præſentium Deorum conſpectus modeſtiores eos continentioresq; in convivió redderet, imò & poſteà feliciores. Ita *Arnobius* ad gentiles: *Sacras facitis menſas Salinorum appoſitu & ſimulacris deorum.* Sic Evandri convivium laudibus perſonuiſſe Herculis, teſtatur Virg. *l. 8. Æneid.* Et Dido pateram in menſâ libans hoſpitalem laudabat Jovem, lætitiæ datorem Bacchum, & bonam Junonem *l. 1. Æneid. v. 735.* de diis Epitrapeziis & ſpeciatim de Herculis ſtatuâ vid. totam *Sylv. 6. Lib. 4. apud Statium.* it. Martial. *l. 9. Epigr. 44.* ubi de eâdem ſtatuâ Alexandrô uſitatâ: *Hoc habuit Numen Pellæi menſa tyranni.* item qvæ habet Sanctius ad *Eſa. LXV, 11. Oſe. IX, 3.* Huc *Eſther XV, 17. & Judith X, 5.* Plura de Babiloniorum diis legi poſſunt *Baruch 6.* qvomodo iidem portati fuerint humeris, adorati ab antè atq; retrò, præſente populô, coronati ſuper capita ſua, ornati veſte purpureâ, &c. De differentiâ etiam deorum, ratione diſtinctæ materiæ, qvomodo digniores ex aurô, reliqvi ex argentô, & ſic conſeqventer, parati, videſis Pinto Ramirez *Spicil. tract. 1. cap. 41. f. 189.*

Poriſmata ex Verſu III. & IV.

1. Miniſtri dominis impiis apportantes aut procurantes ea, qvæ promovent impietatem, dignas unà cum heris ſuis reportabunt pœnas. Cordati autem meritò detrectant ea, qvæ lædunt conſcientiam, ſicut Saulis faciebant Satellites. *1. Sam. XXII, 17.*

2. Ut impuri hi Idololatræ inter gaudia ſua non obliti ſunt deorum, ita multò magis verè piorum eſt (licet Reges ſint, Proceres aut fœminæ honoratæ,) inter ſua gaudia imprimis meminiſſe cum laude reverenterq; Dei veri ac immortalis, eidem decantare hymnos, &c. modò abſit devotio temulenta, nec non Hypocriſis Phariſaica.

3. Indignè nos pungit Polanus *(Com. p. 355.)* ſub titulô Semipapiſtarum, negantium ſibi imagines pro diis eſſe, dum qvæſtionem ſic informat: *Suntne iis imagines pro diis, qvi eas non colunt?* & reſpon-

 det:

Digitized by Google

det: qvi imagines propugnant eſſe retinendas, illi colunt imagines, ac proindè imagines ipſorum dii ſunt. Rationem dat hanc: ſicut non tantùm illi Deum verum colunt, qvi eum ſupplices adorant, ſed & qvi pro eô pugnant; ita &, qvi retinendas contendunt imagines. Qvaſi verò nos ſub hoc formali retinendas contenderemus, qvòd divini qvid iis ineſſet, & non potiùs memoriæ causâ. &c. Vid. de Imaginibus, qvæ *ad Præceptum 2.* alibiq; tractantur fuſè.

4. De hæreticis, vaſa templi (dicta Scripturæ) profanantibus, indeq; alios inebriantibus, aureis, qvatenùs ſeculari ratione ſunt compoſiti, argenteis, prout habent Eloqvii venuſtatem, æreis ac ferreis, dùm fabulas adferunt Poëtarum vetuſtasq; traditiones, &c. vid. *Hieron. Comment. ad h. l.*

בַּהּ שַׁעֲתָא נְפַקוּ אֶצְבְּעָן דִּי יַד אֱנָשׁ וגו׳

VERSUS V. *In eâdem horâ apparuerunt digiti, &c.)* Seqvitur nunc *alterum* Cap. pars, videl. Prodigium, de qvô notandum (1) Tempus: *in eâdem horâ*, dum cuncta ſc. perſtreperent hilariſſimis & confabulationibus & Idolorum encomiis. Adeòq; idem vult hæc phraſis, ac ſi dixiſſet; è veſtigiô, ſine morâ ullâ, inter hanc profanationem prodigiumq; hoc interjectâ eveniſſe, qvæ mox recenſebuntur: vid. *c. III, 6. 15. & c. IV, 30.* (2) Digitorum eruptio; ſuprà eqvidem in viſione ſtatuæ, etiam digitorum fiebat mentio in pedibus *c. II, 41.* verùm hîc nullum vel corpus, vel brachium cernitur, ſed ſolùm mentio fit *manus humana*, qvæ ſicut aliàs eſt ὄργανον ὀργάνων, ita peculiariter digitis elaborare ſuis ſolet ſcripturam; qvomodo videre eſt ex Chriſti ſe inclinantis, digitôq; terræ inſcribentis factô, *Joh. VIII, 6. 8.* Unde etiam tabulæ legis *digitô Dei* conſcriptæ dicuntur, *Exod. XXXI, 18. Deut. IX, 10.* Hanc ipſam verò *manum hominis* R. Saadia ait fuiſſe Gabrielis, utpote qvi vocetur *Vir* Dan. IX, 21. qvòd fundamentum qvàm ſit lubricum, nemo non videt. Digiti porrò illi dicuntur *exiſſe*, נְפַקוּ (vel נְפַקָא in fœm. ſecundum Keri,) qvia apparitio eorundem ſimilis erat apertioni parietis, è qvô tanqvam clauſtrô prodibant ipſi, nullô tamen ſciſſionis apparente veſtigiô. *Raupius* non è pariete, ſed cœlô prodiiſſe autumat ex *v. 24.* verùm ibi non de locô, ſed de Autore eſt ſermo, ut patebit infrà. (3) Erumpentium ſeqvitur *Scriptio*: erant כָּתְבָן *ſcribentes*, h. e. motu viſibili & ſucceſſivô producebant in materiâ ſubſtratâ certos characteres reſiduos, qvi non imaginem

aliqvam

Digitized by Google

aliqvam referebant, neq; etiam confuſum qvid moliebantur, ſed certas ducebant lineas, inq; iis notulas diſtinctas, qvalibus conſignari ſolent vocabula; utut notulæ hæ qvoad ſenſum exprimi haut poſſent, ut ſeqvetur. Accuratè autem ſcriptionis oſtenditur locus לָקֳבֵל נֶבְרַשְׁתָּא *è regione lychnuchi*, h. e. in eô locô, ubi omnium clariſſimè legi poſſet, non obſtante noctis caligine v. 30. *R. Saadia* exponens primò per feneſtram, poſteà Chaldæam reſolvit vocem hôc modô; נֵר *lucerna*, בַּר שַׁתָּא *filia anni*, i.e. per totum annum ardens. *Jacchiades, R. Salomo, & AbenEſra* adhibent vocem מְנוֹרָה *candelabrum*. Sine dubiô autem intelligitur lychnuchus non in menſâ regiâ poſitus, ſed parieti peculiariter affixus, vel ex lacunari propè parietem pendulus. Simili ratione *Didonis* deſcribitur convivium nocturnum *l. 1. Æneid. v. 733.*

——— Dependent lychni laqvearibus aurêis
Incenſi & noctem flammis funalia vincunt.

Sic nocturnum qvoq; erat *Cleopatræ* convivium apud Plut. *in vit. Antonii.* Rationes temporis hujus caliginoſi ad epulas deſtinati affert Athenæus *l. 7. Dipnoſ.* Prætereà ſubjectum, ſcripturam recipiens vocatur גִּירָא *calx, tectorium*, ſeu albarium *parietis palatii regii*, h.e. גירא
characteres non in peculiari exarabantur tabulâ, qvomodo v.g. tabulæ legis erant comparatæ; verùm comparebant in ſuperficie parietis; qvippe vox גִּיר per *calcem* exponitur ab *AbenEſra, R. Salom. Jarchio & R. Saadia*, cujusmodi locus extat in Cod. Ebr. Eſa. XXVII, 9. *ſicut lapides calcis, &c.* & in Targum Amos. II, 1. *obduxerunt eis qvaſi calce parietes domus.* R. Salomo *in gloſſâ qvâdam Talmudicâ* dicit גִּיר eſſe ſpeciem terræ denigrantis; *Saadia* tamen calcem fuiſſe parieti illitam, poſteaq; dealbatam, pro more palatiorum regiorum, arbitratur. Addimus hîc qvod *Gorionides* de hâc ſcripſit hiſtoriâ, *angelum ſcripſiſſe colore rubeô, ita, ut literæ qvidem eſſent Ebraicæ, verba autem Syriaca.* Verùm qvid de autore hôc ſentiendum, eſt in propatulô. Sufficiat, Judicem ſupremum hôc modô indicare voluiſſe reo ſententiam decretoriam, non per ſomnium, ut Nebucadnezari, ſed per ſcripturam oculis corporis comprehenſibilem.

וּמַלְכָּא חָזֵא פַּס יְדָא דִּי כָתְבָה׃

Et Rex adſpiciebat articulos manus ſcribentis.) Scriptionis nunc (4) recenſetur viſio, ita qvidem, ut primus omnium ac ſolus Rex commne-

Digitized by Google

commemoretur, qvi ſpectaverit inſolentiſſimam hanc *tùm* manus ſcribentis motionem, *tùm* motionis in pariete reſidua veſtigia: Ita *Liranus* qvoq; ſolum portenti hujus ſpectatorem opinatur Regem. Qvanqvam in eô non ſentiamus cum ipſô, qvòd manum ſcribentem negat ibi fuiſſe ſecundùm exiſtentiam, eò qvòd talia communiter videantur ab omnibus; ſed qvòd ſolùm talis apparitio fuerit in oculis Regis. Verùm ſi ſcriptura manſit in pariete, adeò ut legere ipſam poſſet Daniel, haut dubiè & manus & ſcriptura extiterunt extra Regis oculos, æqvè ut exercitus angelicus extabat, etiamſi Eliſæi famulus non cerneret, *2. Reg. IV.* ſicut aſina videbat angelum, qvem tamen non videbat Bileam, *Num. XXII, 23.* unde ſimul colligimus, Belſazari ſimile ferè hîc contigiſſe, qvàm qvod olim contigerat Nebucadnezari, qvippe cujus unius oculi angelum in fornace cum tribus confeſſoribus obambulantem contemplabantur, qvod ſpectaculum alteri tum temporis, ut videtur, concedebatur nemini, *cap. III, 25.* Nam ſi ſcriptionem deprehendiſſent hîc ſive convivæ, ſive apparitores alii, haut dubiè ſolius Regis Daniel non meminiſſet. Imò ne Magi qvoq; ſcripturam vel vidiſſe, vel multò minùs legere potuiſſe, videntur: nam aliàs pro more ſuô commenti aliqvid fuiſſent, utut à ſcopô aut veritate prorſus
פס alienum. Adeoq; Rex ſolus dicitur vidiſſe פס *partem manus*, h.e. non perſonam integram, ſed membrum ſolummodò manus; qvod ipſum ſanè ſpectaculum tantò majorem Regi incuſſit formidinem inauditâ ſuâ novitate, cùm membrum humanum ſeorſim viſum, nec vitam habeat nec motum. Imò ſi ſcriptura ſola apparuiſſet Regi, conjicere potuiſſet, fraude aut arte cujusdam hominis fuiſſe illam adſcriptam: ſi alius à ſe viſam manum ſcribentem retuliſſet, Rex in dubium id vocâſſet. Qvapropter conſtringendus hôc modô fuit Rex ac convincendus de ſupremi Numinis inſtante nunc vindictâ. Vocem פס non niſi infrà *v. 24.* habebimus denuò in eâdem hâc materiâ. Pluralis autem פַּסִּים occurrit in Ebr. textu de tunicâ *fruſtorum* Joſephi *Geneſ. XXXVII, 3. 23. 32.* & Thamaris *2. Reg. XIII, 18. 19.* Locô Ebræi כַּף *vola* adhibetur in Targum *1. Reg. XIIX, 44.*

Poriſmata ex Verſu V.

1. Prodigia qvædam, ut & pœnæ ipſæ nonnunqvam immediatè connectuntur cum admiſſis delictis, ſicut h. l. *eâdem horâ*, qvâ temulenta in Deum evomebantur convitia, ultionis inchoabat præludium, & ſi-

Digitized by Google

& ſicut eâdem horâ etiam, qvâ Nebucadnezar ſtructuræ ſuæ jactitabat magnificentiam, vox deſcendebat cœlitùs, exciſionem nuncians *c. IV, (31) 28.* nonnunqvàm verò lentè & poſt qvoddam inſeqvuntur intervallum, ubi tamen tarditatem moræ ut plurimùm compenſare ſolet Deus gravitate pœnæ.

2. Varia ſunt prodigiorum genera, qvibus Deus excitare ſolet protervas delinqventium mentes, v. g. ſupra nos in aëre, nubibus, æthere; qvandoq; circa nos & infrà nos, veluti apud Valleſium *Phil. ſac. p. 177. ſeqq.* Lavaterum *de ſpectris p. 201.* Gilb. Voëtium *T. II. Diſp. ſelect. p. 912. ſeqq.* Peucerum *de Divinat.* aliosq; prolixius hoc deduci cernimus Exempla prodigiorum tum fauſtorum tum infauſtorum affert Corn. à Lap. *ad v. 26. bujus cap.*

3. Non eadem eſt omnium ratio in ſpectris ejusmodi extraordinariis: qvod Paulus audit atq; videt, non audiunt videntq; cæteri, *Act. IX, 7. c. XXII, 9. &c.*

4. Ingens eſt Dei bonitas, qvòd pœnam meritos non opprimit ſemper deſubitò, ſed variis adhùc priùs exſuſcitat ominibus, qvibus tanqvam pulſibus ad tribunal citantur. Imò ſatis hæc ſua monitoria inſinuantur dilucidè; *contra candelabrum*, ubi videri poſſunt, optimè, &c.

אֱדַיִן מַלְכָּא זִיוֺהִי שְׁנוֺהִי — VERSUS VI.

Tunc facies Regis commutata eſt.) Eſt hæc (6) viſionis operatio. Ingens nimirum in Rege cernente conſternatio, deſcripta (α) qvoad externum vultum. Nomen זִיו *ſplendorem* denotat, qvalis in ſtatuâ Nebudnezari viſâ, *c. II, 31.* Item, *ſerenitatem vultûs*, nec non gravitatem totius corporis, in ſingulis membris conſpicuam, qvalis reddita Nebucadnezari à maniâ convaleſcenti *c. IV, 33.* qvæ etiam interverti aliàs ſolet ex inſolitâ conſternatione, ubi frons, oculi, naſus, os atq; genæ aliam planè induunt formam, ubi locô coloris vividi cadaveroſus ſuccedit pallor, &c; ceu ipſi contigit Danieli ex oblatâ viſione *c. VII, 28*: nec non Belſazari hôc locô *& v. 9. 10.* Atq; ſic Jacchiades vocem זִיו declarat per אוֹר *lumen vultus*. Additur verò שְׁנוֺהִי *mutati fuerunt illi* (ſplendores ejus) h. e. ſibi ipſi reddebatur diſſimilis, er ſahe ihm ſelbſt nicht mehr ähnlich. Ubi qvoad conſtructionem notari poteſt, Nominativum (Rex) vim habere membri integri: Tunc Regem (qvod ſpectat,) ſplendores ipſius, שְׁנוֹ לֵהּ *mutati ſunt eidem*; affixum

 ſcil.

Digitized by Google

ſcil. ponitur locô Pronom. ſeparati, qvomodo *v. g.* pleniùs exſtat, שנו עלוהי. Verbum שְׁנָא *mutatus fuit*, jam adfuit *c. III, 27.* de Saraballis igne non mutatis.

וְרַעְיֹנֹהִי יְבַהֲלוּנֵּהּ *Et cogitationes ejus conturbabant eum.*

Alterum hoc eſt terroris indicium vel effectum, (β) cogitationum perplexitas ac tumultus: ultrò citròq; enim mens diſcurrebat, num objecti ſpectaculi penetrare poſſet cauſas, effecta, remedia, &c. & cùm imparem ſe deprehenderet, peſſima concipiebat qvæq;, imminensq; præſentiſcebat excidium: vide *ſupra c. IV, 16.*

וְקִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן

Et compages renum ejus ſolvebantur:) Nùnc (γ) ſuccedunt
חרץ dunt *lumbi.* Nomen enim חֲרַץ & חַרְצָא reſpondet Ebræo מָתְנַיִם *lumbi*, ut videre eſt *Deut. XXXIII, 11. Exod. XXIIX, 42. II. Reg. I, 4. Job. XL, 11. &c.* Iis verò tribuuntur h. l. קִטְרִין *nodi* ſeu ligamina, ita namq; vox hæc (ab Ebræô קָשַׁר *ligavit*, ortum ducens haud dubiè,) redibit *v. 12. 16.* in ſignificatu metaphoricô de *nodis* vel rebus inſolubilibus ac arduis. Atq; hæc demum lumborum ligamina dicuntur Re-
שרא gi *diſſoluta* (מִשְׁתָּרַיִן à שְׁרָא *ſolvit, aperuit*,) qvod ipſum *Polanus* accipit de diloricatione veſtium, adeò ut præ metu ac coarctatione internâ coactus fuerit Rex ſe diſcingere; fermè ſicut R. Salomo cingulum lumborum præ metu evacuatorum exiſtimat ſolutum eſſe; (*Geſnerus* Zonam, qvâ cinctus erat Rex, præ jactatione & trepidatione corporis diſruptam ſcribit;) qvod ipſum tamen longiùs petitum eſt, cùm præ coarctatione pectoris opus ſit laxatione potiùs thoracis, qvàm lumborum. Qvapropter ſicut aliàs *lumborum confirmatio*, pro virium ponitur augmento, *ita lumbos alicujus diſſolvere*, eſt vires ejus debilitare, *Ezech. XXIX, 7. Eſa. VL, 1:* (Coram Cyrô מָתְנֵי *lumbos Regum aperiam:*) Pſ. LXIX, 24. *Lumbos ejus fac nutare jugiter.* Huc lumborum dolor, qvando implentur ægritudine, *Nah. II, 10. Eſ. XXI, 3. Ezech. XXI, 11.* Nec non lumborum fractio *Deut. XXXIII, 11.* Qvâ ratione alicubi Plautus: *Si me irritaſſis, hodiè lumbifragium hinc auferes.* Ita diſcincti aliàs pro imbellibus ponuntur, v. g. apud Virgilium *l. 9. Æneid:* diſcinctos Mulciber Afros, &c. De fluxu ſpermaticô præ timoris vehementiâ, videat qvi vult, *Sanctium* ad h. l. citantem *Ezech. VII, 17. & c. XXI, 7.* De urinæ autem defluxione præſentem

textum

Digitized by Google

textum accipit *Grotius, Maldonatus, Drexelius* in Dan. c. XV. §. 2. & *Salianus* ad A. M. 3516. n. 27.

וְאַרְכֻּבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן

Et genua ejus ad ſe invicem collidebantur.) Ultimum hoc eſt conſternationis indicium, (δ) mutua videlicet genuum colliſio. Nimirum ex רְכַב *eqvitavit*, eſt אַרְכֻּבָּא *genu*, ad eqvitationem præcipuè neceſſarium, qvod in ſeniô commoveri ac titubare incipit, *Coh. XII, 3.* De iis h. l. dicitur: *Hoc ad hoc* נָקְשָׁן *collidentes* erant, h. e. tanta in nervis oriebatur debilitas, ut immoti perſiſtere ampliùs haut poſſent, ſed motum excitarent in membris involuntarium, qvalis eſt in febricitantibus horrore ingruente. Ita verò נְקַשׁ idem eſt ac *collidere, per-con-in-cutere*: ut in Targum *Jud. IV, 21. c. XVI, 14. Coh. XII, 13.* Hûc, qvòd aliàs præ jejuniô dicuntur labare, *Pſ. CIX. 24.* abire in aqvas, aut ſoluta eſſe, *Ezech. VII, 17. XXI, 12. Ebr. XII, 12.* aut vacillare, *Nah. II, 11.* (nota, hîc cor liqvefactum, genua vacillantia, dolorem lumborum & facierum mutationem æqvè connecti, ut in noſtrô textu:) ſic *Ovid.* 2. Metam: *Et ſubitò genua intremuere timore.* Horat. lib. 1. Carm. n. 23. *Et corde & genibus tremit.* Plaut. *tenebræ oboriuntur, genua ſuccidunt.* Virgil. l. 5. Æn. v. 431. *Sed tarda trementi Genua labant, vaſtos qvatit æger anhelitus artus;* & mox v. 437. *Aſt illi fidi æqvales genua ægra trahentem.* Ita Senec. l. 2. de Ira c. 3. *Fortiſſimus plerumq; vir, dum armatur, expalluit, & ſignô pugnæ datô ferociſſimo militi paululum genua tremuerunt.* Et Ep. XI. *Qvibusdam etiam conſtantiſſimis in conſpectu populi ſudor erumpit, non aliter ac fatigantibus & æſtuantibus ſolet; qvibusdam tremunt genua dicturis; qvorundam dentes colliduntur, &c.* Nonnulli ſigna h. l. paroxiſmi epileptici eliciunt; qvod tamen aliqvantò durius, atq; à verbis textûs diſſentiens.

Poriſmata ex Verſu VI.

1. En ſubitam admirandamq; mutationem in tantô Rege gaudiis diffluente! nimirum *ante veſperam*, imò in horæ momentô alia poteſt fieri hominis conditio, Sir. XIIX, 26. Et qvò qvis eſt petulantior ac diſſolutior, eò perniciei eſt vicinior: *dic, qvô non expectat, & horâ, qvam non novit,* ſervo neqvam ſupervenit Dominus, *Matt. XXIV, 50. 51. Apoc. III, 3. c. XVI, 15. 1. Theſſ. V, 2. & 2. Pet. III, 10.* O qvàm petulans, timidumq; eſt cor hominis, *Jer. XVII, 9.*

2. Si tanta in Regum animis locum habet commotio, qvid inferiorum, omniq; prorſus præſidiô deſtitutorum fiet capitibus? ô ſævos lictores, qvi animum qvoq; ſtringunt arctiſſimè! ô graves conſcientiæ ſtimulos, qvi plenum peſſundare poſſunt mundi gaudium! ſimulum adhuc eminùs conſpicuum tantoperè horret Rex, qvid faciet eadem cominùs jam obruens, inq; totum hominem, qvoad articulos vireſq; omnes ſæviens; ſi tantum valent præludia pœnarum temporalia, qvid ipſa poterunt tormenta inferni æterna.

3. Qviſq; hîc cogitet agonizantium in morte turbationem ultimam, cùm tribunali ſe ſiſti ſentit anima miſerrima ac penitùs derelicta; nam & illic pallor, facies Hippocratica, membrorum convulſiones, tremor, &c. Multi horrent inſpicere cadaver, imò mortuum pictum, qvid fiet, cùm mori ipſemet incipies?

4. Qviſqvis ergo ſapit, alienô cautior fiat periculô, viſiſq; vel apud ſe, vel apud alios inſolitis prodigiis vel alioqvin Nathanis audiens correptiones, expergiſcatur cum Davide in tempore, *2. Sam. XII, 13.* ne ob judicium ultimum deſperabundus cogatur exclamare, ſecundùm *Apoc. VI, 15. ſeqq. Luc. XXI, 25. 26.*

5. Non omnis conſternatio aut triſtitia eſt ſecundùm Deum; proindeq; nec omnis contritio eſt ſalutaris, *2. Cor. VII, 9. ſeqq.* Vide Exemplum Ahabi *1. Reg. XXI, 29.* & h. l. Belſazeris.

VERSUS VII. קרא מלכא בחיל *Exclamavit itaq; Rex fortiter.*

Inchoat jam capitis pars *tertia*, de portenti ſcil. interpretamentô, eôq; ut (1) Magis impoſſibili. Videmus hîc perſonam citantem, qvæ eſt Rex, clamans בחיל *cum robore* vel fortiter; & qvidem præ ſummâ animi anguſtiâ, adeò ut omni gravitate ac decorô inſuper habitô vociferari cœperit inſtar veſani vel extremè periclitantis in aqvâ, &c.

להעלה לאשפיא כשדיא וגזריא

Ut introducerent Magos, Chaldæos & Aruſpices.) Sunt hæ (β) perſonæ citatæ, videlicet אשפיא *aſtrologi*, de qvibus actum *c. II, 10. 27. & c. IV, 4.* Deinde *Chaldæi*, de qvibus *c. I, 4. II, 10:* & deniq; גזריא *aruſpices*, qvorum itidem præceſſit mentio *c. IV, 4. 7.* Adeoq; ut æger ſubitò adduci vult Medicum, ita hîc feſtinanter adeſſe jubentur Theologi, vel qvotqvot in ejusmodi extraordinariis opem ferre poſſunt ſuperſtitioſi.

ענה

Digitized by Google

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְחַכִּימֵי בָבֶל דִּי כָל־אֱנָשׁ וגו׳

Et proloqvens Rex ait Sapientibus Babelis, qvicunq; legerit, &c. Eſt hic (γ) citationis finis, vel deſideriorum ſumma, unà cum inſigni præmiorum pollicitatione. Nimirùm nuncupatæ modò perſonæ generali jam compellantur titulô *Sapientum Babiloniæ,* qvem ſidem jam vidimus *c. II, 12. 24. ſeqq.* Et qvidem res ab ipſis poſtulata eſt, partim hujus ſcripturæ miraculoſæ lectio, partim lectæ ejusdem genuina interpretatio. Vide rurſus *c. II, 4. 7. 9. ſeqq. & c. IV, 15. 16.*

אַרְגְּוָנָא יִלְבַּשׁ *Purpurâ veſtietur.*

Eſt hoc promiſſum *primum,* indumentum ſcil. nobiliſſimum, qvô aliàs humana vanitas ut plurimum duci ſolet vel maximè. Chaldæum אַרְגְּוָנָא exponitur à R. Nathane *in Concordant.* de tinctô rubrô, qvod *Carmeſinum* appellatur, uſurpaturq; in Targum locô Ebræi, אַרְגָּמָן *Exod. XXV, 4.* Imò in Ebræô etiam Codice legitur hæc dictio *2. Par. II, 7.* & apud Syrum de divite epulone *Luc. XVI, 19.* Inde vocem Gallicam *Virga* deducit Bochardus *in ſuô Chanaan f. 749.* Nolumus autè hìc congerere, qvæ alibi de *purpurâ* traduntur copioſè, qvi vult adire poterit Panciroll. *l. 1. de perd. c. 1.* Stanislaum Köbierzyki *de luxu p. 90.* Sam. Fabricii *Coſmoth. p. 1276.* Sopranem *de rebus David. f. 341. & 448.* Ramirez *Spicileg. f. 5.* Sufficit purpuram (non vulgarem, cujus meminit *Cicero pro Sextiô,* ſed) genuinam fuiſſe Regibus ac Conſulibus propriam; Qvâ de causâ Alexander Jonathani miſit purpuram *I. Macc. X,* nec non Antiochus, *c. XI.*

וְהַמְוּנְכָא דִי דַהֲבָא עַל צַוְּארֵהּ

Et torqvem auream habebit in collô.) Alterum hoc eſt promiſſum, offerens הַמְוּנְכָא *torqvem;* qvæ vox non niſi hìc occurrit, aliàs verò ſcribitur מָנִיכָא vel אַמְנִיכָא notatq; catenam vel ornamentum aureum collo circumponi ſolitum, ut videre eſt ex Targum *Gen. XLI, 42. Eſth. II, 9. 17. c. VII. 7. Prov. I, 9.* Radix verbalis מנך in uſu non eſt. Indè eſt vox Maniacum, qvam Polybius *l. 2.* definit, qvod *Et torqves aut monile aureum, qvod ferunt Galli circa collum & c.* Hujusmodi autem torqves aureus non ſolùm æſtimandus venit ex auri, undè paratus eſt, pretiô, laboriſve artificiô, verùm ex dignitate præcipuè, cujus eſt Symbolum; Haudqvaqvàm enim

gregariis hominibus tale indulgetur ornamentum. Vide ſis *Cant. IV, 9. & Ezech. XVI, 11.*

וּתַלְתִּי בְּמַלְכוּתָא יִשְׁלַט *Et tertius in regnô meô erit.*

Ultimus hiç promiſſorum gradus eſt, *dominium* videlicet fermè שלט regium. Expreſsè enim in Fontibus eſt יִשְׁלַט *dominabitur*, qvæ vox poteſtatem denotat regiam & independentem *cap. II, 39.* Hîc tamen reſtringitur, ita, ut Rex ſibi retineat primas, filius forte vel regina ſecundas, tertias verò accipiat novus ſcripturæ novæ interpres. Sic ferè Iſid. Peluſiot. *l. II. Ep. 96.* Ita Mardochai à Rege erat ſecundus, *Eſth. II, 3.* ſecundumq; ſe à Rege Davide futurum ſperabat Jonathan, *1. Sam. XXIII, 17.* Confer. *1. Par. XVI, 5. 2 Par. XXIIX, 7. XXXI, 12. 1 Macc. VI. X. & XI. capp.* AbenEſra videtur accepiſſe de dominiô in tertiam regni partem; verùm idipſum credibile non eſt, tantumdem decidere voluiſſe Regem de ſuô regnô. Alii nomen dignitatis vel officii peculiare in regnô fuiſſe opinantur, qvaſi diceres *Triumvir, τριςάτης*, ut *c. VI, 1,* qvod ferè vult *Hieronymus, Hugo, Dionyſius atq; alii.* Imò longiùs adhuc abit *Albertus apud Pererium.* Unum iſtorum Principum præfuiſſe exercitui, alterum aulæ regiæ, tertium regimini terræ & provinciarum. Verùm meræ ſunt hæ conjecturæ, proindeq; nos in primâ perſiſtimus ſententiâ.

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Impatientiæ ſignum eſt immoderata vociferatio. Qvisq; igitur animum in tempore ita componat, ut ne indecoris geſtibus verbisq; internam prodat turpitudinem, ſi improviſa irruant fortè pericula aut caſus.

2. Stoliditas eſt ingens eos conſulere, qvorum vanitates ineptiæqve jam ante ſatis detectæ: Ita namq; Magorum ſub Nebucadnezare, patuit impotentia in hujusmodi inſolitis. Sic hodièq; ad humana ſubinde recurrimus ſubſidia, utut fruſtratos non ſemel eorundem vanitatibus nos doluerimus. Nimirum *mundus vult decipi*, ut eſt in proverbiô. Vafrities Satanæ mancipiorumq; ejus plus ſemper arridet ac expetitur, qvàm Dei ſervorumq; ejus auxilium, *Jerem. II, 13.*

3. Noli multa promittere, cùm neſcias an cras tale qvid in tuâ futurũ ſit poteſtate, æqvè ut hîc Belſazari eveniſſe cernimus, *Jac. IV, 13.*

4. Veſtimentorum ornatûsq; aurei diſcrimen in benè conſtitutâ qvavis meritò viget Republicâ.

אָמֵן

Digitized by Google

אֱדַיִן עָלְלִין כֹּל חַכִּימֵי מַלְכָּא

Tunc ingreſſi omnes ſapientes Regis.) Succedit nunc (δ) cita- tionis conſeqvens geminum, videlicet tùm Magorum ineptitudo *v. 8.* tùm nova Regis ob eandem conſternatio *v. 9.* De Magis refertur, qvòd כֹּל *univerſitas ſapientum*, vel omnes atq; ſinguli *aſcenderint*, vid. cap. IV, 4. Varia hic lectio refert tum Particip. plenum עָלְלִין tum defectivum עָלִין aſcendentes ſenſu tamen eôdem. **VERSUS IIX.**

וְלָא־כָהֲלִין כְּתָבָא לְמִקְרֵא וּפִשְׁרֵהּ לְהוֹדָעָה לְמַלְכָּא

Non potuerunt ſcripturam legere.) Ut ſuprà meminimus, videtur Magis ne ſemel qvidem in pariete ſcriptum aliqvid apparuiſſe, imò nec omnibus ſuis incantamentis eosdem ſcripturam illam Regi viſam potuiſſe aſpectabilem reddere. Nam ſi literas vidiſſent, ſive Ebræorum ſive Chaldæorum, ſive nationis alterius characteribus effigiatas, haut dubiè easdem componendo protuliſſent, utut absq; ſenſu. Ac proinde ſicut ſomnium Nebucadnezaris nec recenſere, nedum exponere poterant, ita nec hîc vel lectionem vel interpretationem præſtare nunc poſſunt. De voce כָּהֵל *potens* in ſimili materiâ vide *c. II, 26. & c. IV, 15.* Cabbaliſticam in pariete fuiſſe ſcripturam literis transpoſitis vel invicem per *Ethbaſch* alternantibus, &c. Rabbinorum eſt conjectura, fundamentô omni deſtituta. Vide ſi lubet R. Saadiam *ſub finem cap. hujus*, nec non Hackſpanii *Miſcell. p. 298.* Pineda *l. 5. Rer. Salomon. c. 13. ſect. 4.* literas adhibitas cenſet exoticas ac inſolentes: Alii literas ſolùm initiales ſeu *Raſche refoth* extitiſſe opinantur, ut *Maldonatus, Menochius, Corn. à Lapide*, Fernandius *de Viſ. V. T. Viſ. XXIII. ſect. 1.* Menaſſe Ben Iſr. *de Term. Vit. p. 160.* putat deorſum legendas fuiſſe voces more Chinenſium, cum Magi legerint more conſvetô: *Cornel. à Lapide* & hoc addit, conſonantes caruiſſe punctis. Verum hiſce omnibus difficultatibus ſatisfaciemus dicendo, ex peculiari Dei voluntate hiſce profanis oculis ſcripturam hanc miraculoſam pateſcere non debuiſſe. כָּהֲלִין

Poriſmata ex Verſu IIX.

1. Qvantum hîc humanum valuit ingenium in legendâ exponendâq; ſcripturâ miraculoſâ, tantundem etiam valet in exponendâ ſcripturâ ſacrâ, ſi divinô deſtituatur Spiritu, ſcripturas has ſuis olim organis inſtillante, *2. Pet. I, 20.* Huc viſio libro obſignato ſimilis, *Eſa. XXIX, 10.* velumq; oculis obductum, *2. Cor. III, 14.*

2. Multi

Digitized by Google

2. Multi Scripturas legunt, ſed non intelligunt, ut Evnuchus *Act. IIX.* Multi & legunt & intelligunt, ſed aliis communicare neqveunt, dum didactici non ſunt: Illi igitur, qvi & legunt & intelligunt, & intellecta exponunt, & expoſita etiam ipſi faciunt, Doctorum meritò cenſentur optimi. Vid. *Matt. XXIII, 2.3. 1.Tim. III, 2.* (ſit διδακτικὸς, &c.)

אֱדַיִן מַלְכָּא בֵלְשַׁאצַּר שַׂגִּיא מִתְבָּהַל

VERSUS IX. *Unde Rex Balthaſar ſatis conturbatus eſt;)* Alterum hoc eſt ex priore fluens conſectarium, nova videlicet tùm Regis, tùm procerum perturbatio, cùm ſpem in Magis collocatam vidiſſent decollâsſe. De Rege dicitur, qvòd fuerit מִתְבָּהַל *conſternatus*, ubi idem

בהל redit verbum, qvod proximè etiam *v. 6.* affuit; adeòq; cùm tumultus ille cogitationum perplexarum, paulisper ſpe bonâ opis, ſapientum mox ferendæ compoſitus, nunc denuò redintegraretur, mirum non eſt, eandem qvoq; vocem, aliâ licet ſub formâ fuiſſe repetitam. De voce שַׂגִּיא *multum*, videatur *c. II, 6. 12. 31. &c.*

וְזִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי, *Et vultus illius immutatus eſt.*

Poſtqvam ſcil. interea paulisper reſumſiſſet animum, colorq; pedetentim rediiſſet in vultum atq; membra, nunc denuò vehementiori adhuc impetu percellitur Rex miſer, utpote qvi Numen iratum conjiciebat facilè, neq; tamen placando illi vel minimam addiſcere ex ſapientibus ſuis poterat rationem. De Phraſi dictum *v. 6.*

וְרַבְרְבָנוֹהִי מִשְׁתַּבְּשִׁין: *Sed & optimates ejus turbabantur.*

Sicut Regis faciem tota inſpectat aula, & ſole hoc ſereno tota congaudet ipſa, nubilo autem illô obnubilatur pariter; ita modo ſimili nunc proceres tangi videmus Regis ſui paſſionibus. Et qvidem verbum שְׁבַשׁ qvod in Hithpael hic collocatur, *à R. Nathan* exponi-

שבש tur per הִשְׁתּוֹמֵם *ſtuporem* à *R. Saadia* per מִסְתַּבֵּךְ *perplexitatem*, legiturq; in paël de implicatione ramorum, *Pſal. LXXX, 12.* De perplexitate animi, *Jer. XX, 7. & c. L, 36.* Qvæ ipſa perturbatio facilè & hîc colligi poteſt, cùm id, qvod præ manibus erat, non citra inſignem Reip. mutationem eveniſſe præſagirent univerſi.

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Ut pii poſt angores graves tranqvillam tamen ſperare uſſus habent ſerenitatem, *Tob. III, 21. 22.* Ita cùm judicium Dei inchoatum recte ad-

Digitized by Google

ctè adverſus impios terror ſemper terrorem trudit novus, idemq; ſine ſpe emendationis ullâ continuabitur in omne ævum.

2. Qvi participant de impiorum gaudiis, participes qvoq; ſunt meritò eorundem terroris ac infelicitatis: adeòq; & hîc locum habet: *Qvalis Rex, talis grex.*

מַלְכְּתָא לָקֳבֵל מִלֵּי מַלְכָּא וְרַבְרְבָנוֹהִי לְבֵית מִשְׁתְּיָא עַלַּת וגו׳

Regina autem pro re, qva acciderat Regi, &c.) Fuit huc- VERSUS X.
usq; portenti interpretatio, ut ſapientibus impoſſibilis; ſeqvitur nunc (2) ut Danieli expedita atq; facilis. Et qvidem conſideranda hîc venit (α) Danielis honorifica commendatio, ubi perſona commendans eſt *Regina*; non qvidem Belſazaris conjux, ut ſomniavit *Porphyrius*, refutante *Hieronymô* ex v.2.& 3. neqve etiam Balthaſaris mater, qvod voluit *Origenes*, *Theodoretus*, *Euſebius*, *Sulpitius*, *Corn. à Lapide*, *Maldonatus*, *Sanctius*, *Tirinus*, *Salianus* in Annal. *Drexelius* (in Dan. c.15. §. 2.) *Polanus*, *alii*; ſed avia juxta *Pererium*, qvi probaturus, Balthaſarem fuiſſe Nebucadnezaris nepotem, nititur textu, *Jerem. XXVII,7.* de regnô divinitùs conceſsô Nebucadnezari & filio ejus, & filio filii; aſſerens inſuper, Balthaſarem fuiſſe qvartum in regno poſt Nebucadn. ita ut inter Evilmerodachum & Balthaſarem interceſſerint Nigliſar & Laboſardach: vid. ibidem hanc in rem plura de ſupputatione annorum captivitatis 70. Atq; ſic de Aviâ ſive Nebucadnezaris viduâ aliqvi etiam Judæi apud *AbenEſram*; item ex Chriſtianis *Calvinus*, *Belgæ & Grotius*. Dum igitur Regi convivanti adfuêre & uxores & concubinæ *v. 2.3.* veroſimile eſt, hanc ſive matrem, ſive aviam, tanqvam matronam ſenio confectam, deliciisq; hujusmodi luxurantium non ampliùs faventem, in ſuô remanſiſſe conclavi; in qvod ipſum tamen hæc oborti ingentis portenti, perturbatiq; illinc vehementer Regis fama penetravit ocyſſimè. Qvapropter etiam continere ſe haut potuit, qvin ſuô Regem conſiliô & erigeret & adjuvaret. Occaſio itaqve adventûs effertur h. m. לָקֳבֵל מִלֵּי *propter verba* (vel negocia hæc) *Regis atq; procerum*, h.e. qvia tantam inaudiverat gaudii adeò ſelennis obtigiſſe immutationem, qvia etiam nôrat, qvantum valetudini nocere ejusmodi poſſet affectuum vehementia, &c. idcircò ingreſſa eſt לְבֵית מִשְׁתְּיָא *domum Sympoſii, compotationis ſive convivii*: ita namq; מִשְׁתֶּה Ebr. qvoq; *convivium* deſignat, ut videre eſt

Gen. XIX,3. XXI,8. XXVI,30. XL,20. &c. Ita *domûs convivii* etiam mentio ſit, *Cohel. VII,2. Jerem. XVI,8.* &c.

מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי *Rex in æternum vive!*

Inchoat jam oratio Reginæ commendatoria, ubi (α) præmittitur conſveta ſalutatio, adhibita etiam totidem verbis ſuperiùs, *c. II, 4. & cap. III, 9.*

אַל יְבַהֲלוּךְ רַעְיוֹנָךְ וְזִיוָךְ אַל יִשְׁתַּנּוֹ׃

Non te conturbent cogitationes tuæ.) Eſt hæc (β) Propoſitio, de deponendo metu immoderatô, ne indulgere velit, vel ſpeculationibus inqvietis, vel metu ſe macerare longiori, qvod utrumq; jam adfuit, *v. 6.*

אִיתַי גְּבַר בְּמַלְכוּתָךְ דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בֵּהּ.

VERSUS XI. *Eſt vir in regnô tuô, qvi Spiritum Sanctorum deorum, &c.)* Propoſitionem nunc ordine ſubſeqvitur (γ) confirmatio, petita â Danielis comprobatâ in ejusmodi arduis peritiâ, qvæ haut dubiè etiam ſatisfactura ſit præſenti Regis deſiderio ac mœrori. Appellat eum גְּבַר *virum;* non enim erat ampliùs juvenis, ut ſuprà *c. I, 4.* verùm cùm captivitas ſeptuagenaria jam properaret ad finem, ſeptuagenariô major fuit & ipſe. Similem גְּבַר *viri* titulum, Danieli tribuebat jam ſuprà Arioch *c. I, 25.* Non absq; causâ autem addit, virum hunc *eſſe in regnô;* qvippe hôc modô removebat difficultatem de diſtantiâ, de ditone aliâ, &c. q. d. compos ejus fieri poteris, qvamprimùm volueris, ſubjectus enim tibi eſt indè â Majorum tuorum anteceſſoribus, &c. Præcipuè verò ad commendationem facit donum Spiritûs ſancti incomparabile: *in qvô Spiritus deorum ſanctorum.* De qvô Encomiô dictum, *cap. IV, 5. 6. 15.*

וּבְיוֹמֵי אֲבוּךְ נַהִירוּ וְשָׂכְלְתָנוּ וְחָכְמָה כְּחָכְמַת אֱלָהִין הִשְׁתְּכַחַת בֵּהּ

Et in diebus Patris Tui ſcientia & ſapientia &c.) Sicut verba proxima ſpiritus meminerunt cohabitantis, ita nunc annectuntur etiam habitus acqviſiti, ut ſunt נַהִירוּ *lux,* ſeu perſpicacitas mentis, cui nihil obſcurum aut caliginoſum: Ita namq; *c. II, 22.* Deus dicitur ſcire, qvod eſt in tenebris, וּנְהוֹרָא *& lux cum ipſô habitat,* h.e. omnia intuetur ac agnoſcit accuratè, dilucidè, plenè. Hùc facit, qvod

נהירו

Digitized by Google

qvod Chaldæis נְהַר eſt etiam *recordari*, *meminiſſe*; unde נְהִיר *memor*: non poſtremum enim Viri ſapientis reqviſitum eſt memoria promta, qvæ vetera exempla atq; dicta ſuppeditat expeditè, qvoties iis opus. Deindè tribuit ipſi שָׂכְלְתָנוּ *intelligentiam*; qvæ vox non niſi hôc capite, *v. 12. & 14.* redit, originem ducens ex הִשְׂכִּיל *intellexit*. Coincidit cum Ebræô שִׂכְלוּת de qvô *Cohel. I, 17.* Adjungitur huic חָכְמָה ſapientia, & qvidem non vulgaris, ſed כְּחָכְמַת אֱלָהִין *quaſi ſapientia deorum*, ſeu divina; (qvæ ipſa deſunt in vulgatâ,) adeoq; hâc ratione comprehenditur omnigena intellectûs perfectio in eruendis occultis, in explanandis arduis, in aperiendis ignotis, in inveniendis conſiliis idoneis, &c. *Jacchiades* interſerit: *qvaſi ſapientia Angeli Dei*, accipiens haut dubiè nomen אֱלָהִין pro angelô. Hæc omnia, inqvit Regina, (ſive Nitocris dicta, ſecundùm aliqvos ex Herodotô, ſive aliter,) *reperta ſunt in eô in diebus Patris tui*, hoc eſt, evidentiſſima non ſemel is edidit ſpecimina hujus ſuæ perſpicacitatis incomparabilis, dum Parens vel avus tuus Nebucadnezar adhuc in vivis eſſet, eundemq; multoties indagationibus ejusmodi arduis adhiberet, v. g. cùm manifeſtandum eſſet ſomnium memoriâ penitùs elapſum, *cap. II.* cùm exponendum eſſet aliud de arbore ingente, cui exponendo ſinguli non ſufficiebant Magi, &c.

וּמַלְכָּא נְבֻכַדְנֶצַּר אֲבוּךְ. רַב חַרְטֻמִּין אָשְׁפִין כַּשְׂדָּאִין גָּזְרִין הֲקִימֵהּ אֲבוּךְ מַלְכָּא

Nam & Rex Nabuchadnezar Pater Tuus Principem Magorum, &c.) Probatio hæc eſt laudatæ modò ſapientiæ inexhauſtæ, nimirum, qvia Nebucadnezar (Monarcha omni ævo commendabilis, ob ſuam non modò fortitudinem, ſed & prudentiam, & virtutes alias,) contulerit in ipſum Cancellariatum veluti perpetuum, adeò ut eſſet רַב *Magiſter*, Præfectus vel Inſpector *Magorum*, *ariolorum*, *Chaldæorum*, *aruſpicum*, ut eosdem omnes atq; ſingulos anteiret dignitate, ut irrefragabili in ipſos polleret autoritate, ut nemo ſe ipſi opponere auderet, &c. *vide c. IV, 6.* Notanter verò in Fontibus dicitur; *Et Rex Nebucadnezar pater tuus conſtituit*, &c. *Pater* inqvam *Tuus Rex*; nimirum per Epanalepſin hanc, (cujus exempla ſuggeret B. Glaſſ. *l. 5. Phil. S. p. 520.*) Regina in memoriam vult revocare filio acta Parentis, qvæ aliàs jure Orientalium cenſeri debuiſſent irretractabilia, qvi ipſe probatam viri hujus ſapientiam extulerit omnibus

Digitized by Google

modis, licèt eadem nimis indignè nunc diuturnitate temporis fuerit obliterata.

כָּל־קֳבֵל דִּי רוּחַ יַתִּירָא וגו׳.

VERSUS XII. *Qvia ſpiritus amplior & prudentia, &c.*) Majoris evidentiæ cauſâ eadem ferè repetuntur, qvæ jam dicta erant, (muliebri ferè ratione,) ut tantò citiùs Regem permoverent ad obſeqvium, ejusdemq; conſternationem ſopirent. Nimirùm urgens ſufficiensq; ſic reddebatur ratio, cur Rex haut eſſe debeat difficilis aut remiſſus in Daniele accerſendo, cur etiam timere non debeat de meliore ſucceſſu, qvàm cum Magis, utpote cùm in Daniele ſit ſpiritus יַתִּירָה *longè excellentior* ſublimiorq;, (*vid. c. II, 31.*) item מַנְדַּע *ſcientia* rerum tùm divinarum tùm humanarum, tàm qvæ in naturæ ſphærâ comprehenduntur, qvàm qvæ illam excedunt. (*vid. c. II, 21.*) præterea שָׂכְלְתָנוּ *intelligentia*, cujus jam meminit verſu proximô, qvæ tamen hîc uberiùs deſcribitur ab experimentis *circa ſomniorum interpretationem*, (II, 26. 36. IV, 16.) *ænigmatum indicationem*, (qvalibus ſcil. explorari ſolet acrimonia ingenii, ut videre eſt in ænigmate Simſonis *Judic. XIV, 12. ſeqq.* nec non Reginæ Auſtri, *1. Reg. X, 1. 2. Par. IX. 1.* Vide etiam *Prov. I. 6.*) & deniq; circa *nodorum ſolutionem*, h. e. circa expeditam qvæſtionum ſive politicarum ſive Phyſicarum, aliis inſolubilium ac intricatarum, evolutionem. De voce קִטְרִין *nodi, ligamina*, dictum *v. 6.* Qvoad conſtructionem ita reddenda videntur verba: *Intelligentia interpretantis ſomnia, & enodationis ænigmatum & reſolventis nodos, reperta fuit in Daniele:* Ad hoc enim fœmininum שָׂכְלְתָנוּ commodiſſimè refertur verbum הִשְׁתְּכַחַת *reperta eſt.* Eandem hanc mentem reperio nunc etiam *in Animadver. Lud. de Dieu* in h. l.

מַנְדַּע

דִּי מַלְכָּא שָׂם שְׁמֵהּ בֵּלְטְשַׁאצַּר

Cui Rex poſuit nomen Balthaſar.) Videtur & hîc peculiaris deliteſcere ratio perſvaſoria, cur conſiliô hujus viri debeat uti Rex, utut fortè id improbarent Magi, videlicet, qvia ſimile cum ipſô Rege nactus fuerit nomen, & qvidem ipſomet ordinante Nebucadnezare, vid. ſuprà, c. I, 7. ubi præfectus Evnuchorum hoc nominis impoſuiſſe dicitur Danieli, ſine dubiô non citra præſcitum lubitumq; Regis ipſius.

Digitized by Google

כְּעַן דָּנִיֵּאל יִתְקְרֵי וּפִשְׁרָא יְהַחֲוֵה:

Nunc itaq; Daniel vocetur, & interpretationem narrabit.)
Eſt hic (d) Epilogus alloqvii reginæ matris; inferens ex modò commemoratis celerem Danielis accerſitionem; ut qvi haut dubiè more ſuô hoc ænigma feliciſſimè ſit explanaturus, nodumq; aliis univerſis inſolubilem promtè explicaturus.

Poriſmata ex Verſu X. XI. XII.

1. Matronarum eſt, à conviviis luxu diffluentibus abeſſe, omni autem conſiliô pro viribus, tùm ſuis, tùm aliis, tàm in paſſionibus corporis, qvàm animi fideliter adeſſe, ad exemplum reginæ hôc locô.

2. Matres non rarò juverunt filios inſigniter conſiliis ſuis, v. g. Rebecca Jacobum, Bathſaba Salomonem, &c. Imò fœminarum ope non rarò Deus uſus eſt in cauſis etiam graviſſimis: exemplô eſſe poteſt Debora *Jud. IV, 4.* Jaël *v. 21.* Hulda, *1. Reg. XXII, 14. &c.*

3. Utut tutius ſalubriusq; ſit, adire domum luctus, qvàm convivii *Coh. VII, 3.* nonnunqvam tamen etiam gaudii loca ſunt adeunda cum Reginâ hôc locô; ſi ſcilicet præſentiâ noſtrâ mederi poſſumus aliorum paſſionibus animi, ut ſunt ira, dolor, gaudium immoderatum, &c.

4. *Salutationis* officium, etiam parentibus competit erga liberos, cùm non ſolùm honoris hæc ſic conteſtatio erga ſuperiores, ſed & votiva erga qvoslibet apprecatio.

5. Conſolari afflictos animumq; addere deficientibus, qvibusvis competit cordatis, *1. Theſſ. V, 14.*

6. Bonorum in aulis freqventata facilisq; eſt oblivio, ſicut hîc Danielis, utut antehac apud anteceſſores honoratiſſimi, exigua tamen apud matronam ſolùm regiam ſuperſtes manſerat memoria. Oriuntur illic qvotidiè ſidera nova, antiqva occidunt.

7. Non cujusvis eſt nodos difficiles, qvæſtionesq; arduas expedire feliciter ac promptè, cui datum hoc eſt, tribuere tenetur Spiritui Dei ſanctô.

8. Deliteſcunt ſæpe obſcuriq; ſunt Viri omnium optimi ac nobiliſſimi, *Coh. IX, 15.* idq; vel ex invidiâ, vel piæ ſimplicitatis contemtu; vel ſupinâ ingratiſſimâq; incuriâ, &c.

9. Noxia eſt, turpisq; ingratitudo, ignorare viros doctos, ſan-

Digitized by Google

ctos, benèq; meritos in ſuô territoriô; qvod ipſum vitium qvandoq; fœminarum ope, ut h. l. exprobrandum venit.

בְּאדַיִן דָּנִיֵּאל הֻעַל קֳדָם מַלְכָּא

VERSUS XIII. *Igitur introductus eſt Daniel coram Rege;)* Fuit hactenùs inde à *v. 10.* Danielis commendatio. Seqvitur jam (β) ejusdem coram Rege comparitio. Ubi (א) Regis alloqvium à *v. 13. ad 16.* (ב) Danielis reſponſum, unà cum deſideratô interpretamentô, *v. 17. ad 28.* (ג) Interpretamenti præmium *v. 29.* Chaldaicè hîc eſt בְּאדַיִן *tunc*, poſtqvàm videlicet Regina ſermonem ſuū abſolviſſet, regiumq; ſimul animum in ſuam ſententiam adduxiſſet. E-veſtigiô igitur הֻעַל *introductus eſt* Vir hic tantoperè commendatus, utut fortè qvieti jam ſe dediſſet, aut ſacris ſuis meditationibus adhuc immoraretur. Mirum verò eſt, qvâ ratione *Cornel. à Lapide* & poſt eum *Tirinus* ſtatuere potuerint, Danielem Belſazari fuiſſe perqvàm notum ac familiarem, qvi tamen inter proceres hos 1000. invitatus haut fuit, imò qvi ab eôdem Rege nunc tanqvam penitùs ignotus certis priùs qvæſtionibus exploratur, &c. Ut proinde meritò *Maldonatus* hôc locô ſcribat, Danielem poſt mortem Nebucadnezaris non familiarem fuiſſe Regibus, minusq; autoritatis habuiſſe; addens, habere ſanctorum virorum auctoritatem ſuas apud Reges viciſſitudines, &c. Et qvanqvam *c. VIII, 27.* ſcribat Daniel, ſe tertiô Belſazaris anno, (ib. v. 1.) obiiſſe negotium regis, haut dubiè tamen id minoris fuit momenti, adeò, ut neqvaqvàm familiaritas adeſſet cum rege talis, qvalis cum anteceſſoribus.

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְדָנִיֵּאל

Ad qvem præfatus Rex ait) In Fontibus; reſpondens Rex & dicens, (ſc. erat) Danieli, vide qvæ paſſim de reſpondendi verbô adſuere ſupra c. II, 5. 8. &c.

אַנְתְּה הוּא דָנִיֵּאל דִּי־מִן־בְּנֵי גָלוּתָא וגו׳

Tu es Daniel, de filiis captivitatis Juda, &c.) In hôc regiô alloqviô eſt (1) de perſonâ interrogatio: Ne enim error in totâ jam inſtitutâ actione committeretur, certus ante omnia vult eſſe Rex de origine, an ſit Judæus? an tanqvam captivus huc olim fuerit transportatus? & qvidem à *parente* (vel avô ſuô, omnes ſiqvidem majores in lineâ aſcendente nominę אָב *patris* veniunt apud Orientales;)

Nebu-

Nebucadnezare adductus? an nomine ſuô vocetur Daniel? Sic fermè initium colloqvii ſui cum Eliâ faciebat Achab: *Num tu es, qvi turbat Iſraëlem?* 1. Reg. XIIX, 17. Qvomodo autem qvæſtio hæc habuiſſet locum, ſi Belſazeri Daniel jam antehac, tanqvam præfectus qvidam aut officialis fuiſſet probè cognitus, vix probabilis afferri poteſt conjectura. Qvi vult conferat alloqvium Nebucadnezaris *c. III, 9. (6)* & ingens æſtimii, honoris, familiaritatisq; deprehendet diſcrimen, imò diverſiſſimum etiam horummet Regum ingenium.

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Tempus, ordinante Deô, poteſt ingruere, ubi è latebris conqvirere mundus cogitur viros bonos, qvorum altè ſepulta fuerat memoria. Id qvod in Joſephô etiam comprobatur, *Gen. XLI, 14.* pertinetq; ad exaltationem è ſterqviliniô *Pſal. CXIII.* Non malè Plautus *in capt. A. 1. ſc. 2. v. 62. ut ſæpè ſumma ingenia in occultô latent!*

2. Anteqvam ſuperſtruas, certus eſto priùs de fundamentô: anteqvam informationi alicujus te committas, (in ſcholâ, templô,) opus eſt, ut conſtet tibi priùs de informatoris perſonâ ac qvalitatibus. Et qvanqvam non referat ſcire, in qvô monte aut provinciâ vinum ſit prognatum, qvod propinatur, modo internâ ſuâ probitate ſe commendet ſatis, certum tamen eſt, multum ad rem ſæpe facere, ſi Doctoris innotuerint priùs natales, educatio, fortuna, mores, &c.

וְשִׁמְעֵת עֲלָךְ דִּי רוּחַ אֱלָהִין בָּךְ וְנַהִירוּ וגו׳

Audivi de te, qvoniam ſpiritum Deorum habeas;) Seqvitur jam (2) Commendationis ad ſe factæ repetitio; ita ut ſimul Rex cauſam, cur Prophetam accerſiverit, exprimat, nec non eundem egregiâ hâc laude eò promtiorem ad deſideratum opus reddat. Notandum de particulâ עַל ſuper eandem apertè ſatis hîc valere *DE*, ut Gen. XLI, 15. *audivi* עֲלָךְ *de te dici, &c.* Pſ. XL, 8. *ſcriptum* עָלַי *de me*; Joël *I, 3: narrate* עֲלֵיהֶם *de eô filiis veſtris*, &c. Qvô cum conſentit qvodammodò illud *Virgilii* l. 1. Æneid: *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.* Reliqva, qvæ commemorantur, jam adfuere, *v. 11.*

Versus XIV.

על part.

Poriſmata ex Verſu XIV.

1. Qvi promtè *audit*, multa ſibi proficua non rarò agnoſcit; ſicut hôc locô de auditu ſuô profitetur Belſazar; Confer *Jac. I, 19. Apoc. II, 7.*

II, 7. 11. 17. 29. cap. III, 6. 13. 22 : qvi aures habet ad audiendum, audiat.

2. Laudare aliqvem in faciem, qvandoq; exigit honeſtas ac neceſſitas. *Laudata virtus*, (ut habet *Auguſtinus* Hom. 25. inter L. Homil.) *creſcit, & laudare eſt acerrimus ſtimulus movendi. Et Senec.* lib. II. de Ira, c. 21. ait, *aſſurgere ingenium, ſi laudatur, & in ſpem ſui bonam adduci.* Qvod ipſum tamen vere humilibus inſigniter eſt moleſtum, qvomodo Ignatius in *Epiſt. ad Trallian.* inqviebat *οἱ με ἐπαινοῦντες, μαστιγοῦσιν.*

וּכְעַן הֻעַלּוּ קָדָמַי חַכִּימַיָּא וגו׳

VERSUS XV. *Et nunc introgreſſi ſunt ſapientes, &c.)* Laudibus Danielis copulatur (3) ineptitudinis Magorum ingenua confeſſio. Nuncupantur illi ſapientes & אָשְׁפַיָּא qvomodo ſc. *v. 7.* iisdem jam fuerant titulis inſigniti. Finis citationis fuerat, *ut ſcripturam hanc legerent, & interpretationem ejus ad indicandum mihi*, h. e. ut *indicarent*; ita namq; per Enall. infinitum ponitur pro finitô, qvale præceſſerat.

וְלָא כָהֲלִין פִּשַׁר מִלְּתָא לְהַחֲוָיָה׃

Et neqviverunt ſenſum hujus ſermonis elicere.) Fruſtraneus hic eſt, tantæ ſapientum catervæ conatus, qvòd ſcil. nihil idonei & qvod Regis animum ullô modô tranqvillum potuiſſet reddere, attulerint, utut haut dubiè omnes ſuas artes operoſè adhibuerint, omnemq; mentis aciem intenderint. De *lectione* Rex hìc nihil meminit, ſed ſolum de interpretatione, fortè qvòd nihil ſapientibus legibile, vel in pariete viſibile apparuerit, ut ſuprà diximus, vel qvod legere qvidem tentaverint, at circa interpretationem ſe hæſitare invicemq; diſcrepare, tandem diſertè profiteri habuerint opus.

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Qvantoperè etiam mundani mundanam aliàs magnifaciant ſapientiam, ejusdemq; Profeſſores, non rarò tamen vanitatis ac inſufficientiæ ejusdem convincuntur adeò, ut de omnibus deſperent remediis, &c. Vide *Job. V, 13. Eſa. XXIX, 14. c. XLIV, 25. Ezech. XXXIIX, 4. cap. XXVIII, 5. 7. Prov. III, 7.*

2. Utut mala cauſa miris qvandoq; modis pallietur, multiq; inſcitiæ ſuæ infinita oppandere conentur vela, Deô tamen indignante, diſpaleſcunt omnia, *Job. V, 13. ſeqq.*

3. Pſeu-

Digitized by Google

3. Pſeudoprophetarum, hæreticorumq; admiratores tandem cum damnô ſuô profiteri coguntur horummet ductorum ſuorum cœcitatem; imò cum iiſdem procidunt in perniciei barathrum, *Matth. 15, 14.*

וַאֲנָה שִׁמְעֵת עֲלָךְ דִּי תוּכַל וגו'

VERSUS XVI.

Porrò ego audivi de te, &c.) Repetitis Danielis encomiis, tanquam poſtulati ſui fundamentis, nunc (4) exponitur tùm Regis deſiderium, tùm (5) largum eô adimpletô promiſſum. *Et ego*, inqvit, *audivi de te*, (videatur *v.14.*) *qvod* תוּכַל *poſſis*, (nota lectionem geminam videlicet tàm Chaldæam, תִּכֻּל primâ radicali (י) compenſatâ per Dageſch ſecundum Troſtii *Grammat. p. 55. n. 2.* qvàm Ebræam [illegible] adeoq; Maſora notat ו redundare) *interpretationes interpretari* h. e. [illegible], ſolidè ac perſpicuè exponere ea, qvæ per obſcura ſigna [illegible]ta; & *nodos ſolvere*, vid. v. 12. qvoad conſtructionem verbi cum [illegible] verbali vide rurſus Troſtii *Grammat. p. 144. n. 3.*

כְּעַן הֵן תוּכַל כְּתָבָא לְמִקְרֵא וּפִשְׁרֵהּ [illegible]

[illegible] voles ſcripturam legere:) Hæc demum ſunt, qvæ à Dani[illegible]ntur, *tùm* ſcripturæ inſolitæ lectio, *tùm* lectæ interpretatio. [illegible] non eſt verbum voluntatis, ſed facultatis; ſi תוּכַל *poteris*; [illegible] proximè.

אַרְגְּוָנָא תִלְבַּשׁ וגו' *Purpurâ veſtieris, &c.*

[illegible] h. e. & (5) in ſermone regiô, videlicet promiſſum, jam ſupra [illegible] verbis accentibusq; exhibitum. *v. 7.*

Poriſmata ex Verſu XVI.

[illegible] poterunt, qvæ jam annotata ſunt ad *v. 7.* nec non *11.*

בֵּאדַיִן עָנֵה דָנִיֵּאל וְאָמַר קֳדָם מַלְכָּא

VERSUS XVII.

[illegible] reſpondens Daniel ait coram Rege.) Inchoat hîc [illegible] ſermo reſponſorius, in qvô deprehendimus (1) munerum [illegible] v. 17. (2) interpretationis promiſſionem, (3) ſeveram [illegible]ptionem, *v. 18. ad v. 24.* (4) ſcripturæ lectionem *v. 25.* (5) [illegible]pretatioem, *v. 26. 27. 28.*

Digitized by Google

מַתְּנָתָךְ לָךְ לֶהֶוְיָן *Munera tua ſint tibi:*

Hîc (1.) recuſat Daniel *dona Regis*, non ex ſuperciliosô qvôdam faſtu, qvalis qvandoq; apud Philoſophos profanos, Reges præ ſe deſpicientes, ceu videre eſt in Diogene Cynicô, Alexandro M. ſatis procaciter obloqvente, &c. verùm ex Propheticô generoſôq; vanitatum mundanarum vilipendiô, qvale apud Eliſæum, Naamanis munera detrectantem, *2. Reg. V, 16.* apud Abrahamum, qvi ne corrigias calceamenti à Rege Sodom admittebat, *Gen. XIV, 23.* aliosq; Dei viros ſanctos. Ais: cur idem tamen noſter Daniel acceptavit munera dignitatesq; à Nebucadnezare oblatas? *c. II, 48.* Reſpondetur: diverſa utrobiqve ratio, *tùm* ratione ætatis, tunc ſiqvidem erat adhuc juvenis, qvi multis ſuorum contribulium poterat prodeſſe largiendo, promovendo, &c. nunc verò erat ſenex ferè nonagenarius, qvi avaritiæ ſic potuiſſet ſuſpicionem de ſe movere, &c. *tùm* ratione ſtatûs publici: ſub Nebucadnezare enim videbat Daniel Eccleſiæ Judaicæ diu adhuc commorandum fore, ſed Belſazarem & cum eô Chaldæorum regnum videbat jam exitio proximum, ut proinde occupatâ ab hoſtibus urbe parum profuiſſent & opes & dignitates. Qvapropter modeſtè renuit hæc omnia, ſtatu ac ſorte ſuâ priſtinâ ſatis contentus. Forſas etiam tam triſtis nuntii præmium ſuſcipere religioni duxit, ſecundùm *Grotium*. Qvod ipſum ſanè tendebat ad majorem Dei Iſraëlis gloriam, nec non uberiorem tàm generoſi ejus ſervi æſtimationem. In Fontibus eſt: *dona tua tibi eſſe illa*, h.e. ipſa illa ſint ac maneant penes te rurſus enim infinitum per Enallagen ponitur pro finitô, & affixum ן eſt pleonaſticum. Vide de iſthâc Grammaticâ affixione Troſtium *p. 178. in Notâ*.

וּנְבָזְבְּיָתָךְ לְאָחֳרָן הַב *Et dona domûs tuæ alteri da.*

In Fontibus eſt: וּנְבָזְבְּיָתָךְ *& largitiones tuas* (de domô nihil;) *alteri da*, h.e. ſi omninò vis eſſe munificus, non modò adſunt pauperes, qvibus benefaciendum juxta conſilium ſuperius *cap. IV, 27. vel 24.* verùm majori cum gaudiô accipient ea tui aulici ac gnathones, cùm mihi ſeni capulari neſciam vel minimam illinc elicere refectionem. De voce נְבִזְבָּה vid. ſuprâ *cap. II, 6.* R. *Saadia* exponit de donis prodigorum, qvi liberè promendo ſeipſos velut exſpoliant. Nec abſonum eſt, hâc voce veniſſe tunc ſportulas vel pretium divinantibus exhibitum; qvod meritò Daniel, Simoniam omnem deteſtans, reſpuiſſet.

בְּרַם

Digitized by Google

בְּרַם כְּתָבָא אֶקְרָא לְמַלְכָּא וגו׳

Scripturam autem legam tibi Rex, &c.) Ne Belſazar ſua deſpici munera ſuſpicaretur ex qvâdam de ſucceſſu deſperatione, mox (2.) pollicetur, ſe Regis petito nihilominùs καθδύναμιν ſatisfacturum. Et qvidem in fontibus ſermo fit non in perſ. 2. *tibi*, ſed in tertiâ, *legam Regi, indicabo illi*: haut dubiè decentis reverentiæ ac ſubmiſſionis cauſâ, ſicut id in aliis qvoq; lingvis ſatis planum atq; divulgatum.

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Munera & accipi & recuſari poſſunt, pro diverſitate perſonarum dantium, finis, loci, temporis, &c. v. g. Eliſa accipere poteſt pro ſe ac prophetarum filiis ab indigenâ fideiq; ſociô *2. Reg. IV, 42.* qvod repudiat in extraneô ac recente Proſelytô *c. V, 16.* Et ſicut *pecuniam in tempore negligere qvandoq; eſt lucrum*; ita oblata qvoq; munera recuſare. Exemplum captivæ Chriſtianæ, munera poſt ſanatam Iberum Reginam reſpuentis, habet Socrates *l. 1. Hiſt. Eccl. c. 16.* Simile qvid de Hilarione refert Hieron. *in ejusdem vitâ*, nec non de Liberiô Pontif. à Conſtantiô in exilium pulſô Theodoretus *l. 2. Hiſtor. Eccl. c. 16.* & de Martinô Epiſcopô Turon. *Sulpitius Severus dial. 3.*

2. Pertinet hûc locus de *Simoniâ*, qvando dona ſpiritualia venduntur pro temporalibus, &c. de qvô vitiô vide ſîs Becan. *Tom. 2. Oper. f. 1146.* Azor. *tract. 3. Inſt. Moral. f. 829.* Fernand. *Theol. Mor. p. 703.* *aliosq;.*

3. De honorariô, qvod Confeſſionario offert confitens, vide ſîs Brochm. *Tom. 2. LL. de Diſcipl. Eccl. caſ. conſc. 4. p. m. 1020.* D. König *Caſ. Conſc. p. 383.* B. Joh. Bened. Carpz. im Löſe-Schlüſſel *p. 236.* aliosqve. Sic Saul honorarium affert offertq; Samueli *1. Sam. IX, 7.* itemq; ſciſcitans Regina Ahiæ *1. Reg. XIV, 3.* Ita *Angelus de Gracis* refert *p. 38.* qvòd confitens humi vel aliô in templi locô nummos aliqvot, ut pro ſe Sacerdos oret, relinqvat, &c.

4. Semper attendatur Dei honor, ſcandali averſio, ædificatio plurium, commodum Eccleſiæ, qvando dona ſive admittenda ſive reſpuenda.

5. Veritas nihilominùs propagetur candidè, ſtrenuè, conſtanter, utut eadem comprehendat nonnunqvam ingrata & adverſa pluſcula, ut h. l.

Digitized by Google

אַנְתְּה מַלְכָּא *O Rex.*

VERSUS XIIX. Inchoat hîc (3) Regis correptio, ingenuè ſatis Regem compellans: אַנְתְּה *tu Rex*, ſcil. audi, uti ſupplet AbenEſra: vel ſecundùm Saadiam תִּדַּע *ſcias*. Litera ה pronomini à fine adhærens, redundat, ſecundùm Maſoretarum annotationem. Simul verò accentus athnach oſtendit, hæc duo vocabula integram abſolvere ſententiam, ita ut magnâ cum attentione Rex ſeqventia imbibere debuerit. Anteqvam igitur ſententiam mortis denunciaret, præmittere voluit Daniel qvandam animi regii depreſſionem, adeoq; ad reſipiſcentiam exhortationem, ne de Dei ſeveritate præceps nimis judicaret, blaſphemaret, injuſtitiæve ipſum argueret.

אֱלָהָא עִלָּיָא מַלְכוּתָא וּרְבוּתָא וִיקָרָא וְהַדְרָא יְהַב לִנְבֻ' אֲבוּךְ׃

Deus altiſſimus Regnum & magnificentiam, &c.) Continetur in correptione hâc tùm exempli anteceſſoris adeò conſpicui neglectus, *v. 18. 19. ad 22.* tùm pertinax inſolentia ac faſtus, *v. 22.* tùm profanus veri Dei contemtus, *v. 23.* tùm ſtultus idolorum cultus, *ibid.* tùm deniq; horrendus criminum horum effectus *v. 24.* Qvoad (*a*) exemplum Anteceſſoris inſuper habitum notantur inſignia veri Dei erga eundem beneficia: *Deus excelſus* (vide c. III, 26. 32.) *dedit* (utut inſenſibiliter, reverà tamen partim hereditatis titulô, partim per victorias ſucceſſusq; fauſtos,) *Nebucadnezari Patri tuo regnum* (jurisdictionem regiam in tot ac territoria tanta latè per Orbem ſparſa,) וּרְבוּתָא *& amplitudinem* (cap. IV, 30. וּרְבוּ & *magnificentia* copioſior data eſt mihi: & v. 19. & *amplitudo* crevit tua,) וִיקָרָא *& honorem* (cap. II, 6. 37.) וְהַדְרָא & *decus*: h. eſt, omnigenam ac ferè ineffabilem dignitatem, qvæ vix magnâ vocabulorum congerie exprimi ſatis potuerit.

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Nil citiùs ſeneſcit, qvàm beneficia Majoribus exhibita: qvæ ipſa tamen niſi præceſſiſſent, nos eqvidem haut eſſemus, qvod nunc ſumus.

2. Qvicqvid vel dignitatis vel felicitatis habetur, id omne profectum credamus ex liberali ac ſapiente Dei manu. Nil hæreditarium hic Jus proficeret, nil mentis ſagacitas, nil virium vigor, nil Patronorum

Digitized by Google

rum aut aſſeclarum favor, nil cuncta cætera ſubſidia, niſi *daret Altiſſimus*. 1. Cor. IV, 7.

3. Magiſtratus omnis à Deo eſt, etiam tyrannicus, qvanqvam ſub hoc diſcrimine, qvòd bonus ex gratiâ donetur, impius verò ac iniqvus inſtar lupi in ovile irrumpere ex juſtis cauſis permittatur. *Rom. XIII, 1. ſeqq.*

4. Qviſqvis gaudet dignitate, ſucceſſibusq; proſperis, is certò ſciat, ab Excelsô hæc ſibi indulgeri: Ad pœnitentiam itaq; his ipſis permoveri ſe patiatur, *Rom. II, 4. 5.* ne ſit vas iræ ac exemplum terroris, ſed potiùs vas gratiæ ac honoris, *Rom. IX, 17. ſeqq.*

5. Magiſtratus ad hoc honoris culmen ab Excelsô provectus, Excelſi etiam mandata obſervet honorificè, *2. Par. XIX, 6.*

4. Ingens eſt Hiſtoriarum ſuperiorum utilitas; qvæ etiam crebrò atq; cautè ſunt inculcandæ ſucceſſoribus, ne nova ſuccreſcat generatio, immemor antecedentium, ut *Ex. I, 8. Joſ. XXIV, 31* Mementote igitur uxoris Lothi, ait Salvator, *Luc. XVII, 32.*

וּמִן רְבוּתָא דִּי יְהַב לֵהּ כֹּל עַמְמַיָּא אֻמַיָּא וְלִשָּׁנַיָּא
הֲווֹ זָאְעִין וְדָחֲלִין מִן־קֳדָמוֹהִי

Et propter magnificentiam, qvam dederat; &c.) Pertinet & hoc ad beneficia modò commemorata tanqvam conſectarium, nimirum propter רְבוּתָא *amplitudinem* vel magnificentiam divinitùs datam (v. 18.) *tremebant & metuebant coram eô*, h. e. humillima obſeqvia exhibebant, nihilq; adverſi aut hoſtilis machinari audebant *omnes populi, gentes & lingvæ*, h. e. tàm diſtincta, multa, magna regna & provinciæ, qvarum vires unitæ, ſi permiſiſſet Dominus, facilè aliàs ſe Nebucadnezari opponere ac ſupereminere potuiſſent. Voces haſce, *populi, &c.* junctim jam vidimus *c. III, 4. 7. ſeqq.* Qvoad obſeqvium adhibetur Participium tùm verbi זוע *tremere*, qvod de cultu etiam divinô uſurpatur infrà *c. VI, 26.* apud Ebræos autem valet *ſe commovere, hinc inde agitare, &c*: tum verbi דְּחַל *timuit*, qvod itidem ad Dei cultum refertur *c. VI, 26.* nec non in paël ad timorem Nebucadnezari incuſſum per ſomnium *c. IV, 2.* Participia verò cum verbô ſubſtantivô poni per indolem Chaldaicam pro verbis ipſis, (*timentes fuerunt*, h. e. timuerunt, &c.) notatum à Buxtorfiô Grammat. Chald. l. 2. c. 15. p. 280. & Troſt. *Grammat. p. 125.* VERSUS XIX.

דִּי הֲוָא צָבֵא הֲוָה קָטֵל

Qvos volebat, interficiebat.) Nonnulli hoc dictum arbitrantur de Nebucadnezaris indomitâ licentiosâq; tyrannide, adeò, ut pro lubitu innocentiſſimos qvosq; interemerit, &c. verùm cùm *v. 20.* demum mentio fiat inſolentiæ, tanqvam majeſtate abutentis, (*ſed poſtqvàm extulit ſe cor ejus, &c.*) tutiùs videtur, hæc ipſa adhuc accipere tanqvam documenta potentiæ ac dignitatis; ubiq; locorum, ſine contradictione ullâ obtinentis; adeò, ut curſum juſtitiæ nihil inhiberet per cunctas Nebucadnezari ſubjectas ditiones, ſi aliqvem, etiamſi Principem aut Ducem, mortem videbat meritum, exeqvi hoc poterat pro lubitu; cùm alii Reges Reipublicæ habitâ ratione, non ſemper in ſuis id habeant manibus, ſicut oſtendit exemplum Davidis, Joabò conniventis *2. Sam. III, 31. ſeqq. 1. Reg. II, 5. 8. &c.* Rurſus hîc conſtructio Participii adhibetur, velut in membrô præcedente: *qvem fuit volens,* (h. e. voluit) *fuit interficiens* h. e. interfecit, &c.

וְדִי הֲוָה צָבֵא הֲוָה מַחֵא

Et qvos volebat, percutiebat.) Potiùs ſecundùm Fontes: *Et qvos volebat, in vitâ conſervabat:* Id namq; exigit, tum membri antecedentis, necnon ſubſeqventium collatio, tum ipſa punctatio. Si namq; à radice מחא מְחָא *percuſſit,* deductum eſſet hocce Participium, uti qvidem opinatur *Jacchiades,* exponens per Ebræum מַכֶּה *percutiens,* haberet ſub primâ radicali Kamets, cùm tamen h. l. ſit patach. A verbô autem חיא חֲיָא *vixit,* in Aphel abjectâ mediâ radicali fit מחא מַחֵא *vivificans, in vitâ conſervans,* uti videre eſt ex Syrô Luc. IX, 24. *qvi perdiderit animam ſuam, propter me, is* מחא *vivificat,* (vel in vitâ conſervat) *eam* &c. vide Froſtii *Grammat. p. 52. lin. 4.* Atq; ſic *R. Salomon, R. Saadia, aliiq;.* Senſus proinde eſt, ſi Rex aliqvem, ob merita forſan ſua vel majorum, volebat neci ſubtrahere, vel in acie, aut obſidione captum, manibus interfectorum ſubtrahere, è famis aut belli periculis extremis ſoſpitem ſervare, liberrimè id exeqvebatur, nemine obſtante vel contrahiſcente; Tanta enim ipſius erat tàm inter ſuos, qvàm extraneos autoritas.

וְדִי הֲוָה צָבֵא הֲוָה מָרִים וְדִי הֲוָה צָבֵא הֲוָה מַשְׁפִּל׃

Et qvos volebat, exaltabat, & qvos volebat, humiliabat.

Sicut

Sicut præcedentia vitam ſpectant, ita hæc fortunam; qvando ſcil. qvis ex humili ſorte evehitur ad honores ſummos, v. g. qvomodò è captivô Daniele magnus fiebat princeps *c. II, 48.* è diverſô, qvando ex magnô Hamane ſub regimine Ahasveri fiebat miſer furcifer aut patibulatus; cujusmodi exempla haut dubiè extiterunt ſub Nebucadnezare non pauca. Patet hinc, Nebucadnezari conceſſam cœlitùs potentiam, qvæ terreſtrem qvodammodò Deum ex ipſô fecerit; qvemadmodùm aliàs de Deô verô enunciatur 1. Sam. II, 6. *Dominus mortificat & vivificat, deſcendere facit ad inferos & aſcendere facit, Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & exaltat.* Item Rom. IX, 15. ex Exod. XXXIII, 19: *Miſerebor, cujus miſerebor, & clemens ero, in qvem clemens ero.* Confer etiam *Pſ. CXIII, 5. ſeqq.* Qvæ ipſa tamen libertas in Deô non eſt adeò illimitata, ut omnes à propriâ ſuâ ſanctitate & juſtitiâ limites ſibi ipſi fixos reſpuat vel excedat, (Deus enim ſibi ipſi lex eſt,) adeòq; abſolutè ſine ullô reſpectu vel morti vel vitæ adſcribat; ſed ordinata; id qvod etiam in terreſtribus Diis meritò ſemper eſt obſervandum.

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Autoritas reverentiam apud ſubjectos reperiens, donum eſt cœleſtis ſapientiæ, *Pſ. XXCIV, 12. XCI, 15. &c.*

2. Timor Magiſtratui exhibitus ſit divino timori ſubordinatus, *Actor. V, 29.*

3. Qvò major ſuperiorum eſt libertas, eò majori opus habent circumſpectione, ne degeneret in turpem ac effrenem peccandi licentiam.

וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ *Qvando autem elevatum eſt cor ejus.*) Versus XX.
Poſt beneficia Nebucadnezari exhibita, commemorantur nunc ejusdē maleficia, inq; his præcipuè Faſtus: וּכְדִי *ſed poſtqvam,* (vide particulam hanc *c. III, 7. VI, 11. 15.* præfixum ו pro ratione contextûs eſt adverſativum,) רִם לִבְבֵהּ *elevatum eſt cor ejus,* h. e. de ſe altè, de Deô autem hominibusq; aliis abjectè ſentire cœpit, ſucceſſus omnes propriæ tribuendo induſtriæ, fortitudini, peritiæ, &c. Vide ſîs de hâc elatione cordis, *Pſ. XXXI, 19. 21. Prov. IIX, 19. 2. Par. XXXII, 26. Jer. XLIIX, 29. Coh. VII, 8. Ezech. XXIIX, 2. 5. 17.*

ו advers.

וְרוּחֵהּ תִּקְפַת לַהֲזָדָה

Et ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam.) Sunt hæc ube-

Digitized by Google

uberior vitii modò producti exaggeratio, qvod pedetentim id ipſum
תקף altiùs egerit radices, qvodq; *ſpiritus* vel animus ejusdem תְּקִפַת *roboratus fuerit* (inſtar arboris indies magis durioris, ac tandem planè inflexibilis *c. IV, 8. 19.*) לַהֲזָדָה *ad ſuperbè agendum*, tàm dictis qvàm
זוד factis, inſolentes animi conceptus affectusq; prodendo, inſtar aqvæ fervidæ ebulliendo, &c. Ita namq; verbum זוד (qvod h. l. formatum in Infinitô Aphel, vide Troſtii *Grammat. p. 33. Annot. in fin.*) Apud Ebræos etiam ſimilem *ſuperbiendi* obtinet ſignificatum, *Exod. XIIX, 11. Jer. L, 29. Neh. IX, 10. 16. ſeqq.* Vide ſîs de voce זָדוֹן ſuperbia *Prov. XI, 2. c. XIII, 10.* & זֵד ſuperbus, *cap. XXI, 24.*

הׇנְחַת מִן כׇּרְסֵא מַלְכוּתֵהּ *Depoſitus eſt de ſoliô regni ſui.*

Maleficiis nunc ex ordine conſvetô ſubnectuntur etiam ſupplicia, horribilis videlicet degradatio, tùm qvoad ſolii honorisq; regalis privationem *v. 20.* tùm qvoad triſte exilium & inter beſtias commorationem *v. 21.* Prius effertur hôc modô: הׇנְחַת *deſcendere factus*, vel de-
נחת turbatus eſt (à radice נְחַת *deſcendit*, c. IV, 10. 20.) *de ſoliô regni ſui*, ſeu de ſoliô ſuô regali, h. e. non permiſſum fuit ipſi exercere ampliùs iſtiusmodi functiones, qvæ aliàs cum auctoritate regiâ expediri ſolent in thronô regiô; ut ſunt arduæ regni conſultationes, legatorum auſcultationes, ſententiarum promulgationes, cauſarum arduarum deciſiones, &c. tractatus fuit inſtar pupilli minorennis, imò inſtar privati aut extranei, nullô modô ad thronum regium admiſſi. Qvod ſanè ingentis pœnæ locô meritò haberi debet, velut id conſtabit è collatione Jer. XLIIX, 18. *Deſcende de gloriâ, ſede in ſiti habitatrix filia Dibon, &c.* c. XIII, 18. *Dic regi & reginæ: humiliate vos, ſedete humi, qvoniam deſcendit de capitibus veſtris corona gloriæ veſtræ:* It. *Ezech. XXX, 6. &c.*
כרסא Nomen כׇּרְסֵא *ſolium*, coincidit cum Ebr. כִּסֵּא per qvod etiam exponitur à *R. Nathane*. Facta autem hæc depoſitio eſt non ex hoſtili qvâdam conſpiratione, verùm ex morbi cœlitùs immiſſi neceſſitate ac violentiâ, qvæ talem poſt ſe trahebat degradationem inevitabiliter. Adeoq; thronus regalis inq; eô ſeſſio ſymbolum hîc eſt omnimodæ Majeſtatis Regiæ.

וִיקָרָא הֶעְדִּיו מִנֵּהּ: *Et gloria ejus ablata eſt.*

Juxta fontes: וִיקָרָא *& honorem* (vide *v. 18.* nec non, *c. IV, 27. 32.*) הֶעְדִּיו מִנֵּהּ *tranſire fecerunt ab eô*, (vid. c. II, 21.) h. e. privatus eſt eôdem

Digitized by Google

dem vi morbi: Hunc namq; imperſonalem ſenſum exigit tertia verbi ſine Nominativô expreſſô; ejusmodi exempla adfuere c. IV, 13. *Cor ejus mutabunt*, i.e. mutabitur v. 22. *gramine cibabunt*, *rore tingent eum*. עדן

Poriſmata ex Verſu XX.

1. Poſt ſucceſſus proſperos elatio; poſt elationem degradatio. Orandum itaq; ut in mediocritate nos conſervet Dominus, *Proverb. XXX, 8. ſeqq.*

2. Principiis ſuperbiæ obluctandum, ne *ſpiritus* vel animus paulatim & inſenſibiliter *indureſcat*: Obſiſtitur autem, ſi qvotidiè defectûs rigidè examinemus, alios noſtri ordinis meliores nobiſcum comparemus, acrimoniam judicii divini pro ratione concrediti talenti cogitemus, &c. Videat qvisq; ut *emolliatur* cor proprium ad reſipiſcendum, ſicut Joſiæ, *2. Par. XXXIV, 27*. Imò in genere providendum, ne in peccandô ſiamus obſtinati, adeò, ut ſtatuamus, ita & non aliter agendum eſſe, utcunq; etiam aliis, imò Deo ipſi hoc diſpliceat noſtrum negotium, &c. *Ebr. III, 12.*

3. Nil fugacius honore hujus ſeculi: qvàm citò hæc inter homines evaneſcit opinionis umbra!

וּמִן בְּנֵי אֲנָשָׁא טְרִיד *Et à filiis hominum ejectus eſt.* VERSUS XXI.

Pertinet & hoc ad meritum ſupplicium; cujus uberior declaratio præceſſit *c. IV, 22. 29. 30.*

וְלִבְבֵהּ עִם חֵיוְתָא שַׁוִּי.

Et cor ejus cum beſtiis poſitum eſt.) Vide cap. IV, 13. *Et cor beſtiæ dabitur ei.* In fontibus hîc eſt: *Et cor ejus poſuit*, pro, poſitum eſt, imperſonaliter, ut *v. 20.* vel, *& cor ſuum cum beſtiis poſuit*, ipſemet ſcil. Nebucadnezar.

וְעִם עֲרָדַיָּא מְדוֹרֵהּ *Et cum onagris erat habitatio ejus.*

Nomen עֲרָדָא qvod non niſi hîc extat, à R. Nathane exponitur *aſinus ſylveſtris*. In Ebr. codice itidem ſemel occurrit עָרוֹד ſimili in ſignificatu Job. XXXIX, 8: *Vincula onagri qvis ſolvit?* In Targum adhibetur locô Ebræi פֶּרֶא ferus *Hoſ. IIX, 9. Gen. XVI, 12. Jer. II, 24. c. XIV, 6.* De onagrô autem refert *Ammian. Marcell.* Hiſtor. l. 23. *cùm venatibus agitantur, ita eminus lapides calcitrando emittunt, ut perforent pectora ſeqventium, aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant. Multitudine inſuper innumerâ eos ideò ſimul ait incedere, ut conſtipatione denſâ,* ערדא

 fero-

Digitized by Google

feroces leonum fruſtrentur inſultus. Ita habitare ipſos in campeſtribus deſertisq; locis, colligitur ex *Job. XXXIX, 9.* Confer etiam *Pſ. CIV, 10. 11. Job. VI, 5. XXIV, 5.* & ex qvorundam ſententiâ adhiberi etiam poteſt *Eſa. XXXII, 14.* Ex his ipſis verò confirmatur expoſitio noſtra ſuperior, incluſum fuiſſe Nebucadnezarem campis ſpatioſiſſimis, murô præaltô cinctis, in qvibus ſuſtentatæ feræ paſſim divagantes, ut apud noſtrates cervi, hinnuli, vulpes, &c. Ita & illic onagri, qvos, qvoties collibitum fuiſſet, venari potuerunt Reges, Regum filii, magnatesq; alii: Qvod ſi namq; per ſylvas incertas liberè vagatus fuiſſet Nebucadnezar, cauſa ſanè nulla dari poteſt ſolida, cur ex feris ſoli nominentur onagri, & non ſimul beſtiæ ſylveſtres aliæ, qvales ſunt leones, lupi, urſi, &c. Peraptè huc qvadrat locus *ex Itinerariô* Ad. Olearii *Perſicô, lib. IV. c. 42. f. 526.* ubi de Regis Perſici venatione ſic refert: Man führte uns in einen groſſen Thiergarten/ deſſen Umkreiß ſich auff eine groſſe Meilwegs erſtreckte/ dieſen nennen ſie Haſartzirib, weil es ein Platz/ da man 1000. Scheffel Korn einſeen kan; war mit hohen Mauren auffgeführet/ und in 3. Theil unterſchieden. Im erſten wurden Füchſe/ Haſen und Hirſche gehalten; Im andern Damhirſche/ Ahu; und im dritten (NB) wilde Eſel/ welche ſie Kuhrhan nennen. Als wir an die wilden Eſel kamen/ und deren einer ſtehen blieb/ ſchoß der König in vollem currir, &c. Item, einen andern mitten in die Stirn/ und hernach ſonſt noch etliche. Paulò pòſt: In dem der König einen Kuhr/ welcher gar zahm war/ und nicht lauffen wolte/ antraff/ gieng er zu Fuſſe hinzu/ und hieb ihn mit dem Sebel durch den Rücken/ &c. Qvanqvam verò haut aſſeramus per omnia ſimilem fuiſſe rationem hortorum & vivariorum tempore Nebucadnezaris, & qvæ noſtrô nunc tempore apud Perſas, ſufficit tamen onagros hôc fine ali, & qvidem in locis concluſis, in regionibus Orientis, ut delicias illinc capere qveant Reges venantes; qvibus cum onagris verſatus etiam hîc dicitur Nebucadnezar. Pertinet ad locum modò citatum, qvod de onagris refert Scaliger *Exer. 205*; eos homine conſpectô in iisdem ſtare veſtigiis; mox rudentes, imotis anterioribus pedibus, calcitrare poſterioribus, &c. Ubi tam propè acceſſit venator, ut manu qveat tangere, fugâ ſe ſubtrahunt, &c. De onagris, colore cinereô, ſplendidô, degentibus in locis inprimis petroſis ac præaltis, in Africâ, Lycaoniâ, Narſingâ, veſcentibus herbis præcipuè virentibus, qvorum conſpectu rudunt præ gaudiô, nec inde avelluntur, &c. videatur Jonſtonus *Hiſtor. qvadrup. c. III. f. 27.* Aldrovandus *Qvadruped. lib. I. c. 3. f. 167.*

עִשְׂבָּא כְתוֹרִין יְטַעֲמוּנֵּהּ

Fœnum qvoq; ut bos comedebat.) Videatur *c. IV, 22. 29. 30.*

וּמִטַּל שְׁמַיָּא גִּשְׁמֵהּ יִצְטַבַּע

Et rore cœli corpus ejus infectum eſt.) Videatur c. IV, 12. 20. 22. 30.

עַד דִּי יְדַע דִּי שַׁלִּיט אֱלָהָא וגו׳

Donec cognoſceret, qvòd poteſtatem haberet Altiſſimus, &c. Fuit hic ſuppliciorum inflictorum finis, debita nimirum Domini ſupremi recognitio ac veneratio; cujus itidem mentionem vidimus factam *c. IV, 14. 20. 29.*

וְאַנְתְּה בְּרֵהּ בֵּלְשַׁאצַּר לָא הַשְׁפֵּלְתְּ לִבְבָךְ

Tu qvoq; Filius ejus Balthaſar non humiliâſti cor tuum.) Abſolutâ anteceſſoris fortunâ, ſupinus ſucceſſoris taxatur jam neglectus, qvippe qvi per incuriam, oblivionem ac oſcitantiam inexcuſabilem neglexit ad ſe Filium vel nepotem accommodare, qvod tamen in Parente cognoverat à Deô verò ſtatutum tàm exemplariter, adeò, ut intimatione ſolenni, univerſali ac ſeverâ idèm Nebucadnezar hoc ſuum fatum ſententiamq; ſimul promulgaverit per orbem univerſum *c. IV, 37. (34.)* eâ fini, ut omnes elati diſcerent ſe decenter humiliare. Qvod tamen nil qvicqvam curaverat Belſazar, utut *hoc ipſum ſciviſſet,* ceu verba docent ſeqventia. *Non humiliare cor ſuum,* eſt pertinaciter in faſtu ſemel admiſsô pergere, exempla atq; exhortationes aliorum ſuperciliosè deſpicere, facta moresq; aſperos continuare, ſibiq; ſoli placere unicè, excluſâ omni reſipiſcentiâ, qvæ aliàs *humiliatione cordis* indicari ſolet. VERSUS XXII. humiliare cor

כָּל קֳבֵל דִּי כָל דְּנָה יְדַעְתָּ׃

Cùm ſcires hæc omnia.) Nimis apertè Rex hôc modô convincitur peccati contra conſcientiam, adeò ut excipere non potuerit, ſibi talia nondum fuiſſe cognita, vel ſe ſolum in genere aut obiter hæc recenſeri audiviſſe. Hujus causâ enim dicit Daniel כָּל דְּנָה *univerſum hoc,* ſecundùm ſingulas ſcil. ſuas circumſtantias, cauſas, effecta, adjuncta *cognoviſti,* tum ex orali ac crebriore relatione, tum ex lectione Annalium, &c.

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. Exempla tum extranea, tum domeſtica, tàm antiqva, qvàm recentia, non ſine inſigni vitiô negliguntur à multis, qvi eandem cum Belſazare incurrunt culpam. Neq; verò ſufficit illa ſcire, (ſicut multi Hiſtoriarum helluones ſunt, exiguô licèt cum ſuô commodô;) ſed opus eſt, ſcita ſcitè etiam ad ſeipſum accommodare, v. g. huic ſuperbo, huic iracundo, laſcivo, prodigo talis tandem parata fuit calamitas; qvid ſi mihi eveniret ſimile? Hic reſipiſcendo, moresq; ſeriò emendando rediit ad frugem, qvidni & ego generoſè meum expugno animum, veteremq; crucifigo hominem; *Felix qvem faciunt aliena pericula cautum.*

2. De genuinâ cordis humiliatione plura ſuppeditabit locus *de pœnitentiâ.*

3. Peccata qvædam procedunt ex ignorantiâ, qvædam verò committuntur contra conſcientiam, ſicut h. l. faſtus Belſazeris. Videatur *locus de Peccatô.*

וְעַל־מָרֵא שְׁמַיָּא הִתְרוֹמַמְתָּ

VERSUS XXIII. *Sed adverſum Dominatorem cœli elevatus es.)* Gemina jam vidimus Belſazaris vitia, tùm ſupinum exempli paterni vel aviti neglectum, tùm pertinacem faſtum. Seqvitur nunc tertium, videlicet veri Dei contemtus, exerens ſe *tùm* cordis adverſus eundem exaltatione, *tùm* publicâ vaſorum ipſi ſacrorum profanatione. Verus Deus appellatur *Dominus Cœli,* eò qvòd nullus Regum mundanorum impetus, furor, aut Jurisdictio eò poteſt pertingere; imò licet idola gentium, qvæ ipſa ſunt dæmonia, multa qvandoq; in terris producant inſolita ac mira, ultra terram tamen aut aërem aſſurgere neqveunt, aut in nubibus ſideribusve qvicqvam mutare, &c. Vide ſuprà de *Deô cœli* cap. II, 18. 37. 44. Eſr. V, 11. 12. VI, 9. 10. VII, 12. 21. & *de Rege cœli* Dan. IV, 34. Contra hunc itaq; Deum verum Belſazer extulit ſemetipſum,

רום הִתְרוֹמַמְתָּ *altum feciſti te,* tanqvam potentiorem, ſapientiorem, diisq; melioribus ac fortioribus inſtructum. In fontibus eſt forma Hithpaël Ebraica, qvæ aliàs neq; in Chaldæô, neq; in Ebr. Codice reperitur, egregiè verò exprimit animi ſuperbi inſtituta, qvippe hi homines non expectant altitudinem aliunde, ſed tribuunt eandem ſibi ipſimet, tumidè de ſe ſentiendo, altiora viribus ſuis præſumendo, &c. *Vid. v. 20.* רִם לִבְבֵהּ *elevatum eſt cor ejus.*

ולמאניא

Digitized by Google

וּלְמָאנַיָּא דִי בַיְתֵהּ הַיְתִיו קָדָמָךְ

Et vaſa domûs ejus allata ſunt coram te.) Qvoad vaſorum profanationem notare voluit Daniel *tùm* ignominioſam è Theſauris vel Gazophylaciô Regis adductionem; הַיְתִיו *adduxerunt*, nimirum miniſtri tui, juſſu tuô impulſi: *v. 2. vaſa domûs ejus coram te*, malô videlicet fine, tempore, locô, perſonisq; incompetentibus: *tùm* ſiniſtram uſurpationem *in verbis ſeqventibus*. Non alienum eſt, qvod *Sanctius* hîc annotavit, hâc vaſorum allatione Belſazarem adſpirâſſe ad aliqvam divinitatem, ac ſi vaſa, qvæ Dei menſæ antehâc ſerviverant, ſuæ nunc etiam menſæ debeant ſervire, tanqvam & ipſi divinæ.

וְאַנְתְּה וְרַבְרְבָנָךְ שֵׁגְלָתָךְ וגו׳

Et Tu & Optimates tui, &c.) Repetitur, qvod deſcriptum *v. 3.* Adeòq; turpis ſimul injuria exaggeratur, qvòd cùm fœminis aliàs honeſtis vino fuerit interdictum, hîc iiſdem vini bibitio fuerit injuncta, & qvidem ex vaſis talibus, qvibus Deo ſanctiſſimo aliàs libationes factæ, &c.

וְלֵאלָהֵי כַסְפָּא וְדַהֲבָא נְחָשָׁא פַּרְזְלָא וגו׳

Deos qvoq; argenteos & aureos, &c.) Ultimum hoc eſt Belſazaris vitium, inepta ſc. Idolorum celebratio, commemorata ſuperiùs *v. 4.* cujus tamen ſtoliditas eò magis exaggeratur hîc, qvòd iidem Dii commendati caruerint ſenſu omni, tàm externô, qvàm internô, *auditu videl. viſu, atq; intellectu*, qvod ſanè immenſæ argumentum eſt amentiæ, utcunq; aliàs ſpecioſè hic honor fuerit palliatus. Vide Textum parallelum *Pſ. CXV, 4. ſeqq. & Pſ. CXXXV, 15.*

וְלֵאלָהָא דִי נִשְׁמְתָךְ בִּידֵהּ

Porrò Deum, qvi habet flatum tuum in manu ſuâ.) Ut eò evidentius fiat delictum, opponuntur invicem dii fictitii & Deus verus, ratione attributorum; illi ſc. carent omni ſenſu, hic verò merus eſt oculus, auris atq; intellectus: illi Regi nil contulerant, nec nocere etiam poterant; hic verò tùm Regis *halitum* vel vitam, tùm *vias* vel actiones ac eventa omnia in liberâ ſuâ habet manu; ita ut pro lubitu vel ſervare vel peſſundare poſſet ſubitò. De נִשְׁמָה *halitu* vel *animâ*, qvam inſpiravit Deus Adamo, vid. Gen. II, 7. Jeſaiæ XLII. 5. *Deus Creator cælorum & expandens eos, extendens terram & germina* נשמה

Digitized by Google

ejus, dans כְּשְׁמִרִין *flatum populo ſuper eam, & Spiritum ambulantibus per eam.* vid. etiam infrà cap. X,17. נִשְׁמַרִין *flatus non remanſit in me.* Qvanqvam verò Deus homini dederit Spiritum, nihilominus tamen idem hic datus Spiritus adhuc eſt *in manibus* Dei concedentis, prout viam illi vel obſtruere, adeòq; ad ſe repetere, vel in domiciliô ſemel datô poteſt relinqvere. Phraſin, *Eſſe in alicujus manu*, h. e. poteſtate, reperies *Geneſ. XVI,6. cap. XXXIX,23. cap. XLIV,16.17. Job. I,12. II,6. XII,10. Prov. XVIII,21. c. XXI,1.* &c.

וְכָל־אֹרְחָתָךְ לֵהּ *Et omnes vias tuas, &c.*

Vel potiùs; & *omnes viæ tuæ* לֵהּ *apud eum:* h. e. non modò vita tua decurtari & prorogari poteſt pro liberrimâ Dei noſtri voluntate, verùm etiam negotia tua ſingula, tàm privata, qvàm publica, tàm pacis, qvàm belli tempore, ratione directionis ac eventuum penes ſolum itidem ſunt Deum. Vid. Proverb. III,6. *ipſe complanabit* אֹרְחוֹתֶיךָ *ſemitas tuas.* Adeòq; licèt apud hominem ſtet, in naturalibus ac civilibus ſemitam ſive bonam ſive malam eligere, eandemq; ingredi, (Deus enim voluntatem hominis præcisè non determinat, ſed hominis arbitrio relinqvit:) non tamen ſtat penes hominem viæ jam electæ directio ac eventus, ſed לֵהּ *apud eum Deum ſolū* eſt illa tota, Ita Jer. X,23. *ſcio Domine, qvod non* לָאָדָם *penes hominem,* (en ſimilem præfixi ל uſum:) *via ejus, nec penes virū ambulantem, dirigere* vel adaptare *greſſum ſuum.*

לָא הַדַּרְתָּ *Non glorificâſti.*

הדר Hoc eſt, ne in pari qvidem cum diis tuis cenſu habuiſti, aliqvalem ipſi adſcribendo honorem, ſed extremâ potiùs affeciſti ignominiâ. Adeòq; negatio cum Emphaſi hîc ponitur pro contrariô affirmatô, ſicut in illô Pſal. V,5. *non volens iniqvitatem:* i. e. ſeveriſſimè abominans. Vid. Troſtii *Gr. p. 157. n. 6.*

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Stultum eſt ſuperbiæ vitium, qvô *terræ* portiuncula ſe extollit contra *cæli* Dominum, ſibi tribuendo, qvæ ſunt illius, conſilia de propriâ gloriâ extendendâ agitando, divina interdicta atq; minas deludendo, &c.

2. *Sacrilegium* exprobandum etiam eſt perſonis regiis, nedum inferioribus Præfectis, ærariorum adminiſtratoribus privatisve aliis. Plura de hôc vitiô, ut & de Idololatriâ, ſuperiùs.

3. In manu gratiæ ſunt animæ piorum defunctorum, *Sap. III, 1.* at in

Digitized by Google

in manu potentiæ ſunt etiam animæ impiorum adhuc viventium, ut conſtat ex h. l.

4. De actionum humanarum gubernatione conſulatur locus de *Providentiâ*.

5. Etiam peccata omiſſionis, (e.g. non honorare Deum verum decenter,) graves poſt ſe trahunt pœnas, ut h.l.

בֵּארַיִן מִן־קֳדָמוֹהִי שְׁלִיחַ פַּסָּא דִי־יְדָא

Idcircò miſſus eſt ab eô articulus manus.) Ut ſuprà in anteceſſore cohæſerant & vitia & ſupplicia, ita nunc qvoq; pari modô pro- VERSUS XXIV.
tervam extimulationem non potuit non excipere vindicta DEI judicis ſevera, cujus index miraculoſa erat manus. Autor proinde portenti hujus infauſti eſt non Magus qvidam vel Dæmon, ſed *Deus cœli*, Regis animam ac vias in ſuâ habens poteſtate, ſiqvidem מִן־קֳדָמוֹהִי *à coram eô*, h. e. ab ejusdem judicis ſeveri potentiſſimiq; præſentiâ manavit, qvicqvid tu vides. De Articulô vel *portione manûs* vide ſuprà *v. 5.*

וּכְתָבָא דְנָה רְשִׁים׃

Qvi ſcripſit hoc, qvod exaratum eſt.) Chald. annectitur hoc antecedentibus ita: *Et ſcriptura hac exarata eſt:* Participium רְשִׁים *conſignatum*, eſt à רְשַׁם *exaravit; cap. VI, 9. 10. 11. 13. 14.* adeòq; ſenſus eſt; non modò emiſſam divinitùs fuiſſe manum terrentem, verùm ope etiam ejusdem plenariè exaratam nunc extare ſententiam decretoriam, cujus executio procul abeſſe haudqvaqvam poſſit. רשם

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. Cùm diu ſatis deluſa eſt Dei manus, per totum diem invitans (*Jeſ. LXV, 2.*) mirum non eſt, ſi appareat qvoq; eadem pœnam promeritam terribiliter aſſignans.

2. Malorum omnium pœnalium Autor unus ac ſupremus eſt Deus *Amos III, 7.* ipſe manu ſuâ conſignat, ipſe etiam manu ſuâ exeqvitur conſignata.

3. *Facies Dei*, à qvâ miſſa hîc dicitur manus, & à qvâ alioqvin emanant fauſta & infauſta, egregiè deſcribitur, Pſ. XXXIV, 16. 17. *Oculi Domini ad juſtos, & aures ejus ad vociferationem eorum attendunt, irata verò facies Domini ad facientes malum, &c.*

וּדְנָה כְתָבָא דִּי רְשִׁים

Hæc eſt autem Scriptura, qvæ digeſta eſt.) Qvartum nunc VERSUS XXV.
inchoat ſermonis prophetici membrum, continens Scripturæ miraculoſæ

Digitized by Google

loſæ lectionem, hactenus & Regi & Magnatibus, & Magis ſingulis penitùs impoſſibilem; ſive qvod præter Regem nullius oculi contemplari eandem poſſent, ſive qvod character prorſus eſſet inſolitus, ſive qvod characteres, qvantumlibet noti, tàm mirâ tamen ordinati eſſent ſerie, ut nemo methodum ſeu rationem eosdem connectendi, aſſeqvi poſſet.

מְנֵא מְנֵא תְּקֵל וּפַרְסִין׃

(*Mane, tecel, phares:*) Potiùs : *Mené, Mené, tekél, upharsín*. Veroſimile eſt, Danielem, cùm hæc ita legeret, ſpecialiùs ſimul oſtendiſſe Regi, qvæ literarum in pariete pictarum referret מ, qvæ נ, qvæ א, &c. Fortè etiam, qvæ & qvalia adhibenda eſſent puncta vel Vocales, ne Rex ſuſpicari poſſet, hæc ex ſuô Danielem cerebrô confingere.

Poriſmata ex Verſu XXV.

1. Scriptura, qvô Spiritu eſt conſignata, eôdem etiam aliis eſt reſignanda: æqvè ut ſapientum mundi nullus Scripturam iſthanc legere poterat, qvia eorundem nemo Spiritum Dei conſignantis bonum habebat, *2. Petr. I, 20.*

2. Revelatos dat Deus oculos non rarò illis, qvi coram mundô prorſus ſunt obſcuri, qvi tantos non gerunt titulos, neq; officia, neq; tantô gaudent Regum favore, populiq; æſtimiô, ſicut h. l. erant ſapientes Chaldæorum; verùm qvi habentur pro ludibriô, velnti hic capularis ſenex Judæus Daniel. Ita qvandoq; longè commodiorem Scripturæ S. & lectionem & interpretationem protulit pauperculus Evangelicus, qvàm tota cohors Cardinalium, Archiepiſcoporum, Clericorumq; Papalium indagare aut aſſeqvi valuit.

VERSUS XXVI. דְּנָה פְּשַׁר מִלְּתָא *Et hæc eſt interpretatio ſermonis.* Ultimum hoc eſt Orationis Danieliticæ punctum, lectæ ſc. Scripturæ Expoſitio: geminum enim hoc ab ipſô erat & poſtulatum *v. 16.* & Regi qvoq; promiſſum, *v. 17.*

מְנֵא מְנָה אֱלָהָא מַלְכוּתָךְ וְהַשְׁלְמַהּ׃

MANE : Numeravit Deus regnum tuum & complevit illud.) Prima vox adſcripta eſt מְנֵא, qvæ eſt particip. præt. Peal, *numeratus* vel numeratum, verbi מְנָא *ſupputavit, numeravit.* Cùm verò vox hæc ſeorſim poſita infinitos potuiſſet parere ſenſus, cùm determinatio

non

Digitized by Google

non adeſſet, qvis numerans, qvid numeratũ, qvomodo, qvô fine, ex qvô principiô numeratio facta, &c. Idcircò interpretationem apponit Daniel, oſtendendo (α) Numerantem *DEUM*, qvi videlicet tanqvam Inſpector directorq; omnium ſupremus, accuratam creaturarum gerit curam, falli neſcius, omnium numerabilium gnariſſimus, indefeſſus, &c, (β) Actus ei tribuitur מְנָא *numeravit*; qvod verbum Ebræis qvoq; uſitatum, מְנָה, aliàs de ſupputatione vel collectione pluriũ in unam ſummam accipi ſolet, v. g. *Num. XXIII, 10. qvis* מָנָה *numeravit pulverem Jacobi* ? h.e. progeniem Jacobæam pulveri infinito ſimilem, (vide *Gen. XIII, 16.* לִמְנוֹת *numerare pulverem terræ;*) Pſ. CXLVII, 4. מוֹנֶה *numerans numerum ſtellarum*; ſic de numeratione populi Iſraël, *2. Sam. XXIV, 1. 1. Paral. XXI, 1. 17. cap. XXVII, 24.* de numeratione ad gladium, ad inſtar lanii, pecudes ſecernentis, *Jeſ. LXV, 12.* Id qvod hîc etiam aptè locum invenit; nam & Belſazer ad lanienam nunc numeratus erat: imò ut aliàs *greſſus alicujus numerari* dicuntur, qvando accurata omnium ejus actionum habetur ratio, *Job. XIV, 16. c. XXXI, 4. (Conf. Pſ. LVI, 9.)* ita hîc qvoq; Deus dicitur *numerâſſe*, ob exactam notitiam, curam ac deciſum; qvæ ipſa etiam ἀκρίβεια haut dubiè intelligi debuit per geminationem vocabuli *mené, mené*, numeratus, numeratus, h.e. ſemel atq; iterum, majoris velut certitudinis causâ numeratus, qvomodo aliàs Paterfamiliâs bis numerare ſolet pecuniam, pecudes, merces, &c, ne error committatur; qvomodo Virgilius ex Theocritô inqvit:

Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.

(γ) Objectum numerationis eſt *Regnum Belſazeris*, ratione videlicet annorum, menſium, dierum, qvousq; id ſe extendere debuerit. Cùm itaq; numerus ille LXX. annorum, qvousq; durare debuerat Chaldæorum felicitas, Judæos apud ſe captivos detinens, nunc eſſet abſolutus, cùm etiam Regnum Nebucadnezaris filii ac nepotis, (de qvibus *Jer. XXVII, 7.*) ſuam jam periodum confeciſſet, idcircò nil niſi excidium ac univerſalis immutatio ſperari poterat ampliùs. (δ) Finis vel conſeqvens numerationis eſt וְהַשְׁלְמַהּ *& abſolvit illud*, vel conſummationem ejus nunc ingruere decrevit. Ita שְׁלֵם eſt *confici, compleri*, qvomodo de templi ſtructurâ legitur *Eſræ V, 16.* qvod nondum שְׁלִים *completa fuerit*. Sic in Ebræô *Jeſa. XXXVIII, 12. 13.* de Hiskiâ legitur תַּשְׁלִימֵנִי *abſolves* vel *conſummabis me* propediem. Simili igitur ratione & Regnum Belſazeris ſuum naniſci jam debet finem: Transferri שלם

ferri debet ad nationem perſonamq; aliam, in nullius amplius hominis poteſtate erit, numero illi ſemel abſoluto menſem ſuperaddere unicum, nedum annum. Ludovicus de Dieu *in Animadverſ. ad h. l.* rectiùs verti poſſe cenſet: *& tradidit illud*; qvem *tradendi* ſenſum in Hiphil obſervant Syri, imò & Chaldæi *Eſr. VII, 19.* Verùm novitate hâc opus eſt hautqvaqvam, traditio enim ſeqvitur apertè ſatis verſu ſubſeqvente.

Poriſmata ex Verſu XXVI.

1. Ut Regni Belſazeris dinumerati erant dies, ita ſingulorum qvoq; hominum, *Pſ. CXXXIX, 16. Job. XIV, 5.* Imò ut in numerô, pondere ac menſurâ Deus creavit univerſa *Sap. XI, 21.* ita in iiſdem qvoq; eadem conſervantur hodiè. Pulchritudo enim eſt ex proportione & concinnitate partium. Proportio autem naſcitur ex numerô, &c. De ſupputatione dierum vitæ ex *Pſ. XXXIX, 5. 6.* qvæ habet Fernand. *Viſ. V. T. 23. Sect. 2. §. 3.*

2. Niſi intempeſtivam tibi vis accidere numerationem dierum vitæ tuæ, diſce eosdem ipſemet dinumerare qvotidiè, qvàm ſcil. iſti ſint oppidò pauci, *Pſ. XXXIX, 5.* dinumera etiam cunctos tuos menſes, dies atq; horas ad ordinatam laborum tuorum tractationem, ne tumultariò ac confuſè præpoſterève agas.

3. Numeratæ ſunt Regnorum Principatuumq; periodi; hos autem numeros ante terminum determinare nulli datum eſt artifici. Aliqvi periodum Reipubl. conſtituunt 500. annorum, alii 700. alii 120. (abuſi textu *Gen. VI, 3.* de ſpaciô reſipiſcentiæ;) alii ex aſtrorum poſitu fatalia prædicunt, (qvomodo v. g. ſuperiori ſeculô multi excidiū Imperii Turcici pollicebantur infallibiliter Anno 1596. vel 1597.) verùm qvàm miſerè & ſe & alios deceperint hi nugivenduli, qvotidiana comprobat experientia.

4. Vanæ ſunt machinationes omnes hominum, præcipuè Regum atq; Principum circa deſtructionem aut ſubjugationem unius atq; alterius regni, cujus tamen numerus nondum eſt abſolutus; qvomodo v. g. Rex Hiſp. fruſtrà conabatur ſubjugare ſibi Angliam, recuperare Belgium confœderatum, &c. ſic Turcæ eripi hautqvaqvam potuit Palæſtina, utut multa moliti fuerint Papæ. Sic Maximilianus I. fruſtrà Helveticos, & proximè Rex Svecorum Polonos atq; Danos oppugnavêre, ampliandæ Juriſdictionis causâ, &c.

Digitized by Google

תְּקֵל תְּקִילְתָּה בְמֹאזַנְיָא *Tekel: appenſus es in ſtaterâ.* VERSUS XXVII.

Altera hæc vox תְּקֵל iterum eſt partic. Peil, *appenſus*: Qvanqvam enim ordinariè in hâc formâ terminale punctum ſit (ִ) ejus tamen locô hîc adhibitum eſt (..) per alternationem ſatis freqventem, qvomodo v.g. Ebræus dicit תּוֹמִיךְ *ſuſtentans* pro תּוֹמֵךְ Pſ. XVI, 5. יוֹסִיף *adjiciens* pro יוֹסֵף Jeſ. XXIX, 14. Sic Dan. IV, 13. (vel 10.) pro נָחִית *deſcendens*, ponitur נָחֵית &c. Atq; hanc participii formam confirmat ſtatim qvod ſeqvitur. Imò ſi acciperetur tanqvam præteritum Peal, *appendit* diſcrepantia inter hoc & antecedens מְנֵא *numeratum*, emergeret nimis dura. Ludovicus de Dieu *in Animadv. ad h. l.* hoc & ſeqvens vocabulum vult eſſe nomina participialia, *appenſus, diviſus*, formæ דְּמַךְ *dormiens*, כְּפַן *eſuriens*, &c. qvod ipſum â noſtrâ ſententiâ parùm diſtat. Ne verò illimitatô hôc vocabulô Rex implicaretur magis, ideoq; Propheta, erudiente ſic Dei Spiritu, adjecit ſtatim interpretationem, tùm (α) de objectô appensô, qvi eſt ipſe Rex Belſazer: perſona enim ſecunda participii modò dicti Peil תְּקִילְתָּא *appenſus fuiſti*, (vid. Troſt. *Gram. p. 44. n. 4.*) ad neminem alium referri poteſt, qvàm ad eum, qvô cum loqvebatur Daniel, & de cujus etiam regnô immediatè præceſſerat mentio. Spectatur verò Rex in hâc appenſione non ratione molis phyſicæ corporis, verùm ratione animi, motuum atq; actionum, qvales tantum decuiſſent Monarcham, tot â Deô beneficiis præ cunctâ reliqvorum hominum turbâ ſingulariter affectum: tùm (β) de appenſione, qvam exprimit verbum תְּקַל *appendit*, pondus alicujus rei examinavit; haut dubiè ab Ebr. שָׁקַל *ponderavit, libravit* v. g. pecuniam ſive argentum, *Jer. XXXII, 9. 10. 1. Reg. XX, 39. Eſr. VIII, 25. 26. Gen. XXIII, 16.* capillos Abſolonis, *2. Sam. XIV, 26. &c.* Additur verò : בְמֹאזַנְיָא *lancibus* (vid. dicta *Prov. XI, 1.*) ut hôc modô inter Regem & rem aliam gravem inſtituatur comparatio, qvomodo v.g. lancibus examinari ſolent Ducati, ut vocant, vel floreni aurei, item adamantes inſigniores, atq; gemmæ: imò etiam carnes mactatorum animalium, &c. Hâc ratione Deus qvoq; examinavit accuratè Monarchæ hujus pretium, qvid in ipsô vel virtutum, vel vitiorum, qvalis in eô ſpes emendationis, &c. Eandem hanc comparationem adhibet David Pſ. LXII, 10. *Tantum vanitas ſunt filii hominum, mendacium filii viri, in ſtateras ſi adſcendant ipſi, leviores erunt vanitate ſimul.* Sic Deus colles dicitur libraſſe lancibus, *Jeſ. XL, 12*: ita

Digitized by Google

loqvitur etiam Jobus *c. VI, 2: utinam appendendo appenderetur qverela mea.* c. XXXI, 6. *appendat me in ſtaterâ Juſtitiæ, & agnoſcet Deus perfectionem meam.* Ita Homerus *Iliad.* θ & Virgilius de Jove recenſent *Æneid. 12.* qvòd lancibus aureis expenderit Trojanorum & Græcorum fata. Qvid Judæi ſtatuant de Dei examine, qvô ſub anni initium rigidè ponderat hòminum opera, tùm bona, tùm mala, docebit Buxtorf. *Synag. c. 18.* Facit huc, qvod Ariſtides *Orat. 2. Platon. t. 3. f. 419.* habet: *Perſis, ajunt, eſſe legem, ut criminis cujusdam accuſatum, qvamvis convictum, non condemnent,* πρὶν ἂν παράλληλα ἐξετάσαντες, *priusqvam juſtâ qvâdam trutinâ examinârint, qvæ benè & qvæ pravè deſignâſſet, & mala ſuperare invenerint. Qvòd ſi benè facta præponderent, qvamlibet manifeſtè injuſtis ignoſci lege conſtitutum eſſe.* Atq; ſic Perſius qvoq; *Satyrâ 4.* Judicis boni officium dicit:

— — *Juſtum geminâ ſuſpendere lance*
Ancipitis libræ.

וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר *Et inventus es minus habens.*

Eſt hoc (γ.) conſeqvens appenſionis, detectio videlicet levitatis turpiſſimæ. Inventio autem hæc non arguere debet Deum alicujus ignorantiæ, ac ſi qvid invenerit per explorationem hanc ſibi priùs incognitum, vel ſaltem incertum; verùm ἀνθρωποπαθῶς hæc efferuntur, ita ut ad creaturas rationales inventio hæc ſpectet, ſiqvidem & Angelis & hominibus innotuit, Regem hunc fuiſſe חַסִּיר *deficientem*, cui debitum defuit pietatis, Juſtitiæ, Virtutumq; reliqvarum pondus vel gravitas; imò qvi fuit חֲסַר לֵב *deficiens* vel carens *corde*, (vid. *Proverb. VI, 32.*) Latini dicerent, *hominem nihili*, qvi indignus ſcil. eſt tantô honore ac officiô. *Maldonatus* optimam cenſet hanc ſententiam: *Inventus es minus habens dierum, qvàm ætas & natura tua poſtulabat.* Verùm hâc ratione juſta ſupplicii immiſſi cauſa, qvæ Judicem commoverat, penitùs omitteretur.

חסר לב

Poriſmata ex Verſu XXVII.

1. Cujusq; hominis, etiam Regis, nedum civis aut agricolæ, cujuscunq; is fuerit ætatis, ſexus, conditionis, â Deô examinantur actiones accuratiſſimè, & qvidem pro ratione conceſſorum ipſi donorum: cui multum eſt concreditum, ab eô multum repetitur, *Luc. XII, 48.* Ponderat ipſe hominum maleficia cum beneficiis ſuis; ponderat homines ſeorſim, nec non comparatè cum aliis: De homine impiô, compara-

Digitized by Google

paratô cum numiſmate leviore, imaginem referente Satanæ, videatur Ignatii *Epiſtola ad Magneſian.* De *Petri Telonarii* vitiis ponderatis, deq; pane in lancem additô: item de meritis Henrici Imp. ac Caroli M. pro more ſuô hîc agit *Cornelius à Lapide.*

2. Abſit tamen ejusmodi cognitionis in Deô & de Deô cogitatio, qvæ ſucceſſivè aliqvid anteà incognitum deprehenderet, qvomodo fit in ponderatione rerum gravium, &c. Deus enim nil niſi mera lux eſt, cui nihil præteritum, nihil futurum, &c. *Pſal. CXXXIX, 1. ſeqq.*

3. Omne pondus piorum eſt ex Chriſti Juſtitiâ valoris infiniti, *Phil. III, 9.* In iisdem vivit Chriſtus, & ut donum, & ut exemplum, &c. confer etiam *Gal. II, 20.*

פְּרֵס פְּרִיסַת מַלְכוּתָךְ *Phares: diviſum eſt regnum tuum.*) VERSUS XXIIX.

Tertia demùm vox eſt פְּרֵס, iterum partic. Peil, velut antecedens תְּקֵל: Nam eâdem ratione & hîc ſubſeqvitur partic. illud fœm. פְּרִיסַת *diviſum,* qvia videl. de regnô id dictum erat. Dicis: cur aliud hîc affertur â Daniele vocabulum, qvàm qvod *v. 25.* fuerat lectum? ibi namq; eſt וּפַרְסִין *& diviſi:* Reſp. qvoad ſenſum nulla eſt differentia, ut videbimus. *Diviſio* enim in mente erat Prophetæ, qvæ tàm numerô ſingulari qvàm plur. ſatis efferebatur. Adeoq; ſicut aliàs pluralis partic. præſentis Peal ſub primâ radicali habet (ַ) v. g. חַשְׁחִין *egentes,* c. III, 16. חַכְמִין *ſcientes,* Gen. III, 5, &c. ita & hîc פַּרְסִין *dividentes* (ſcil. ſunt). Adeoq; hic ipſe porrò plural. paſſivum importat ſenſum; פְּרֵס diviſus (eſt): qvâ ratione ſuperiùs *cap. III, 4.* dicebatur: *Vobis* אָמְרִין *dicentes,* h. e. dicitur: cap. IV, 28. *tibi dicentes,* pro dicitur: *v. 22. te trudentes, te cibantes, te tingentes* (erunt) h. e. truderis, cibaberis, tingeris. Nunc ad interpretationem ipſam; ubi (α) res diviſa eſt *Regnum Belſazeris,* æqvè ut eidem tribuebatur numeratio *v. 26.* (β) Actus judicialis eſt in partic. Peil, (poſitô ob certitudinem pro paulò poſt futurô, more Prophetarum,) פְּרִיסַת *diviſum eſt,* â verbô פְּרַס qvod Ebræis itidem eſt *dividere, ſeparare,* qvomodo de diviſione ac diſtributione panis legitur *Jeſ. LIIX, 7. Jer. XVI, 7.* de fiſſione ungularum, *Lev. XI, 3. 4. 6. ſeqq. Deu. XIV, 6. ſeqq. Pſ. LXIX, 32.* Opponitur autem hæc diviſio integritati ac unioni tot Provinciarum regnorumq; ſub Belſazere priori, adeò ut omnia hæc non ſolùm *ſeparanda* dicantur â dominô ſuô antiqvô, verùm etiam *dividenda* inter Perſas פרס

 & Me-

& Medos, ut ſtatim ſeqvitur. Additur tamen adhuc participium etiam alterum יְהִיבַת *datum eſt*, (à verbô יְהַב *dedit*;) nimirùm à Deô regnorum Dominô ſupremô, qvi eadẽ tanqvam feuda concedit modò huic, modò alteri perſonæ, prout ipſi fuerit libitum *c. IV, 17. (14.) & v. 32. (29)* (γ) Deniq; Perſonæ accipientes diviſum hocce regnum ſunt *Medi ac Perſæ*. Medos qvod attinet, ortum illi traxerunt à Madai filio Japheti, *Gen. X, 2. 1. Par. I, 5.* incolentes eam Aſiæ partem, qvæ Polybio L. 5. *Meditullium* vocatur: qvam Mediam, pergit, *ſi cum cæteris contendas partibus Aſiæ & amplitudine ſpacii, & altitudine montium, qvibus cingitur, omnibus Aſiæ locis præſtare deprehendes.* Et lib. 10. *Provinciarum Aſiæ opulentiſſima eſt Media, cùm propter regionis magnitudinem, tùm propter copiam & præſtantiam, qvà Virorum, qvà eqvorum.* Porrò Perſæ originem ducunt ab Elam, unde etiam *Elamitæ* non rarò appellantur; qvos bellatores fuiſſe egregios, colligitur ex *Eſa. XXI, 2. Ezech. XXVII, 10. cap. XXXIIX, 5.* qvorum imperium, ita volente Dominô, evaſit ampliſſimum, *2. Paral. XXXVI, 20. Eſr. I, 2. Eſth. I, 14. c. VII, 12. c. IIX, 9. c. IX, 30.* unde figurabatur pectore & brachiis coloſſi ingentis, *Dan. II, 32. 39.* item ariete *c. VIII, 3. ſeqq.* nec non urſo, *cap. VII, 5.* De Perſarum ortu vide ſis Adami Olearii *Itin. Perſ. f. 581. ſeqq.* deq; modernorum à Turcis diſſidiô qvoad interpretes Alcorani, qvoad Sanctos, ceremonias, ac miracula, *f. 670. ſeqq.* De nomine Perſarum, ab *eqvitandi* freqventiâ deductô, latiùs Bochardus *l. 4. Phaleg. c. 10. f. 253.* Cùm itaq; Darius Medus ſuas cum Perſis conjunxiſſet copias ad expugnandam Babelem, *Eſa. XIII, 17. XXI, 2.)* Dario poſt occupationem ceſſit Babilonia, Cyrus verò Darii nepos vel affinis, qvi nomine Darii bellum geſſerat expeditionem moliens in Scythas, retinuit Aſſyriam, ut liqvet ex Herodoti *Clione* & Xenophonte *l. 7. Pæd. Cyri.* Donec mortuô ſine liberis Dariô, tria Babiloniorum, Medorum ac Perſarum regna ad unum devolverentur Cyrum: vide *Maldonatum, Pererium, alioſq;*. Imò adeò coaluiſſe hos duos Perſarum ac Medorum populos in gentem unam, annotavit Grotius, ut paſſim reperias apud Græcos, Medos pro Perſis dici, & μηδίζοντας eos, qvi Perſis ſtudebant. Improbabile non foret dicere, divinam ſapientiam voce *Peres* & *Parſin* ad hos ipſos ſimul *Perſas* reſpexiſſe, utpote qvi præcipuas poſt deletam Chaldæorum Monarchiam in orbe tunc obtinuerunt partes. Dum verò Daniel in excidiô adeò triſti finit, neq; aliqvod, ut ſuprà *c. IV, 24.* conſilium ſubnectit, ſatis haut dubiè declaravit, reſipiſcentiam in hôc Rege deſperatô non habituram locum.

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XXVIII.

1. Qvæ malè ſunt coacervata, inſperatò rurſus diſſipantur, ut h.l. Babiloniæ diviſum videmus Regnum. Sic *de malè qvæſitis non gaudet tertius hæres: malè parta malè dilabuntur*: Diſperſit ſuperbos *Luc. I, 51.* Etiam Regnum gratiæ aufertur ab iis, qvi eôdem abutuntur, *Matth. XXI, 43.*

2. Sciſſio Regnorum ac Provinciarum non rarò fit ob *levitatem* dominantium, ut h.l. Vid. *Sirac. X, 17. Job. XII, 18.*

3. Myſticam mortis, judicii inferniq; ſpeculationem, ex tribus hiſce verbis, *Mene, Tekel, Upharſin*, qvi deſiderat, poteſt adire Pererium *in hunc l. p. 384. ſeqq.*

בֵּאדַיִן אֲמַר בלש׳ וְהַלְבִּשׁוּ לדני׳ אַרְגְּוָנָא וגו׳

Tunc jubente Rege, indutus eſt Daniel purpurâ.) Abſolutô Daniëlis interpretamentô, ſeqvitur nunc (א) ejusdem præmium honorificum, idq; duplex, videl. partim ſplendidus veſtitus, partim honor, titulusve ſummè glorioſus. Autor præmii hujus eſt Rex *Balthaſar edicens* vel præcipiens; adeòq; qvàm flebiliter & anxiè hic paulò antè fuerat vociferatus, pro Scripturæ portentoſæ procurandô interprete, *v. 7.* tàm graviter nunc etiam pronunciat adimplendum è veſtigiô eſſe, qvod modò tàm ſanctè à ſe fuerat promiſſum, *v. 7. & 16.* Inviolata enim debebat eſſe fides verborum regiorum. Et qvanqvam infauſtiſſima nunc ab ipſô hôc Vate ſibi prædici audiviſſet, nihilominùs vel per ſtuporé, vel ut virilem ac imperterritum præ ſe ferret animum, vel qvia pœnæ longinqvitatem præſumebat, vel qvia admirandâ Danielis ſapientiâ qvodammodo obſtupefactus erat, vel qvia tantum virum ſibi beneficiis contra mala imminentia devincire volebat, cunctæa ſeponit, veritatem ſermonis ſui ante omnia ſalvam exhibiturus. Proindè אמר *dixit*, vel mandavit והלבישו *ut induerent*, &c. (ו pro conjunctione *ut* poni, notatum ſuperiùs non ſemel;) item והכרזו *ut per præconem proclamarent*, (Geneſ. XLI, 43.) puta, cùm dies illuxerit; nocte enim ſerâ ſolennem ejusmodi inſtitui debuiſſe actum, ubi pro ludô bacchanali potuiſſet à civibus pergræcantibus tunc temporis accipi, vix eſt veroſimile. (ב) Præmium ipſum Danieli decretum idem eſt, qvod ſuprà *v. 7. & 16.* jam fuit propoſitum; conferriq; id qvodammodo poteſt cum honore, qvem Mardochæo decernebat Ahaſverus, noctu ex Annalibus fidelitatem ipſius recolens, & manè ſtatim per Ha-

VERSUS XXIX.

Digitized by Google

manem exeqvens, *Eſth. VI, 1.10. ſeqq.* Solummodò qvoad Phraſeologiam notari adhuc poteſt, infinitum לִהְוֵא *eſſe*, poni per Enallagen pro Finitô; *qvòd futurus ſit*, &c. Exèmpla itidem aliqvot jam antehâc adfuêre. Qvanqvam verò omnia hæc Danieli conferenda Rex hîc edixerit, non tamen additur, id intempeſtâ nocte mox executioni datum; qvô ipſô obſervatô ſalva etiam manent Danielis verba, honorem iſtum ſibi promiſſum, prorſùs recuſantia *v. 17.* anteqvam enim ſol illuceſceret, nova planè erat facta rerum facies, ut mox ſeqvetur. Non improbabiliter qvidem *Chryſoſtomus* hanc purpuræ admiſſionem excuſat, qvòd aliàs malevoli interpretari potuiſſent hoc, ac ſi ipſemet Vates de ſuâ Interpretatione fuiſſet anceps: Verùm eò usq; nondum, ut diximus, procedendum eſt, ſtante iſtâ hypotheſi de proclamationis in craſtinum dilatione: niſi fortè præferas Iſidori Peluſiotæ *Lib. II. Ep. 96.* ſententiam, Danielem mox in præſentiâ mille magnatum fuiſſe declaratum; adeòq; vim hoc, qvod in Aulâ erat geſtum, obtinuiſſe, licèt nondum eſſet factum in forô.

Poriſmata ex Verſu XXIX.

1. Parrheſia, ita volente Deô, adeò non nocet, etiam inter homines profligatos, ut non modò nullum illinc piis enaſcatur damnum, ſed eò majus potiùs honoris augmentum, ut h. l. videre eſt in Daniele, nimis acriter Regis oblivionem, ſecuritatem atq; faſtum perſtringente, *v. 22. ſeqq.*

2. Honor inſtar umbræ inſeqvitur fugientem, ſicut Daniel honorem detrectans *v. 17.* honore tamen mactari debebat invitus.

3. Mundani, cùm ſalutis propriæ præcipuam deberent gerere curam â vitiis reſipiſcendo, conſilium interceſſionemq; piorum flagitando, deprecando, &c. honori tamen adhuc ſuo velificantur cum Belſazere alacriter, adeòq; nec Deum, nec Dei minas præ inſigni mentis generoſitate videri volunt formidare, Pſ. X, 4. *Impius propter ſuperbiam, qvam facie præ ſe fert, non qvarit Deum, nec eſt Deus in omnibus cogitationibus ejus.* Imò nonnulli Concionatorum laudant eloqventiam, doctrinam, ardorem Spiritûs, neq; tamen tantillò meliores evadunt. Vide *Ezech. XXXIII, 31.*

4. Multi avarorum cum Belſazere incipiunt fortunas prodigere, cùm exitium, mortemve vident præ foribus: tunc enim pro pauperibus diſponunt, qvorum aliàs vix meminerant, &c. *Luc. XVI. &c.*

Digitized by Google

בה בליליא קטיל בלשאצר מלכא כשדיא׃

Eâdem nocte interfectus eſt Balthaſ. Rex Chald.) Nunc demum *qvarta* & ultima cap. V. Pars, Interpretamenti tradens complementum, claudit agmen, & qvidem ita, ut oſtendatur tùm Balthaſaris interfectio, tùm ſucceſſoris novi delineatio. (α) Tempus eſt: *In eâ in nocte*, h.e. eâdem illâ nocte: Emphaticè enim nomini ſuum præmittitur pronomen affixum בה Vid. Troſt. *Gram. p. 126. n. 3.* (β) Perſona patiens eſt *Rex Chald. Balthaſar*, qvem nec ſua autoritas regia, nec urbis munitio, nec præſidium bellicum, nec principum præſentia, tàm infauſtæ cladi potuerunt ſubducere. (γ) Caſus illi obtingens eſt *interfectio*, qvam Cluverius *Epit. Hiſt. p. 66.* ſic deſcribit: *Perſæ Mediq; eâdem nocte femorum tenùs aqvis immerſi, in urbem penetrârunt, Babiloniosq; vinô ſomnôq; ſepultos confertim trucidârunt. Gadatas & Gobrias Tribuni, oppreſſis arcis excubitoribus, Regem ipſum diſtrictô acinace neqvicqvam ſe defendentem obtruncant, cùm XVII. annos regnâſſet, Anno Babilonici Imperii 70.* (Pererius *in Comment. p. 402.* computat annos 88.) qvæ ipſa conveniunt cum relatione Xenophontis *l. 7. Pæd. Cyri p. m. 230.* ut proinde tanqvam fabulam relinqvamus, qvod *R. Saadias* affert de qvôdam Evnuchô capitis regii cuſtode, qvi auditâ Danielis prophetiâ proq; certâ habitâ Belſazaris caput abſciderit, Cyroq; ac Dario extra portam detulerit, qvi poſtea urbem facilè expugnârint. Simile qvid, brevius tamen, etiam apud *Jacchiadem* reperitur. Imò Calixtus *in Appar. p. 33.* & Qviſtorpius *in Annot. Bibl.* ex Scaligerô autumant, Balthaſarem ab amicis ad convivium vocatis interemtum eſſe, qvi poſteà per ſuffragia regnum tradiderint Dario Medo ſeu Nabonido. Verùm id ſatis refellitur ex *v. 28.* de regni diviſione inter Medos atq; Perſas, veluti hoc & alia attulit Graſerus in *ult. verb. p. 20.* Scrupulum de ultimô Babiloniorum Rege per Cyrum in vivis conſervatô, inq; Carmaniâ relictô, qvod ex Megaſthene, Alphæô, aliisq; referunt *Joſephus & Euſebius*, eximit Pererius *in Comment. p. 390.* qvòd confuſio ſcil. inter Aſtyagem & Balthaſarem ab iis ſit commiſſa, &c. ut proinde major meritò fides ſit habenda Xenophonti & Danieli autoptæ, qvàm aliis extraneis. (*Notari* hic poteſt à Maſorethis in verſu hoc obſervatum eſſe ſcripti Danielitici medium.) An Belſazer fuerit ultimus Bab. Rex? diſcuſſit Wichman *auct. Chron. p. 119.* VERSUS XXX.

Digitized by Google

וְדָרְיָוֶשׁ מָדָיָא קַבֵּל מַלְכוּתָא כְּבַר שְׁנִין שִׁתִּין וְתַרְתֵּין׃

Et Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta & duos.) Succeſſoris novi exprimitur (α) nomen, videlicet *Darius*, qvæ ipſa vox non uni tributa fuit perſonæ, ſed Regibus pluribus, v. g. Dario Perſarum Regi, qvi Hiſtaſpis ſtatuitur filius, *Eſra IV, 5. 24.* Deinde Dario Notho ſecundùm qvosdam *c. VI, 7. 14.* nec non ultimo Perſarum Regi, qvem proſtravit Alexander M. *Neh. XII, 22.* Hîc verò Aſſverus vel Cyaxares II. (de qvorum nominum ſignificatione Perſicâ, *Princeps Principum*, vel Ertz-Hertzog videatur Polani *Comment. p. 413.*) deſignatur, qvi Darii nomen aſſumſerat, unà cum regnô, cujus Pater (& ſecundum alios, ut Wichman. *auct. chron. p. 101.* frater) erat Aſtyages, Aſtyagis autem ex filiâ Mandane nepos Cyrus. Adeoq; nomen hoc Darii mox limitatur (β) à natione, qvòd fuerit *Medus*, Medorumq; ſimul Rex, velut id latiùs probavit Conſtant. L'Empereur *in præfat. ſeu Diſcurſu Comment. Jacchiada præmiſſo ** ſeqq.* Rationes, cur ſcriptores Græci præteritô Dariô Medô omnem uni Cyro transſcribant victoriam, vide ſîs ap. *Pererium p. 394.* Item, cur omiſsô Cyrô Daniel ſolius meminerit Darii, videlicet qvia penes hunc fuerit regnum Medorum, nec non imperium in Perſas, qvorum præfectus erat Cyrus: item, qvia Darius Cyri erat avunculus, qvia idem etiam belli hujus contra Chaldæos ſuſcipiendi præcipuus fuerat autor, adeòq; Cyrus ex mente *Maldonati* ſolùm in auxilium ab eô vocatus erat. Imò qvia ætatis dignitas in relatione ad juvenem Cyrum, tale qvid expoſcebat. Theodoretum contraria ſentientem idem refellit *Pererius, p. 395.* cauſas ſimul moti hujus contra Chaldæos belli excutiens *p. 396.* Vide eundem porrò *p. 409. ſeqq.* ubi ſeptem de Dariô hôc refert ſententias, retentâ tandem eâ, qvæ Darium hunc ſtatuit Cyaxarem, Aſtyagis filium, uti volunt *Joſephus, Hieronymus, Liranus,* &c. *Scaligerum* verò, qvi ex Dariô hôc facit Nabonidum, (qvem ſecutus eſt etiam Hugo Grotius, Calviſius *Iſag. chron. c. 29.* Behmius *chron. manud. dec. 1. obſ. 8. &c.*) refellit *p. 416. ſeqq.* cui ipſi qvoq; Scaligeri ſententiæ adverſus eſt *L'Empereur l. c.* (γ) Ratione ætatis dicitur fuiſſe כְּבַר *qvaſi filius ſexaginta duorum annorum*, h. e. tot annos natus, qvâ ratione Noa *Gen. V, 32.* appellatur בֶּן filius qvingentorum annorum, item filius 600rum annorum, *cap. VII, 6.* Abraham filius 80. annorum *c. XVI, 17.* filius 900. annorum *cap. XVII, 1.* *Deniq.* (δ) ſucceſſio

Digitized by Google

ceſſio deſcribitur hôc modô קַבֵּל accepit regnum, h.e. Belſazeris interfecti poteſtatem ſibi arrogavit, non contradicente Cyrô, qvippè qvi & ipſe tanqvam Perſa aliqvid de Chaldæorum accepit ditione, ut hâc ratione inter Medos atq; Perſas regnum fuerit diviſum, juxta *v. 28.* Confer *Xenoph. l. c.* Non opus autem eſt tradentem conſtituere vel Gobriam Gadatamq;, ſecundum aliqvos, vel Cyrum victorem; ſufficit enim Darium ipſum, cujus nomine cuncta fuerant geſta, de factô imperium ſibi arrogâſſe. Conf. tamen ſi placet Wichman. *auct. Chron. p. 102.* de Cyrô, primas obtinente partes in oppugnatione Babelis.

Poriſmata ex Verſu XXX.

1. Qvibusdam prolixum conceditur reſipiſcendi ſpatium, qvidam verò cum Belſazere mox abripiuntur poſt denunciationem ſententiæ peremtoriæ. Qvapropter nemo ſuam differre debet pœnitentiam, cùm *hâc nocte* ipſius auferri qveat anima, *Luc. XII, 20.* Conf. *Pſ. XXXVII, 9. 10. 35.*

2. Ebrietatem multi luunt acerbiſſimè, exuti tùm honoribus, tùm vitâ, tùm ſalutis etiam ſpe omni in æternum. Ita Ella perit ebrius, *1. Reg. XXVI, 11.* Ammon *2. Sam. XIII, 28.* Belſazer h. l. aliiq; infiniti.

3. Regicidia qvosvis excitent inferiores, ne ſecuritatem ſcelerumq; impunitatem, ex qvalicunq; ſuâ autoritate ſibi polliceantur. Qvod ſi namq; caput hoc aureum, vel Monarchia Babiloniorum tàm citò evanuit nocte unâ, qvid non fieret cum miſerô cive, nobili aut aliô ad huc ignobiliore?

CAP. VI.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

Deſcribitur hîc inſigne pietatis cœlitùs defenſæ ac vindicatæ ſpecimen, qvod tantus etiam Rex æſtimavit dignum promulgatione per imperium univerſum ſolenni. Attendenda autem in miraculô hôc veniunt

I. Ingens periculum, ejusq; tùm (α) occaſio, Danielis ſcil. incomparabilis eminentia ac dignitas *v. 1. 2. 3.* tùm (β) adverſantium Magnatum aſtutia ac aſſiduitas, ratione technarum modò fruſtranearum *v. 4.* modò ſuccedentium *v. 5. usq; ad 9.* tùm (γ) Danielis in pietate conſtantia imperterrita *v. 10.* tùm (δ) hoſtium delatio truculenta, *v. 11. 12. 13.* Rege ipsô etiam incaſſum pro Danielis pietate, laborante,

Digitized by Google

rante, *v. 14. 15.* tùm deniq; (ε) actualis in foveam leonum deturbatio, *v. 16.* nec non oſtii obſignatio, *v. 17. 18.*

II. Succedit huic periculo ipſummet evidens miraculum, ubi (α) Danielis vivi protractio *v. 19. ad 23.* (β) protractionis conſeqventia, nimirum (1) delatorum talio, *v. 24.* (2) Regia ſolennisq; Dei veri celebratio, nec non religionis Iſraëliticæ canoniſatio *v. 25. 26. 27.* (3) Danielis deniq; felicitas ac promotio *v. 28.*

EXPLICATIO TEXTUS.

VERS. I. שְׁפַר קֳדָם דָּרְיָוֶשׁ וַהֲקִים עַל־מַלְכוּתָא לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא מְאָה וְעֶשְׂרִין

Placuit Dario, & inſtituit ſuper regnum Satrapas 120.) Initium hîc fit narrationis ſucceſſuũ captivi Danielis planè fauſtorum, qvi ipſi qvidem pabulum qvaſi ſubminiſtrârunt invidiæ hoſtili, extraneo huic aliàs nimiopere infenſæ. Deprehendimus verò hîc (α) dignitatum in regnô Darii ſupremarum diſtributionem, ubi (1) perſona diſtribuens eſt *Darius*, de qvô repeti poſſunt dicta *c. V, 30.* (2) diſtributio ipſa deſcribitur *tùm* ut ſpontanea, *tùm* ut benè firmata.

שפר Prius petimus ex voce שְׁפַר *pulchrum, elegans fuit:* (vide ſis c. III, 32. *pulchrum eſt*, vel conveniens videtur mihi *indicare, qvæ evenerunt, &c.* & c. IV, 24. *conſilium meum placeat tibi, &c.*) adeoq; & hîc talis innuitur ſpecioſa rei vel à Rege ipsô inventæ, vel ab aliis ſuggeſtæ, aptitudo, ut inſigniter ſibi in eâdem Rex applauderet, & velut egregiè pulchram approbaret. Inſtituti autem firmitatem colligimus ex voce

הקים הֲקִים *ſtare fecit, erexit, confirmavit;* Nimirum non deſultorium hoc erat negocium ad aliqvot fortè hebdomadas aut menſes duraturum, verùm *perſtare* hi debebant regni gubernatores, qvamdiu perſtiturum erat regnum ipſummet gubernandum. Expendatur verbum hoc de ſolidâ ſtatuæ erectione, *c. III, 1. 2. ſeqq.* Item *c. V, 11.* de Daniele Magis præfectô. Qvoad Phraſin, *pulchrum fuit & erexit*, notari poteſt, more Orientalium hoc idem eſſe, ac, *placuit erigere*, qvomodo *Gen. IX, 20.* dicitur: *Cœpit & plantavit*, pro: cœpit plantare, Eſ. I, 19. *ſi volueritis & audiveritis*, h. e. ſi volueritis audire, vel: ſi promtè audiveritis. (3) Id qvod diſtributum fuit, erant præfecturæ regni; dum enim certæ perſonæ eriguntur על מלכותא *ſuper regnum*, facilè colligitur, iis conceſſum eſſe, cum labore inſpectionis, grande etiam digni-

Digitized by Google

dignitatis faſtigium, adeò, ut ſubditi omnis ordinis venerarentur hosce ſuos Præfectos modis omnibus obſeqvioſiſſimè, ut ab iisdem in rebus arduis peterent reſponſa, auxilium, patrocinium, &c. ut iis etiam ſua penderent tributa, & qvicqvid aliàs præſtandum Regi immediatè. (4) Perſonæ, qvibus diſtributio hæc contigit, vocantur אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Satrapæ. *Satrapa*, de qvâ voce *c. III, 2. 3. 27.* Numerus verò horummet excurrebat ad centum viginti: qvô alias annorum numerô circumſcribebatur ſpatium reſipiſcentiæ antediluvianis conceſſum *Gen. VI, 3.* Ætas Moſis *Devt. XXXXI, 2. c. XXXIV, 7.* ſicut verò 127. provinciis imperâſſe ſcribitur Ahaſverus *Eſth. I, 1. c. IIX, 9. IX, 30:* Ita hîc in 120. qvoq; provincias vel præfecturas diſtributum à Dariô fuit regnum: (Numerum enim provinciarum pro arbitratu ſuô mutare conſveverunt Reges Romaniq; Imperatores, notante *Grotiô;*) qvarum ſingulis ſui præficerentur Præfecti, ut ſuprà dictum. Idem qvoq; hîc annotat *Sanctius,* allegans ſimul ex Herodoti *l. 3. ſeu Thalia f. m. 87.* à Dariô filiô Hiſtaſpis regnum Perſicum fuiſſe diſtributum in 20. ſatrapias, qvàrum ſingulis ſuos præfecit Præſides. Similia de tot provinciis totidemq; gubernatoribus affert qvoq; *Jacchiades.*

דִּי לֶהֱוֺן בְּכָל־מַלְכוּתָא: *Ut eſſent in totô regnô ſuo.*

Niſi hoc referamus ad membrum tertium jam memoratum, conſtituere poſſumus (5) *diſtributionis finem,* videlicet ut locô Regis jam qvodammodò decrepiti, (nam ſexaginta duorum jam erat annorum c. V, v. ult.) tanqvam ViceReges præſtò ubivis eſſent, regiasq; ſic minuere poſſent curas. Cùm enim nimis longè à regiâ abfuerint regiones in territorii finibus ſitæ, idcircò ne periculum vel Regi, vel ſubditis enaſceretur ex ſupremi capitis longinqvitate, conſultum fuit viſum, proprium ordinare ſingulis Vicarium.

Poriſmata ex Verſu I.

1. Qvod *placet,* placere debet non ex vagô appetitu, ſed ob certas gravesq; rationes ab intellectu vel propriô vel amicorum ſuperiorumve alienô ſuggeſtâs. Malus enim eventus non procul abeſt, ubi illud obtinet Poëtæ: *Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.*

2. Ordo tàm in politicis, qvàm qvibusvis aliis negociis eſt meritò commendatiſſimus: ſicut enim hîc certi denominantur præfecti, qvorum cuiq; ſua eſt aſſignata ditio ac labor; ita in privatâ etiam vi-

Digitized by Google

tâ certus cuiq; labori ſit locus, tempus, &c. Sic in Eccleſiâ *πάντα εὐσχημόνως κ̀ κατὰ τάξιν* fieri debet, *1. Cor. XIV, 40.*

3. Nemo prudens ſibi ſoli tantum arroget, ut omnem regni adminiſtrationem vel ampli alterius officii molem ſuſtinere ſolus audeat: defethiſci enim cogitur facilè. Ipſe Moſes ad ſvaſum Jethronis adjungit ſibi regiminis ſocios, *Exod. XIIX, 21. ſeqq.*

4. Ut paſtoris eſt, ſuo adeſſe gregi; ita Epiſcoporum in Eccleſiâ, Principumq; ac Magiſtratuum eſt in Republ. exemplô Satraparum horum, non procul à ſuis ſecedere diœceſibus; velut id aliqvoties injungendum fuit Epiſcopis per certos Conciliorum Canones.

וְעֵלָּא מִנְּהוֹן סָרְכִין תְּלָתָה *Et ſuper eos Principes tres.*

VERS. II. Sicut proximè membrô tertiô vidimus dignitates diſtributas, ita nunc iisdem addendæ veniunt ſuperiores adhuc novæ. Præfecti erant poſiti עַל מַלְכוּתָא *ſupra regnum*, nunc עֵלָּא מִנְּהוֹן *ſupra, præ illis* (præfectis 120.) recenſentur adhuc Eparchi tres alii. Adeòq; redit particula עַל *ſuper*, aliâ tamen formâ, cum א afformativô, qvâ ratione aliàs Chaldæi uſurpant ſuum עֵיל, עֵילָּא & לְעֵיל *ſupra, deſuper*, ut Pſ. L, 4: *Aſcenſurus eſt* עֵיל מִנָּךְ *ſuper te*, לְעֵילָּא *ſurſum*, ubi pari modò poſt particulam hanc ſeqvitur præfixum comparativum (מִ) *præ*. Vide etiam *Devt. XXIIX, 43. Exod. XXX, 14. Gen. XXVII, 39. c. XLIX, 25.* Hinc R. *Salomo & Saadia* exponunt לְמַעְלָה מֵהֶן *ſupernè præ illis*. Dignitas autem antecedentem ſuperans, venit nomine סָרְכִין, qvod præter hocce caput in ſacris non uſurpatum, à *R. Nathane* exponitur *in Conc.* per שׁוֹטְרִין *exactores*, qvi eqvidem apud gentem Iſraëliticam honorati adeò non erant, utpote qvi *dominabantur populo & exeqvebantur mandata Judicum cum baculô & flagellô*; veluti deſcribuntur ab Ebræis, referente Coccejô *ad tit. Sanhedrin p. 16.* & Seldeno *lib. 1. de Synedriis p. 621.* Hìc tamen haut dubiè ſola attenditur eminentia ac inſpectio, qvæ in 120. Satrapas ſe extendebat, adeò ut eorundem rationes examinare, defectus exigere, delicta caſtigare, & de cæterô mandata pro rerum exigentiâ promulgare hi Exarchi poſſent. In paraphraſi Chaldaicâ locô Ebræi שׁוֹטְרִין hocce noſtrum סָרַךְ uſurpari, conſtabit ex *Prov. VI, 7. Exod. V, 6. Devt. I, 15. c. XX, 5. XXIX, 10.* de gubernatore Joſephô hoc itidem reperitur *Gen. XLI, 41.* apud Jonathanem paraphraſtem. Qvoad numerum *ternarium*, cur non Duumviros aut Decemviros, ſed Triumviros extare voluerit, nolumus perſe-

qvi

Digitized by Google

qvi illa, qvæ aliàs circa eundem magnô cum apparatu adducuntur à Bungô *de Myſter. Numer.* aliisq;. Id ſolùm addimus ex *Corn. à Lapide*, olim apud Medos, Babilonios, Ægyptios & alias gentes ſummos poſt Regem fuiſſe *Triſtatas* vel *Triumviros*, qvi minoribus præerant Principibus, qvorſum facit *c. V, 29.* Fortaſſe tres regni conſtitutæ fuerunt partes majores, qvarum cuiq; aſſignatæ 40. provinciæ, cuivis autem parti illi majori unus præfuerit Exarchus. Conſtructionem ſi exigamus Grammaticam, commodiſſimè dici poteſt, deeſſe verbum ſubſtantivum pro more Orientalium, hôc modô: *Et ſupernè præ illis* (vel ſupra cunctos illos erant) *Eparchi tres:* &c.

דִּי דָנִיֵּאל חַד מִנְּהוֹן *Ex qvibus Daniel unus erat.* Videlicet ob dona ejusdem ſingularia, nec non ob longam experientiam, nec non egregia fidelitatis edita ſpecimina, tàm ſub Nebucadnezaris, qvàm ſubſeqventium imperiis: Imò ſicut Jeremiæ vaticinia dimanaverant ad obſidentes Hieroſolymam Chaldæos, adeò ut ipſi non curanti ſalvus daretur conductus, *Jer. XL:* Ita dubium non eſt, ad Darii qvoq; aures deveniſſe dignitatem Viro huic à Balthaſare decretam brevi ante expugnationem ſpacio, & qvidem ob incomparabilem ſapientiam, qvâ Chaldæis exitium, Medis verò atq; Perſis victoriam prædixit. Absq; hôc enim ſi fuiſſet, haut dubiè Darius indigenas habuiſſet plures, talia officia ambientes avidiſſimè. Vide *c. V, 29.* Præcipua verò hìc eſt Dei providentia, qvæ populo captivo proſpectum hôc modô voluit de tutore vel protectore in Monarchiâ tàm Chaldaicâ, qvàm Medo-Perſicâ. Imò ſicut ingens Archimedis eruditio Mathematica admirationi fuit etiam obſidenti Syracuſas Marco Marcello, adeò ut ſervari eum voluerit qvàm lubentiſſimè; ita divinam qvoq; & incomparabilem Prophetæ hujus ſapientiam meritò æſtimavit Darius victor inſtigante Moderatore ſupremô.

דִּי לֶהֱוֹן אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא אִלֵּין יָהֲבִין לְהוֹן טַעְמָא

Ut Satrapæ illis redderent rationem.) Deſcribitur his verbis Eparchorum officium, nimirùm juſtô ac deſtinatô tempore rationes exigere à Satrapis; fermè ſicut ſummi redituum provincialium Præfecti rationes poſcunt à Qvæſtoribus. De voce טְעֵם *guſtus, ſententia, conſilium, ratio,* dictum uberiùs *c. II, 14.* Sicut verò ponere טְעֵם eſt promulgare decretum, ita *dare* טַעְמָא eſt reddere rationem villicationis ſuæ, qvomodo ſententiis decretisq; Magiſtratûs ſupremi obtem- טעם

peratum

peratum fuerit, an omnia candidè conſtanterq; ſecundum illa fuerint adminiſtrata, &c. Ita igitur Satrapæ non modò in ordinem redacti ſunt, ſed & per totum regnum tantò faciliùs per hosceTriumviros ſervari potuit Legum æqvalitas ac ordo.

וּמַלְכָּא לָא־לֶהֱוֵא נָזִק׃

Et Rex non ſuſtineret moleſtiam.) Ut ſuperiore verſu meminimus finis, cur ordinatio hæc, vel officiorum diſtributio fuerit facta, ita nunc uberiùs adhuc idem exponitur, videlicet damni publici, qvod per Satraparum ſive dolum ſive culpam oboriri poterat, averruncatio.
נזק Vulgatus meminit *moleſtiæ*: At in fonte eſt נָזִק *damno affectus*, à נְזַק *læſit, damnum intulit*: qvod verbum oppoſitum eſt, monente *R. Nathane*, commodis vel utilitati, qvam aliqvis ex re vel actione aliqvâ ſolet percipere; ſic *Pſ. XCI, 7*: ad te non appropinqvabunt לְהַנְזִק *ad nocendum*. Hinc in Talmud peculiaris eſt titulus vel volumen נְזִיקִין *de damnis variis eorumq; jure*, qvod alias vocatur Baſa Kama. Chaldaicè in Aphel ter adhuc verbum hocce legitur *Eſr. IV, 13. 15. 22.* qvos locos ſi lubet, expendere potes.

Poriſmata ex Verſu II.

1. Sicut tota communitas, ſi congruè gubernari debet, colligenda eſt magis magisq; ad numerum contractiorem, v.g. tot militum millia redigenda ſunt in certas turmas, turmæ in centurias, centuriæ in legiones, &c, militibus præficiuntur decuriones, decurionibus vexilliferi, his vicarii, vicariis centuriones, Centurionibus Tribuni, Tribunis Chiliarchæ, atq; his tandem præeſt Imperator ſummus; Ita res etiam privatæ, qvoad modò fieri poteſt, ordinandæ ſunt ſemper, ut unum ſubordinetur alteri, certisq; ſuis vinculis conſtringantur, ac limitibus circumſcribantur omnia.

2. Dignitates politicæ in ſe non pugnant cum verâ pietate, ut Daniel inter homines profanos ac idololatricos ſalvâ tamen conſcientiâ defungi potuit tam præluſtri Triumviratûs dignitate: ita Chriſtianus etiam cordatus dignitate pollere poteſt aulicâ, modò mentem ſervare velit cum Daniele ſemper fidelem ſuo Deo. Id qvod contra vitæ monaſticæ in Papatu tantoperè commendatæ dignitatem, nec non Anabaptiſtarum deliramenta pio Magiſtratui obſervandum. Vid. D. Brochm. *T. II. LL. de Magiſtr. Qv. 17. & 18.* D. Königii *Caſus Conſcient.*

ſtient. p. 630. & 637. Crocii *T. II. AntiWeig. p. 223. ſeqq.* Martyris *LL. Comm. f. 931.* Svareſii *Defenſ. Fidei contra Anglicanos l. 3. c. 1. ſeqq.*

3. Qvisqvis es, ſuperiori, ſi non homini, ſanè ſupremo in cœlis Deo, certò villicationis tuæ rationem cum Satrapis his es redditurus, niſi priùs, certò tamen in morte, *Luc. XVI, 2. 2. Cor. V, 10.*

4. In omnibus negotiis ſpectandum eſt eò, ne defraudetur Dominus. Qvanqvam enim ex hominis ſive neqvitiâ ſive incuriâ nullum Deo enaſcatur *damnum*, (æqvè ut nec commodum ex noſtris qvalibuscunq; operibus,) ſummo namq; bono nihil qvicqvam per nos ſive accedit ſive decedit; Certum tamen eſt, æqvè puniendos eſſe infideles, ac ſi damnum Deo intuliſſent. Confer *Matth. XXV, 24,* de talenti defoſſore.

אֱדַיִן דָּנִיֵּאל דְּנָה הֲוָא מִתְנַצַּח עַל־סָרְכַיָּא ואחש Versus III.

Igitur Daniel ſuperabat omnes Principes & Satrapas.) Sicut proximè collatum vidimus Danieli Triumviratum, ita nunc ipſummet cernimus partim Collegas evidenter præcellentem, partim favore regiô ad altiora adhuc faſtigia deſtinatum. Connectitur hoc ipſum antecedentibus per particulam temporis אֱדַיִן *tunc*, qvam minùs commodè Vulg. reddidit, *igitur*. Præcellentia effertur hôc modô: הֲוָא מִתְנַצַּח *fuit vincens*, h. e. antecellebat: ita namq; נְצַח eſt *prævalere, ſuperare alterum*, ſicuti patet ex paraphraſi Chald. *Prov. XVIII, 17. Exod. XXXII, 18. Eſa. IX, 2. Jud. V, 16.* &c. qvi ipſe prævalendi ſignificatus obtinet etiam in Ithpaal, *Ezech. XXXI, 5. & h. l.* ac proinde in functionibus ſuis haut dubiè Daniel præ binis Eparchis regiis fuit expeditior, integrior, conſcientioſior, laborioſior, accuratior, imò etiam felicior, qvomodo talis ſucceſſuum felicitas comitabatur actiones Joſephi, *Gen. XXXIX, 21. 23.* Cur verò in collatione hâc Daniel non ſolùm præferatur Collegis ſuis, ſed etiam inferioribus, nimirum Satrapis, peculiari diſcuſſit Epiſtolâ Iſid. Peluſ. *l. 3. Ep. 356.* dicens: præcelluiſſe Danielem tam eos, qvi titulô, qvàm qvi reipſâ fuiſſent excellentes, qvales haut dubiè inter Satrapas, qvi majore digni honore, &c. נצח

כָּל־קֳבֵל דִּי־רוּחַ יַתִּירָה בֵּהּ

Qvia ſpiritus Dei amplior erat in illô:) Eſt hæc ratio vel fundamentum præcellentiæ modò commendatæ, nimirum præſentia donorum cœleſtium in eminente gradu: qvod ipſum encomium jam adfuit, *c. V, 12. 14.*

וּמַלְכָּא עֲשִׁית לַהֲקָמוּתֵהּ עַל־כָּל־מַלְכוּתָא׃

***Porro Rex cogitabat conſtituere illum ſuper regnum.*)** Eſt hoc augmentum, à Rege præter priora Danieli deſtinatum. Ubi in Fontibus hæc annecti videmus ſermone præcedenti per (ו) copulans aut inferens: *&* (vel ideò) *Rex*, &c. qvem cauſalem ſignificatum hujus eſſe loci non diffiteri potuit *Maldonatus*. Inſtitutum autem Regis effer-
עשת tur verbo עֲשִׁית *cogitavit*:) à qvâ Rad. eſt nomen Ebræum עֶשְׁתֹּנֹת *cogitationes*, Pſal. CXLVI, 4. & עַשְׁתוּת *cogitatio*, Job. XII, 5. nec non Hithpael יִתְעַשֵּׁת *cogitabit*, Jon. I, 6.) ubi duplex eſt Anomalia Grammatica, tàm qvoad terminationem, Chirek magni cum Zere alternantis, qvàm qvoad Scheva expreſſum ſub ultimâ literâ ת, de qvô Troſt. *in Gram. p. 9.* Haut dubiè verò has ſuas cogitationes Rex, ut fieri ſolet, ſubinde prodidit ſermone ſuô, adeò ut aulici, qvi circa Regem erant, id perſentiſcerent, cæterisq; qvorum intererat, hoc tempeſtivè ſignificarent. Sicut itaq; Satra-
קום pas 120. הֲקִים *ſtare fecit* ſeu præpoſuit regno, ita nunc cogitabat לַהֲקָמוּתֵהּ *præficere illum* (Danielem unicum) עַל כָּל מַלְכוּתָא *regno univerſo*, ita ut partes Regis vicarias ſuſtineret ille ſolus, æqvè ut Joſeph in Ægyptô, ut unus hic Daniel Regi eſſet τὰ πάντα, qvales multos etiam & noſtra & ſuperiora viderunt ſecula apud Reges, aut parùm fidentes ingenio ſuo, aut fugientes negotiorum: (Ita *Grotius*.) Aliqvi Darium hôc cogitâſſe opinantur ob bellorum, qvibus ipſe voluerit eſſe præſens, machinationem; Verùm id ſenio potiùs tribuendum eſſe, docet clauſula *capitis præcedentis*. Atq; hoc demum tantoperè exacerbavit Proceres Regni reliqvos, ut contra Judæum hunc machinarentur ea, qvæ ſeqvuntur. Contigiſſe autem hanc Hiſtoriam non in Mediâ, ſed, uti vult *Oecolampadius*, in Babiloniâ, circumſtantiæ textûs non admittunt, cùm nulla procerum Babiloniæ fiat mentio, ſed ſolùm Medorum & Perſarum, &c. Qvapropter cùm *Joſephus* & ex eô *Hieronymus* aliiq; Danielem in Mediam ſcribunt abductum, iisdem qvoq; adhæremus.

Poriſmata ex Verſu III.

1. Dona Dei ſunt varia: unus antecellit alios plures, & qvandoq; etiam omnes, ut h. l. Daniel, licèt hoc non contingat adeò crebrò.

2. Officiis rectè præficiuntur illi, non qvos generis commendat nobilitas, Patronorum favor, aut opulentia inſignior, verùm animi dona

dona ad officium reqviſita: Ita namq; Darius in Daniele attendebat, non qvòd eſſet Judæus, qvòd captivus, qvòd aliis fortè pauperior; ſed qvòd ſapientior, candidior, &c. ſic Alex. Severus, apud *Lampridium*, dignitates conferebat iis, qvi præ cæteris idonei.

3. Non ſemper improbanda eſt exterorum ad officia promotio: Poſſunt namq; adeſſe Danieles, præſtantiâ donorum, donorum uſurpatione, uſurpationis diuturnâ probatione, cæteris palmam præripientes indigenis.

4. Qvi dexteritatem ſuam probaverit aliqvandiu, vix dubitare poteſt de donorum mirô incremento: qvanqvam & hîc *honos*, nil niſi *onus*.

אֱדַיִן סָרְכַיָּא ואחש׳ הֲווֹ בָעַיִן עִלָּה לְהַשְׁכָּחָה לְדָנִי׳ מִצַּד מַלְכוּתָא

Unde Principes & Satrapæ qværebant occaſionem, &c. VERSUS IV.

Hactenus partis primæ primum vidimus membrum, periculi videlicet occaſionem, nunc membrum ſeqvitur alterum *ad verſ. usq; 9.* de adverſariorum inſidiis, iisq; tum fruſtraneis, *v. 4.* tum ſuccedentibus, *v. 5. ſeqq.* (α) Inſidiantes itaq; ſunt tùm duo collegæ *principes*, tùm 120. ſatrapæ, memorati *v. 2.* qvi mutuas conjungunt operas, ne honori commodisve ipſorum qvicqvam fortè decedat. (β) Inſidiandi ſtudium colligitur ex vocibus הֲווֹ בָעַיִן *fuerunt qværentes*, h. e. diu noctuq;, & ſeorſim & conjunctim deliberârunt, ultrò citròq; versârunt omnia, ex Danielis & amicis & inimicis percontati ſunt, num aliqvid intentioni ſuæ idoneum reperire poſſent. Vide sîs de verbô בְּעָא qvod *qværere*, nec non *orare* vel *petere* ſignificat *c. II, 16.* בעא (γ) Objectum ſtudii hujus erat עִלָּה *cauſa* vel *occaſio*, removendi ſcil. Danielem è mediô: Ita vox illa tùm Chaldæis, tùm Rabbinis uſu venire ſolet; unde etiam Deum vocant עִלַּת הָעִלּוֹת *cauſam cauſarum*: Qvanqvam aliqvando ſpecialiùs uſurpent pro causâ iniqvâ, Ebræis עָוֶל dictâ. Vide sis *Pſ. XIV, 1. Pſ. XLI, 7. LIII, 2. & LXXI, 4.* qvæ ipſa poſterior acceptio non malè convenit textui præſenti. Determinatur verò adhuc ulteriùs מצד מלכותא *ex latere Regis*, (ut vertit *Vulgatus*, cum tamen expreſsè in Fontibus ſit מַלְכוּתָא *regni*,) h. e. ex negotiis, regni ſalutem attinentibus. Nimirum cùm Magnates hi Danielem ſuſpicarentur univerſis *regni* negociis præficiendum, idcircò ex eôdem negotiorum *regni* cenſu nitebantur aliqvid in medium

Digitized by Google

producere, qvô Candidati hujus fidem reddere poſſent dubiam, perſonamq; ipſam tantæ adminiſtrationi ineptam. Vocula צַד aliàs *latus* ſeu *partem* rei denotat: qvandoq; pro ratione præfixorum qvodammodo redundat; ut infrà c VII, 25. *& verba* לְצַד *in latus excelſi loqvetur*, h. e. adverſus Excelſum. Sic Rabbini על כל צד *ex omni parte:* מִצַּד *à parte, ratione*, &c. Qvapropter ut videtur, disqviſiverunt anxiè, an in rationibus acceptorum & expenſorum regni dolum aliqvem vel errorem deprehendere, an clandeſtinæ cum hoſtibus Regni per literas colluſionis, vel ſubdolæ pro conterraneorum fortè ſuorum immunitate machinationis, vel facinoris cujuscunq; alterius, in regni detrimentum vergentis, reum poſſent agere Danielem. Qvod nonnulli hoc pertrahunt ad thorum regium, ac ſi *latus Regis*, h. e. conjux regia, num per Danielem ſit fortè violata, fuiſſet exploratum: item, qvod alii ad affectatum regium hoc referunt thronum, probabili caret conjecturâ. *Hector Pintus* ſupplet: *qværebant* (ut removerent eum) *à latere Regis*: at nimis dura hæc eſt Ellipſis, præſupponens ſimul falſum qvid, qvod in fontibus non eſt: Diſtinctiſſima enim ſunt Rex & Regnum. *Cornel. à Lap.* ait, ex latere eſſe, idem valere ac; alicui inſidiari. Verùm aliud hîc eſt, *ex latere regni*: qvomodo igitur qvæſiverunt inſidias ſtruere ex latere Danielis? Manemus nos *in crimine Majeſtatis* qvæſitô, qvod *ſæpè eſſe ſingulare & unicum eorum, qvi crimine vacarent*, dixit *in Panegyr.* Plinius. Romano-Græci, notante *Grotiô*, dixerunt ἔγκλημα βασιλείας.

וְכָל־עִלָּה וּשְׁחִיתָה לָא־יָכְלִין לְהַשְׁכָּחָה

Nullamq; cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt.) Eſt hîc (d) inſidiarum Eventus, videlicet fruſtranea fuerunt cogitata, inqviſitiones, conſultationes, ſtudiaq; illa omnia: *non potuerunt reperire* כָּל *omnem* (h. e. ullam) עִלָּה *cauſam*, cujus modò facta mentio, neq; שְׁחִיתָה *corruptionem*, vel qvod pernitioſum Danieli eſſe poſſet; ita namq; vox hæc adfuit c.II,9. *verbum mendax* וּשְׁחִיתָה *& corruptionem cogitatis coram me proferre.*

כָּל־קֳבֵל דִּי־מְהֵימַן הוּא וְכָל־שָׁלוּ וּשְׁחִיתָה לָא הִשְׁתְּכַחַת עֲלוֹהִי׃

Eò qvod fidelis eſſet, & omnis culpa, &c.) Eventui huic annectitur (e) ſua cauſa, nimirum inculpabilis hujus Viri innocentia, tùm affirma-

affirmativè, *eò qvod fidelis ipſe*, nimirùm ſine omni fucô aut palliatione res ſibi commiſſas peragens candidè, pro viribus ſibi conceſſis, & pro ratione ſtatutorum regni, qvorum gnarus erat vel maximè (vid. *cap. II, 45.* de voce מְהֵימַן, ab אמן *firmus fuit,)* tùm negativè; (וְכָל שָׁלוּ *& omnis error* ſive corruptela (vid. *c. III, 29.*) וּשְׁחִיתָא *& pernicies non reperta eſt in* aut *de eô*, h. e. nullibi malitioſum qvid potuit deprehendi in adminiſtratione functionum publicarum, cujus causâ accuſari commodè aut convinci ſolidè potuiſſet.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Deteſtandum eſt *invidiæ* malum, qvale hîc in Danielis regnabat collegis: qvô de Moraliſtæ in Explic. *qvinti Præcepti.*

2. Diabolicum eſt, indagare Proximi delicta, vel odii potiùs juſtum aliqvem conqvirere prætextum. Moleſtum ſatis eſt bonæ menti, de proximô ſiniſtrum qvid comperiri fortuitò, nedum ut ſcrupuloſè inqvirat, qvò culpandum in ipsô aliqvid habeat.

3. Optimum adverſùs hoſtes inſidiantes remedium ſincera atq; conſtans in functionibus officii dexteritas atq; candor: hæc ſiqvidem omnes retundit impetus pernicioſos, optimamq; conciliat innocenti ſecuritatem. Adeoq;, ut *Chryſoſtomus* obſervat, piè viventes etiam in præſente ſeculô feliciùs agunt & deprehendi neqveunt. Qvi affectibus ſuis imperat, anſam nocendi qvamplurimam aliis præſcindit. Pietas ad omnia utilis, &c. *1. Timoth. IV, 8.*

4. Utut nemo coràm Deô ſit inculpabilis *(Pſ. XIX, 13. & CXLIII, 2.)*; coràm mundô tamen, ut inculpabilis ſit, contendere debet unusqvisq;; imò per Dei gratiam, ut ἀνέγκλητος qvis ſit, obtinere etiam poteſt. Nota eſt juſtitiæ in eam, qvæ perſonæ & qvæ cauſæ eſt, qvæ abſoluta vel reſpectiva, diſtinctio, contrà *Papiſtas* atq; alios.

5. Benè *Seneca* Cordubenſis, Tragœd. 2. *Stet qvicunq; volet potens Aulæ culmine lubricô; me dulcis ſaturet qvies, obſcurô poſitus locô Leni perfruar otiô.* Ad Reges atq; Principes accedendum tanqvam ad ignem; moderatè ſcil. Vid. plura apud *Corn. à Lapide ad verſ. 5. hujus capitis.*

6. Cùm nuſpiam non latitent piorum obſervatores, tantò nos in colendô Deô juſteq; vivendo decet eſſe cautiores.

7. Solatio ſit, non ſemper ex votô invidorum ſuccedere molimina, utut laborioſa ac callidiſſima. Non raró enim aſtuti in ſuâ ca-

 piuntur

Digitized by Google

piuntur aſtutiâ, *Job. V, 12. ſeqq.* Prætereà idem ante nos invidiæ malum experti Moſes, Joſeph, David, ac infiniti ſancti alii.

אֱדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ אָמְרִין דִּי לָא נְהַשְׁכַּח וגו'

VERSUS V. *Dixerunt ergò viri illi; non inveniemus, &c.)* Hactenus inſidiæ fruſtraneæ; nunc eædem ſeqvuntur ut ſuccedentes & operoſæ. Adeoq; præcedit (*a*) conſultantium deciſio *v. 5.* qvam ſeqvitur (*b*) deciſi ſolennis coràm Rege expoſitio *v. 6. 7. 8.* & deniq; (*c*) regia petiti confirmatio *v. 9.* Qvoad deciſionem commemorantur conſultantes, גֻּבְרַיָּא *viri illi ipſi,* qvorum ſcil. facta mentio *v. 4.* Dein conſultatio אָמְרִין *dicentes* ſcil. èrant, poſt diu captatam ſcil. nocendi occaſionem, qvam unus atq; alter, ſi non ſinguli, in ſe ſuſceperat explorandam. Conſultationis forma removet priùs nocendi medium ineptum; (*non reperiemus in Daniele hôc omnem* (i. e. ullam) *cauſam* vel occaſionem, puta ex rebus civilibus vel aulicis, *v. 4.*) dein ſubnectit nocendi medium idoneum, (*niſi invenerimus contra eum in lege Dei ipſius*, h. e. in negociô aliqvô religionem concernente.) Utuntur voce דָּת qvæ generaliter vel נימוס *legem* vel מנהג *conſvetudinem* ſignificat, notante *R. Nathane* in Concord. Sic de conſvetudine accipit etiam *Aben Eſra*, provocans ad lingvam Arabicam. Adeòq; tàm profanis competit ſtatutis ac edictis, qvale erat illud de interficiendis Magis ac Ariolis, *Dan. II, 9. 13. 15.* Item qvalia erant Medôrum ac Perſarum ſtatuta perennia, *hôc ipſô cap. v. 9. 13. 16:* qvàm legibus ſacris aut Eccleſiaſticis *Eſr. VII, 14. c. XII, 21. 25. 27. & h. l.* Proindeq; cùm ſcirent hi homines, Danielem religionis ſuæ, ut & ceremoniarum Judaicarum eſſe ſemper obſervantiſſimũ, cujus etiam fidei ſuæ haut dubiè libertatem dudum conſecutus fuerat apud Regem; idcircò excogitant aliqvid, qvod non directè feriret hanc Danielis religionem, (Id namq; Darius non admiſiſſet;) ſed qvod obliqvè ſaltem eidem contrariaretur; adeò, ut Rex animadvertere dolum non poſſet, ceu ſeqvetur.

Poriſmata ex Verſu V.

1. Egregia laus eſt, tantâ in officiô ſuô agere fidelitate, ut nihil inde criminis aut vitii exſculpi poſſit, adeò ut hoſtes etiam deſperent de expugnatione vel corruptione per ſpem lucri, per munera, per cognatorum invaſiones clanculareas, &c. Benè *Plinius* in Paneg. Trajani: *Diſcimus experimentô, fideliſſimam eſſe cuſtodiam Principis ipſius innocentiam: hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimentô non egere, &c.*

2. Immo-

Digitized by Google

2. Immota ſit & inexpugnabilis *in religione* conſtantia, ita ut extrema etiam omnia experiamur, anteqvam in præjudicium ejus admittamus qvicqvam. Videantur Moraliſtæ *ad I. Præceptum* de Zelô.

3. Odiorum erga pios continuatio, viarum nocendi omnium pertentatio, optimorum in peſſimum finem raptatio, neminem à pietate avocent; idem namq; ante nos expertus Daniel, David, alii. Nunqvam enim qvieſcere poteſt impiorum neqvitia *Pſal. I. X. XII. XXXVII. Eſa. LVII, 20. 21.*

אֱדַיִן סָרְכַיָּא ואחש׳ אִלֵּן הַרְגִּשׁוּ עַל־־מַלְכָּא VERSUS VI.

Tunc Principes & Satrapæ ſurripuerunt Regi.) Conſultationem privatam nunc ſubſeqvitur (*b*) publica conſilii apud Regem expoſitio, ubi proponentes progredi videmus eos, qvi in regnô erant præcipui, duos ſcil. Eparchos, (Danielem datâ operâ domi reliqverant,) unà cum ſatrapis cæteris 120. Proponendi modus non carebat ſolennitate ſuâ ſingulari, qvippe הַרְגִּישׁוּ *convenerunt gregatim & cum ſtrepitu*, (ut *v. 11. 15.*) qvomodo eandem hanc radicem legimus, *Pſ. II, 1.* in Textu Ebræo: *qvare* רגשו *tumultuatæ ſunt gentes?* Item nomen רֶגֶשׁ Pſ. LV, 15. *Ibamus* ברגש *cum turmâ*: Et Pſ. LXIV, 3. מֵרִגְשַׁת *à ſtrepitu operantium iniqvitatem*, unde etiam Chaldæi aliàs verbô hôc utuntur locô Ebræi המם & חום *perſtrepere*, *Ruth. I, 19. Pſ. LV, 3. 18. Pſ. XLII, 6. LXXVII, 4.* Item per רָעַשׁ *commotus fuit*, Pſ. LX, 4. &c. Hinc AbenEſra explicat per התחברו *conſociarunt ſe*, & R. *Saadia* ait, denotari קבוץ *congregationem*. Item de tumultuosâ aggregatione exponit Lud. de Dieu *in Anim. ad h. l.* Patet hinc, armatas qvodammodò has fuiſſe preces, qvas non adeò facilè Rex potuit repudiare. Unde colligimus, alienum eſſe Vulgati illud: *Surripuerunt*: Siqvidem cauſa oſtenditur, cur Rex eò faciliùs hoc ſuppeditatum admiſerit conſilium, videlicet qvia tantâ cum ſolennitate, tantôq; Procerum conſenſu, (cui refragari fuiſſet durum, nec ſine periculô,) id ſibi inſinuari cernebat. Neq; etiam hîc adhærere poſſumus R. Salomoni, exponenti hoc modo: מִשְׁמְשׁוּ על המלך *palpando velut explorarunt Regem*; id namq; veluti probatum fuit ſuperiùs, ab uſu verbi רגש alienum.

רגש

וְכֵן אָמְרִין לֵהּ דָּרְיָוֶשׁ מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי:

Et ſic locuti ſunt ei: Dari Rex, in æternum vive!) Nunc verba ponuntur propoſitionis formalia, in qvibus (א) præmittitur conſveta ſalutatio, de qvâ *c. II, 4. c. III, 9. V, 10.*

אתיעטו

Digitized by Google

אתיעטו כל סרכי מלכותא וגו׳

VERSUS VII.

Conſilium inierunt omnes Principes Regni, Magiſtratus & Satrapæ, Senatores & Judices.) Salutationem excipit (ב) narratio facti, qvomodo ſcil. (1.) proceres Regni tanqvam autores, (2.) conſultando decreverint, ut (3.) emanaret edictum de non poſtulando, &c. Autores ſiſtuntur omnes סרכי *Eparchi*, (qvorum tres commemorantur *v.2.* & cùm tertius videlicet Daniel defuerit, ſtatim ſe prodit mendacium) סגניא *Antiſtites*, (vide *cap.II, 48. c. III, 20.27.*) Satrapæ, (de qvibus *cap. VI, 1.*) הדבריא *Gubernatores*, (*cap. III, 24. 27. IV, 33.*) ופחותא & *Principes*, de qvibus *cap. III, 2. ſeqq.* Qvæ ipſa tot ordinum conſenſio cùm Regi objicitur, ſimul expugnare debuit ejus animum, ne qvicqvam contra hiſcere auderet, niſi ſolus omnium in ſe convertere vellet indignationem. Factum horummet exprimitur verbô אתיעטו *conſultarunt*, h.e. rebus omnibus, diu, providè, ſalubriter, ultrò citròq; expenſis in eam delapſi ſunt ſententiam, dignitatem tuam regiam, tantâ nuper acceſſione auctam, commodiùs ſubditorum animis inſinuari non poſſe, qvàm ſi peculiari qvâdam munificentiâ qvàm proximè adſcendas ad Deorum naturam atq; beneficia. Ab Ebræo יעץ *conſilium iniit*, eſt hocce verbum Ethpael אתיעט activum habens ſignificatum, cujusmodi plura apud Syros Chaldæosq; reperiuntur, ſicut videre eſt in Dilherri *Eclog. p. 471.* & Lud. de Dieu *Gram. Harm. p. 176.*

לקימא קים מלכא ולתקפה אסר

Ut decretum Imperatorium exeat & edictum:) Effectus, (vel ſi mavis) objectum conſultationis habitæ eſt promulgatio edicti novi, qvod appellatur קים מלכא *ſtatutum Regis*, h.e. regium, vel juxta Vulgat. *imperatorium*, (à קום *ſtando*, eò qvòd firmiter contra omnes exceptiones & tergiverſationes debeat *perſtare;*) item אסר *edictum conſtringens*, (à Rad. אסר *ligavit, vincula injecit,*) qvod ipſum nomen non niſi *in hoc cap.* Danielis legitur, alibi verò uſurpatur etiam pro *obligatione*, ut *Num. XXX, 3.6. &c.* Nec non prô *zonâ* vel *cingulô* apud Rabbinos. Facilè autem docet contextus, tale hîc deſiderari edictum, qvod conſtringat univerſos atq; ſingulos ſubditorum, cujuscunq; etiam fuerint ordinis, ætatis ac conditionis, idq; ſub comminatione gravi, cum animadverſione vel obſervatorum conſtitutione accuratâ, ne ullibi evadendi rima concedatur ulli, &c. Qvapropter etiam

Digitized by Google

iam duo adhibentur verba, לְקַיָּמָה *ad ſtabiliendam*, & לְתַקָּפָה *ad corroborandam*, qvorum utrumq; opponitur mutabilitati aut transgreſſioni impuni, adeòq; pro fundamentô ſupponit invictam autoritatem regiam. Vide de verbô תְּקֵף *fortis fuit*, cap. IV,8.19. V,20. Romani aliàs dicebant hoc; *facere legem ſacratam, perpetuam, immutabilem*; qvam ad rem certa reqvirebatur forma.

דִּי כָל־דִּי יִבְעֵא בָעוּ מִן כָּל־אֱלָהּ וֶאֱנָשׁ וגו׳

Ut omnis, qvicunq; petierit aliqvam petitionem à qvocunq; Deo vel homine.) Summa hæc eſt vel tenor mandati promulgandi, de implorando ſcil. nullius niſi unici Darii auxiliô, ad certum tempus, ſub pœnâ certâ. (α) *Perſonæ*, edictô hôc adſtrictæ, ſunt *omnis petens petitionem*; h.e. qvicunq; vel ex neceſſitate, vel liberâ voluntate, aliqvid, tanqvam ſibimet inſufficiens, deſiderare verbis velit aut cogatur ab aliô. Verbum nimis generale eſt בְּעָא *qvæſivit*, (v.g. aliqvem ad interficiendum, *Dan. II,13.&c.*) item verbis ſubmiſſis *rogavit* v.g. à Rege *cap. II,16.49.* vel à Deô ipſô *v.18.* qvæ ipſa poſterior acceptio rogationis, ſatis confirmatur adjectô verbali nomine בָּעוּ *petitionem* (qvi petierit,) puta alicujus momenti; non enim veroſimile eſt, res ludicras exiguive pretii vi edicti hujus à Rege ipſô petendas fuiſſe, v. g. qvando æger afferri ſibi potum, qvando cliens ab advocato petiit cauſidicinam, frater à fratre denarium panemve mutuum, &c. De cæterô omnes ſive magnates, ſive pauperes, ſive indigenæ, ſive extranei, ſive politici, ſive clerici, (ut nunc vocantur,) comprehendebantur ſub hôcce vinculô. (β) Actio ſub mandatum hocce cadens, eſt, uti diximus, *petitio*, h.e. interioris deſiderii apud alterum explere valentem dilucida expoſitio, ſive rei cupitæ per verba decentia poſtulatio. (γ) Subjectum, ad qvod ea dirigi debebat, erat unus Rex Darius, ſecluſis omnibus ſive Diis ſive hominibus: qvô ipſô tùm munificentiam, tùm majeſtatem divinæ ſimillimam, haut dubiè inſidioſi hi conſiliarii commendare voluerunt ſubditis, ideò, ut in novis provinciis tantò pronior conſtantiorq; erga novum caput conciliaretur affectus, &c. *Jarchiades* hæc ponit: ut reverentur Regem ſaltem per menſem integrum, maneretq; iis character iſte cultûs hujus per omnes vitæ dies. Qvàm impium verò ſtultumq; hoc fuerit inſtitutum, nemo non videt, dum Deos etiam proprios debitô privare voluerunt honore, modò Daniel ſuô ſic excideret gradu. Imò ſic ægris, puerperis, feliciter nubere, navigare

בעא

Digitized by Google

vigare, aut aliud qvid agere volentibus, præciderunt ordinarium invocandi Numen remedium, cùm tamen in iisdem rebus frivola fuiſſet Regis imploratio. Sanè, ut *Salianus* ait, iniqva hæc lex, Domini apud famulos, principis apud ſubditos, mariti apud uxorem, patris apud filios jura ac autoritatem tamdiu ſuſpendebat, &c. Nihilominus cùm caro hominis ad Deitatis affectationem, inde ex paradyſô ſit proclivis, cùm Regibus etiam inprimis id ſit infeſtum vitium, ceu ſuprà Nebucadnezaris docuit ſtatua. Cùm Satrapæ haut dubiè prætenderint, ſe provincialium perſpectos optimè habere mores, qvid ad obtinenda obſeqvia conducat vel maximè, faciliùs à Rege aliàs non adeò malô maligni hi homines obtinuerunt aſſenſum, qvem, ſi rectè ſapuiſſet, largiri nunqvam debuiſſet. Diverſô planè modô hæç commemorat Joſephus *l.X. Antiqv. Jud. cap. ult.* ac ſi per 30. dies populo fuerit data intermiſſio, qvibus nec ab ipſô nec à qvoqvam hominum aut Deorum qvicqvam precari licuiſſet: Verùm clara hîc eſt litera, qvæ per particulam לָהֵן *niſi*, petitionem omnem, ſecluſis reliqvis, ad unam reſtringit Regis perſonam. (δ) Determinatio temporis erat *dierum 30.* qvia namq; prævidebant ipſi, ineptias has diu continuari non poſſe, reſtrinxerunt ad tempus menſtruum; qvale ſpatium 30. dierum impendebatur aliàs fletui ſeu luctui publico, v. g. ob Aaronem, *Num. XX, 29.* & ob Moſen, *Deut. XXXIV, 8.* Qvale etiam tempus inſumebatur deprædatione caſtrorum Holofernis *Judith. XV, 13.* Aliqvandiu itaq; Regem hunc adhuc vivum æqvare Diis voluerunt, ut Majeſtas ipſius tantò grandior appareret ſubditis, qvô ferè ſenſu *Horatius* de Auguſto: *Præſenti tibi maturos largimur honores, Jurandasq; tuum per nomen ponimus aras.* Et *Virgil.* in Georg. *In mediô mihi Cæſar erit, templumq; tenebit.*

יִתְרְמֵא לְגֹב אַרְיָוָתָא׃ *Mittatur in lacum leonum.*

Eſt hæc (ε) pœna transgreſſoris, dilaniatio ſcil. ab immaniſſimis beſtiis, ad regias fortè delicias in locô certô concluſis, qvi ipſe locus
גב appellatur גֹּב *fovea*, qvæ vox aliàs pro Ebræô בּוֹר *ciſterna* uſurpari ſolet, uti conſtat ex *Prov. V, 15. Pſal. CXLIII, 7. Jer. II, 13.* Radix eſt גָּבַב *tollere*, item *conqvirere, colligere*, &c. D. Franzius *orat. 147. de Interp. Scr. p. 916.* conjicit, leones fuiſſe aſſervatos prope murum arcis in areâ profundiore, ſicut circa munitiores urbes licet reperire ſimiles excavatas oblongas & circulares foveas, Stadt- oder Schloßgräben; Verùm obſtat ſaxi ante oſtium obvolutio, Regis introſpicere non valentis

Digitized by Google

lentis interrogatio, hoſtium Danielis per tela modosve alios metuenda læſio, &c. *Grotius* ait, cavum hoc tam profundum fuiſſe ac præceps, ut inde leones aſcendere neqvirent. *Sanctius* appellat leonum ſtabulationem, ubi nutrirentur ad ludos Circenſes, vel ad ſontium ſupplicium. Qvanqvam verò inter ſupplicia gentilium ſatis etiam freqventata fuerit reorum in theatrô dilaceratio, dum objicerentur illic leonibus, urſis, tigribus, &c. veluti de Chriſtianis commemorat Euſebius *l. 8. Hiſt. Eccl. c. VII. 21. 24.* Tertull. *in Apolog. & Exhortat. ad pœnit.* Cyprianus *Ep. V. ad Cornel. Papam.* &c. hic tamen diverſa fuit ratio, ſiqvidem nemo adfuit ſpectator, neq; etiam ſpectandi fuit commoditas, cùm omnia ſuperiùs & circumcirca fuerint occluſa, adeòq; pabuli ſolùm locô intruſi qvandoq; facinoroſi, qvomodo de objectis Draconi *in Additam. Daniel.* Item in fabulâ de Andromedâ, de Diomede Thraciæ, &c. Qvoad modum immittendi videantur, qvæ de verbô יִתְרְמֵא *projiciatur*, jam annotavimus ſuperiùs *cap. III, 6. 15. 20. ſeqq.* Adeòq; niſi præceps deturbatus fuit Daniel, (ex qvô ipſô caſu aliàs ſeqvi potuiſſet crurifragium aut luxatio,) veroſimile eſt, eundem per laqveum fortè demiſſum eſſe: Nam aditus ille vel oſtium, per qvod intrudebatur Daniel haut dubiè eminentius fuit, qvàm ut ſaltu eò potuerit leo pertingere.

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Non omnis conſultantium multitudo, (ſub cujus tamen umbone multæ ſæpiùs venditantur neqvitiæ,) præſumtionem habet veritatis & juſtitiæ, id qvod in materiâ de *Conciliis* deduci ſolet latiùs.

2. Non omnia Magiſtratûs edicta pro fundamentô habent pietatem & juſtitiam. Qvapropter *usq; ad aras.* Subditis qvibusvis hoc dictum: *Oportet Deo pliùs obedire, qvàm hominibus,* Actor. V, 29. Qvod ſi itaq; contra Dei honorem directè aliqvid exigatur, velut hôc locô, invocationis intermiſſio, toleranda potiùs ſunt extrema qvævis, qvàm Magiſtratui obſeqvendum.

3. Doloſiſſimi ſæpè adhibentur prætextus ad circumveniendos alios, qvibus præcipuè ineſcari ſolent ii, qvi propriô honore vel ambitione cum Dariô dementantur. Exploranda igitur cautiſſimè adulantium inſtituta, utut in Deorum numerum te videantur illi collocare velle.

4. Nemo hominum ſibi ſoli ſufficit, qvin multa qvotidiè tùm ab

Digitized by Google

aliis, tùm inprimis à Deô contendere cogatur. Dominus, utut imperet, carere tamen neqvit infimi calefactoris ope, &c. Referri huc etiam poteſt invocationis ſeu *precum neceſſitas ac aſſiduitas*.

5. Pœnæ transgreſſoribus legum humanarum non ſint inhumanæ aut beſtiales, qvalis hôc locô beſtiarum laceratio.

כְּעַן מַלְכָּא תְּקִים אֱסָרָא וְתִרְשֻׁם כְּתָבָא

VERSUS IIX. *Nunc itaq; Rex confirma ſententiam, &c.*) Ultimum hoc eſt petiti procerum membrum, videlicet (א) ſolennis conſilii jam ſuggeſti approbatio, inq; publicum emanatio, ſeu promulgatio. כְּעַן *nunc*, poſtqvam Statuum conſenſum cognoviſti unanimem, (vide de particulâ hâc temporis *c. III, 15. c. IV, 34. V, 12. 16.*) tuum erit, *ô Rex*, אֱסָרָא *edictum bocce ligans* (v. 7.) *ſtatuminare*, (aſſenſu ac approbatione publicâ,) imò כְּתָבָא *ſcriptum* etiam *exarare*, ita ut per intimationes aut programmata paſſim affixa hoc cuilibet innoteſcat, & nemo ſuam prætendere poſſit ignorantiam. De verbô רְשַׁם *conſignavit*, videatur *c. V, 24. 25.*

דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה *Ut non immutetur.*

Non contenti ſunt vulgari qvâdam præceptione, qvomodo v. g. exiguntur tributa, aut intimantur leges veſtiariæ, &c. verùm autoritatem deciſo ſuo conciliari volunt talem, qvæ ſit planè irrefragabilis: *qvod non* לְהַשְׁנָיָה *iterare* ſeu immutare, ſcil. poſſit qvisqvam. Per enallagen enim conſvetam Infinitum ponitur pro finitô. De verbô שְׁנָא *mutatus fuit*, (& in Aphel אַשְׁנִי *mutavit*,) actum c. III, 27. *veſtes eorum non ſunt mutata*: & v. 28. *verbum Regis* שַׁנִּיו *mutaverunt* vel transgreſſi ſunt. Adeoq; & hîc non modò transgreſſio delinqventium, ſed & ſancientis ipſius immutatio prohibetur, veluti colligitur ex *Eſth. I, 19. & c. IIX, 8.* ſcriptura nomine Regis ſcripta & annulô Regis obſignata אֵין לְהָשִׁיב *revocari non poterat*.

שׁנא

כְּדָת־מָדַי וּפָרַס דִּי־לָא תֶעְדֵּא׃

Qvod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, &c.) Vulgata alium hîc ſubminiſtrat qvodammodò ſenſum, cùm in fontibus determinetur norma, ſecundùm qvam concinnari hoc edictum debeat, videlicet כְּדָת *ſecundùm ſtatutum* vel legem *Medorum Perſarumq;, qva non* תֶעְדֵּא *intercidit*. Cùm itaq; Chaldæi nunc ſubjecti eſſent Medis Perſisq;, omninò & hi edictô hôc aſtringebantur. Vocem דָּת *lex*, vidimus proximè

ximè *v.5.* verbum עֲדָא idem eſt ac, *pertranſiit*, (qvomodo odor ignis vestimenta *cap. III,27.*) Item *ablatus fuit*, qvomodo auffertur ab aliqvo regnum *cap. IV,28. VII,14.* qvô poſteriore modô & hîc accipitur, ita, ut omnis abrogatio, inhibitio aut immutatio fuerit præcluſa, poſt-qvam ſemel Rex ſolenniter edictum aliqvod Statuum Regni promulgaſſet. Facit hûc qvod Diodor. Siculus *l. 17. Biblioth. f. m. 510.* refert, Perſas mutare leges à ſe latas neqviviſſe: Nam cùm Darius Charidemum Athenienſium Ducem ob loqvendi libertatem apprehenſum baltheô, ex lege Perſarum addixiſſet morti, irâ mox ſedatâ, letô eum eripere non potuit, qvod exemplum h. l. citat *Sanctius* & ex eo Salianus *A. M. 3516. f. 453.* Qvanqvam ſi autorem ipſum inſpiciamus, ſermo illic ſit de morte jam illatâ, qvam Darius infectam reddere non poterat, utut vellet: qvod ipſum ad ſtatutum illud parùm qvadrat, verùm mortis potiùs ſemel illatæ probat immutabilitatem. עדא

Poriſmata ex Verſu IIX.

1. A Regibus Principibusq; meritò petenda deciſorum approbatio, ne unius alteriusve procerum avaritiæ ac ambitioni expoſitæ ſint ſubditorum fortunæ ac honores, ſi pro lubitu ac absq; Principis præſcitu concederetur illis edictorum confectio.

2. Ingens humani generis eſt beneficium, *ſcriptô* conceptûs ſuos communicare poſſe aliis abſentibus, qvàmplurimis, valdè diſſitis, planè, conſtanter, in multos annos, &c.

3. Dedecus eſt ingens, toties *immutari* ac recudi reſcripta aulica, qvæ modò hanc, modò aliam coguntur induere formam, pro ratione implorantium, magis minusve donantium, hos illosve Patronos in hôc aliôve Collegiô corrumpentium, &c.

כָּל־קֳבֵל דְּנָה מַלְכָּא דָּרְיָוֶשׁ רְשַׁם כְּתָבָא וֶאֱסָרָא׃

Porrò Rex Darius propoſuit edictum & ſtatuit.) Poſt procerum & conſultationem *v. 5.* & propoſitionem *v. 6. ſeqq.* ſeqvitur nunc (*c*) Regia petiti confirmatio annexa præcedentibus per particulas כָּל קֳבֵל דְּנָה *qvapropter*, (qvas minùs commodè *Vulgat.* reddidit *porrò*;) de qvibus ipſis vide *c. II,12. 24. III, 7. 8. 22.* Actus Regi tributus effertur verbô רְשַׁם *ſcripſit*, objectum autem eſt כְּתָבָא וֶאֱסָרָא *ſcriptum & edictum*, h. e. eô modô, ut petierant proceres, ſcribi decretum mandavit, ſuâq; poſtmodum ſubſcriptione approbavit. Haut du- VERSUS IX.

 biè

biè permovit hoc Regem, qvod ſic ſubditos citiùs abnegaturos ſuos Deos, qvàm ſe Regem ſuum offenſuros, crederet.

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Sicut periculoſum eſt diu cunctari, ita ab alterâ qvoq; parte in arduis nimis præcipitare, facilèq; aſſentiri. Si Rex ſpatium deliberandi poſtulaſſet, atq; cum unô ac alterô, præſertim Daniele, ſibi alioqvin ſatis charô, familiari ac exploratô eâ de re priùs contuliſſet, haut dubiè inſigni hôc liberari potuiſſet errore. Diſcant hinc & juvenes & ſenes, & perſonæ publicæ & privatæ, ne qvod ſub primum placet aſpectum, mox etiam approbent ſine præviô examine debitô: fucus enim nimis crebrò deformi qværitur vultui aut cauſæ.

2. Facilis qvidem eſt nominis ſubſcriptio, at difficillima non rarò ſubſcriptionis ſemel factæ conſeqventia. Sic namq; reum ſe qvis facit omnium, qvæ ſcriptô illô continentur. Videre hoc eſt in ſubſcriptionibus ſupplicationum, item confeſſionum, conjurationum, confœderationum, &c.

וְדָנִיֵּאל כְּדִי יְדַע דִּי רְשִׁים כְּתָבָא

VERSUS X. *Qvod cùm Daniel comperiſſet, (conſtitutam legem.)* Vidimus hucusq; periculi occaſionem, nec non adverſariorum in procurandô fervorem; ſeqvitur nunc *(3) Danielis* in ſubeundô illô animoſitas. Ubi rurſus notanda (1) Temporis circumſtantia, *poſtqvam* יְדַע *ſciviſſet*, ex fide dignorum ſcil. vel amicorum, vel miniſtrorum relatione, דִּי רְשִׁים *qvod conſignata* eſſet *ſcriptura*, ſive Regem jam penitùs deſcendiſſe in procerum ſententiam, & ipſò actu decretum eſſe promulgatum. Vocem רשים Lutherus reddit: unterſchrieben were. Vide sîs ſuprà *verſ.8*.

עַל לְבַיְתֵהּ וְכַוִּין פְּתִיחָן לֵהּ בְּעִלִּיתֵהּ נֶגֶד ירוש׳

Ingreſſus eſt domum ſuam, &c.) En (2) locum, tùm generalem *domum* ſcil. ſeu palatium Danielis, qvale decebat tantum Principem pro tot miniſtris, nec non pro ratione honoris adeò ſplendidi apparatum, tùm ſpecialem; videlicet *cœnaculum ejusdem*, dictum עִלִּית ab altitudine, qvorſum adſcenditur, (radix namq; eſt עלה עליה *adſcendit*, unde Ebræorum עֲלִיָּה *cœnaculum)* qvale memoratur *Judic. III, 20. 23.* qvòd Ehud ſederit in cœnaculô æſtivô, cui erat veſtibulum, fores, &c. Item *2. Reg. IV, 10.* ubi de cœnaculô Eliſæ parvô.

Confer

Digitized by Google

Confer *2. Sam. XIIX, 23. 2. Reg. I, 2. Jer. XXII, 13. 14.* Item *Tob. III, 10. Jud. IIX. & IX. Actor. I, 13. 14. & cap. X, 9.* ubi de orantibus in ſuperioribus ædium partibus. Unde colligitur, Oratorium Danielis, non fuiſſe in ædium pavimentô, vel conclavi qvôdam inferiori, neq; etiam in ipſô domus tectô, verùm in ædium parte elatiore, qvalia apud nos ſunt atria vel tablina: in qvô ipſô ſimul cœnaculô inſuper memorantur כַּוִּין פְּתִיחָן *feneſtræ apertæ verſus Jeruſalem*; h. e. delegerat ſibi Daniel eam ædium plagam, qvæ verſus Hieroſolymam erat ſita, nimirum occidentalem, ſiqvidem Mediæ occidentalis eſt urbs ſancta: Proindeq; memor fuit tùm patriæ ſuæ, utut in dignitate ſummâ floreret tantus Vir inter Perſas Medosq;, tùm templi, qvorſum pro ratione umbrarum V. T. vertenda erat facies, *Deut. XII, 11. 1. Reg. IIX, 33. 34. 48.* tum Meſſiæ, cujus typus erat templum unà cum arcâ fœderis, &c. tum exempli Davidis aliorumq; ſanctorum, arcam verſus adorantium *Pſal. V, 8.* qvam in rem plura de Judæorum ad terram ſuam, urbem ſanctam, inq; eâ ad templum & in hôc ad ſanctuarium converſione, ſuppeditavit Seldenus *l. 3. de Synedr. p. 427. ſeqq.* Neqvaqvam verò feneſtras aperuit Daniel hypocritarum more, ut ſingularem de ſe pietatis apud vicinos ſpectatores concitaret famam, *(Matt. VI, 5. ſeqq.)* Verùm, ut conſpectu cœlorum tantò fortiùs avocaretur à terreſtribus, vel vox פְּתִיחָן *apertæ*, murariorum lapidicidarumve exprimit operam, qvod foramina in murô illô *aperuerint* verſus Jeruſalem; qvomodo eaſdem haſce binas voces in paraphraſte reperies, *1. Reg. VI, 4. de feneſtris templi patentibus intrinſecus.* Atq; ſic ſenſus eſſet, murum iſtius cœnaculi non fuiſſe prorſùs ſolidum, ſed certas in eôdem relictas aperturas liberioris cauſâ aëris, ſicut in ejusmodi fieri ſolet locis ferventioribus, ubi ventis pervia æſtimantur conclavia, aliter ac apud nos occidentales. Confer ſi lubet Clement. Alex. *lib. VI. ſtrom.* Vox alioqvin כַּוָּא denotat *feneſtram*, è qvâ proſpectus datur, v. g. in arcâ Noachi *Gen. IIX, 6.* Vide *Zeph. II, 14. Ezech. XL, 16. Prov. VII, 6. Cant. II, 9.*

וְזִמְנִין תְּלָתָא בְּיוֹמָא הוּא בָּרֵךְ עַל־בִּרְכוֹהִי וּמְצַלֵּא וּמוֹדֵא
קֳדָם אֱלָהֵהּ

Et tribus temporibus in die flectebat genua ſua, &c.) Seqvitur (3) Danielis actio: עַל *ingreſſus eſt* domum ſuam, cùm ſcil. in aulâ conſvetum obiiſſet ſuum negotium, vel hujus etiam periculoſi

decreti

decreti cauſâ feciſſet facienda, adeoq; re infectâ tandem videret factionem adverſantium obtinuiſſe, ac deſperatis rebus omnibus ſubſignationem eſſe facta, *abiit domum* peracturus ibi, qvæ exigebat pietas, inſuper habitis cunctis hiſce obſtaculis novis. Deindè בָּרֵךְ *benedixit* עַל בִּרְכוֹהִי *ſuper genibus ſuis*, i. e. Deum ſubmiſſè ob beneficia ſibi exhibita innumera, celebravit; qvomodo hoc ipſum בָּרֵךְ vidimus c. II, 19: *Tunc Daniel benedixit Deo cœli*, & v. 20. *ſit nomen Domini benedictum*. C. IV, 31. *Excelsô* בָּרְכֵת *benedixi, & viventem in ſecula laudavi.* Faciebat autem hæc Daniel *geniculans*, honoris nimirum ſubjectiſſimi teſtificandi cauſâ, cujuſmodi exempla ſunt *2. Sam XIX, 18. 2. Reg. I, 13. Matth. XVII, 14. Marc. I, 40. X, 17. Eſa. XLV, 23.* Actui huic benedictionis adhærebat inſuper invocatio: וּמְצַלֵּא *& orans* ſcil. erat, nimirum pro bonorum ſibi neceſſariorum collatione, nec non malorum ſive præſentium ſive imminentium ablatione; qvomodo ſemel adhuc vocem hanc reperimus, Eſr. VI, 10. *ut ſint* מְצַלַּיִן *orantes pro vitâ Regis.* Alias à Chaldæis, hoc צַלִּי *orare, precari*, (unde *Maſſalianorum* continuò orantium nomen qvoq; traxit originem,) ponitur pro Ebræô הִתְפַּלֵּל *oravit*, קָרָא *clamavit*, שִׁוַּע & צָעַק *vociferatus fuit*, &c. ut *Pſal. IC, 6. Geneſ. XII, 8. Exod. IIX, 12. &c.* Deniq; apponitur etiam confeſſio: וּמוֹדֵא *& confitens* erat, putà debita ſua; qvâ ratione aliàs opponi ſolet criminum palliationi Prov. XXIIX, 13. *qvi tegit ſcelera ſua, nunqvam aget proſperè:* וּמוֹדֶה *at confitens & deſerens, miſericordiam conſeqvetur:* vid. illic annotata, ut & qvæ infrà ſeqventur *Dan. IX, 4. ſeqq.* ubi egregia tùm propriorum, tùm populi delictorum confeſſio habetur. (Radix eſt יְדָה *confeſſus eſt palàm.*) Hâc ratione egregiè deſcribitur Danielis ſacer cultus ratione Dei, qvem *celebravit*, & ratione ſui, cui *precatus eſt* bonorum præſentiam & *deprecatus* malorū *confeſſorum* veniam. Vel obſervavit Daniel in ſuis precibus confeſſionē tàm laudis qvàm fraudis, & prætereà invocationem divinæ gratiæ vel favoris. Non negamus tamen, etiam de *confeſſione laudis*, vel publicâ divini nominis celebratione ipſum hoc מוֹדֵא adfuiſſe ſuprà *c. II, v. 23.* Qvapropter inſolens haut foret, ſimili in ſenſu & hìc accipere, niſi diſcrimen modò memoratum ſtaret pro acceptione alterâ. Hæ ipſæ autem actiones ſacræ iterum determinantur ratione temporis, qvod זִמְנִין תְּלָתָה *temporibus* ſive *vicibus tribus* בְּיוֹמָא *in die iſtô*, (א enim Emphaticum hìc otioſum non putabimus, cùm indefinitè mox mentio fiat dierum ab initiô lapſorum) à Da-

à Daniele fuerint abſolutæ, videlicet tùm tempore ſacrificii jugis matutini, tùm veſpertini, tùm tempore meridianô: Oravit ante laborum inchoationem, poſt eorum abſolutionem, nec non in mediô laborum curſu, ſeu meridianæ refectionis interſtitiô, tàm ante qvàm poſt ſumtos cibos. Atq; ſic de matutinis, meridianis, veſpertinisq; horis etiam *Hieronymus*. Sic etiam horâ diei tertiâ orabant Apoſtoli *Act. II, 2.* horâ itidem nonâ *cap. III, 1.* nec non ſextâ *cap. X, 9.* Oravit Daniel *manè*, anteqvam ad aulam prodiret: *meridiè* cùm domi pranderet, exemplô Joſephi, Geneſ. XLIII, 16. *veſperi*, negotiis publicis peractis. Non qvòd reliqvæ diei partes omni vacaverint Dei recordatione ſuſpiriisq; piis, nec, qvòd ſuperſtitiosè certis demum horis hoc ſacrum pietatis exercitium debuerit aſtringi, non ex peculiari ſanctitatis, meriti, laudisq; affectatione; ſed ut ſemetipſum Daniel certis veluti legibus aſtringeret, ne mole negotiorum ſecularium impediretur, abriperetur ve, prout eqvidem corrupta caro ſatis eſt promta in admittendis, imò & prætexendis iſtiusmodi obſtaculis diverſis. Illuſtrari hoc poteſt triplici genere precum Judaicarum, qvas è Rabbinorum ſcriptis oſtenderunt Sam. Petitus *l. 1. var. lect. c. 10.* Joh. Buxt. *in Coſri p. 163.* Druſ. *in Præteritis*, ut & Capell. *in Spicileg. ad Actor. III, 1.* videl. prima precatio erat שַׁחֲרִית *matutina*, circa horam tertiam, altera מִנְחָה *oblativa*, circa meridiem ſive horam ſextam, tertia עַרְבִית *veſpertina*, circà nonam, &c. Harum precum meminerunt etiam ad hunc Danielis locum *R. Saadia & AbenEſra.* Comeſtor *in Hiſtoriâ Scholaſt. ad Dan. IX.* (qvâ fide, viderit ipſe,) & ex eô Lorinus *ad Act. III, 1.* *Tirinus* & *Pintus* ad h. l. ita declarant: Orabant *tertiâ* horâ, qvia data tunc eſt lex in Sinâ, (nos verò Chriſtiani, qvia tunc datus eſt Spiritus S. in feſtô Pentecoſtes,) *ſextâ*, qvia tunc erectus ſerpens æneus, (Chriſtus crucifixus:) *nonâ*, qvia tunc Petra dedit aqvas in Kades, (Chriſti latus apertum.) *Lorinus* ad *Actor. III, 1.* ſextâ horâ notat lapſum Adamum; tunc enim obambulat dæmon meridianus, ſecundùm Judæos *Pſal. XCI, 6.* Auguſtinus *in ſententiis num. 203.* Veſperi Dominus in cruce pependit, manè in reſurrectione apparuit, meridiè in aſcenſione gloriam patefecit, &c. Cyprianus *in Tract. de Oratione*, ternis his precibus Danielis Trinitatis putat indicatum honorem, &c.

כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד מִן־קַדְמַת דְּנָה׃

Sicut & anteà facere conſveverat.) Eſt hæc (4) actionum

norma. Nimirum non temerè & ex contemtu mandati regii ſuſcepta hæc fuêre, verùm כָּל־קֳבֵל דִּי *qvandóqvidem*, (vid. *cap. II, 8. 10. 40. 41. 45. cap. III, v. 29.* &c.) *fuit faciens*, vel ita facere conſveverat מִן קַדְמַת דְּנָה *ab antiqvitate hâc* (temporis,) h. e. jamdudum, qvomodo eadem hæc phraſis etiam habetur Eſræ V, 11. *extruimus domum, qvæ extructa fuit* מִקַּדְמַת דְּנָה *ab antiqvitate hâc*, vel indè ab antiqvis temporibus, *annis multis*. Nomen fœmininum קַדְמָא *antiqvitas, prioritas*, in formâ regim. vim nanciſcitur adverbii, hujusmodi exempla etiam ſunt in Lingvâ Ebræâ אַחֲרֵי *poſtqvam, &c.* Qvæſtio hîc movetur à nonnullis: an rectè fecerit Daniel, continuando haſce ceremonias externas, cùm tamen internô cultu venerari potuiſſet nihilominùs Deum ſuum, vel ſaltem in conclavi qvodam abditô ac concluſô, vel horis etiam nocturnis? qvam in rem octo argumenta improbantia adducit *Polanus*, unà cum reſolutione eorundem *p. 447. ſeqq.* qvam qvæſtionem prolixè etiam pertractat *Junius* ad h. l. Verùm breviter obſervamus, Danielem ſatis perſpexiſſe, ſe ſuamq; Religionem Edictô hôc novô peti imprimis, adeóq; hunc confeſſionis eſſe caſum, ubi in honorem Dei, ædificationem proximi ac tranqvillitatem propriam, nemo debet eſſe timidus aut verſipellis, utut extrà talem caſum in unô alterôve potuiſſet aliqvid mutari, vel hîc & nunc intermitti. Adeòq; cùm hâc vice metuendum fuiſſet, intermiſſis exercitiis pietatis conſvetis aliisq; religionis veræ notis, detractum iri in gratiam hominis honori divino, ſcandalumq; illinc oriturum confeſſionis ſuæ ſociis inſigne, iccircò animoſè ac conſtanter exeqvi perrexit ea, qvæ religio antehac juſſerat & etiamnùm jubebat, eventum committens Domino, æqvè ut ſuprà ejusdem fecerant ſocii, Dan. III, 17. ſeqq.

Poriſmata ex Verſu X.

1. Cùm in foris aulisve jam paſſim obtineat impietas, tutiſſimum eſt, cum Daniele ſe recipere ad ædes privatas, ibidemq; ſacro vacare cultui divino, præſertim ſi conſtet, nos ſtudiis viribusq; noſtris non ampliùs reſiſtere poſſe ingruenti pravitati. Facit hoc qvodammodò ad commendationem *vitæ privatæ* in depravatis ſeculi moribus, ubi ad minimum immunes ſumus de participatione à peccatis alienis, &c. Huc privatim ingemiſcentes ob ſcelerum inundationem, *Ez. IX, 4.* Item ſecedentes olim ad eremum tempore perſecutionum, nec non latitantes domi inter Papiſtas, qvando ſunt Proceſſiones idololatriciæ

tricia

tricæ, &c. item intra muſea ſe continentes, qvando ſeditioſæ oriuntur concurſationes, digladiationes, compotationes, &c. De aulicorum aliàs infelicitate videri poſſunt, qvæ affert in h. l. *Corñel. à Lapide.*

2. A precibus verôq; Dei veri cultu nulla nos prohibeant edicta vel pericula; fortiora namq; eſſe debent Creatoris mandata: *Cave tibi, ne obliviſcaris Jehovæ*, &c. Devt. VI, 12. 13: *Cùm comederis & ſaturatus fueris, benedices qvoq; &c.* c. IIX, 10. 11. *Invoca me in die tribulationis*, Pſ. L, 15. multò minùs impediant nos occupationes ordinariæ; qvis enim Daniele ac Davide occupatior? *Qvò freqventiùs oras, eò feliciùs laboras.*

3. Rigidi eſſe tenemur etiam in externô cultu, (ut h. l. in geniculatione precumq; in præſentiâ aliorum continuatione,) ut & in adiaphoris, qvando arcem fidei noſtræ peti, confeſſionemq; obliqvè ſic à nobis exigi deprehendimus; ne per indirectum cedamus Satanæ, Deiq; honoribus ac veritati agnitæ detrahamus, dum metu hominum remittimus de fervore noſtrô. Qvi nimis cauti hîc ſunt, incauti infauſtiq; nimis poſteà deprehenduntur. Qvi ſecurè viam bonam perſeqvitur, præter ſpem mirè poſtmodum eripitur: è contra qvi vult animam ſervare, perdet eam *Matth. X, 31.* Huc Exempla Adiaphoriſtarum nec non ſcripta Interimiſtica omnis generis ſuperiore ſeculô.

4. Ad adorationem pertinet delictorum confeſſio, beneficiorum, gratiæq; divinæ celebratio, nec non neceſſariorum ab eâdem ſolâ per Chriſtum petitio *1. Tim. II, 1. Phil. IV, 6. 1. Theſſ. V, 17. 18.*

5. Invocatio fieri poteſt in locô qvôlibet, in regione idololatrarum Babilonicâ, in domô privatâ, in conclavi, &c. *Volo vos precari in qvôvis locô* 1. Tim. II, 8. *Intra in conclave*, Matth. VI, 6. *Venit tempus, qvando neq; in monte hoc, neq; Hieroſolymis, &c.* Joh. IV, 21.

6. Ex converſione Hieroſolymam verſus, non ſtabilitur adoratio coram imaginibus, aut coram hoſtiâ conſecratâ Pontificiorum; neutra enim fundamentum habet in ſacris, imò illud improbatur. Vide B. Hopfneri *Saxon. Evang. p. 440. & in Tract. de cœnâ To. 2. p. 235. ſeqq.* ut taceamus alios. De converſione Chriſtianorum orantium verſus orientem vide Diſp. noſtram *de Superſtit.* De precibus in templô fuſis, an efficaciores ſint domeſticis, ſolicitus eſt Brochm. *T. 2. de Lege ſect. 5. q. 9. p. m. 109.* Balduin. *in Caſ. Conſc. p. 250.* Hutterus *in LL. Com. f. 975.* Mengeringius *in Inform. Conſc. p. 696.*

7. Elevatio oculorum cœlum verſus facta, *patentibus* præſer-

rum *feneſtris*, (*Matth. XIV, 19. Joh. XVII, 1. Actor. VII, 55.* Tertull. *in Apol. c. 24.*&c.) non infert qvalemcunq; Dei in cœlis aſpectabilibus vel incluſionem, vel à terrâ abſentiam: Verùm de elevatione mentis, ejusdemq; à terreſtribus abalienatione nos monere debet, *Col. III, 1.* qvorſum etiam antiqva in ſacris formula: *Surſum corda!*

8. Oratio qvanqvam debeat eſſe aſſidua (*1. Theſſ. V, 17. Rom. XII, 12. Luc. XIIX, 1.*) alligari tamen nihilominùs poteſt ad certa anni, menſis, ſeptimanæ, dieiq; tempora ac horas: ſicut Daniel ter de die adoravit, ita ad minimum tribus in die vicibus debemus & nos adorare ordinariè ſolenniterq;, dum cubitu ſurgimus, dum cubitum imus, dum cibis corpus reficimus: atq; proinde nec occupationum moles, nec interpellantium freqventiâ nos impedire debent in debitis Deo ſervitiis præſtandis. Imò obſervandi etiam ſunt in mediis officii functionibus devoti intercurrentes ad Deum gemitus, aut preces jaculatoriæ, ubi ſuſpirando ejus imploratur gubernatio, ubi pro receptis beneficiis aguntur gratiæ, &c. Nimirum, ut epiſtola habet *Bernhardi* ad fratr. de Monte Dei: *Hauriendus eſt ſæpè de lectionis ſerie affectus, & formanda oratio, qvæ lectionem interrumpat, & non tam impediat interrumpendo, qvàm puriorem continuò animum ad intelligentiam lectionis reſtituat.* Huc exemplum Davidis: *Mediâ nocte ſurgo ad celebrandum Te, &c.* Pſal. CXIX, 62. *Veniens ante Te in ipſo crepuſculo, ut vociferer* v. 147. *ſepties qvotidiè laudo Te de judiciis tuis juſtis*, v. 164. ſic Pſal. LV, 17. 18. *Veſperè & manè, atq; meridie meditabor*, Pſ. LXIII, 7. *recordor tui ſuper ſtrata mea, in vigiliis meditor de Te.* Sic ipſe Salvator in precibus pernoctavit, *Luc. VI, 12.*

9. De *horis Canonicis* benè *Coppenius* ad Pſal. V, 4. *Has improbamus, non qvatenus ſunt ordinariæ, ſed mercenariæ & meritoriæ; & dum ſunt, qvod non eſſe debent, nec ſunt, qvod eſſe putantur*, &c. De qvâ materiâ videantur B. Höpfnerus *Sax. Ev. p. 565.* B. Gerhard. *Par. I. Diſp. Academ. p. 1056. & ſeqq.* D. Danhauer. *T. 1. Hodomor. Pap. p. 1298.* D. Brochm. *T. 2. LL. de Invoc. qv. 4.* Rivetus *T. 1. Cath. Orth. p. m. 543.* Giſb. Voët. *T. 3. Diſp. ſelect. p. 1056.* Wolff. *ad Nehem. f. 85.* & ex Pontificiis Fernand. *Th. Mor. p. 685.* Caſalius *de Ritibus Eccleſiaſt. f. 200.* Caſſetta *Spec. Eccleſ. par. I. p. 189.* Svarez. *T. 2. de Rel. f. 165.* Azorius *T. 1. Moral. 935. ſeqq.* De horis Græcorum modernorum Canonicis videatur Angelus *de Eccleſiâ Græcâ p. 138.* & de qvinis Turcarum precationibus per diem, Hornbeck *de Controv. Relig. p. 151.* Cotovicus *Itiner. p. 440.*

10. Ge-

Digitized by Google

10. Geſtus in precando ſint modeſti atq; ad humilitatem qvàm maximè compoſiti, velut h. l. procubitus in genua, qvi Salomoni *1. Reg. IIX, 54.* imò ipſi etiam Salvatori fuit probatus, in olivetô atq; alibi. Apud veteres tamen Chriſtianos uſu receptum erat, diebus Dominicis & totô eô tempore, qvod à feſtô Paſchatis ad feſtum usq; Pentecoſtes intercedit, non genuflexos, ſed ſtantes orare, uti videre eſt ex Tertull. *de coronâ militis c. 3. f. m. 653.* Hieron. *in Dial. contra Lucifer.* Ambroſ. *Homil. 61.* Juſtinô *qv. 115. ad orthod.* (qvanqvam hoc opus qvæſtionum Juſtini non ſit, ut fateri cogitur *Poſſevin. Bellar. atq; alii.*)

אֱדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הַרְגִּשׁוּ *Viri ergò illi curioſiùs inqvirentes.* VERSUS XI.

Laqvei huc usq; fuêre poſiti: nunc ſubſeqvitur prædæ captatæ comprehenſio h. e. adverſariorum delatio truculenta, *v. 11. 12. 13.* (α) Deferentes ſunt *viri iidem*, h. e. Satrapæ & Eparchi, qvorum præceſſit mentio *v. 4. 5.* An omnes CXX. Satrapæ à ſuis tamdiu abeſſe potuerint provinciis, conſiliisq; his ſangvinariis intereſſe, & an primô alterôve ſtatim poſt edicti promulgationem die Danielem pietatis munia continuare, liqvidò cognoverint, ſubdubitari ferè poſſet. Haut dubiè tamen partes ſuas reliqvis ſuis commiſerunt Collegis, ita ut maxima interim Procerum horum pars negocium tractaverit hoc adeò fervidè ſubdoleq; inchoatum. (β) Actiones horum recenſentur tùm ſtrepera in ædibus Danielis congregatio, tùm orantis hujus deprehenſio, tùm delicti coram Rege exaggeratio. Locô ejus, qvod Vulgata habet; *curioſiùs inqvirentes*, in Fontibus iterum eſt הַרְגִּשׁוּ *turmatim, & cum ſtrepitu convenerunt*, uti vidimus *v. 6. Lutherus:* Kamen hauffig. Qvapropter & hìc præſupponi debet callida morum Danielis precumq; conſtanter hactenùs continuatarum percontatio, qvam excepit Collegialis in ejusdem domum irruptio, ità ut inopinatò eâdem omnes præſtò eſſent horâ, qvâ precibus eum ſciebant infallibiliter & absq; interruptione vel indivulſè incumbere. Adeoq; non unus aut alter, ſed *gregatim convenerunt*, ut tantò gravior foret horum coram Rege teſtificatio, cùm aliàs teſtes viliores aut pauciores anſam potuiſſent dare exceptionibus ac prorogationibus diverſis. Seqvitur deprehenſio. רגש

וְהַשְׁכַּחוּ לְדָנִיֵּאל בָּעֵא וּמִתְחַנַּן קֳדָם אֱלָהֵהּ׃

Invenerunt Danielem orantem & obſecrantem Deum ſuum.) Haut dubiè cœnaculum peſſulis ſerisve non erat occluſum, neq; etiam proceres hi per miniſtrum aliqvem ſuam Danieli patefecerunt præ-

ſentiam, verùm importunè irruerunt ac gregatim, eô ipsô, dum Daniel imperterritus ac immotus adhuc pavimento adhærebat proſtratus *coram Deô ſuô*, ſuasq; abſolvens preces, *v. 10.* Dicitur autem fuiſſe בָּעֵה *petens*, contra interdictum ſcil. *v. 7.* nec non מִתְחַנַּן *gratiam implorans*, h. e. pro ſe ac populi ſui ſalute haut dubiè etiam pro ipſius Darii atq; provinciarum ipſi ſubjectarum pace, (Jer. XXIX, 7.) apud
חנן Deum flebiliter interpellans. Ita namq; verbum חֲנַן *gratioſus fuit* in Hithp. apud Ebr. uſurpatur *pro gratia divina per preces imploratione, 1. Reg. IIX, 33. 47. 59. IX, 3. 2. Par. VI, 24. 37. Pſ. XXX, 9. CXLII, 2. Devt. III, 23. Job. IIX, 5.* Item: de gratiæ apud homines conſecutione, *Gen. XLII, 21.* ubi de Joſephô fratrum ſolicitante gratiam: *Eſth. IV, 8. c. IIX, 3.* de reginâ, regis ambiente favorem erga Judæos; *2. Reg. I, 13.* de tribunô Eliæ ſupplicante, &c. Chaldaicè in S. Codice hâc in formâ non redit; egregiè tamen exprimitur & cor & ſermo & geſtus, humillimè ad gratiam apud Deum impetrandam compoſita, qvæ Daniel in gratiam obſervatorum hautqvaqvàm abrupit vel immutavit, niſi fortè per vim ab hôc labore ſuô ſacrô fuit deturbatus.

Poriſmata ex Verſu XI.

1. Inqvieta eſt inimicorum pietatis conditio; diſcurrunt, conveniunt, retrocommeant, modò conſultandi, modò captandi, modò exſeqvendi animô, neq; tamen pacem reperiunt unqvam. *Eſ. LVII, ult.*

2. De inſidiis clancularis ac planè improbis vide *Pſal. X, 8.* Novum autem non eſt *Inqviſitorum Hæreticæ pravitatis*, ut vocant, inventum; nam & hôc locô easdem obſervare licet inſidias, qvalibus in Papatu hujusmodi homines utuntur, dum aliorum inhiant ſive opibus ſive honoribus. Confer Hotting. *Par. III. Hiſt. Eccleſ. p. 559. & Par. V. p. 248.*

3. De *precum* diſtinctione in petitorias boni, & deprecatorias mali, agitur in locô *de Invocatione* copioſiùs.

4. Preces in gratiam Satanæ ejusdemve ſatellitum abrumpat nemo, ut ut cum vitæ periculô in iisdem deprehendatur, ſicut h. l. Daniel; Ubi tamen extra caſum confeſſionis verſamur, haut dubiè ſuccinctior fieri poteſt oratio, ſi v. g. proximi neceſſitas tale qvid exigat, qvâ ratione etiam Sabbathi ſanctificatio cedit operibus charitatis, *Matth. XII, 1. ſeqq.*

5. Cùm Dæmones ubivis noſtras obſervant preces, qvâ eas devotione

Digitized by Google

votione alacritate aut conſtrantiâ abſolvamus, meritò qvivis horum Corycæorum memor, diligentiam adhibebit omnem, ne ab iis juſtè deferatur, &c. vide *Job. I. & Apoc. XII.*

בֵּאדַיִן קְרִבוּ וְאָמְרִין קֳדָם מַלְכָּא עַל אֱסָר מַלְכָּא VERSUS XII.

Et accedentes locuti ſunt Regi ſuper edicto.) E domô Danielis abducimur nunc ad Regiam, audituri illic ſangvinarium procerum delationem. Nimirum, viri modò nominati *v. 11.* קְרִבוּ *propinqvi facti ſunt* Regi; non egerunt per internuncios, ſed audientiam mox impetrarunt coràm; æqvè ut *c. III, 8.* in ſimili delationis negotiô, ſimilis Participii Peil adhibebatur forma. Poſtea veteratoriè colloqvium inſtituunt de mandatô nuper evulgatô, ut ſic interrogando eò faciliùs elicerent conſtantiam Regis, num in voluntate ſemel declaratâ perſeverare velit. Confirmare adhuc ſolidiùs volunt argumenti ſui propoſitionem majorem aſſeveratione Regis orali ac recentiſſimâ: (Qvicunq; aliqvid rogaverit, præterqvàm à Rege, is conjiciendus eſt in lacum leonum;) ut ſubſumtione factâ, (atq; Daniel rogavit, *v. 13.*) infallibilis ac invicta ſeqveretur concluſio: Ergò conjiciendus eſt, &c. Conveniunt proindè egregiè cum Sophiſtis, qvos in Topicis & Elenchis ſophiſticis deſcribit *Ariſtoteles*, qvòd nimirùm propoſitionem Majorem non ponant ipſi, ſed interrogent: Aſſumtionem non ſubjiciant nudè, ſed præmuniant; Concluſionem verò celent, &c.

הֲלָא אֱסָר רְשַׁמְתָּ דִּי וגו׳

Numqvid non conſtituiſti, ut omnis, &c.) Non primâ ſtatim fronte nominatur perſona, contra qvâ præſens inſtituta ſit actio, prout eqvidē jura id poſtulâſſent, (ſine dubiô enim metuunt, Regem mox declinaturum hanc accuſationem ob avtonomiam vel liberum Religionis exercitium Danieli antehac conceſſum,) verùm videri volunt autoritatis edictorumq; regiorum obſervantiſſimi, adeò, ut nil magis, qvàm hæc in mente ſuâ gerant, lingvâq; defendant. De cæterô ipſa repetuntur edicti verba formalia, qvæ affuére *v. 7.* proindeq; illimitatam ambiunt eorundem corroborationem novam.

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר יַצִּיבָא מִלְּתָא כְּדָת מָדַי וּפָרַס דִּי לָא־תֶעְדֵּא׃

Ad qvod reſpondens Rex ait: Verus eſt ſermo juxta decretum, &c.) Abſq; limitatione vel reſtrictione ullâ denuò Rex improvidus

vidus corroborat, qvod cupiebant hi impoſtores, יַצִּיבָא מִלְּתָא *ſermo* vel *res hæc*,(notetur א emphaticum,qvod otioſum hîc non eſt;) eſt *vera* vel firmitatis immotæ, (vide vocem hanc יַצִּיב *c. II, 8. 45. III, 24.*) eſt irrefragabilis, & qvidem כְּדָת *juxta legem Medorum*, vide rurſus *v. 8.* Adjectivum antecedens ſuum ſubſtantivum: *verus ſermo*, inverſa oſtendit propoſitionis integræ extrema, hôc modô: *Sermo eſt verus*, vide Buxtorf. *lib. 2. Theſ. Grammat. c. I. reg. 2.*

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Inſidioſum eſt, ac antiqvitati etiam cognitum diſputandi genus per *qvæſtiones captioſas*, ubi affirmativam illimitatè poſitam facilè poteſt excipere ſubſumtio, de qvâ interrogatus nunqvam cogitavit: Qvâ de causâ etiam ipſum Salvatorem qvæſtioni videmus oppoſuiſſe qvæſtionem aliam, nec directè reſpondiſſe *Matth. XXI, 23. 24.*

2. Ipſimet Reges inter aulicorum verſantur retia, ut hîc videmus; qvid mirum, talia contingere etiam privatis?

3. Prætextus boni publici, legum autoritatisq; regiæ non raro militat pro cauſis peſſimis. Imò nomen etiam Dei ipſummet hanc patitur injuriam, ſicut ex *Pſ. XII.* canit Eccleſia: Ach GOtt/ der theure Name dein/ muß ihrer &c.

4. Cùm reſpondendum eſt, vide, cui, qvomodo, qvâ de re reſpondeas, ne cum Dariô per præcipitantiam illaqvees temetipſum, &c. vide P*rov. XIIX, 13. c. XXVI, 4. 5. Syr. XI, 8.* Non parùm juvat, ante omnia de ſcopô vel interrogantis vel alloqventis diſpicere, ne impliceris improviſo, ubi facilior fuiſſet eluctandi ratio.

VERSUS XIII. בֵּאדַיִן עֲנוֹ וְאָמְרִין קֳדָם מַלְכָּא

Tunc reſpondentes dixerunt coram Rege.) Subſumtio, ut diximus, ſubſeqvitur, in qvâ Daniel neglecti accuſatur obſeqvii, ita ut odioſè recenſeatur ejusdem tùm patria, tùm habitus vitioſus & inveteratus, ſusq; deq; ſcilicet habere Regem cum mandatis ſuis, tùm effectus iſtiusmet habitûs, terna ſcil. in die precatio.

דִּי דָנִיֵּאל דִּי מִן־בְּנֵי גָלוּתָא דִּי יְהוּד

Daniel de filiis captivitatis Juda.) Particula דִּי, æqvè ut Græcorum ὅτι, Pleonaſticè præmittitur. *Filii captivitatis* idem ſunt ac homines captivi; qvomodo aliàs *filius Nobilium* ponitur pro nobili, Cohel. X, 17. *Filii juventutis*, pro juvenibus, Pſ. CXXVII, 4. *Filii pauperis*, pro

די

Digitized by Google

pro pauperibus Pſal. LXXII, 4. *Filii peregrini* pro peregrinis Pſ. XIIX, 45. &c. Cauſa autem, cur Daniel ab hôc deſcribatur adjunctô, conjectu eſt facilis, nimirum & miſerum eum, & ingenuorum conſortio tantisqve honoribus indignum, & ſummè etiam ingratum, volunt hôc ipſô convincere: qvam in rem vide *cap. II, 25. c. III, 12. & V, 13.* Cùm autem aliàs communiter extraneis præferri ſoleant indigenæ, profundiùs adhuc detruditur Danielis conditio, qvi non modò extraneus, ſed & de gente ſubjugatâ, inq; captivitatem abductâ, imò ex Judæis, qvi abominatio, ut nunc ſunt, ita fuerunt & illô tempore, imò longè adhuc priùs in Ægyptô, *Gen. XLVI, 34.* Senſus proinde eſt: Si Perſa vel Medus tale qvid admiſiſſet, debitam meritò lueret pœnam; qvid ni exul hic Judæus omnium ingratiſſimus? imò antiqvum gentis ſuæ ſemper rebellantis ac refractariæ genium ſervans?

לָא שָׂם עֲלָךְ מַלְכָּא טְעֵם וְעַל אֱסָרָא דִּי רְשַׁמְתָּ

Non curavit de lege tuâ & de edictô, qvod conſtituiſti:) Potiùs juxta fontes: *Non habuit tui, ô Rex, rationem & edicti, qvod exarâſti.* Habitualis cujusdam vilipendii videntur Danielem arguere, ex actu, qvem mox ſubjungunt, unicô. Et qvidem de phraſi, *non ponere* טְעֵם *rationem ſuper aliqvô*, h. e. non adhibere curam illi debitam, deſpicere aliqvem, vilipendere, jam aliqva dicta ſunt *cap. III, 12.* ubi totidem verbis accuſatores de Triumviris loqvebantur coram Rege: לָא שָׂמוּ עֲלָךְ מַלְכָּא טְעֵם *non poſuerunt ſuper Te ô Rex rationem* ſive curam. Aliô in ſignificatu vox טְעֵם *decretum*, adfuit *cap. III, 10. 29. c. IV, 3.* Accuſatur autem grandis incuria, ac ſi tùm Rex, tùm regium mandatum, levi apud exulem hunc haberentur in pretiô; qvomodo aliàs טַעַם *guſtum*, diſcretionem, curam rationemq; exiguam adhibere ſolemus iis, qvos ingenii noſtri vel animi occupatione minùs dignos opinamur, ut ſunt lixæ, calones, mercenarii, &c. טעם

וְזִמְנִין תְּלָתָה בְּיוֹמָא בָּעֵא בָּעוּתֵהּ:

Sed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſuâ:) Vitium modò productum adſtruere nituntur petitione aliorſum, qvàm ad Regem, directâ, contra tenorem edicti expreſſum, *v. 7.* Adeòqve culpant petitionem non unam, ſed triplicem, imò & hanc triplicem qvotidiè hactenus repetitam: ſiqvidem non alterô mox poſt promulgationem edicti die hæc inſtituta fuit delatio, verùm percontati haut dubiè fuerunt ex domeſticis Danielis, qvomodo hactenùs ſe geſ-

ſerit vir hic poſt decretum publicatum; & cùm, ſive blanditiis ſive largitionibus, rem omnem exploráſſent, imò ipſimet ex ædibus vicinis ocular iter ſine dubiô comperiſſent, indixerunt ſibimet ipſis Collegialem in ædes has irruptionem, ut ſic ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſum tantò faciliùs & feliciùs è mediô poſſent ſubmovere. Deniq; deprehenſum factum axaggerant, qvòd conſvetudinem ſuam ſancto antepoſuerit regio edicto, adeòq; feneſtris verſus Jeruſalem patentibus oraverit qvotidiè, qvaſi *bos alienus, ut eſt in Proverbio, foràs proſpectans:* Ita Maldonatus.

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Cùm denigrandus eſt proximus omnia undecunq; corraduntur, qvæ aliàs attingere vix fuiſſemus auſi; qvomodo hîc videmus Danielis traduci patriam; gentem, adventûs occaſionem, &c. Præcipuè verò humilitas piorum omnium primò ad depreſſionem inſervire cogitur, velut hîc *captivitas*, &c.

2. Etiam optimè facta Satan cum ſuis ſatellitibus nititur in vitia transformare; qvomodo hôc locô ex precum ſtudiô effingitur crimen læſæ Majeſtatis; qvi ipſe mos inter gentes olim fuit freqventatiſſimus, qvando inſenſi erant reddendi Chriſtiani: imò qvàm ſuſpecta inter Papiſtas ſit ſincera erga Deum ſolum, depoſitis ſanctis, devotio, qvàm rigida adverſus hujusmodi homines ferveat Inqviſitio, eſt in apricô.

אֱדַיִן מַלְכָּא כְּדִי מִלְּתָא שְׁמַע שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי

VERSUS XIV. *Qvod verbum cùm audiſſet Rex, ſatis contriſtatus eſt.)* Vidimus delationem; ſeqvitur Regis contra eandem pro Daniele occupatio, *v. 14.* nec non pervicax adverſariorum reciprocatio *v. 15.* In Rege deprehendimus *tùm* perturbationem, *tùm* intentionem, *tùm* cunctationem.

באש *Perturbatio* effertur verbô בְּאֵשׁ *malum fuit, diſplicuit*, qvæ vox in S. Codice non redit, nomen tamen illinc deſcendens בָּאוּשְׁתָּא *maligna*, legitur de urbe refractariâ *Eſr. IV, 12.* reſpondet verò Ebræo

רוע *malum eſſe*, uti conſtat ex Chaldæô paraphraſte, ut Gen. XXI, 11. *&* *mala fuit hæc res valdè*, h. e. vehementer diſplicuit: v. 12. *ne* יִבְאַשׁ *malum ſit in oculis tuis de puerô hôc.* 1. Sam. I, 8. *qvare* בָּאִישׁ *malè ſe habet cor tuum?* &c. Unde colligitur in Darii animô vehementem ſubortam eſſe diſplicentiam, tùm ob factum Danielis, qvòd non cautiùs res ſuas geſſerit, tùm ob inſidioſam procerum machinationem, qvam nunc

Digitized by Google

nunc demum apertè ſatis palpabat, tùm ob propriam ſuam præcipitantiam, qvâ recentiſſimè decretum illud firmiùs adhuc roborârat, Additur adverbium שַׂגִּיא *multùm, vehementer;* qvia ingens optimi ac fideliſſimi miniſtri imminere nunc cernebat periculum diſpendiumve.

וְעַל דָּנִיֵּאל שָׂם בָּל לְשֵׁיזָבוּתֵהּ

Et pro Daniele poſuit cor, ut liberaret eum.) Intentio Regis indicatur phraſi: שָׂם בָּל *poſuit cor* עַל *ſuper Danielem,* h. e. שם בל cunctis aliis curis hâc vice ſepoſitis, omne cordis ſeu animi ſui robur & acumen, omne ſtudium, nunc unicè impendit uni Danieli ſuo, disqvirendo, qvid ipſum juvare æmulorumq; technis commodè opponi poſſet. Vox בָּל non niſi hic legitur, idemq; eſt ac tranſpoſitis literis לֵב *cor,* qvomodo exponit *R. Nathan, Kimchi,* nec non *AbenEſra,* provocans ſimul ad lingvam Arabicam; item Marinus *in Arcâ* h. l. qvi vitium ſcribarum ſubeſſe opinatur; At *Saadia* declarat exemplis aliis כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *agnus* שִׂמְלָה & שַׂלְמָה *veſtis,* ubi itidem literæ tranſpoſitæ, unô tamen remanente ſignificatu: (plura eam in rem ſubminiſtrabit Buxtorff. *Antic. p. 649.* Item Tarnovius *in Comm. Hoſeæ p. 335.* Confer etiam ſi lubet Comm. *ad Prov. XIIX, 8.)* Adjicit tamen aliorum ſententiam, exponentium de *Conſiliis,* ita, ut adfuerit בְּלִילוּת mixtura דְּבָרִים *ſermonum* וּפִיּוּס *& placationis* ſeu reconciliationis; rurſus alii apud eundem exponunt de *robore* vel *humerô;* item de oblatô lytrô pecuniariô ad redimendam Danielis vitam. R. Salomon intelligit de דְּחוּי *propulſione* vel obſtaculô, לִדְחוֹת הַדָּבָר *ad depellendum* vel declinandum *hoc negocium,* dum dixit בָּל *non* credo vobis, cum qvô fermè ſentit *R. Joſeph Kimchi.* Qvicqvid tamen horum ſit, contextus oſtendit ſatis, ſeriam regis ſignificari curam, (qvæ metonymicè aliàs per cor indicari ſolet,) & qvidem לְשֵׁיזָבוּתֵהּ *ad eripiendum ipſum,* videlicet è præſentiſſimô hôc mortis periculô. Qvâ de voce conſulatur *c. III, 15. 17. 28.* Hoc eſt: Rex modò de hâc, modò de aliâ cogitavit exceptione, modò hoc, modò illud ſedandis procerum animis objectavit, de horâ in horam diſtulit negotium, modò hoc, modò aliud prætendens, &c.

וְעַד מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא הֲוָא מִשְׁתַּדַּר לְהַצָּלוּתֵהּ

Et usq; in occaſum ſolis laborabat, ut erueret illum.) Cunctatio vel ſtudii pro Daniele continuatio deſcribitur tùm ratione tem-

Digitized by Google

poris, qvòd totus fuerit inſumtus dies, *ad occaſum usq; ſolis*; tùm ratione conatûs ipſius, ſiqvidem *fuit* משתדר *ſatagens*; tùm ratione finis, להצלותה *ad eripiendum ipſum*. Vox מעלי à Buxtorffiô *in Grammat. Chald. p. 108.* habetur pro nomine plurali conſtructô, qvod & alibi in *Targum* occurrat: In Lexicô tamen Talmud. exiſtimat eſſe Infinit. Peal verbi עלל *ingreſſus fuit*, ita ut in fine adjectum ſit (י) Paragogicum: (nam alias eſſet מעל *ingredi*,) allegatq; ſimilem locum ex *targum Jonathanis*, Num. XXV, 4. עם מעלי *cum occaſu ſolis.* Qvicqvid ſit de formâ Grammaticâ, res eſt in vadô, modò notetur, apud Chaldæos *ingreſſum* ſoli tributum, coincidere cum *adventu ſolis* Ebræorum, ſiqvidem בוא *venire* dicitur *Sol*, qvando occidit, vel ad metam qvaſi Horizontalem delatus eſt, *Gen. XIIX, 11. &c.* Hæc temporis circumſtantia eò videtur tendere, ut colligamus, ſummô manè inchoatam hanc eſſe actionem, ita ut in matutinis precibus Daniel deprehenſus, mox etiam Regi fuerit delatus, &c. Si namq; in meridianis precibus cœpiſſet hic actus, non adeò multum fuiſſet, prætermiſſo prandii regii tempore, negocium fuiſſe continuatum ad veſperam. Conatus Regis

שדר effertur verbô שדר *miſit*, qvod in Ethpael qvandoq; eſt *mitti*, qvandoq; etiam *conari* vel *contendere*, ita ut coincidat cum אשתדר, per qvam vocem etiam exponit *R. Nathan*. Proindeq; non perfunctoriè rem Darius egit, verùm huc illuc ſe verſando nil intentatum reliqvit, qvod ad miniſtri ſui liberationem poſſet qvomodocunq; conducere.

Poriſmata ex Verſu XIV.

1. Præcipitantiæ in conſiliis pediſſeqva pœnitentia vel ingens perturbatio. Si Darius ante edicti publicationem maturiùs rem ponderâſſet, num juri divino aut naturali omnia conformia, num ſubſit fortè aſtus, aliud qvid intendens ab eô, qvod præ ſe ferebat, &c. nunc in hujusmodi angores delapſus non fuiſſet.

2. Pro innocuis eſt laborandum in judicio, utut qvandoq; adverſarii fraudulentia pro ſe cuncta alleget jura; æqvè ut hîc æmulorum Danielis cohors. Idem conatus aliqvandiu erat in Pilatô, *Joh. XIX, 12.*

3. Dilatio, utut non rarò multum fuerit proficua, non tamen ubivis atq; ſemper habere poteſt locum. Ita mos olim erat in Iſraële, ut reus, de qvô jam lata mortis ſententia in Synedriô, non ſtatim raperetur ad ſupplicium; ſed per diem atq; noctem ſervaretur, ut intereà qvilibet in rei commodum coram judice afferre poſſet, qvod haberet.

Imò

Imò id facere licebat eâ ipsâ horâ, qvâ jam educebatur. Beneficium tamen hoc Pſeudoprophetis denegatum, juxta *Devt. XIII, 8.* Qvâ de causâ etiam cum Chriſtô tantoperè feſtinatum eſſe liqvidò colligitur. Videatur Fagius *in notis ad Devt. XIII, 8.* Seldenus *l. 2. de Synedriis p. 134.* Coccejus *in Sanhedr. p. 203.* & Majmonides *de Idolol. per Voſſ. editum p. 137.* De dilatione executionis, à Theodoſiô M. poſt ſævitiem erga Theſſalonicenſes exercitam, in diem usq; trigeſimum rejectæ qvoad pœnas capitales, vide apud Theodoretum *lib. 5. & in Tripart. lib. 9.* nec non apud Auguſtin. *de Civ. Dei, lib. V. c. 26.*

בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הַרְגִּשׁוּ עַל־מַלְכָּא וְאָמְרִין לְמַלְכָּא

Viri autem illi intelligentes Regem, dixerunt illi.) Regis conatum excipit pervicax procerum obſtinatio; & qvidem de *intelligentiâ* nihil ſit fontibus; ſiqvidem vox eadem הַרְגִּשׁוּ repetitur, qvæ v. 6. & 11. adfuit de Collegiali ſtreperôq; acceſſu; qvapropter cùm ſecedere ipſos juſſiſſet Rex (fortè ob prandii tempus,) ipſiq; perſpicerent Regis conatûs, turmatim & manu qvaſi factâ, denuò redeunt, inſtanterq; ſuum prius repetunt petitum, non referentes ampliùs perſonam accuſatorum, ſed judicum, qvi autoritatem Juris publici, edictorumqve regiorum teneantur vindicare, &c. VERSUS XV.

דַּע מַלְכָּא דִּי דָת לְמָדַי וגו׳

Scito Rex, qvia Lex Medorum, &c.) Ut omni gratiæ, redemtioni, retractationi, veniæq; regiæ præcluderent viam, in memoriam revocârunt Regi fatale jus Perſarum ac Medorum, qvod inviolabile præſtat mandatum regium undiqvaq;. Cum autoritate autem ac minaciter alloqvebantur Regem: דַּע *ſcito*; æqvè ut Deus inqviebat Abimelecho Geneſ. XX, 7. *ſi uxorem non reddideris,* דַּע *ſcito, te moriendo moriturum*: & Gad Dei nomine ad Davidem 2. Sam. XXIV, 13. *Nunc* דַּע *ſcito, & conſiderato, qvale verbum reſpondeam mittenti me*: Item propheta ad Regem Iſraël, 1. Reg. XX, 22. *Vade eſto robuſtus,* וְדַע *& ſcito ac vide, qvid facias.* Ac proinde videntur non obſcurè ſubinnuere animum ad rebellionem promtum, ſi Rex pergere velit, ſe antiqvis Regiis ſtatutis opponere, famamq; Perſarum publicam violare, ſe paratos eſſe, tanqvam legum vindices ac regni præſides communes, ſuum obſervare officium. De edictorum verò inviolabilitate videatur v. 8. & 12.

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Ut procerum protervia, aliqvandiu repreſſa, fit eô ipſô vehementior; ſic peccata qvoq; vel peccandi conſvetudines, aut carnis impetus, ſi aliqvandiu reprimantur mitiùs, importuniùs utplurimum recurrere ſolent, inſtar impuri ſpiritûs cum 7. aliis pejoribus redeuntis, *Luc. XI, 26.* Id qvod Auguſtinus ſe expertum conqveritur paſſim in libris Confeſſionum. Sicut etiam hi cum Daniele ante ſolis occaſum properant ad mortem, ne forſas elaberetur aliqvô aut ſuô aut Regis artificiô; ita feſtinant etiam ad mala conſummanda impii, ne qvid fortè objiciatur obſtaculi, ſicut ex crucifixionis Chriſti patuit hiſtoriâ. &c.

2. Unanimis impiorum adverſus pios eſt conſpiratio, inq; malô conſtantia, utut aliàs invicem ſint vel maximè diviſi omniumq; inconſtantiſſimi, Videatur *Pſal. XLI. v. 7. ſeqq.*

3. Prætextus malæ cauſæ ſunt infiniti: æqvè ut hîc odio privato prætenditur cura autoritatis regiæ, obſervantia ſtatutorum antiqvorum, &c. Cave ne vel imiteris, vel prætextu etiam tali terrearis circumveniarisve.

בֵּאדַיִן מַלְכָּא אֲמַר וְהַיְתִיו לְדָנִיֵּאל

Versus XVI. *Tunc Rex præcepit, & adduxerunt Danielem.)* *Ultimum* jam inchoat partis primæ membrum, ipſa nimirum in foveam abjectio, abjectiq; occluſio, *v. 16. 17. 18.* Ubi (*α*) Projectionis Mandatum: Rex, viſâ ſcil. obſtinatâ procerum inſtantiâ, periculiq;, qvod emergere poſſet magnitudine, אֲמַר *dixit, decrevit, mandavit,* וְהַיְתִיו *& adduxerunt* pro: *ut adducerent,* (qvô de ſignificatu particulæ ו adeatur *c. I, 12. II, 24. V, 2.*) nimirum è domô ſuâ, ubi hactenùs vel ſpontè remanſerat, vel ab adverſariis, ne elaberetur, fuit cuſtoditus.

וּרְמוֹ לְגֻבָּא דִּי אַרְיָוָתָא *Et miſerunt eum in lacum leonum.)*

Succedit jam (*β*) mandati executio, conformis edicto antehac evulgato *v. 7:* adeoq; inſuper habitâ omni Danielis dignitate deturbatur ipſe inſtar facinoroſi vulgaris, violenter, ignominioſè & abſq; commiſeratione ullâ, qvomodo idem proceſſus obſervatus ſuprà fuit in projectione Triumvirorum in igneam fornacem *c. III, 20. ſeqq.* qvanqvàm id interceſſerit diſcrimen, qvòd illic à Rege iratô, hîc verò ab invitô manaverit edicti executio.

Digitized by Google

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְדָנִיֵּאל אֱלָהָךְ דִּי אַנְתְּה פָּלַח לֵהּ בִּתְדִירָא הוּא יְשֵׁיזְבִנָּךְ׃

Dixitq; Rex Danieli: Deus tuus, qvem colis ſemper, ipſe liberabit te.) Executionis (γ) adjunctum eſt regia damnati Danielis conſolatio, qvâ ſe Rex coram hôc ſuô conſiliariô purgare voluit, culpamq; tacitè in accuſatores adeò pertinaces derivare: hæc ipſa continet tùm liberationis ſperandæ autorem, Deum videlicet à virô hôcce cultum, tùm liberationem ipſam. Qvando ait: *Deus tuus*, ſecernit ipſum non modò à Numinibus, qvæ colebat Darius, verùm etiam peculiare ſimul fœdus intendit, qvod Danieli intercedebat cum ſuô Deô, itemq; amorem ac fiduciam, qvæ ex Deô Deiq; cultore unum fecerat copulatum, qvomodo v. g. אֱלָהָךְ *Deus tuus* eſt vox cum affixô ſuô unica in ſuâ lingvâ. Imò ſuperadditur *cultus* participiô פָּלַח *colens*, deſignatus, qvi tàm internam animi, qvàm externam membrorum corporis conſecrationem, ad omnigenam honoris ac obſeqvii debiti, exhibitionem complectitur. Vide de verbô פְּלַח coluit *c. III, 12. 14.* Simul verò in mentem miniſtro ſuo devoto vult revocare ſtudium, tantô cum fervore ac aſſiduitate hactenùs continuatum: q. d. iniqvum fore, ſi Numen hoc, fruſtrà tot fuiſſe geniculationes diſciplinamq; rigidam, pateretur, cùm qvivis atteſtari qveat, בִּתְדִירָא *cum continuitate* ſeu jugiter, (ita vox hæc exponitur *à R. Nathane* per תָּמִיד *jugiter*, cujus locô etiam apud Targumiſtas adhibitur *Exod. XXVII, 20. XXIX, 42. XXX, 8. Levit. VI, 6. Pſal. XVI, 8.*) te tuas expleviſſe partes. Qvâ eqvidem ratione ipſe Rex commendare cogitur Danielem in eô, qvod alii culpaſſent, æqvè ut Nebucadnezar neglectum proprii mandati ſui deprædicat in tribus confeſſoribus *c. III, 28.* Liberatio verò innuitur verbô יְשֵׁיזְבִנָּךְ *eripiet*, vel *eripiat* te: utrôvis enim modô, tàm indicativè, qvàm optativè accipi hoc ipſum poteſt: priori modô Vulgatus & qvi ipſum ſeqvuntur, ut *Theodor. Ditenb. Mogunt. &c.* poſteriore *Lutherus*: Der helffe dir. Ita & *Polanus, Rollocus, Junius, Belga, Grotius*, &c. Cui vel propterea tutiùs acceditur, qvòd aliàs Rex, ſi certò Danieli promiſiſſet opem, ſic veritatem Dei Judaici nimis diſertè contra Medorum Numina, & qvidem ingente ſuô cum periculô aſſeruiſſet, cùm tamen is ipſe jam nimioperè ſe ſuis attemperaret proceribus idololatricis, eosdemq; placare anniteretur. Et qvanqvam ſperaverit fortè Rex, Danielem ſervari poſſe incolumem, mirandâ Dei ejusdem ope,

פלח

שיזב

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Ut procerum protervia, aliqvandiu repreſſa, fit eô ipſô vehementior; ſic peccata qvoq; vel peccandi conſvetudines, aut carnis impetus, ſi aliqvandiu reprimantur mitiùs, importuniùs utplurimum recurrere ſolent, inſtar impuri ſpiritûs cum 7. aliis pejoribus redeuntis, *Luc. XI, 26.* Id qvod Auguſtinus ſe expertum conqveritur paſſim in libris Confeſſionum. Sicut etiam hi cum Daniele ante ſolis occaſum properant ad mortem, ne forſas elaberetur aliqvô aut ſuô aut Regis artificiô; ita feſtinant etiam ad mala conſummanda impii, ne qvid fortè objiciatur obſtaculi, ſicut ex crucifixionis Chriſti patuit hiſtoriâ. &c.

2. Unanimis impiorum adverſus pios eſt conſpiratio, inq; malô conſtantia, utut aliàs invicem ſint vel maximè diviſi omniumq; inconſtantiſſimi, Videatur *Pſal. XLI. v. 7. ſeqq.*

3. Prætextus malæ cauſæ ſunt infiniti: æqvè ut hîc odio privato prætenditur cura autoritatis regiæ, obſervantia ſtatutorum antiqvorum, &c. Cave ne vel imiteris, vel prætextu etiam tali terrearis circumveniarisve.

בֵּאדַיִן מַלְכָּא אֲמַר וְהַיְתִיו לְדָנִיֵּאל

Versus XVI. *Tunc Rex præcepit, & adduxerunt Danielem.)* *Ultimum* jam inchoat partis primæ membrum, ipſa nimirum in foveam abjectio, abjectiq; occluſio, *v. 16. 17. 18.* Ubi *(α)* Projectionis Mandatum; Rex, viſâ ſcil. obſtinatâ procerum inſtantiâ, periculiq;, qvod emergere poſſet magnitudine, אֲמַר *dixit, decrevit, mandavit,* וְהַיְתִיו *& adduxerunt* pro: *ut adducerent,* (qvô de ſignificatu particulæ ו adeatur *c. I, 12. II, 24. V, 2.)* nimirum è domô ſuâ, ubi hactenùs vel ſpontè remanſerat, vel ab adverſariis, ne elaberetur, fuit cuſtoditus.

וּרְמוֹ לְגֻבָּא דִּי אַרְיָוָתָא *Et miſerunt eum in lacum leonum.)*

Succedit jam (β) mandati executio, conformis edicto antehac evulgato *v. 7.*: adeoq; inſuper habitâ omni Danielis dignitate deturbatur ipſe inſtar facinoroſi vulgaris, violenter, ignominioſè & abſq; commiſeratione ullâ, qvomodo idem proceſſus obſervatus ſuprà fuit in projectione Triumvirorum in igneam fornacem *c. III, 20. ſeqq.* qvanqvàm id interceſſerit diſcrimen, qvòd illic à Rege iratô, hîc verò ab invitô manaverit edicti executio.

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְדָנִיֵּאל אֱלָהָךְ דִּי אַנְתְּה פָּלַח לֵהּ בִּתְדִירָא
הוּא יְשֵׁיזְבִנָּךְ׃

Dixitq; Rex Danieli: Deus tuus, qvem colis ſemper, ipſe liberabit te.) Executionis (γ) adjunctum eſt regia damnati Danielis conſolatio, qvâ ſe Rex coram hôc ſuô conſiliariô purgare voluit, culpamq; tacitè in accuſatores adeò pertinaces derivare: hæc ipſa continet tùm liberationis ſperandæ autorem, Deum videlicet à virô hôcce cultum, tùm liberationem ipſam. Qvando ait: *Deus tuus*, ſecernit ipſum non modò à Numinibus, qvæ colebat Darius, verùm etiam peculiare ſimul fœdus intendit, qvod Danieli intercedebat cum ſuô Deô, itemq; amorem ac fiduciam, qvæ ex Deô Deiq; cultore unum fecerat copulatum, qvomodo v. g. אֱלָהָךְ *Deus tuus* eſt vox cum affixô ſuô unica in ſuâ lingvâ. Imò ſuperadditur *cultus* participiô פָּלַח *colens*, deſignatus, qvi tàm internam animi, qvàm externam membrorum corporis conſecrationem, ad omnigenam honoris ac obſeqvii debiti, exhibitionem complectitur. Vide de verbô פְּלַח coluit *c. III, 12. 14.* Simul verò in mentem miniſtro ſuo devoto vult revocare ſtudium, tantô cum fervore ac aſſiduitate hactenùs continuatum: q. d. iniqvum fore, ſi Numen hoc, fruſtrà tot fuiſſe geniculationes diſciplinamq; rigidam, pateretur, cùm qvivis atteſtari qveat, בִּתְדִירָא *cum continuitate* ſeu jugiter, (ita vox hæc exponitur *à R. Nathane* per תָּמִיד *jugiter*, cujus locô etiam apud Targumiſtas adhibitur *Exod. XXVII, 20. XXIX. 42. XXX, 8. Levit. VI, 6. Pſal. XVI, 8.*) te tuas expleviſſe partes. Qvâ eqvidem ratione ipſe Rex commendare cogitur Danielem in eô, qvod alii culpaſſent, æqvè ut Nebucadnezar neglectum proprii mandati ſui deprædicat in tribus confeſſoribus *c. III, 28.* Liberatio verò innuitur verbô יְשֵׁיזְבִנָּךְ *eripiet*, vel *eripiat* te: utrôvis enim modô, tàm indicativè, qvàm optativè accipi hoc ipſum poteſt: priori modô Vulgatus & qvi ipſum ſeqvuntur, ut *Theodor. Ditenb. Mogunt. &c.* poſteriore *Lutherus*: Der helffe dir. Ita & *Polanus, Rollocus, Junius, Belga, Grotius*, &c. Cui vel propterea tutiùs acceditur, qvòd aliàs Rex, ſi certò Danieli promiſiſſet opem, ſic veritatem Dei Judaici nimis diſertè contra Medorum Numina, & qvidem ingente ſuô cum periculô aſſeruiſſet, cùm tamen is ipſe jam nimiopere ſe ſuis attemperaret proceribus idololatricis, eosdemq; placare anniteretur. Et qvanqvam ſperaverit fortè Rex, Danielem ſervari poſſe incolumem, mirandâ Dei ejusdem ope,

פלח

שיזב

Digitized by Google

ope, (qvò ſine enim aliàs obſignaſſet oſtium, alteróq; mane inviſiſſet ipſum?) vix tamen id adeò palàm aſſeruiſſet, ne odium in ſe commoveret adhuc gravius, ſed ambiguè potiùs dixit: Juvet te, ſi poteſt; ceu diſertè ſeqvitur v. 20. *Num potuit te eripere?* Fortaſſe etiam ad Danielis ipſiusmet verba alluſit Rex, dum ſociorum more dixit: *Ecce Deus noſter, qvem colimus, poteſt eruere nos, &c.* c. III, 17. utut verba illa Danielis hîc reticeantur. De verbô שֵׁיזִב *eripuit*, videatur *c. III, 15. 17. 28.*

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Multi Principes Regesq; ſubditis ſervisq; ſuis coguntur inſervire, adeò, ut licèt meliora videant probentq;, neqveant tamen ſine periculô tumultuum extremô exeqvi hæc ipſa. Sic David Joabum, licèt vellet qvammaximè, plectere ob cædem tamen hautqvaqvam potuit, *1. Reg. II, 5.* Ita Pilatus tandem ob Judæorum importunitatem ſuccubuit, *Matth. XXVII. 24. Johan. XIX, 12.*

2. Nemo proin Præfecturæ aut Regiminis appetat molem, ne ſuperetur tandem & ipſemet, *Syr. VII, 6.* Non raro enim Conſiliariorum fiunt mancipia, qvi propriarum in ſe cupiditatum neqveunt infringere dominia; qvomodo Darius hîc ſuperbiæ adulationibusq; indulgens nimis ſerviliter, inſervire mox cogitur aulicorum nimis importunorum contra Danielem imperiis.

3. In luctâ carnis ac ſpiritûs plurimum plerumq; valet propria gloria periculiq; metus; ut hîc videre eſt in Dariô Magnatibus reluctante.

4. Conſolationes qvandoq; contra ſpem conſolantium adimplentur egregiè, æqvè ut hîc Regis verba, animô, ut apparet, ſummè ancipiti prolata. Simul etiam teſtimonium perhiberi videmus probitati ab homine idololatricô; æqvè ut Chriſti innocentiam teſtatus eſt Pilatus, Herodes, &c. itemq; Chriſtianorum mores innoxios approbarunt non pauci Proconſulum gentilium, &c.

5. Deus fruſtrà ſe coli hautqvaqvam patitur, utut diſpari modô ejusdem remuneratio pateſiat aut exhibeatur, *1. Sam. II, 30.*

VERSUS XVII. וְהֵיתָיִת אֶבֶן חֲדָא *Allatusq; eſt lapis unus.*

Jam (δ) executionis etiam ſubnectitur Conſeqvens, idq; geminum, tàm ratione Danielis, cujus carcer obſignatur *v. 17.* qvàm ratione Regis, qvi graviter triſtatur, *v. 18.* Qvoad prius, deprehenditur lapidis

Digitized by Google

dis apportatio; הֵיתָיִת *adductus eſt*, qvæ forma fœm. præt. Ophal prorſus eſt irregularis, ſiqvidem Rad. eſt אֲתָא *venit*, undè regulariter eſſet אִיתְיַת vel הוּתְיַת, verùm prima radic. א tranſiit in (י) qvieſcens, qvod aliàs mutari ſolet in (ו) ut cap. VII, 11. הוּבַד *perditum eſt:* Poſterius autem א mutatum eſt in (י) mobile, qvomodo *cap. III.* 13. dicitur הֵיתָיוּ *adducti ſunt*. Porrò ſub ſecundâ radic. eſt (ָ) æqvè ut apud Ebr. Pſ. LVII, 2. dicitur חָסָיָה *ſperavit*, & terminatio (ָ) tranſiit in (ִ), qvomodo סַגַּר ponitur pro סַגִּר *c. II, 46. & v. 16*. dabit pro יִנְתֵּן dabit, pro יִנְתַּן. Vid. Gramm. Troſt. *p. 75. num. 5*. Haut dubiè verò os ſpeluncæ iſtius, aliàs apertum ſemper manſit, cùm nemo ſponte ſubierit tale ſævum hoſpitium; Jam verò advolutum fuit ſaxum grande, æqvè ut ante ſepulchri Salvatoris oſtium Joſeph προσκύλισε λίθον, *Marc. XV, 46.* & qvidem vehementer grandem, *cap. XVI, 4.* cui & ipſi impreſſum fuit melioris cuſtodiæ causâ ſigillum, *Matth. XXVII, 66. Luc. XXIV, 2.* Lapis ipſe deſcribitur, qvòd fuerit חֲדָה *unus*; qvaſi dicat, non congeſtus fuit minorum fortè lapidum acervus, verùm qvò meliùs arceretur omnis doloſa machinatio, qvæſitum fuit ſaxum ejus magnitudinis, ut occludi eôdem poſſet *unô* aditus in univerſum omnis. Veriſimile autem eſt, Proceres miſſô Daniele in foveam conſpexiſſe, leones ipſummet noluiſſe tangere, qvod haud dubiè etiam eorundem tribuerunt ſaturitati. Qvapropter curarunt, ut nocte illîc integrâ occluderetur; ſic namq; famelicos futuros denuò leones laniaturosq; hunc hominem ſibi objectum arbitrabantur tantò certiùs. Fabuloſus hîc eſt ſuô more *R. Salomon*, qvi in Babiloniâ, præter lateres, lapidem fuiſſe negans (ex *Gen. XI, 3.*) angelorum operâ adductum lapidem nugatur, &c. hunc חֲדָא *unum*, &c. Sic Arabes comminiſcuntur tùm duos leones, tùm eorundem linctum caninum: cum additam. meminerint leonum ſeptem; qvos invicem, ut tranſigant, committemus.

וְשֻׂמַת עַל־פֻּם גֻּבָּא *Et poſitus eſt ſuper os laci.* Adductionem excipit decens ad foveæ ingreſſum applicatio vel adaptatio, ita ut omnem iſte lapis interciperet vel introitum vel egreſſum, vel aliusmodi per foramen illud poſſibilem læſionem, qvalis v. g. fieri forſan potuiſſet jactu lapidum, jaculorum, ignis, &c. Vox שֻׂמַת eſt juxtà nonnullos 3. ſing. præt. Pual â verbô שׂוּם *ponere* vel ſecundùm Buxtorff. *Gram. Chald. p. 148.* eſt irregularis forma participii Peil unicô hôc in locô extans.

Digitized by Google

וְחַתְמַהּ מַלְכָּא בְּעִזְקְתֵהּ וּבְעִזְקָת רַבְרְבָנוֹהִי

Qvem obſignavit Rex annulô ſuô, & annulô Optimatum ſuorum.) Ne vel fautorum vel oſorum Danielis turba removeret, qvòd tantô cum niſu admotum, ne etiam Danieli ſubminiſtrarentur â ſuis arma vel alia remedia ad depellendos â ſe leones, ſubſeqvi mox debuit obſignatio; eaq; non unius Regis annulô, ne idem, qvi invitus adeò conſenſerat noctu aliqvid in Danielis commodum moliretur, nec etiam ſolô Procerum annulô, ne & horum invidia truculentius qvid in
חתם Danielem ſtatueret. Verbum חֲתַם nullibi ampliùs Chaldaicè recurrens, ebraicè legitur de occluſione vel obſignatione rerum ſive occultandarum, ſive muniendarum, qvomodo v. g. de fonte obſignatô comparet *Cant. IV, 12.* de occluſione in faſciculô (peccatorum) *Job. XIV, 17.* it. de literis contractûs ſigillô munitis, *Jer. XXXII, 10. 11. 14.* & de literis regiis *Eſth. IIX, 8. 10. 1. Reg. XXI, 8.* Nomen עִזְקָא (ab עֲזַק *circumdedit, ſepivit:)* idem eſt ac *annulus ſignatorius, ſigillum,* Cantic. IIX, 6. Exod. XXIIX, 11. Gen. XXXIIX. 25. c. XLI, 42. Jer. XXII, 24. Aliqva porrò hanc in rem facientia ſuggeret Kirchmannus *de Annul. c. 10.*

דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל *Ne qvid fieret contra Danielem.*

Eſt hic finis actionum modò recenſitarum, nimirùm *ut ne mutaretur voluntas circa Danielem:* Ita namq; fontes diſertè habent: דִּי לָא *ut ne* תִשְׁנֵא *mutaretur* vel fieret, *(vide c. III, 27. c. V, 6. 9.)* צְבוּ *voluntas,* (à צְבָא *voluit c. V, 19. 21. c. IV, 14. 22. 29.)* nimirum Regis, qvi ægrè adeò *v. 14.* potuerat adduci ad Danielis traditionem, mandatiq; in eôdem executionem. *Lutherus* Vulgatum ſeqvitur: **Daß ſonſt niemand an Daniel Muthwillen übete:** qvam verſionem ex contextu nititur probare Franzius *Orac. ſcript. 147. p. m. 915. ſeqq.* At de voluntate Regis ipſius ſolicitos fuiſſe proceres multò eſt probabilius; & veroſimile eſt, proceres hoc ipſum aſtutè coram Rege diſſimulâſſe, atq; cuncta prætendiſſe alia, ne exacerbarent ipſum tantò graviùs, qvâ de cauſâ etiam tùm Regis, tùm ſua adhibuêre ſignacula. Niſi forſâs in obſignationibus ita receptum fuit apud Medos, ut concurrerent in gravioribus negotiis ſigilla Regis ac Magnatum. De voce צְבוּ obſervat *Lud. de Dieu* ad h. l. eam nil aliud niſi *πρᾶγμα, rem, negotium, aliqvid* ſignificare, id qvod infinitis locis in N. T. Syrô ait deprehendi poſſe. Verùm ex Chaldæô nihil horum probat, tacetq;

Bux-

Digitized by Google

Buxtorff. *in Lexic. Talm.* ut proinde & nos in *voluntatis* ſignificatu acqvieſcamus cum R. *Salomone & Jacchiade*, aliisq; exponentibus per Ebræum רצון donec ex Chaldaiſmô cernamus probationes. Præfixum ב ante vocem Daniel modò *propter*, modò *in*, modò *contra* aut *circa* reddi, nemo mirabitur, qvi literæ hujus noverit varias acceptiones. Videatur Druſius *de literis Moſchevec.* & Piſcator *in Judice Bibl.* nec non Glaſſ. *Phil. ſacr. l. 4.*

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Qvi inſtar Dei omnipotentis à cunctis volebat coli ſuis ſubditis, *v. 7.* nunc adeò impotentem ſe deprehendit, ut cariſſimum liberare è procerum manibus non valeret miniſtrum. Ita elati maxima de ſe præſumentes, omnium ſæpe infimos ac imbelliſſimos ſe poſtea deprehendunt: Exemplo ſit Antiochus, *2. Maccab. IX, 10.* Herodes, *Act. XII, 22. 23. &c.*

2. Qvi ſemel ceſſit aulicorum, mundanorumq; aliorum ſive adulationibus ſive terriculamentis minacibus ac importunis, is cum Dariô pedetentim cogitur indulgere plura. Factô mandatô urgetur exſecutio, exſecutione factâ poſtulatur lacûs obſignatio, &c. Sic qvi in officiô ſacrô ſemel paſſus eſt ſe ſuperari inſtantiis ſecularium, vel carnis etiam propriæ, is ægerrimè ſe ſubtrahet poſteà ſolicitationibus eorundem novis ac procacibus.

3. De annulorum, qvibus domi penus ac ſupellex omnis contra furta obſignabatur, charactere certô, vide Taubmannum *ad Caſin. Act. II. ſc. I.* De Imperatorum in annulis imaginibus, item de literis ſignisq; certis (v. g. apud Chriſtianos ☧) vide Urſini *lib. I. Annal. p. 86. ſeqq.* item *p. 100.* Pinto *Spicil. f. 186.* Taubman. *ad Amph. A. 1. S. 1. p. 33.* Roa *Par. II. ſingul. lib. 4. c. 3.* Schultingus *Antiqv. Eccleſ. Tom. I. p. 181.* Maſenius *de imaginibus p. 285.* Pol. Vergil. *de Rer. Invent. p. 175.* Clemens Alexandr. *Pædag. lib. 3. c. 11. f. m. 246.* Et de annulis in genere ſcripſerunt *Kirchmannus, Eggebertus Schaum, Novarinus l. 3. Elect. f. 343. ſeqq.* Sylveſt. Petra-ſancta *de Symbol. Her. p. 85. ſeqq.* & Wolff. *ad Nehem. f. 103. ſeqq.* &c.

4. Qvod ex hoſtium intentione cedere debebat Danieli in malum, id tantò magis eundem à cavillationibus cunctis tutum præſtat, Deiq; gloriam eò magis exaggerat, oſtii nimirum obſignatio; æqvè ut contingebat circa obſerationem ſepulchri Meſſiæ, *Matth. XXVII, 65. c. XXIIX, 11.* Videatur *Rom. IIX, 28.*

Digitized by Google

אֱדַיִן אֲזַל מַלְכָּא לְהֵיכְלֵהּ

VERSUS XVIII. *Et abiit Rex in domum ſuam.*) Alterum hoc eſt conſeqvens qvantum ad Regem; qvi ſicut in propriâ perſonâ interfuit executioni, (qvòd aliàs tantorum Regum aut Monarcharum non eſt,) ita munitò ſatis leonum clauſtrô הֵיכְלֵהּ ſuum nunc repetit palatium.

וּבָת טְוָת *Et dormivit incœnatus.*

Potiùs: *pernoctavit jejunus.* Verbum enim בָּת ſive בּוּת reſpondet apud Targumiſtas Ebræorum לִין *pernoctare*, uti videre eſt *Geneſ. XXIV, 54. c. XXXII, 21. 2. Sam. XVI, 18. Eſa. X, 29. c. LIIX, 5. Jud. XIX, 10. 13.* adeòq; nocturnam denotat commorationem, ſive hæc fiat vigilando ſive dormiendo. Hìc verò dormitionem excludi, expreſsè docent ſeqventia; contra Vulg. Verſ. Alterum טְוָת notante *Aben-Eſra, Nathane, Jacchiade ac Saadiâ*, idem valet atq; צָאֵם *jejunus*, ſeu qvi veſperi nil comedit, idq; præſertim in lingvâ Arabicâ. Ac proinde Rex cibos reſpuit non ex religiosâ qvâdam orandi eò meliùs intentione, (*qvomodo enim invocaret, in qvem non credidit?* Rom. X, 14.) verùm ex naturali mœrentium conditione, qvorum ventriculus nec appetit, nec libenter admittit cibos, aliorſum deſtinatô calore ac viribus.

וְדַחֲוָן לָא הַנְעֵל קָדָמוֹהִי

Cibiq; non ſunt allati coram eo.) Chaldaicè eſt דַּחֲוָן qvam vocem *R. Nathan, Jacobiades & R. Levi* exponunt de *inſtrumentis Muſicis*, qvæ *depellunt* mœrorem, *impelluntur*q; digitis, (à Radice דְּחָה *im-pro-de-pulit*,) vel tranſpoſitis ſecundùm *Saadiam & Jacchiadem* literis, à Radice חֲדָא *gaviſus fuit.* Hæc non fuère admiſſa coram Rege, (non הַנְעֵל *introduxit*, h. e. introire ad ſe neq; juſſit, neq; permiſit; ita ab עַל *ingreſſus eſt*, vidimus hoc præter. Aphel *c. II, 25.* Confer Buxtorff. *Grammat. Chald. p. 113.*) Nimirum ſponte noluit Rex triſtitiam adeò juſtam ac penitiſſimam ſibi adimi, cùm per præcipitantiam propriam tanti diſpendii fuiſſet autor, atq; de Viro tàm fideli ac benè meritô actum nunc crederet penitùs; Vulgata reddens *cibos*, adhæſit LXX. Verſioni, habenti ἐδέσματα, Luther. Ließ kein Eſſen vor ſich bringen. Qvâ ratione etiam *Kimchi, & R. Salomo* exponunt de menſis: qvanqvam *Kimchi* adjiciat, nonnullos etiam accipere de proferentibus ænigmata, & qvi periti eſſent Muſicæ, *Aben-Eſra*

Eſra tamen de נְגִינוֹת *inſtrumentis muſicis pulſatilibus* interpretatur, ut & de שִׁירוֹת *cantionibus*, Belgæ: kein Freudenſpiel. Ita *Saadia* qvoq; meminit puellarum cantantium ludentiumq;, ob formam vocis Chaldaicæ דַּחֲוָן fœmininam: qvam in rem faciunt, qvæ congeſſit è profanis Briſſonius *de Reg. Perſ. p. 68.* v. g. pellices totam noctem vocis ac fidium cantu traducentes, ſomnum regi Perſico communiter aliàs conciliare conſveviſſe, qvarum qvandoq; 150. adfuerint, ita ut aliqvæ canerent tibiâ, aliæ pſallerent pſalteriô, heptachordô, pentachordô, &c. Vide illic plura; cumq; iſtis confer, qvod de Perſis modernis recenſet Ad. Olearius *in Itiner. ſuô Perſicô* paſſim. Lud. de Dieu *in Animadverſ. ad h. l.* conjecturam affert ex Arabiſmô, ubi דחאן *fumum* notat, ut ſenſus ſit: & *ſuffitum*, (qvi à celebrioribus haut abeſſe ſolebat conviviis,) *non fecit intrare coram ſe.* At commodiora adhuc videatur ea, qvæ ſub initium jam protulimus.

וְשִׁנְתֵּהּ נַדַּת עֲלוֹהִי׃ *Inſuper & ſomnus receſſit ab eô.* Sicut aliàs oppletionem ventriculi ſeqvi ſolet ſomnus, ita deficientibus alimentis ſimulq́ curis urgentibus, mirum non eſt deſideratum qvoq; tunc fuiſſe ſomnum.

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Specimen hîc habemus conſcientiæ ſauciæ, qvæ nec Reges dimittere ſolet impunes, utut ii in terris neminem habeant ſuperiorem, cui rationem facti ſui reddere teneantur. Vide *Rom. II, 14. ſeqq.* Ab hâc eſt *ἀγρυπνία*, tædium & neceſſariorum & voluptuariorum, fuga etiam hominum, (qvomodo hîc Regem in ſuum ſe abdidiſſe palatium cernimus,) &c.

2. Solitudinis amor arguere ſolet animum perturbatum ac ægrè habentem. Cur vitam non approbent ſeparatam Judæi, videlicet ne tædio vitæ, qvæ Dei tamen donum eſt, capiantur, &c. pluribus recenſet Coſri, *ex edit. Buxtorf. p. 153.* ubi plura etiam de vitâ contemplativâ.

3. De jejuniô, *ἀγρυπνία* ac abſtinentiâ à voluptuariis vide qvæ retulimus *in tract. de Luctu, c. 20. & 21.*

4. Flendum cum flentibus *Rom. XII, 15.* nec Joſephi damnum ſuq; deq; habendum, *Am. VI, 6.*

בֵּאדַיִן מַלְכָּא בִּשְׁפַּרְפָּרָא יְקוּם בְּנָגְהָא

Tunc Rex primò diluculô conſurgens.) Commemoratô hac- Versus XIX.

tenus

tenus periculô ſubjungitur jam (II.) *liberationis miraculum*, ubi ſpe-
ctandus venit (1) Rex indagans *v. 19. 20.* (2) Daniel commemorans *v. 21.
22.* (3) illæſus è foveâ procedens *v. 23.* Qvoad *primum* tribuitur Regi tùm maturata ſurrectio, tùm feſtina ad foveam proceſſio. Cui ſomnus per noctem perierat, *(v. 18.)* haut difficulter lectum deſerere properat; & qvidem בשפרפרא *ſub pulchrum auroræ diluculum*; à pulchritudine enim, (ſiqvidem radix eſt שְׁפַר pulcher, amoenus fuit, *c. III, 32. c. IV, 24.*) nomen ipſa habet, ita ut geminatio binarum radicalium augmentum ſimul pulchritudinis aut elegantiæ ſubinnuat; cujusmodi exempla ſunt *Proverb. XXI, 8.* הֲפַכְפַּךְ *perverſus*, c. XXVI, 21. לְחַרְחַר *ad ſuccendendum*, &c. Eſtq; hæc vox ex iis, qvæ diverſimodè leguntur ab Orientalibus & Occidentalibus Judæis, qvippe illi ut unam, hi ut duas ſcribunt: Præſtat tamen lectio prior. Cùm itaq; aurora ſurgeret, (ita *AbenEſra*,) vel cùm cœlum manè pulchreſceret, (ita *R. Saadia* allegans textum *Job. XXVI, 13. ventô ſuô cœlum* שפרה *pulchreſcere facit:*) deſubitô Rex à ſtratô ſe avulſit בְּנָגְהָא *cum luce*, ſive cùm נֹגַהּ *ſplendor* ſolis cœlum inciperet pingere, hominiq; vias ad deambulandum ac ſua peragendum detegere.

וּבְהִתְבְּהָלָה לְגֻבָּא דִי־אַרְיָוָתָא אֲזַל׃

Feſtinus ad lacum leonum perrexit.) Non ſuffeciſset ſolicito adeò amantiq; Regi, per miniſtrum percontari ſtatum Danielis, verùm ipſemet in perſonâ propriâ vel triſtia vel exhilarantia voluit experiri primus. Amor namq; ſibi fidit ſoli in hujusmodi arduis explorandis. Et qvidem abiit בהתבהלא *cum feſtinatione*, animô vehementer perturbatô ac morarum impatiente; Vide ſuprà eandem hanc vocem *c. II, 25. c. III, 24.*

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Aurora, ſicut ad preces, ita ad ſtudia actionesq; alias multis de cauſis eſt commodiſſima, *Pſal. LVII, 9. Job. IIX, 2. Actor. V, 21. Pſal. CXXVII, 2. &c.*

2. Qvæ Dario mens circà Danielem, eadem diſcipulis Chriſti circà hunc ſuum Dominum *Luc. XXIV, 1. Marc. XVI, 2. Joh. XX, 1.*

3. Moræ impatiens dilectio ſincera, nec non Conſcientia turbida.

4. Qvi falli non vult, ipſemet, ſicubi modò poteſt, propriis utatur ocellis, auribus, pedibus; exemplô Darii.

5. Melior

Digitized by Google

5. Melior eorum conditio, qvi injuriam ferunt, qvàm qvi inferunt. Daniel namq; inter leones medios tranqvillior, qvàm Rex in ſuô palatiô ac thorô: itemq; Proceres ob abſtinentiam ac manſvetudinem leonum jam conſpectam, dubii ac maximè ſoliciti de ſperatô eventu.

6. Conſcientia rectè evigilans nullum curat ſive pudorem ſive metum; ſicut hîc videre eſt in Rege exeunte, alloqvente. Vince ergò in tempore metum pudoremq; intempeſtivum, anteqvàm conſcientiæ ſtimulis adactus pudorem omnem deſpicias, & qvidem ſerò atq; fruſtrà.

וּכְמִקְרְבֵהּ לְגֻבָּא לְדָנִיֵּאל בְּקָל עֲצִיב זְעִק

Appropinqvansq; lacui, Danielem voce lachrymabili inclamavit.) Proceſſionem ſine morâ ſubſeqvitur Compellatio; qvamprimùm enim foveæ appropinqvavit, (de literæ ב uſu vide Troſtii *Gramm. p. 150. n. 3.* in ipſô acceſſionis punctô, cùm vix rectè pedem attuliſſet,) adeoq; cùm audiri vocem ſuam à Daniele poſſe conjiceret, mox זְעִק *clamavit*, aliter ac Viri graves & in eminentiâ conſtituti facere ſolent, qvi ſubmiſſâ lentâq; voce ut plurimùm ſua exponunt. Sicut itaq; Thamar vitiata præ inſigni perturbatione צָעֲקָה *vociferata eſt*, 2. Sam. XIII, 19. itemq; David amiſſô Abſolomô, *c. XIX, 5.* Joſaphat *1. Reg. XXII, 32.* Mardochai *Eſth. IV, 1. &c.* ita Darius qvoq; vociferatur hîc *voce* עֲצִיב *triſti*, qvæ ejulatum potiùs referebat, qvàm heroicum articulatumq; alloqvium: Radix enim עֲצַב *doluit*, hujusmodi paſſionem animi deſignat, ceu videre eſt *Prov. XV, 1. 13.* Ita *Jacchiades* declarat: בְּקוֹל מַר *voce amarâ* vel triſti. *&c. Saadia* qvidem vocem vult fuiſſe שָׁפָל *humilem* vel ſubmiſſam: at qvomodo hôc modô audiri potuiſſet Rex à Daniele in profundô foveæ hærente? VERSUS XX.

עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר לְדָנִיֵּאל *Et affatus eſt eum.*

Pulchrè hic *Vulgatus* expreſſit vim vocis עָנֵה *reſpondens*, qvippe qvæ hîc nullam ad antecedens aliqvod verbum habet relationem, ſed ſimpliciter ſermonis denotat exordium.

דָּנִיֵּאל עֲבֵד אֱלָהָא חַיָּא *Daniel ſerve Dei viventis.*

Peculiari hîc prophetam titulô condecorari videmus. Qvanqvàm enim eſſet ſervus ipſiusmet Darii compellantis Regis, penitùs tamen hoc ipſum jam reticetur, haud aliter, ac ſi Rex ſuô ſemetipſum privaſſet dominiô, dum poteſtati leonum tradidit hunc ſuum mini-

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum fidelem. Et cùm religioſa Danielis ſervitus fuiſſet in cauſâ, cur tantum ſubire coactus fuerit ſupplicium, idcircò ab eôdem hôc ſacrô Dei cultu virum hunc incomparabilem deſcribit. Dum verò non ſimpliciter *Dei*, ſed אֱלָהָא חַיָּא *Dei vivi* meminit, haud dubiè retinuit Danielis idioma, qvi Numen ſuum tali epithetô â fictitiis, imaginariis inanimisq; gentium idolis diſcriminavit, cujusmodi aliàs Dei veri titulus in populô Dei uſitatus, uti conſtat ex *2. Reg. XIX, 4. 16. Pſal. XLII, 3. Pſ. LXXXIV, 3. Eſa. XXXVII, 4. 17. Hoſea II, 1. Gen. XVI, 14. Devt. V, 26. 1. Sam. XVII, 26. 36. Jerem. X, 10. c. XXIII, 36.* Ac proinde comprehendebatur tùm indubitata Dei Exiſtentia, tùm omnigena ejus beatitudo, (*Vita* namq; Ebræis plenariam denotat felicitatem,) tùm omnium viventium productio ac conſervatio, ut ab hôc Deô vivô, tanqvàm vitæ fonte, omnis in mundô vita trahat originem, &c. *Pſal. XXXVI, 10. Actor. XVII, 28. Devt. XXX, 20.* Vita Dei eſſentialiter ſpectata, aliàs deſcribitur, qvòd ſit, qvâ Eſſentia Dei in ſe & per ſe eſt actuoſa: Qvâ de re plura in locô de Deô. Hoc ſenſu autem Darium ex animi ſui ſententiâ, adeôq; ex verâ fide, compellâſſe Danielis Deum, veroſimile non eſt, ſic namq; omnia Perſarum Medorumq; improbâſſet & abnegâſſet Numina, vel tamen Deum verum crediſſet impotentem, cùm diſertè ſubdat: *num potens fuit te eripere?* imò non vocat Deum *ſuum*, ſed Danielis, neq; ait, ſe ipſum colere, ſed *qvem tu colis*, &c. id qvod nec ipſe diffiteri poteſt Maldonatus, qvanqvàm eò inclinet, ut veram hanc Darii fidem fuiſſe aſſerat. Vid. ſuprà cap. IV, 31. לְחַי *viventem in ſecula celebravi.*

אֱלָהָךְ דִּי אַנְתְּ־ה פָּלַח־לֵהּ בִּתְדִירָא הֲיִכִל לְשֵׁיזָבוּתָךְ
מִן־אַרְיָוָתָא׃

Deus tuus, cui tu ſervis ſemper, putasne valuit te liberare à leonibus?) Alienum planè eſt, qvod hîc Vulgata interſerit de ſuô; *Putasne:* ſimpliciter enim qværit Rex; הֲיִכִל *num potuit* (הֲ interrogans ante verbum יְכִל *potuit*, nudum retinet ſuum patach, juxtà Troſt. *p. 83. n. 4.*) Deus tuus, qvem tu indeſinenter colis, eripere? eadem videmus Darium verba in hôc alloqviô repetere, qvæ in valedictione ultimâ audivimus ipſum erga Danielem uſurpâſſe *v. 16.* qvaſi dicat, tu ſtrenuè ſemper confiſus es Deo tuo, omni Deorum aliorum hominumq; favore inſuper habitô, num itaq; tantum virium in eôdem deprehendiſti in experimentô hôc periculoſiſſimô, qvibus vires leo-

num

num fuiſſent ſuperatæ? Qvæ ipſa ſanè interrogatio de potentiâ, ſatis arguit Darii de Deô verô hæſitationem, aut potiùs incredulitatem. Si namq; Deum vivum atq; verum crediidiſſet, qvomodo ejus leonumq; potentiam inter ſe contuliſſet? qvæſiviſſet potiùs de voluntate, qvàm facultate: miſer namq; foret Deus, qvô leones bruti eſſent potentiores. Qvapropter anceps fuit hicce Rex, num tantus etiam vir, qvantum cognoverat Danielem, in religione ſuâ abſq; errore hactenus fuerit, & non humani aliqvid paſſus; ut fieri nonnunqvam ſolet ſuperſtitioſis.

Poriſmata ex Verſu XX.

1. *Vox triſtis* triſtem comitari ac arguere ſolet animum, adeò, ut licèt vultus nonnunqvam diſſimulet, vox tamen haut ita facilè celare qveat, qvæ intus ūrunt. De vocis lingvæq; moderamine alibi locus dicendi commodior.

2. *Dei vitam* tractant Gerh. *in Exeg. T. 1. p. 781. ſeqq.* Polan. *l. 2. Synt. c. 15.* aliiq;. Confer Juſtini *Dialogum cum Triphone p. 173.*

3. Homo carnalis & irregenitus, utut aliqvid de Deô per naturam videat, potiùs tamen cœcitas hæc dicenda eſt, qvàm qvaliscunq; viſio. vid. *Rom. I, 19. ſeqq.*

4. Ingratiſſimus in Creatorem ſuum omnipotentem ſit neceſſe eſt, qvi potentiæ ejusdem certos vult definire limites, eandemq; intellectui ſuo anguſtiſſimo menſurare. Id qvod in non-paucis Calvinianorum ſcriptis paſſim datur obſervare.

אדין דניאל עם מלכא מלל מלכא לעלמין חיי׃

Et Daniel reſpondens Regi ait: Rex in æternum vive) Abſolutâ Regis indagatione ſeqvitur Danielis commemoratio *v. 21. 22.* Locô autem *reſponſionis*, cujus meminit Vulgata, in fontibus eſt: *Daniel cùm Rege* מלל *locutus fuit*; Qvô ipsô tùm Danielis vita, tùm valetudo, & integritas innuitur, ſi namq; à leonibus vel penitùs laniatus, vel læſus ſaltem fuiſſet lethaliter aut graviùs, tale eqvidem cum Rege colloqvium ſonorum inſtituere hautqvaqvam potuiſſet. Ipſe autem ſermo præmittit (*a*) honorificam conſvetamq; ſalutationem: *Rex in æternum vive*, qvâ ipſâ indicatur tùm animi ab omni perturbatione libertas,) qvi nimiô enim tangitur vel angore vel metu, is facilè ſalutationis obliviſcitur,) tùm debita reverentia, tùm omnis indigna- VERSUS XXI.

Digitized by Google

tionis aut maledicentiæ ergà damnantem abſentia; Vid. de formulâ hâc *cap. II 4. c. III. 9. c. V, 10. c. VI, 6.*

VERSUS XXII. אֱלָהִי שְׁלַח מַלְאֲכֵהּ *Deus meus miſit angelum ſuum.* Seqvitur (β) narratio, recenſens liberationis tùm autorem principalem, qvi eſt *Deus Danielis,* tùm cauſam miniſterialem, qvi eſt *Dei Angelus,* tùm formalem, qvoad leonum nociturorum repreſſionem. Qværenti autem Regi, *num Deus tuus,* rectè reſpondet; *Deus meus*: Qvô ipsô tùm ſuam fidem, tùm gratitudinem cuncta in unum Deum refundentem, tùm conſtantiam apertè ſatis profitetur. *Angeli* dum meminit, revocare videtur Dario in memoriam miraculum, qvod ſub Nebucadnezare contigerat, ubi itidem Angeli ope liberati fuerunt è fornace tres confeſſores, oculis id ſuis inſpectante Rege, *c. III, 25. ſeqq.* Qvô ipsô ſimul Darium inſtruit de intermediis inter Deum atq; homines creaturis rationalibus adhuc aliis, nimirùm de Geniis ſive Angelis Spiritibus, ne pro Numine ſtatim haberetur vel Deô aliqvô, qvi opem fert homini, oculisq; corporeis non cernitur. Huc ænigma illud Rabbinicum: *Venit leo* (angelus Deo miniſtrans,) *& liberavit leonem* (Danielem, qvi erat de tribu Juda *Gen. XLIX.*) *de ore leonum.* Vide *Raym. Pug. Fid. fol. 350. 351.* & Galat. *L. 5. Arcan. Cath. Ver. cap. 8.*

וּסֲגַר פֻּם אַרְיָוָתָא וְלָא חַבְּלוּנִי

Et concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.) Liberatio conſtitit in læſionis impeditione, qvam eleganter deſcribit Metaphorâ *occluſionis*, ita, ut ſicut oſtium aliàs occludi ſolet peſſulô vel ſerâ, qvod nemo clave deſtitutus id aperire valet; ita leonum qvoq; ora tàm fortiter fuerint compreſſa, ut ipſimet aperire eadem haudqvaqvam valuerint ad vim Danieli inferendam. In ſenſu enim conjunctô, & non diviſim hæc accipi debent; qvid enim opus, ſtatuere, leonum adeò conſtrictas fuiſſe mandibulas ac labia, ut nec oſcitare, nec lingvam exerere, nec aliud qvid oſſium præſentium rodere potuerint. Et licèt ora ipſis fuiſſent occluſa, nondum tamen ungvibus adempta ſic fuiſſet vis invadendi ac laniandi; ſi ita ſtrictè ſyllabis vellemus inhærere, & non potiùs omnem ſimul violentiæ averſionem phraſi hâc comprehendere. Qvod ſi tamen cum *Sanctiô* referre etiam hæc placeat ad rugitûs impeditionem, ne eôdem percelleretur Daniel, admittere id haut ægrè poſſemus. Sic in actis martyrum exempla proſtant, leones qvandoq; lingvis ſuis lambentibus abblanditos fuiſſe iis, qvos diſcerpere

Digitized by Google

pere debuiſſent; de qvibus tamē haut abſonè uſurpari potuiſſet præſens hæc Danielis Phraſeologia, *de rictuum occluſione, ne nocerent.* Sic alibi dicitur: *Claudere manum pauperi, claudere uterum, viſcera, cælum, &c.* Simile aliàs de Malchô miraculum refert *Hieronymus*, & de Afris Chriſtianis in perſecutione Hunerici *Victor*, de Pachone *Palladius*, de Dariâ, Teclâ aliisq; alii. Videatur *Corn. à Lap. in hunc loc.* An verò leonum ſimul phantaſia, oculi, ventriculusve fuerint mutata, noſtrum non eſt diſqvirere: ſufficit eosdem abſtinuiſſe. De verbô חֲבַל *perdere, corrumpere, deſtruere,* vid. c. IV, 20. Ubi de arboris deſtructione. Copula (ו) antecedens verbum hoc commodiſſimè per conjunctionem *ut* effertur; *Concluſit,* וְלָא חַבְּלוּנִי *ut ne corrumperent me:* Exempla ſimilia c. V, 2. VI, 16. &c. *Pererius* qvinq; hìc recenſet modos, qvibus aliqvis citra miraculum evadere poteſt leonum ora. 1. Si pallio caput ipſorum involvatur. 2. Si ſint ſaturati. 3. Si cicurati. 4. Si beneficiô aliqvô devincti. 5. Si proſtratione vel ſubmiſſione honorati: additq; ſub finem, metum etiam leonibus incuti circumactis rotarum orbibus, curruum ſonitu, galli cantu, nec non ignibus. Verùm cuncta hìc defuiſſe, meramq; affuiſſe opem angelicam, meritò deprædicavit Daniel. Pro Papiſtis facit, qvod hìc affert *R. Saadia* de Angelô, prophetam Habacucum ex Judæâ ſimul cum operariorum agreſtium cibis adduxiſſe, ita ut ambo in lacu ederint, biberint, Deumq; celebraverint, &c, Verùm qvid eâ de re ſentiendum, colligi poteſt ex Chronologicis, ſiqvidem *Seder olam* ſub Manaſſe prophetam ait vixiſſe, imò *Habacuc I, 6*, vaticinium ponitur de transportatione in Babyloniam. At hæc in lacum conjectio contigit ſub finem LXX. annorum captivitatis. Tacemus alia. Sine dubiô parem hæc merentur fidem cum iis, qvæ dicunt Arabes de Jeremiâ ferente cibos Danieli, &c, apud Bochard. *T. 1. Hieroz. f. 749.*)

כָּל־קֳבֵל דִּי קֳדָמוֹהִי זָכוּ הִשְׁתְּכַחַת לִי

Qvia coram eô juſtitia inventa eſt in me;) Eſt hæc (γ) *αἰτιολογία*, non qvidem liberationis efferens cauſam meritoriam, ſed occaſionalem. Licèt enim voculæ *qvia, qvandoqvidem, enim* à Grammaticis dicantur cauſales, conſtat tamen, id ideò fieri, qvia qvalecunq; inferendi ſubminiſtrant medium, modò à cauſis, modò ab effectibus, modò adjunctis, modò paribus, modò contrariis petitum: Qvam in rem videatur D. Glaſſ. *l. 3. Phil. ſacr. Tr. VII. Can. 17.* D. Thumm, *de causâ pecc. p. 80.* Gerhard. *T. 4. Conf. Cathol. p. 32.* Rationem proindo

Qqq 2

Digitized by Google

inde dat Daniel, cur placuerit Deo hâc vice extraordinarium qvid, & contra beſtiarum naturam procurare, videlicet ut declararet palàm
זכו ſervi ſui adverſus obtrectatores blaſphemosq; alios innocentiam. זָכוּ
puritas, nimirùm non perſonæ, (de qvâ aliter loqvi ſcit Daniel *c. IX, 7. 18.*) ſed cauſæ, (ut *Pſ. VII, 9. XIIX, 21. &c.*) *reperta eſt* לִי *mihi* vel *in me coram Deô*, h. e; juſtus ſupremusq; Judex, qvi & tuas & tuorum procerum, & meas qvoq; actiones habet perſpectiſſimas, noluit me damnû hâc vice minimum, in famæ vel ſuæ vel meæ præjudicium experiri, utpote qvi *reperit in me*, qvoad caſum præſentem, culpæ doliq; omnis carentiam, vidit, me orationibus invigilâſſe debitis, non ex hypocriſi, non ſtudiô ſingularitatis, non ex contemtu tui mandatorumve regni, ſed ut meo ſatisfacerem officio, peccatorum meorum, meiq; populi veniam, nec non benedictionem pro ipſômet regnô tuô, cœlitùs impetraturus. Vox זָכוּ hîc ſolùm extans, deſcendit à rad. זָכָה *mundus, maculæq; expers fuit*, qvæ *Job. XV, 14. & XXV, 4.* de homine uſurpatur; *qvid eſt homo, ut* יִזְכֶּה *mundus ſit?* Prov. XX, 9. *qvis dicet:* זִכִּיתִי *mundavi cor meum?* Eſa. I, 16. הִזַּכּוּ *mundamini*. Unde ſimul colligitur, puritatem à Daniele intendi non univerſalem, (vel ut craſſè ſatis ſcribit *Tirinus* hôc locô, *veram, perfectam & abſolutam juſtitiam,*) ſed particularem, qvoad certum negotium, cujus causâ ſcilicet tunc tanqvam immundus atq; mortis reus fuerat in leonum lacum conjectus. *Maldonatus* juſtitiam hanc coram Deô refert ad peccatorum veniam divinâ gratiâ jam impetratam, cùm Daniel ſe peccâſſe diffiteri neqveat, ita ut reſpectus habeatur ad verba Regis, *v. 16.* qvod ut libenter admittimus contra inhærentem juſtitiam, ita à contextu ac ſcopô alienum nonnihil æſtimamus; ſiqvidem non tàm peccata ſua ſibi gratioſè remiſſa, qvàm ſuam circa præſens ſupplicium innocentiam Daniel nitebatur aſſerere, qvàm & Deus tanqvàm ſibi perſpectam miraculoſè declaraverat, & Rex etiam ulteriùs adhuc deprehendere poterat.

וְאַף קָדָמָךְ מַלְכָּא חֲבוּלָה לָא עַבְדֵת׃

Sed & coram te, Rex, delictum non feci.) Sicut proxima judicii meminerunt divini; ita hæc etiam provocant ad judicium humanum, q. d. ſicut Deus, diſcutiens veluti præſentem meam cauſam, deprehendit reatûs debiti defectum, qvoad cruentum ac infame hoc ſupplicium; ita tu qvoq;, Rex juſte atq; ſapiens, non poteris aliter reperire per diſcuſſionem etiam accuratiſſimam, qvàm me honoris commodiq;

Digitized by Google

diq; tui ſemper fuiſſe obſervantiſſimum, nihilq; in deſpectum tui, vel nunc, vel olim fuiſſe à me admiſſum. Tu ipſemet recordari non poteris, me vel in minimô fuiſſe infidelem *v. 4.* utut nunc adverſarii mei ſiniſtrè adeò meam interpretentur pietatem, ut grande crimen læſæ majeſtatis illinc exſculpant: Imò heſternum tuum patrocinium ſatis edocuit, me pro innocente à te haberi. Elegans autem collatio poterit inſtitui inter *corruptionem* à leonibus inferendam, qvam proximè verbum חַבְּלוּנִי exprimebat, & inter חֲבוּלָה *corruptelam*, ſeu delictum, tali corruptione dignum: q.d. cùm aliàs inter culpam atq; pœnam debeat proportio intercedere, hîc tamen nil illorum in me deprehendere poteris, qvantoperè etiam inqviras. Eſto, incuſer inobedientiæ erga edictum, reverà tamen hæc obſeqvii denegatio profecta eſt non ex corde pravô, malè tibi cupiente, ſed Deum vivum decenter colente: Si vitia æſtimanda ſunt ex legiſlatoris legumq; deſpectu malitioſô, vitium in me erit nullum, utpote qvi legiſlatorem prætuli ſupremum inferiori, & qvidem à ſuis Conſiliariis ſubdolè circumvento.

Poriſmata ex Verſu XXI. & XXII.

1. Benè precantur pii etiam iis, qvi vel deſeruerunt, vel etiam damnaverunt, ſicut h.l. Daniel benè precatur Regi Dario: Vide *Matth. V, 44. Rom. XII, 17. ſeqq.*

2. Pro Magiſtratu etiam idololatricô ac delinqvente intercedendum eſt apud Deum, *1. Tim. II, 1. ſeqq. Jer. XXIX, 7.* Ita Chriſtiani primi exoptaverunt Imperatoribus Ethnicis ac perſeqventibus *vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitûs fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem qvietum*; referente *Tertullianô, Apologet. c. 30.*

3. Vox, *Deus meus*, qvemvis admoneat fidei fœderisq;, nos Deo unientium arctiſſimè; *Pſ. XIIX, 2. ſeqq.* qvivis namq; pius de ſe in individuo certus eſſe poteſt atq; debet, Deum eſſe Deum ſuum, &c.

4. Bona qvævis referenda ſunt gratô pectore ad Deum ſolum, ſicut hîc liberationem ac incolumitatem ſuam Daniel nulli tranſcribere vult creaturæ vel cauſæ ſecundæ, vide *Jac. I, 14.* item, qvæ in ſecundô Decalogi præceptô traduntur de gratiarum actione.

5. Angelorum confirmatur hîc exiſtentia, operatio miranda, inſerviendi hominibus promtitudo, &c. *Pſal. XXXIV, 8. XCI, 11. Ebr. I, 14.* Qvæſtionem inſuper *Piſcator* hîc format, qvomodo Angelus, cùm leo-

Digitized by Google

nes fuerint plures, omnium tamen ora ſimul potuerit occludere? Reſpondétq; : *non liqvere: videtur*, addens, *præſentiâ ſuâ metum incuſſiſſe, fortaſſe comminatione per digitum*. Qvod ſanè, qvàm puerile ſit, nemo non videt; qvaſi verò digiti oſtenſio leoni metum incutiat? unde habuit formæ humanæ conjecturam?

6. Creaturæ, utut alioqvin homini pernicioſiſſimæ, imò ipſi Dæmones inſtar leonum rugientes, *1. Pet. V, 8.* compeſci tamen facilè poſſunt, ſicut h. l. capiſtrum injiciebatur leonibus operâ angelicâ.

7. Ingens eſt inter juſtitiam perſonæ atq; cauſæ diſcrimen; illa penes nullum reperitur Adamigenam; hæc non rarò apud pios. Licèt verò in certô factô adeſſe poſſit innocentia, non tamen propterea hæc ipſa liberationis eſt meritoria. Multi martyrum fuerunt innocentiſſimi, nec tamen propterea à tormentis, inſtar Prophetæ noſtri, liberati. Benevolentiæ Dei eſt ſapientiſſimæ miraculoſè agere cum hôc præ alterô: huic conferre etiam bona temporalia, non item alteri, &c. Nemo prærogavit qvicqvam, *Rom. XI, 35.* Intereà compenſationem pietatis ex gratiâ promiſſionum largimur faciles, ſecundùm *1. Tim. IV, 8. 2. Theſſ. I, 5. 7. Ebr. VI, 10.* ac proinde *Maldonatus* qvid hîc dicat, ipſemet ignorat. Juſtitiam rectè in abſolutam ac particularem diſtingvi concedit, hanc tamen hîc intendi ineptè infringit: Qvaſi verò *abſolutam* ſibi Daniel arrogaret innocentiam? *c. IX, 5. 7. 16. 18.* qvaſi etiam nos inhærentem juſtitiam abſolutè negaremus? Aliud eſt juſtitia *coram Deô*, aliud *coram mundô*: juſtos eſſe Noachum, Danielem & Jobum, (*Ezech. XIV, 14. 20.*) comparativè ſcil. ad degeneres incolas mundi cæteros, largimur faciles; at propter hanc juſtitiam ipſos coram Deô fuiſſe juſtificatos pernegamus, *Phil. III, 9.* Imò ſi puritas denotat h. l. juſtitiam inhærentem, ſeqvitur aliqvem de juſtitiâ ſuâ operum poſſe eſſe certum; qvod tamen hypotheſibus Papiſtarum repugnat. Tacemus alia in Maldonatô nimis craſſa ac aliena. Confer *Rom. IV, 2.* ſi juſtificatus eſt Abraham ex operibus, &c. *1. Cor. IV, 4. Nullius mihi conſcius ſum, &c.*

8. Non omnis ſtatutorum ſecularium transgreſſio eſt in Magiſtratum prævaricatio. Sic namq; Daniel, licèt edictum publicum apertè violâſſet, negat tamen in Regem ſe peccâſſe, cùm conſcius ſibi eſſet ſinceræ in eundem fidelitatis. Sic licèt mandata Principum Papiſtica vel Calviniana poſthabeantur à ſubditô orthodoxô, modò cor honorificè recteq; de Magiſtratu ſentiat, nil contra IV. præceptum delinqvitur.

9. Qvàm

Digitized by Google

9. Qvàm frivolè textu hôc pro reliqvjarum veneratione abutatur *Caſterus*, vide ſîs apud Gerhard. *T. IIX. de morte §. 116.* Ita contra literam textûs eſt, qvod jejunio liberationem hanc ex mente *Baſilii* tribuunt *Tirinus & Corn. à Lapide*, vel caſtitati, ex mente *Epiphanii, Dorothei, Hieronymi, Damaſceni.* Solùm enim meminit Daniel innocentiæ ſuæ in relatione ad ſupplicium hoc dirum, non autem caſtitatis, jejunii, beneficentiæ, vel virtutis alterius.

בֵּארַיִן מַלְכָּא שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי VERSUS XXIII.

Tunc vehementer gaviſus eſt Rex ſuper eò:) Adeſt jam ipſa Danielis è lacu eductio, ubi tùm Rex (α) nimioperè gaudens, & (β) eductionem præcipiens, tùm Daniel è lacu eductus, illæſus deprehenſus, per fidem in Deum ſuum ſalvatus. Gaudium effertur verbô טְאֵב *bonus fuit*, qvæ forma in ſacrô Codice non redit, cum Ebræô tamen טוב coincidit, adeòq; tàm bonam rei, qvàm animi conſtitutionem exprimit, qvando mens hominis benè habet ac lætatur; unde etiam יום טוב *dies bonus* ponitur pro hilari ac feſtivô. Confer qvoad Phraſin *v. 14.* באש עלוהי *malum fuit*, vel diſplicuit *ſuper ipſum*; ita hic טאב עלוהי bonum fuit ſuper eô: Vid. etiam Ludov. de Dieu *in Animadv. b. l.* R. Salomon exponit, *valdè* הוטב בעיניו *bonum erat in oculis ipſius.* Huc illud *Judic. XVI, 25.* כטוב לבבם *cùm lætaretur cor eorum*, &c. Lætatus verò fuit Rex ob nobilem adeò theſaurum, qvem penitùs deperditum crediderat, nunc denuò recuperatum, & qvidem cum tantô conſcientiæ ſuæ graviter afflictæ levamine, cujus ſtimulos per integram noctem expertus fuerat acerrimè. vid. ſup. *v. 3.* טאב

וּלְדָנִיֵּאל אֲמַר לְהַנְסָקָה מִן גֻּבָּא

Et Danielem præcepit educi è lacu.) Ut contra voluntatem Rex præcipere cogebatur de incluſione *v. 16.* ita nunc cum ſummâ voluntatis promptitudine præcipit etiam de eductione. Effertur hæc verbô Infin. לְהַנְסָקָה *educere*, à rad. נסק *adſcendit*, ita ut reſpectus habeatur ad ſitum lacûs depreſſiorem, qvi muris, ut videtur, interiùs veſtitus, ſcaliſq; aut gradibus deſtitutus fuit, ne leones illinc ſive ſaltu ſive greſſu evadere, nutritoreſve ſuos corripere potuerint. Ut proindè vel laqveorum demiſſione, (ut *Jer. XXXIIX, 11.*) vel ſcalarum admotione fuerit opus, ad virum hunc grandævum è lacu hôc tartareô protrahendum. Notandum verò, qvàm animoſus hôc miraculô ſit redditus Darius, adeò, ut ſine procerum reſeratione ipſemet remove- נסק

rit

Digitized by Google

rit ſigilla, virumq; hunc innoxium ſine morâ liberaverit, non expectatis delatoribus: nimirum id poterat tùm amor in Danielem, tùm præcipuè miraculi recentis admiratio, Deiq; id patrantis metus.

וְהֻסַּק דָּנִיֵּאל מִן גֻּבָּא וְכָל־חֲבָל לָא הִשְׁתְּכַח בֵּהּ

Eductusq; eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inventa eſt in eô.) Dictum, factum: qvantâ cum tergiverſatione protracta fuerat miniſtri in lacum deturbatio, *v. 14:* tantâ cum feſtinatione procuratur jam liberatio. Et qvidem, ſicut tres ſocii flammæ nullum in ſe habebant veſtigium *c. III, 27.* חֲבָל *læſio non erat in eis,* v. 25. (en idem, qvod & hic, vocabulum!) Ita nunc qvoq; Daniel, qvi tunc temporis periculô ſociorum fuerat exemtus, nunc verò ſolus pari ferè exitio expoſitus, omnigenam ex lacu refert integritatem; non læſus fuerat ex lapſu ſeu præcipitatione, nec minimum etiam receperat vulnus ex leonis ſive dente ſive ungve.

דִּי הֵימִן בֵּאלָהֵהּ׃ *Qvia credidit Deo ſuo.*

הֵימִן *credidit* (pro הֶאֱמִין ab אָמַן *firmus fuit* בֵּאלָהֵהּ *in Deum ſuum,* totâ ſcil. fiduciâ in ejusdem ſanctâ voluntate ac irrefragabili potentiâ recumbens, non attendens vel hominum, vel beſtiarum atrocitatem, æqvè ut Abraham non reſpectabat cauſas ſecundas, &c. *Rom. IV, 18. ſeqq.* Huc illud Ebr. XI, 33: *per fidem debellarunt regna, operati ſunt juſtitiæ, aſſecuti ſunt promiſſiones, occluſerunt ora leonum,* &c. Qvod ipſum emendare nititur Maldonatus, hôc locô dicens, Paulum qvidem tribuere hoc fidei, qvod *David non fidei tantùm, ſed juſtitiæ tribuat, Pſ. XCI, 13. ſuper aſpidem,* &c. Veruntamen ubi illic juſtitiæ mentio? nonne mera fidei deſcriptio *v. 1. 2. 9. 14. ſeqq.* Huc etiam exempla Simſonis leonem debellantis *Judic. XIV, 6. 7.* nec non Davidis, *1. Sam. XVII, 34.* Et qvidem fides hæc Danielis pro objectô habuit Dei gratiam in Meſſiâ fundatam, cui ſe totum commiſit, adeundo mortis ſatis truculentæ periculum, veramq; religionem palam confitendo.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Lætitia noſtra non ſit carnalis, inq; caducis fundata, verùm ſancta, ob ſanctos Dei cultores cum Daniele feliciter eluctantes, ob gloriam Dei palam reſplendeſcentem, ob boni publici per fideles procuratores promotionem, &c. Huc gaudium ſalutis Dei *Pſal. LI, 14.* Tuex-

Digitized by Google

[illegible] cor meum, &c. *Pſ. IV, 8*: Lætabuntur omnes recipientes [illegible] *V, 11.* gaudete ſemper *1. Theſſ. V, 17. Phil. IV, 4.*

[illegible] cum Dariô eluctantes, tantò evada- [illegible] ut cum eandem tepiditatem priorem remiſſam, ala- [illegible] penſemus novâ, tantòq; generoſiùs vitia oppugnemus; [illegible] adverſariorum Satraparum turbam vilipendi damna- [illegible] Conf. *Apoc. II, 4. 5. III, 3. 15.*

[illegible] Danielis è leonum lacu admiranda admoneat nos in- [illegible] potentiæ divinæ, qvæ hodieq; in periculis extremis, ad- [illegible] ſuperabundanter poteſt facere, qvàm intelligimus, [illegible] bimus & nos ſuô tempore è ſepulchri cavernis, utut [illegible] nt undiq; omnia, imò ne damnum qvidem ullum in [illegible] ur, qvin imò ſplendebimus potiùs inſtar ſolis, &c. [illegible] *1. Cor. XV, 42. ſeqq.* Adeoq; Daniel in mediô leonum [illegible] præbet ovilis Chriſti in mediô luporum, *Matth. X, 16.* [illegible] veræ naturâ, objectô, exercitiis, effectibus, vide [illegible] eſt cum Paulô ad vitam mortemq; paratum eſſe [illegible] m, *Phil. I, 20.*

[illegible] ndum ex infortuniis non ſemper facit cauſæ boni- [illegible] in Deum debitâ opus eſt; ut hîc videre eſt in Da- [illegible] qvòd *Brutus*, amore patriæ infelix, virtutem pro nihi- [illegible] rit; nimirum, qvia fide in Deum caruit, ac proindè [illegible] non potuit. Ita multi hodieq;, non Deo ſed ſibi [illegible] bunt cum causâ ſuâ æqvâ. Qvapropter non fluctu- [illegible] *I, 6. Matth. XIV, 21. Rom. IV, 19. Luc. IIX, 50.* Fides [illegible] ralibus acqvieſcit, ſed ſpeciatim ſibi applicat eadem, [illegible] it *me*, &c. *Gal. II, 20.* (contra Papiſtas.)

[illegible] ineptè ex textu hôc *Oſtorodus* concludat, fidem nil a- [illegible] obedientiam mandatis Dei præſtitam, oſtendit Jac. [illegible] *Iſ. fid. p. 393. & 404.* Cur enim, qvando duo de eodem [illegible] ntur, unum eſſet forma alterius? adde Gravv. *p. 4.* [illegible] Thum. *imp. Phot. p. 398.*

[illegible] וַאֲמַר מַלְכָּא וְהַיְתִיו גֻּבְרַיָּא

[illegible] *coram Rege adducti ſunt, &c.*) Hucusq; fuit libera- VERSUS XXIV.
[illegible] ſuccedunt qvoq; conſeqventia: qvorum *primum* eſt, [illegible] inflicta delatoribus; Ubi *a*) autor eſt Rex, non

ampliùs formidans procerum regni offenſionem, conſpirationes, cognationes, inſidias aut tumultûs, ſed generoſè expediens, qvæcunq; dictitabat amor juſtitiæ. (β) Perſonæ punitæ ſunt *Viri iidem, qvi accuſaverant Danielem*; ubi eadem adhibetur phraſis, qvæ *c. III, 8.* jam adfuit de delatoribus Triumvirorum, אֲכַלוּ קַרְצוֹהִי *voraverunt fruſtum, vel excidium ejus*, h. e. famam ejus lacerarunt, lacerandoq; ipſius
קרץ qvæſiverunt exitium: קֶרֶץ enim eſt *excidium* (à קָרַץ, *excidit*), item *criminatio, delatio*: delationem autem *vorare*, eſt ex aliorum accuſatione ſibi alimentum qværere, pabulô tam cruentô ſe ſuſtentare, &c. *R. Saadia* ait h.l. *delatorem ſocii perinde eſſe ac devorantem excrementa ejus*: Hîc ſi qværamus de Danielis delatorum numerô ac conditione, videmus eqvidem Satrapas ac Principes, qvorum mentio facta *v. 1. 2.* conſpiraſſe in necem Judæi hujus collegialiter, adeòq; Regem hanc in rem ad edicti promulgationem permoviſſe, *v. 4. 7.* Omnes tamen atq; ſingulos illos 120. Satrapas, binosq; horum præſides, ſecundùm ſingula individua delatorum ſuſtinuiſſe partes, haut eſt probabile, verùm certa, ut videtur, ſubjecta ex ſuô delegerunt ordine, qvæ id in ſe ſuſciperent negotii nomine reliqvorum, qvâ de cauſâ etiam *v. 11.* indefinitè dicitur: *viri illi acceſſerunt, inveneruntq; Danielem, &c.* Nam omnes ſimul regni magnates, unâ ſimul vice, ad ſupplicium rapere, perturbationis in totô regnô fatalis atq; maximæ facilè fuiſſet occaſio. Mirum tamen eſt nihilominus, imò divina ſubfuit manus, qvòd Magnates hi evidentiâ ſcil. miraculi tantoperè perculſi, non auſi fuerint Regis præceptô ſe opponere, verùm ſatellitum paruerint executioni. Non verò hi delatores adducti fuêre ſoli, verùm etiam *filii ipſorum, nec non uxores ipſorum*, haut dubiè ſecundùm legem regni, qvæ in gravioribus delictis, vel in ſubdolis ſaltem calumniantium machinationibus, familiæ totius poſtulavit exterminium. Id qvod apud Romanos qvoq; aliqvandò receptum erat. Siqvidem Caſſio ob tyrannidem affectatam è rupe Tarpejâ præcipitatô, etiam Caſſii liberi ad necem poſtulabantur. Verum liberari placuit adoleſcentes, nec exiliô ullâq; inſigniori notâ multari. Sabell. *l. 1. ennea. 4.* Ita milites, cùm interficerent duos Maximinos, Patrem atq; filium, dicebant: *ne catulum ex genere peſſimô relinqvendum*: Vide etiam Juſtini *lib. 2. & 21. Hiſtor.* de tollendis unà poſteris, vel; *qvia familia ſceleri communicaverat*, vel, qvia utile videbatur, ut alii à ſimilibus malefactis tali pœnæ acerbiſſimæ exemplô deterrerentur, & caveretur, ne qvod tanti ſceleris veſtigium exta-

neve qviſqvam aut ad imitandum ſcelus, aut ad necem ul-
ſet tam nefariâ domô ſupereſſet. Adde Senecam *lib. I. de*
Cod. tit. ad leg. Jul. Maj. (l. 9. tit. 8. §. 5.) *qviſqvis*, &c.
exempla proſtant, ubi qvi in Remp. peccârant atro-
liberis ac uxoribus morti adjudicabantur, *Joſ. VII, 24. 25.*
ſeqq. Eſth. IX, 7. ſeqq. Adeoq; *uxores* etiam hîc vide-
pote ambitioſas & communiter inſtigatrices marito-
dum æmulos, &c. item *liberos*, tanqvàm paternarum
conſcios, vel approbatores, vel hæredes, vel mortis illa-
turos vindices. Haut dubiè etiam tam ſæva fuit pœ-
natio præceſſerat contra tam charum Regi caput, & pe-
pene totius conſiſtebat ſalus; Nam & hâc ratione cri-
tatis committitur, qvando in Regis proximos, (nam
pars corporis noſtri ſunt, dicente Arcadiô, *leg. cit. lib.*
parantur. (γ) Pœna ipſa complectitur tum addu-
adduxerunt, nempe ſatellites vel regii apparitores:
vox, qvæ *v. 16.* de Daniele uſurpabatur הֵיתִיו *venire*
in lacum projectionem; רְמוֹ *deturbarunt*, æqvè ſcil.
ut ſimili hâc ratione perirent mortis genere, qvô
rant extinctum. Sic calumniantibus Suſannæ hoſti-
gebat ſupplicium. *Dan. XIII.* Hamani Judæorum de-
ſeqq. Ita aliàs *Antoninus Pius* delatores, ſi non proba-
cit pœnâ; ſi probarent, oblatô præmiô, dimiſit infa-
Alex. *l. 4. Gen. dier. c. 22.* Conſtantinus M. uxorem Fau-
ſtam Criſpum malitioſè delatum punitumq;, capitis &
c, apud Niceph. *lib. VII.* Et Ottho III. itidem conju-
impulſu Comes qvidam inſons damnatus fuerat, com-
Kranz. *lib. 4. Sax. c. 22. &c.* At, inqvis: qvid delatores
qvàm qvod verum ſit? Nonne à Deô aliô petierat
plurima, contra manifeſtam edicti literam? Reſpon-
ſtrum non ſit, facta Darii vel excuſare vel probare, cre-
omninò eſt, Regem hunc miraculi evidentiâ perculſum,
Danieli per Proceres ſtructis fatis jam edoctum, imò
qvandam mandati approbationem maceratum *v. 18.*
animadvertere voluiſſe in anteſignanos, qvi edi-
pernitioſi fuerant procuratores primarii, adeóq; u-
tantopere abuſi fuerant legiſlatoriâ Regis circum-

venti autoritate. Et, ſi *Joſepho* habenda fides, iidem ipſi miraculum eſſe negarunt, prætenſâ leonum ſaturitate; qvapropter Rex conjectis in foveam multis carnibus, beſtiisq; exſaturatis, præcepit, ut ſimilem & ipſi cum Daniele experirentur jam fortunam; veruntamen eô, qvi mox ſeqvitur, ſucceſſu.

וְלָא־מְטוֹ לְאַרְעִית גֻּבָּא עַד דִּי־שְׁלִטוּ בְהוֹן אַרְיָוָתָא

Et non pervenerunt usq; ad pavimentum laci, &c.) Pertinet & hoc ad pœnæ integritatem; ſiqvidem adductionem & projectionem excipit jam ſubita, miſerrima ac totalis dilaniatio. Celeritas in eo erat, qvòd nondum לְאַרְעִית *imum* lacûs, (ab אַרְעָא *terra*, vide *1. Reg. VI, 15. Pſal. LXIII, 10. LXXXVI, 13.* de imô domûs, terræ, inferni, &c.) *attigerint* hi delatores, עַד דִּי *cum leones* שְׁלִטוּ בְהוֹן *dominium in eos exercerent*, irruendo nimirum in ipſos ſævisſimis rictibus ac ungvibus, ac invicem velut de fruſtis hujus prædæ dividendis congrediendo? Crudelitas colligitur ex *dominandi* verbô, qvô liberrima innuitur actio, ligationi vel occluſioni ſuperiori *v. 22.* oppoſita, adeò ut nulla in deturbatis fuerit reſiſtendi facultas, ſicut qvandoq; cum beſtiis congredientes, ad tempus aliqvod dominium hujusmodi vel victoriam depulerunt. Sic ſuprà idem hoc verbum vidimus *de dominiô ignis* in rem objectam *cap. III, 27.* de dominiô autem propriè dictô adfuit *c. V, 7. 16. II, 39.* Totalitas deniq; dilaniationis effertur hôc modô.

וְכָל־גַּרְמֵיהוֹן הַדִּקוּ׃

Et omnia oſſa eorum comminuerunt.) h. e. non contenti fuerunt carnibus, verùm dura etiam invaſerunt oſſa, ita ut ne veſtigium qvalecunq; tam malignorum hominum relinqveretur ſuperſtes. דקק De verbô דְּקַק *comminuit*, unde præſens הַדִּקוּ deſcendit, vide ſuprà *c. II, 34. 35. 40. 44.* ubi de comminutione in pulverem vel fruſta minutisſima. Huc loca de confractione oſſium *Jeſa. XXXIIX, 13. 1. Reg. XIII, 26. 28.* qvam ex Arabibus profanisq; autoribus illuſtrat Bochardus *T. 2. hieroz. f. 740.*

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. De Calumniæ ac delationis malô, præter Interpretes IIX præcepti, adhiberi inter cætera poteſt Drexelii *Phaëton.*

2. De talionis lege apud Judæos videatur Rivetus *in Exod. p. 30.* & apud

[illegible] *ibid. p. 92.* Item, an lex hæc juſtitiæ conformis ſit [illegible] *p. 36. lit. b.* Confer etiam DelRium *T. 2. A-* [illegible] Drusl. *T. 2. Opp. Danielis c. 21. f. m. 587. ſeqq.* Dieter. *T.* [illegible] *f. 282.* Tarnov. *ad Joël. III, 7. ſeqq. p. 152.* Item *Pſal.* [illegible] *Pſ. IX, 16. 17. Prov. XXVI, 27. Cob. X, 8.*

[illegible] ob parentum delicta non puniendi, niſi fuerint com- [illegible] *Deut. XXIV, 16. 2. Reg. XIV, 6. 2. Par. XXV, 4. Ezech. XIIX,* [illegible] *IV, 10. 17.* Diſtingvi tamen debet inter pœnas privativas & [illegible] propriè & impropriè dictas, temporales & æternas, in- [illegible] privata, &c.

[illegible] latores puniendi graviter, utut periculum jam evaſe- [illegible] ſicut h. l. Daniel. Confer Auguſtinum *T. 7. l. 2.* [illegible] *Epiſt. c. 30.*

[illegible] ne læſæ Majeſtatis adeundi JCti.

[illegible] ores piorum confeſſorum ſuas expectare habent pœ- [illegible] illic, ſive utrobiq;. Videatur exemplum Pharaonis, [illegible] &c.

[illegible] בֵּאדַיִן דָּרְיָוֶשׁ מַלְכָּא כְּתַב לְכָל־עַמְמַיָּא [illegible]

[illegible] *Rex ſcripſit univerſis populis, &c.*) Fuit hac usq; [illegible] tionis, primum ex parte adverſariorum, ſeqvitur **VERSUS XXV.**
[illegible] parte Regis Darii, *v. 25. 26. 27.* qvod eſt edicti novi [illegible] litici promulgatio, qvô ipsô obliqvè caſtigatur edi- [illegible] emine præter Regem implorandô, cùm nunc aliud [illegible] de Deô Danielis, non fruſtrà contra edictum ſuum [illegible] ommemoratur verò ejusdem (α) autor, nimirum *Da-* [illegible] de Deô verô Danielis conceptu ſingulariter corrobo- [illegible] lgatio continetur verbô כְּתַב, *ſcripſit*, qvô ipsô zeli [illegible] ſtata fuit tùm non ore ſolùm, & inter paucos præſen- [illegible] ravit tantus Monarcha Dei veri majeſtatem, verùm [illegible] literis, ut abſentibus, & qvidem per imperium uni- [illegible] ceſſoribus qvoq; futuris, atq; adeò poſteritati univer- [illegible] de hôc miraculô: id qvod ſuprà præſtitum etiam vidi- [illegible] *c. III, 29.* & deniò *c. IV, 1. ſeqq.* (γ.) Perſonæ [illegible] mulgatio, ſunt *omnes populi, nationes atq; lingvæ, per* [illegible] *habitantes:* qvas voces itidem copulatas hôc modô [illegible] *7. 29. 31. V, 19.* Unde patet, qvàm glorioſè Deus

 tunc

tum temporis innoteſcere voluerit per orbem univerſum religionis veræ jubar, ut ſinguli hominum haberent anſam indagandi ulteriùs ac percontandi Dei iſtius opera, voluntatem, cultum, &c.

: שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא׃ *Pax vobis multiplicetur.*

Inchoat hîc edictum ipſum, ita ut præmittatur ſalutatio, ſeqvatur dein propoſitio de Dei Danielis religioſô cultu, *v. 26.* & deniq; claudatur confirmatione, *v. 26, 27.* De ſalutatione repetantur annotata ad *c. III, 31. (vel c. IV, 1.)*

Poriſmata ex Verſu XXV.

1. Boni Magiſtratûs eſt, præcipuam religionis veræ habere rationem, ejusdemq; causâ ſalutaria promulgare Edicta, Conſtitutiones, Reformationes errorum & abuſuum, &c. De qvô magiſtratûs circa religionem officiô vid. Brochman. *T. 2. LL. Com. de Magiſtr. Sect. 3.* D. Mulleri *Anti-Janſen. p. 613.* Meiſner. *Par. 3. Phil. Sobr. p. 812.* Waltheri *Qvadrag. Miſcell. p. 569.* Dannhavv. *T. I. Hodom. Papiſt. p. 841.* König *Caſus Conſc. p. 654.* &c. Pertinet itidem ad Magiſtratûs officiũ in condendis legibus circumſpectio, ne injungatur, qvod non oportet, vel non decet; aut ſi humani aliqvid omninò admiſſum, ne id defendatur acriùs, ſed maturè in Dei honorem gregisve commodum corrigatur, perrumpente juſti & æqvi amore, velut hôc locô.

2. Multiformis fuit ſemper gentilium ad agnitionem veri Dei vocatio, tùm per curſum naturæ ordinarium, *Rom. I.* tùm per facta aut miracula extraordinaria, qvalia erant hoc & ſuperiora in aulis Monarcharum potentiſſimorum, qvæ innoteſcere oportuit per totum orbem. Adeoq; gentes fuerunt *ἀναπολόγητοι, Rom. I, 20. Act. XIV, 17.* Qvanta autem Eccleſiæ Iſraëliticæ per edictum hoc procurata fuerit ſecuritas & æſtimium, facilè eſt judicare.

3. An Darius plenariè evaſerit Proſelytus, definire noſtrum non eſt; Aſſerunt id *Maldonatus, Tirinus, Salian. Corn. à Lapide, alii.* Negant verò id ipſum non pauci, eò qvòd in edictô hôc nulla idolorum fiat abrogatio, adeoq; Deum Danielis potuit Rex juxta ſua Numina Samaritanorum more colere, &c. ita *Relldc. Belga*, &c.

4. Pacem Magiſtratus magis precatur verbis, qvàm opere procurat. Salutatio proin hujusmodi turbulentum Magiſtratum ſuô tempore & accuſabit & damnabit.

Digitized by Google

[illegible] מִן [illegible] *A me conſtitutum eſt decretum.* VERSUS XXVI.
[illegible] autoritatem mandato conciliante conſulatur
[illegible]

[illegible] *Ut in univerſo Imperio ac regno meo.*
[illegible] fontes : *ut in omni dominatu regni mei.* Illis,
[illegible] non audet imperare Darius ; utut innote-
[illegible] miraculi evidentiam, *v. 25.*

[illegible] קֳדָם מִן וְדָחֲלִין זָאְעִין לֶהֱוֹן
[illegible] *& pareant Deum Danielis.)* Eſt hæc edicti ſumma,
[illegible] formidinem ac reverentiam debitam erga Da-
[illegible] ceſſent non modò omnes de eô ſermones contume-
[illegible] (qvod ſupra edixerat Nebucadnezar *c. III, 29.*)
[illegible] mentium debita veneratio, tùm lingvæ, omni-
[illegible] ac membrorum devota conſecratio ad exhibenda
[illegible] De Enallage verbi infiniti לֶהֱוֹן *eſſe*, pro *ut* לֶהֱוֹן
[illegible] cum verbô ſubſtantivô uſu (*eſſe timentes* pro *ti-*
[illegible] non ſemel *c. II, 43.* &c. Ambo autem hæc par-
[illegible] *trementes & timentes;* vidimus jam de veneratio-
[illegible] exhibitâ ab univerſis ſubditis *c. V, 19. Deus Danielis*
[illegible] (æqvè ut olim Abrahami, Iſaaci, &c.) non autem
[illegible] *18. 19. 37.* aut Deus Deorum, ut *c. II, 47.* haut du-
[illegible] ctrinam ac religionem cunctis commendare debuit
[illegible] fidem remitterentur ad ejusdem, vel ſociorum reli-
[illegible] Catecheſin ulteriorem, qvid ſentire debeant de Dei
[illegible] attributis, operibus, voluntate legali & Evangelicâ.
[illegible] fit mentio *2. Sam. XXIV, 3. 23. 1. Reg. I, 36.* Dei E-
[illegible] *cap. XIIX, 10.* Dei Eſaiæ, *2. Reg. XIX, 4. Eſa. VII, 13.*
[illegible] Dei Eſræ, *Eſr. VII, 14.* it. Dei Sadrach, Meſach & A-
[illegible] &c : videlicet, qvia hi viri Sancti Deum verum
[illegible] prophetis vel prophanis hominibus confeſſi
[illegible] peculiaribus ab eôdem affecti beneficiis.

[illegible] לְעָלְמִין וְקַיָּם חַיָּא אֱלָהָא הוּא דִּי
[illegible] *Deus vivens & æternus in ſecula.)* Confirma-
[illegible] modò factæ, argumentum petens (*a*) ab ejus-
[illegible] ſunt *Vita*, de qvâ *v. 21.* & immutabilitas, dum appel-
latur

Digitized by Google

latur קַיָּם *ſtabilis in ſecula*, h. e. omnis mutationis expers, *Jac. I, 17.* cui nullus vel morbus vel mors, (qvalia apud gentiles de Numinum vulneribus, morte, &c. non infreqventia,) metuenda, ſed qvi ſibi ſemper ſimilis, nulli tempori, cujus ipſe autor eſt, ſubjectus, ſed ante omnia ac poſt omnia, omnium primus ac noviſſimus, &c. *Eſa. XLI, 4. cap. XLIV, 6. c. XLVIII, 12. Apoc. I, 11. 17. c. II, 8. XXII, 13.* Qvæ ipſa Rex haut dubiè ex Daniele didicit, niſi fortè ipſemet Daniel ad mandatum Darii hæc ipſa Edicti verba in chartam conjecit.

וּמַלְכוּתֵהּ דִּי לָא תִתְחַבַּל *Et Regnum ejus non diſſipabitur.*

Alterum hoc eſt argumentum â divinô in omnes regimine, qvòd & ipſum nulli ſit ſubjectum mutationi, imminutioni vel debellationi, ſicut regna mundana; verùm qvod idem univerſæ creaturæ ſemper præſit pro lubitu eandem vel conſervando, vel annihilando, rationalibus etiam præmia pœnasq; irrogando, &c. de qvô ipsô æternô Dei regnô jam dictum *cap. III, 31. (vel c. IV, 3.)* Confer *Pſ. XCIII, 2. Luc. I, 33. Daniel. II, 44. cap. VII, 14. 27.* Verbum תִתְחַבַּל *corrumpetur, damnum patietur*, itidem jam adfuit, *cap. II, 44.*

חבל

וְשָׁלְטָנֵהּ עַד סוֹפָא *Et Poteſtas ejus usq; in æternum.*

Exegeticè per æqvipollentiam repetitur res eadem: nimirùm שָׁלְטָן *dominatus*, non adeò multum differt â *Regnô*, ceu proxima versûs hujus docuerunt verba: *in omni dominatu regni mei*. Eſſe autem עַד סוֹפָא *in finem usq;*, reipsâ nil aliud eſt, qvàm, nunqvàm corrumpi vel deſtrui. *Finis* verò hîc haut dubiè rerum in Orbe cæterarum deſignat terminum, qvippè ſucceſſivè modò hoc, modò illud regnum, item familiæ, perſonæ, ac res univerſæ, ſuum experiuntur finem, imò univerſalis creaturarum omnium vel totius hujus mundi finis inſtat die ultimô; qvem an ita agnoverit, crediderítq; Rex Darius, prout credere debuiſſet, in mediô relinqvimus.

Poriſmata ex Verſu XXVI.

1. De Timore cultuq; Dei debitô conſulatur *primum Decalogi præceptum.*

2. Dei unius veritatem, vitam, regnum, prolixè articulus primus *Symb. Apoſt.* nec non loci communes *de Deô ac providentiâ* ſuppeditabunt.

מְשֵׁיזִב

Digitized by Google

[illegible] *Ipſe Liberator atq; Salvator.* VERSUS XXVII.

[illegible] hoc eſt argumentum, â potentiſſimâ periclitantium ere-
[illegible] appellatur מְשֵׁיזִב *liberans*, (vid. *cap. III, 15.* מְשֵׁיזִב
[illegible] *eripiens* (vid. *cap. III, 29.*) nimirùm periclitantes
[illegible]tatibus conſtrictos, qvando iidem hunc tanqvam
[illegible] invocant, aut illi ad exemplum Danielis atq; ſociorum
[illegible] illimitatè Salvator dicitur omnium, qvotqvot mo-
[illegible] univerſum ſalvantur, ex malis omnium generum ſive
[illegible] ſive ſpiritualibus, ſive magnis ſive parvis, &c. qvorſùm
[illegible]V, 12. *Operans ſalutem in mediô terræ.*

[illegible] עָבֵד אָתִין וְתִמְהִין בִּשְׁמַיָּא וּבְאַרְעָא

[illegible]*na & mirabilia in cœlô & in terrâ.*) *Qvartum*
[illegible]tum â mirabilum patratione; אָתִין *ſigna* & תִמְהִין
[illegible]tur illa, qvæ communem naturæ curſum omniumq;
[illegible]rant vires, juxta *cap. III, 32.* (vel, *c. IV, 2.*) ubi Nebucad-
[illegible] duo vocabula de ſe uſurpat, dicens: *Deum feciſſe ſe-*
[illegible]*bilia.* Additur tamen hic determinatio loci: *in cæ-*
[illegible], ut qvicqvid modò ſtupendum illic occurrat, ſoli
[illegible] ſit naturæ Domino ac Gubernatori ſupremo.

[illegible] דִּי שֵׁיזִיב לְדָנִיֵּאל מִן־יַד אַרְיָוָתָא

[illegible]*vit Danielem de lacu leonum.*) Recentiſſimô hôc
[illegible]r & obſignatur veluti præſens decretum, ita, ut qvod
[illegible] fuerat poſitum, (*ipſe eſt liberator,*) nunc ad hypothe-
[illegible], dùm evidentiam miraculi hujus nulla humana men-
[illegible]uit eludere, æqvè ut ſuprà ſociorum è flammâ ereptio-
[illegible]m hæc ipſa Danielis hiſtoria, conciſè nimis poſita,
[illegible]é lectoribus ad indagandum ulteriùs, ita par qvoq;
[illegible] Danielis, cujus notitiam pleniorem acqvirere juſſi iti-
[illegible] univerſi. *Saliano* videtur fuſiorem hiſtoriæ totius
[illegible] fuiſſe hic commemoratam; at ubi formalia Edicti reci-
[illegible] locum vix habet ejuſmodi conjectura. Qvod deniq;
[illegible] de *lacu,* in fontibus eſt, *de manu leonum,* h. e. de po-
[illegible] *Gen. IX, 5. Job. V, 20.* de manu gladii, &c.

Poriſmata ex Verſu XXVII.

[illegible] è periculis maliſq; temporalibus præludium eſt ſal-

 vatio-

Digitized by Google

vationis è malis infernalibus, qvippe ubi itidem inter [illegible] truculentiſſimos (1. Pet. V, 8.) non qvidem ita miteſcentes, ut hoc loco, [illegible] extremè ſævientes fuiſſet commorandum, &c. unde tamen [illegible] non per meram Dei potentiam, velut h. l. Daniel, [illegible] Sociniani, verùm per Meſſiæ mortem vicariam, *Matth. XX,* [illegible] *I, 14. &c.*

2. De ſignis tàm iræ qvàm gratiæ, ac miraculis vide ſupra [illegible]

וְדָנִיֵּאל דְּנָה הַצְלַח בְּמַלְכוּת דָּרְיָוֶשׁ וּבְמַלְכוּת כּוֹרֶשׁ פָּרְסָאָה׃

Porrò Daniel perſeveravit usq; ad regnum Darii, [illegible] Cyri Perſæ.) Ultimum hoc eſt & *tertium* conſeqvens ex [illegible] nielis, proſpera nempè felicitas ſub Monarchis binis [illegible] Dariô atq; Cyrô. Propriè enim fontes ſic habent: *Et Da[illegible]* הַצְלַח *proſperè egit,* vel feliciſſimos habuit progreſſus [illegible] *regnô Darii & in regnô Cyri*: ita ut dignitate gauderet [illegible] qvàm antehac *cap. VI, 2.* Ac proinde Vulgatum à fontibus [illegible]

הצלח cedentem meritò deſeruit *Maldonatus.* Verbum הַצְלַח [illegible] vum, *proſperum fecit*, ut *c. III, 30.* & intranſitivum, *proſper* [illegible] *lix fuit*, ut h. l. Confer. *Eſr. V, 8. c. VI, 14.* Item, qvæ de [illegible] tate, cum qvô Deus erat, necnon de Joſephi legitimo [illegible] *Actor. VII, 9.* Cyri perſonam *Jacchiades* deſcribit, [illegible] *gener, & poſt ejus obitum regni hæres:* Qvo cum faci[illegible] *l. X. Antiqv. Jud. cap. XII.* nec non *Joſephus Gorion.* [illegible] Item *L' Emper.* h. l. inqviens, Cyrum Babiloniæ præfect[illegible] um, qvô mortuô ſolus imperârit Cyrus. *R. Salomon* [illegible] um hunc non niſi unô annô imperâſſe, cui in bellô [illegible] Cyrus. Ita *Salianus* qvoq; eôdem hôc annô, qvô Daniel[illegible] conjectio acciderat, cenſet Darium mortuum; qvanqvam [illegible] tis ſe nuſpiam reperiſſe fateatur. Huic unus Cyrus in omni[illegible] periô, &c. His ipſis autem Prophetæ verbis non incommo[illegible] duntur Hiſtorica, hactenùs commemorata, ut eò facilior [illegible] greſſio ad ſubſeqventia ejusdem Prophetica.

Poriſmata ex Verſu XXIIX.

1. Qvô cum Deus eſt, huic ſemper bene eſt, etiam in[illegible] barbaros, imò leones ipſos; ſicut Danieli, Joſepho, &c. [illegible] *forti patria eſt.*

... benè eſt, ut hîc Danieli *Pſal. XXXVII. 37.*
... Rarò autoritas in aulis eſt diuturna, ſicut h. l. hæreditaria
... Danielis dignitas, ut qvi ſub Nebucadnezare, ſub
... Cyro floruit, licèt qvædam eclipſis ſub Belſazare ſuperiùs

... poſt lacum ſuperatum felicitas admoneat nos felici-
... ſperandæ: Qvâ de cauſâ etiam Chriſtiani Vete-
... in Epitaphiis ſuis extare voluerunt Danielis inter
... tanqvam reſurrectionis ſymbolum, ſicut hoc cre-
... eſt *in Româ ſubterr.*

CAP. VII.

...GUMENTUM ET PARTITIO.

... iis, qvæ ad hiſtoriam Danielis ſociorumq; ſpecta-
... *primamq; libri hujus partem* conſtituebant, rectà nunc,
... Deô, progredimur ad partem ejusdẽ *alteram*, qvæ
... Vaticinia, futuros in Orbe eventûs, in gratiã præpri-
... ingemiſcentis reſerantia. Adeòq; præſens ſi con-
... recenſetur illic ſomnium planè admirandum, qvod
... in ſummis Mundi Imperiis capita ad finem uſq;
... Partes verò capitis conſtitui poſſunt *tres*, qvarum
... Prolegomena *v. 1. 2.* Secunda ſomnium ipſum,
... *-15.* tùm ut expoſitum, *v. 15-27.* Tertia ſomnii Con-

...LICATIO TEXTUS.

בִּשְׁנַת חֲדָה לְבֵלְשַׁאצַּר מֶלֶךְ בָּבֶל Cap. VII. Vers. I.

... *Balthaſaris Regis Babel.)* Somnii Prolegome-
... (1) tempus; *(2)* perſonam reſciſcentem: (3) revelationis
... per ſomnium, intùs in cerebrô præſentatum: (4.) Lo-
... cubili: (5) Conſcriptionem. Ratione temporis re-
... Danielem, ita ut qvæ nunc recitantur, præmitti de-
... ſexto & qvinto. Qvintum ſiqvidem regni Belſaza-
... memorat ultimum, hoc verò noſtrum caput, annum re-
... Nimirùm conſultò Propheta, qvæ ſibi ipſi cœlitùs
..., reſervavit ad Claſſem unam, & poſtqvàm officiô

 fuiſ-

Digitized by Google

fuiſſet defunctus hiſtorici, nunc porrò ex profeſſo ſe [illegible] qvoq; Pro-
phetam. Qvotô autem annô mundi contigerit revelatio [illegible]
cundùm *Calviſium* Anno 3391. ſecundùm *Polanum* Anno [illegible]
num 3495. ante Chriſtum 558. (qvi Salianus ſimul Balthaſari [illegible]
buit 21.) &c. haut operoſè indagabimus, qvum non adeò [illegible]
ſtrâ referat, id exploratum habere: Sufficiat, pluſculos [illegible]
narchiæ primæ finem ſuperfuiſſe annos, viſionemq; [illegible]
dò cum initiô ferè Monarchiæ ſecundæ divinâ diſpen[illegible]
Imò dum mentio fit Belſazaris, ſub qvô Daniel minùs [illegible]
tamq; ut videtur privatam agens *cap. V, 11.* colligimus, [illegible]
tunc fuiſſe Vatem, deq; futurâ Eccleſiæ ſorte ſolicitum [illegible]
dum; qvem proinde Deus viſione hâc inſtruxit gratioſâ. [illegible]

חדה dinale חַד *unus* (ab Ebr. אחד) pro ordinali, *primus* [illegible]
gatiſſimum apud Orientales: Vide *c. I, 1. c. II, 1.* item [illegible]
ad Geneſ. I, 5. & *Antibarb. bibl. p. 283.* D. Glaſſii *lib. 3. Phil*[illegible]
14. p. m. 48. De Belſazare repeti poterunt dicta *c. V, 1.* [illegible]
nem obſervavit h. l. *Grotius*, codices emendatiores Ebr[illegible]
בלאשצר, א anticipante literam ש, cùm in capp. ante[illegible]
בלשאצר, & qvidem ſenſu mutatô. hîc namq; valere [illegible]
hoſtici, h. e. urendum flammâ hoſtili, ſecundùm *Jer*[illegible]
qvâ ratione Prophetæ nomina in honorem idolorum [illegible]
in eorum detorſerint contumeliam; Sicut habet Moſ[illegible]
tant. 32. Qvod ipſum, ut nimis ſubtile ac h. l. incert[illegible]
linqvimus.

דניאל חלם חזה *Daniel ſomnium* [illegible]

Modus patefactionis hîc idem, qvi *cap. IV, 2.* [illegible]
neare ipſa hæc præſens uſurpatur phraſis, cui non vig[illegible]
dè obſopito oſtendebantur futuri eventus in ſimili pha[illegible]
propter illic dicta commodè hîc poterunt repeti.

וחזוי ראשה על משכבה

Viſio autem capitis ejus in cubili ſuo.) Idem [illegible]
ratur verbis; ſiqvidem *ſomnium* & *Viſio capitis*, (qvoad [illegible]
cet ſenſus ſuos velut occluſi, intusq; ſolùm negotioſi;) [illegible]
videre eſt ex *cap. II, 28. IV, 2. 6. 7.* Ut proinde *Sanctius* [illegible]
debuerit expoſitionem: *Viſio capitis* h. e. Viſio prima, [illegible]
principium aliarum. Hoc ipſum namq; phraſi Chaldai[illegible]

Digitized by Google

[illegible] parum convenit. *Kiſſenes* in plurali ponuntur
[illegible] excellentiſſimâ ac planè ſingulari; qvâ de Emphaſi con-
[illegible] D. Glaſſii *L. 3. Philol. S. Tr. 1. Can. 24.* Solùm ſuperadditur men-
[illegible] vidal, non in ſedili forſan ſuô, ſomnô fuerit obrutus, nec
[illegible] ſanctô, in monte, vel ſub diô cum Jacobo (*Gen.*
[illegible] ſoporatus; ſed qvòd qvietis captandæ cauſâ extenderit
[illegible] על־ משכבה *ſuper ſtratô ſuô* conſvetô; æqvè ut conti-
[illegible] *cap. II, 28.* ubi eadem deprehendere licet verba.

בארין חלמא כתב ראש מלין אמר

[illegible] *ſcribens brevi ſermone comprehendit ſumma-*
[illegible] *ait:)* Locô conjunctionis (&), in fontibus eſt
[illegible] באדין *tunc*, qvod aliqvam interviſionem, nec non באדין
[illegible] videtur moram interjectam arguere; niſi dixeris, pro-
[illegible] poſtqvam evigilaſſet, hæc viſa mandâſſe literis, ne
[illegible] gotia aliqvam ſive auctionem ſive diminutionem at-
[illegible] qvod placet etiam *Sanctio*, exſiliiſſe ſcil. mox Da-
[illegible] in Commentarios retuliſſe viſa ſummatim, qvæ vel
[illegible] vel ita ſcripta nobis reliqvit. *Scriptionis* autem actus
[illegible] abſentibus tàm ratione loci, qvàm temporis, adeò, ut
[illegible] hujus reddi poſſent tàm longè diſſiti, (v. g. Judæi in
[illegible] orbem tunc diſperſi,) qvàm poſteri, poſt multos de-
[illegible] ſecula prodituri. Neq; tamen in commemoratione
[illegible] bent minutiſſima qvæq;, qvalia aliàs adduci ſolent à
[illegible] boſisq; hominibus; ſiqvidem ſolummodò ראש מלין
[illegible] ſeu dicendarum rerum אמר *dixit*, h. e. in breve con-
[illegible] ducta, ſic gubernante Dei Spiritu, qvæ ſcire intererat ראש
[illegible] ראש *Caput*, eô in ſignificatu, qvô jamjam aderat,
[illegible] vit, ut qvivis videt facilè. Cum itaq; aliàs Ebræum
[illegible] modò pro *præcipuô* ac præſtantiſſimô, ut *Exod. XXX, 23.*
[illegible] &c. modò pro rei *initiô* vel origine, (v. g. lætitiæ, anni
[illegible] *VII, 19. Pſ. CXXXVII, 6. Ezech. XL, 1. Eſa. XLI, 26. &c.*)
[illegible] ut *Exod. XXX, 10. Num. I, 2. Pſ. CXXXIX, 17.* &c. Idcir-
[illegible] ſummariâ præcipuorum capitum comprehenſione inter-
[illegible] ut מלין *verba*, ſimul æqvipolleant rebus, per verba enim
[illegible] modô apud Ebræos accipi ſolet דבר *verbum*, &c. *Lu-*
[illegible] verfaſſet ihn alſo, *Mogunt.* begriffe ihn mit wenig Wor-

Digitized by Google

ſen / verfaſſet ihn kürtzlich / und ſprach. Modum [illegible] per [illegible] ſeu *literas initiales* indigitari hôc locô, ſicut [illegible] mant, mera eſt conjectura vel potiùs vigilantis ſomnium. [illegible]

Poriſmata ex Verſu I.

1. Chronologiæ magna, qvoad modò fieri poteſt, deb[illegible] ratio; ſicut enim omnia tempore ſuô facit Dominus, ità & [illegible] humana ſuum habent tempus, *Coh. III, 10.*

2. Viſionum revelationumq; divinarum non una eſt [illegible] Auguſtin. *lib. XII. de geneſi ad lit. tom. 3. alioſq;*. Communit[illegible] eædem nos edocent de Dei tùm præſcientiâ, tùm erga fide[illegible] ſiamq; providentiâ; adeoq; ipſius confirmant gloriam adv[illegible] rum vanitates, itemq; Eccleſiam erudiunt de certô inter [illegible] mas præſidiô; de infallibili Meſſiæ tàm in carnem, qvàm [illegible] nem adventu, de captivitatis terminô, de futurô univerſali [illegible]

3. Cubilia lectiq; non nudæ inſerviant virium repara[illegible] ve ignavo, multò minùs impuris contaminentur libidini[illegible] *XLIX, 4.* verùm ſanctis qvoq; nobilitentur ſpeculationi[illegible] pœnitentium (*Pſ. VI, 7.*) nec non intimiore cum Deô con[illegible]

4. De verbi revelationumq; divinarum conſcriptio[illegible] nisq; multiciplici uſu ac fine, uberiùs agi ſolet in *Locô de* [illegible]

VERS. II. עֲנֵה דָנִיֵּאל וְאָמַר *Reſpondit Daniel* [illegible]

Hæc eqvidem verba prætermiſit Vulgatus, qvæ i[illegible] gicâ ſunt hautqvaqvam, verùm pro more potiùs lin[illegible] lium prolixiori præmittuntur commemorationi, etiamſi [illegible] rit interrogatio vel ſermo alius *reſponſionem* exigens, [illegible] idem eſt ac, ſermonem fuit exorſus, vide ſuprà *cap. II, 26.* [illegible]

חָזֵה הֲוֵית בְּחֶזְוִי עִם לֵילְיָא *Videbam in viſione* [illegible]

Acceſſum nunc facimus ad partem cap. *ſecundam*, inq[illegible] mnii commemorationem nudam ad *v. 15.* Denuò autem [illegible] hæc viſio extraordinaria per conſvetum Chaldaiſmum; *viden*[illegible] videbam, æqvè ut ſuprà *c. II, 31. 34. &c.* Atq; , ut dilucidi[illegible] de tempore, adjicitur: עִם לֵילְיָא *cum nocte*, i. e. nocte[illegible] à negociis ſtrepitibusq; diurnis homines vacant qvàm ma[illegible] qve ad receptionem inſpirationum angelicarum ſunt ſingul[illegible]

עִם nei. Præpoſitio עִם durationem deſignat, qvomodo [illegible]

dicitur; *timebunt te* עם *cum ſole,* h.e. qvamdiu ſol ſplendebit. Simplicius pro hôc *c. II, 19. & c. VII, 7. 13.* ponitur Genitivus, *viſiones noctis,* h. e. nocturnæ.

וַאֲרוּ אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא מְגִיחָן לְיַמָּא רַבָּא

Et ecce qvatuor venti cæli pugnabant in mari magnô:) Eſt hoc (*a*) præludium qvaſi tumultuum mox ſubſecuturorum, ita ut ſimul ſubeſſe videatur IV. regnorum mundi invicem collidentium imago. Vocula אֲרוּ qvæ in hôc ſolùm noſtrô uſurpatur capite, *v. 5. 6. 7. 13.* æqvipollet Ebræorum הִנֵּה *ecce,* adeò ut inſolitum qvid, ac ſingulari obſervatione dignum ſiſtatur animo expendendum. Id qvod ſunt (1) *venti cælorum,* h.e. aëris, qvomodo aliàs dicuntur volucres cœli, *Pſal. IIX, 9. Pſal. LXXIX, 2. CIV, 12.* Item nubes cœli, ros cœli, Manna ſeu panis cœlorum, &c. Notum namq; , cœlum non rarò poni pro totâ illâ aëris inter orbem lunæ terræq; globum intercapedine, ut *Gen. IIX, 2. c. XIX, 25. c. XLIX, 25. &c.* Sicut verò aliàs per *ventos* ſubitæ depingi ſolent mutationes rerum, qvando omnia ſurſum deorſum aguntur, qvando dura franguntur, collecta diſſipantur, humida exſiccantur, levia abripiuntur, &c. *Eſ. XXVII, 8. c. XLI, 16. LVII, 13. LXIV, 6.* ita & hîc Danieli ſiſtuntur fatales iſtæ grandesq; in orbe terrarum turbæ, qvas ſecum trahent imperiorum inibi ſummorum viciſſitudines. Imò ſicut *ventus* pro hoſte nonnunqvam ponitur importunô, violentô, robuſtô, perniciosô, v.g. Jer. IV, 11. 12. ſeqq. *tunc dicetur populo huic & Hieroſolymæ: ventus ſiccus in excelſis locis ſpirans in deſertô viâ filiæ populi mei, non ad ventilandum neq; ad repurgandum;* ubi mox *v. 13.* ſubjungitur mentio eqvorum, curruum, militum prædantium. Item, c. XLIX, 36. *adducam ſuper Elam IV. ventos à IV. extremitatibus cœli, & ventilabo eos in omnes ventos iſtos,* &c. Cap. LI, 1: *Ego ſuſcito contra Babel ventum corrumpentem,* v. 11: *ſuſcitavit Dominus ventum ſeu ſpiritum Regum Mediæ, qvia cogitatio ejus eſt contra Babel, &c.* Hoſ. XIII, 15. *Veniet Auſter ventus Domini è deſertô adſcendens, & ſiccabit venam ejus, ipſe diripiet theſaurum omnium deſiderabilium vaſorum:* ita & hîc venti ſignificabunt ejusmodi grandes exercitus, veloces, potentes, per orbem divagantes, & obvia qvæq; impetuoſè proſternentes, &c. De angelis bonis accipit *Hieronymus, Thomas, Hugo, Dionyſius Carthuſianus, Liranus, Polanus,* &c; qvos refellit Fernandius *de Viſionibus V. T. f. 617.* de malis autem angelis *Albertus* M. & è Noſtratibus

אֲרוּ

Geſne-

Geſnerus, Fridlib. de variis tumultibus ac caſibus ante monarchiæ conſtitutionem *Theodoretus, Cornel. à Lap. Fernandius* l. c. f. 619. de Monarchiis verò ipſis *Rupertus, Maldonatus, Sanctius, Menochius, Salianus* ad A. M. 3495. aliiq;. Conjungi hæc cuncta poſſent certâ ratione, utpote qvæ turmatim ſolent in majoribus imperiorum mutationibus conſpirare. Ex adductis tamen Scripturæ textibus facilè patet, qvid præferendum. Ratione (2) numeri, eorum dicuntur fuiſſe *IV*; qvô ipsô aliàs reſpici ſolet ad præcipuos 4. mundi cardines vel plagas, orientem, occidentem, meridiem & ſeptentrionem, *1. Par. IX, 24. Ez. XXXVII, 9. c. XLII, 6. ſeq. Matth. XXIV, 31.* Verùm cùm hîc inter numerum ventorum beſtiarumq; ſubſeqventium ſit conformitas manifeſta, abſurdum non erit, ad rem eandem utraq; accommodare; qvomodo & alibi VII. tàm ſpicæ qvàm vaccæ eosdem referebant inſtantes VII. annos, *Gen. XLI, 2. 32. ſeqq.* Ita qvidem, ut ingentes illi motus ac viciſſitudines in orbe terrarum depingantur, qvippe qvi ipſe qvaternis illis
גיח ventis fermè ſubverſus fuit totus. (3) Actus ventis hiſce competens effertur participiô מְגִיחָן *erumpentes*; à radice גיח, qvæ Chaldaicè hîc ſolùm legitur, in Ebræô autem codice occurrit, tùm intranſitivè, *Jud. XX, 33.* & inſidiatrix turma Iſraëlis מֵגִיחַ *erumpebat è locô ſuô:* Job. XXXIIX, 8. *qvis clauſit oſtiis mare* בְּגִיחוֹ מֵרֶחֶם יֵצֵא *in erumpendo illud*, vel cùm prorumperet *ex uterô ac prodiret?* tùm tranſitivè, cap. XL, 18; *Confidet, qvando* יָגִיחַ *educit Jordanem* אֶל־ *ad os ſuum:* Ez. XXXII, 2. de Rege Ægypti, tanqvàm Dracone aqvarum: וַתָּגַח *& eduxiſti fluvios tuos*, &c. (vide ſis de verbô hôc Bochar. *T. 2. Hieroz.*) Priori ſi inſiſtamus ſignificatui, deſcribetur origo ventorum, qvòd eruperint è mari magnô. Chaldaicam tamen ſi conſulamus lingvam, deprehendimus, vocem hanc præcipuè cum nomine קְרָב *bellum* junctam, *præliandi* habere ſignificatum, ſicut videre eſt ex Targum, *Joſ. XXIII, 3. c. X, 14. Pſ. LXXVI, 4. Jer. XV, 20. &c.* Hâc ratione turbulenti demum exprimuntur ventorum conflictus, dum alter alteri obſtitit, flatus ejusdem flatibus ſuis vehementioribus repreſſit, modò remittendo, modò fortiùs invaleſcendo, donec tandem obtineret modò Eurus, modò Auſter, modò Zephyrus, modò Boreas, qvô de ortu conflictuq; ſimul interpretatur hôc locô *R. Salomon*; de conturbatione autem variâq; alteratione nonnulli à *R. Saadia* adducti. *Theodoretus* de tumultibus accipit ſub initium cujusq; Monarchiæ excitatis, v. g. ſub Ninô, Cyrô, Alexandrô M., Juliô Cæſare, vel Romanis Imperatoribus.

Digitized by Google

ribus. (Qvoad conflictum deſcribendum egregiè operam ſuam ſubminiſtrat Virgil. l. I. Æneid. v. 86.

venti, velut agmine facto,
Qvà data porta ruunt, & terras turbine perflant:
Incubuére mari, totumq; à ſedibus imis
Unà Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis
Africus, & vaſtos volvunt ad littora fluctus:

Item lib. 2. Æneid. v. 416.

Adverſi ruptô ceu qvondam turbine venti
Confligunt Zephyrusq;, Notusq;, & lætus Eois
Eurus eqvis: ſtridunt ſylvæ, ſævitq; tridenti
Spumeus, atq; imô Nereus ciet æqvora fundô.)

Lutherus pulchrè reddidit: Stürmeten wider einander. Deniq; (4.) Locus conflictûs hujus eſt *Mare magnum* videlicet mediterraneum, (Oceanus namq; Iſraëlitis vix innotuerat:) vel mare Orientale, tanqvam Chaldææ vicinius. Qvod *magnum* appellatur, in relatione ad ſtagna minora, ut ſunt Lacus Genezareth, item mare mortuum, mare rubrum, &c. Vide: *Num. XXXIV, 6. 7. Joſ. I, 4. IX, 1. XV, 12. 47. XXIII, 4.* Sicut verò aliàs aqvæ multæ, populi multi, *Apoc. XVII, 17.* Ita nec hîc abſurdum erit, per mare magnum totum deſignari humanum genus, vel maximam ſaltem ejusdem partem, utpote qvæ regnorum viciſſitudinibus commota eſt qvàm vehementiſſimè. Imò ſicut major omninò ventorum vis eſſe ſolet in mari, qvàm in terrâ, qvando fluctus in immenſum adeò multiplicantur, ut ipſas pertingere videantur nubes; ita etiam h. l. turbarum eò major innuitur violentia ac horror, qvàm ſi terræ facta fuiſſet mentio.

Poriſmata ex Verſu II.

1. Nox etiam inſervire poteſt meditationibus ſacris: Imò nullum tempus æſtimari debet profanum: Qvanqvam enim interdiu viſionem nactus fuerit Cornelius *Actor. X, 3.* Petrus, *v. 9. 10.* Paulus *cap. XXII, 17.* aliiq;. Nihilominus tamen etiam nocturnæ horæ adhiberi poſſunt ad ſpeculationes divinas.

2. Exſunto autem à piis cunctis *opera noctis* ſive tenebrarum, ut ſunt: compotationes, libidines, &c. *Rom. XIII, 12. ſeqq.*

3. Venti aliàs non malè nobis adumbrant angelos, ratione inaſpectabilitatis, velocitatis, efficaciæ, &c. ut videre eſt apud *Dionyſium*

Digitized by Google

ſum Areopag. alioſq;. Qvanqvam propterea non approbemus, ſingulis Monarchiis totidem præfectos fuiſſe angelos bonos, invicem concertantes, non affectu, ſed effectu, ut loqvitur *Pererius h.l.* p.426. tùm ſcilicet poſtulata horum apud Deum fuerunt contraria, qvando qvisqve pro ſuâ laboravit gente vel commiſsô imperiô.

4. Ut mare rarò eſt qvietum; ita hominum natura innumeris vexatur perturbationibus: ut naves modò tolluntur, modò dejiciuntur; qvod hîc à mari fuit abſorptum, redditur alibi, &c. ita in vitâ hâc caducâ ſimilem qvotidiè experimur rerum alternationem, ſalſedinem, pericula; innumeri hîc curarum fluctus, fortunarum reciprocationes, morborum moleſtiæ, &c.

5. De motibus bellicis, ventorum conflictus egregiè referentibus qvoad obviorum confractionem, diſſipationem, abreptionem, fragores horrendos, periodica, tùm incrementa, tùm decrementa, &c. alibi commodior dicendi ratio.

וְאַרְבַּע חֵיוָן רַבְרְבָן סָלְקָן מִן־יַמָּא שָׁנְיָן דָּא מִן־דָּא׃

VERSUS III. *Et qvatuor beſtiæ grandes.)* Jam (β) beſtiarum ſubjungitur introductio, eaq; tùm generalis *v.3.* tùm ſpecialis *v.4. ſeqq.* Generatim mentio fit (1) *beſtiarum*, voce חֵיוָן, cujus ſingularis חֵיוְתָא adfuit jam ſuprà cap. IV, 13. *Cor beſtiæ dabitur ipſi.* it. *v.11.12. cap. V, 21.*

חיה Radix eſt חֲיָה *vixit.* Sicut itaq; ſuprà in Nebucadnezaris ſomniô ſub ſchemate diſtinctarum corporis humani partium, necnon metallorum diſtinctorum, auri, argenti, æris, ferri, diſtincta Orbis figurabantur Imperia; ita hîc adhibere placuit Spiritui S. beſtias irrationales, immanes, robuſtas, veloces horrendasq;, eò qvòd in iſtis imperiis multa irrationabilia, inhumana, immania, imò magnæ etiam vires, inſignis alacritas, &c. Adeòq; non incongruè annotavit *Jacchiades*, ob Idololatriam hunc beſtiarum titulum ac ſchema fuiſſe adhibitum. Copioſior hîc eſt Fernand. *in Viſ. T.V. fol.621.* de belluarum harum præ animantibus aliis magnitudine, vitâ, (qvòd a חָיָה *vivendo* præ cæteris habeant nomen,) ferocitate: qvorſum citat illud Pſalmi LXXIV, 19. *ne tradas beſtiis animam.* Jerem. XII, 9. *Congregamini omnes beſtiæ terræ*, h.e. Magnates, &c. 1. Cor. XV, 32: *ad beſtias pugnavi Epheſi*, 2. Tim. IV, 17. *liberatus ſum ex ore leonis.* Sic Ignatius in Epiſtolâ ad Romanos: *Terrâ mariq; depugno cum beſtiis, noctu dieq; alligatus decem leopardis, qvæ eſt militaris cuſtodia* &c. Ita Ægyptii per aſpides & dracones

 ſigni-

Digitized by Google

[illegible] ſolebant regna. Vide ſis etiam Artemid. *L. 4. Onirocr. c. 54.* [illegible] (2) numerum iterum redit *qvaternarius*; qvô ipſô ſumma [illegible] imperia vel Monarchiæ divinitùs fuêre determinatæ. (3) ratio- [illegible] appellantur רַבְרְבָן *magna*; ad differentiam tùm regni [illegible] parvi, qvod pecudum gregi aliàs aſſimilatur, tùm regno- [illegible] dô qvorumlibet particularium; Horum namq; magnitudo [illegible] regni Polonici, Gallici, Ægyptiaci,) nunqvam adæqvâ- [illegible] Monarchicam Chaldæorum, &c. Facit huc colla- סלק [illegible] leoninæ, urſinæve cum parvitate ovili, cujus jam [illegible] (4) Motus tribuitur iis participiô סָלְקָן *aſcendentes* [illegible] cogitationes tuæ סְלִיקוּ *aſcenderunt*, &c.) qvô ipſô [illegible] ſtatuve depreſſiore ad altiorem conſpectioremq; [illegible] id, qvod priùs vel planè non, vel particulatim ac ob- [illegible] minus apparuit, poſtmodum ſubindè emergeret al- [illegible] nq; ſtupentibus ſe ingereret oculis; qvomodo *Apocal.* [illegible] m dicitur, *cap. XIII, 1: Vidi aſcendentem de mari beſti-* [illegible] minus à qvô, vel locus, unde aſcenderunt, vocatur [illegible] â enim hominum cæterorum copiâ originem Mo- [illegible] t, imò in Orbe hôc tumultuoſô, tanqvam theatrô [illegible] cioſiſſimô, conſpiciendos illi ſe exhibuerunt latiſſi- [illegible] is, tanqvam ex ſemine aut uterô qvodam enaſcentes, [illegible] *acedentem.* Deniq; (6) Forma colligitur ex verbis: [illegible] שָׁנְיָן דָּא מִן דָּא *diſtincta iſta ab iſtâ*, h.e. invi- [illegible] m hocſcem. verbi שְׁנָא *mutatus, alius fuit*, reſpicit שנא [illegible] aſpectum, v. g. leoninum, urſinum, &c. tùm internas [illegible] qvalitates atq; effectûs; qvippe ſicut diverſæ in Mo- [illegible] minuerunt nationes, Chaldaica, Perſica, Græca, Ro- [illegible] rum qvoq; ſingularum fuit ingenium, mores diverſi, [illegible] ones, ſucceſſus, virtutes, vitia diverſa, &c.

Poriſmata ex Verſu III.

[illegible] e Majeſtas in ſe autoritatis eſt divinæ, commo- [illegible] infinita; nihilominùs in humanis ut plurimum cincta [illegible], ſicut h. l. beſtiarum commonefacit imago. Benê [illegible] Civit. Dei, *c. 4. remotâ juſtitiâ qvid ſunt regna, niſi* [illegible] *? qvia & ipſa latrocinia qvid ſunt, niſi parva regna?* [illegible] at de *Piratâ*, qvi Victori ſuo Alexandro M. in- [illegible] *ſe idem facere exiguô navigiô, qvod Alexander M. ma-*

 gnâ

Digitized by Google

gnâ claſſe. Diſtingvendum proindè hîc erit id, qvod eſt Eſſentiale ab eo, qvod eſt Accidentale, uſus ab abuſu, ne cum Anabaptiſtis iniqvam fortè de Magiſtratu feramus ſententiam.

2. Sicut beſtiæ dicuntur *adſcendiſſe*, ita hodieq; unus adſcendit emergitq;, alter deſcendit; hic diteſcit, ille depauperatur; illum Deus deprimit, hunc attollit, &c.

3. Sicut regna invicem notabiliter diſcrepant, ita ſingula etiam inter homines individua diſtant ab invicem donis, tùm naturalibus, tùm ſpiritualibus; nemo tamen deſpiciat alterum. Et magnum & parvum fecit Dominus, & pro utroq; curam gerit ex æqvô, *Sapient. VI, 8.* Impium namq; eſt, qvòd Judæi qvidam gentiles à divinâ excludunt providentiâ, ſicut h.l. expreſſis verbis facit *Jacchiades*; contrà qvem L'Empereur allegat *Pſ. CIV, 27.* nec non *Eſa. XLV, 6. & 7.*

VERSUS IV.

קַדְמָיְתָא כְאַרְיֵה *Prima qvaſi leæna.*

Deſcriptionem beſtiarum generalem excipit nunc ſpecialis, ubi beſtiarum *prima* producitur, tàm qvoad ſuum vigorem *in parte verſûs priore*, qvàm qvoad decrementum, *in parte alterâ*. Siſtitur autem in vigore (*a*) tanqvam *leo*; qvi inter animalia terreſtria æqvè primatum obtinet, ut aurum inter metalla; qvô & ipſô manifeſtè ſignificata fuit ſuperiùs Monarchia prima *c. II, 38.* Sicut verò Leo inſuper miræ eſt animoſitatis, roboris, *Prov. XXX, 30. Num. XXIII, 24. Judic. XIV, 14.* voracitatis *Jobi XXXIX, 1. Nahum II, 11. 12.* ferociæ *Jer. IL, 19. cap. L, 44. Amos. III, 12.* libidinis, &c. Ita Chaldæi qvoq; ſimilibus præditi erant attributis; proindeq; ſicut tribus Juda aliàs comparabatur Leoni, *Gen. IL, 9.* item Pharao Rex Ægypti *Ezech. XXXII, 2.* bellatores ſtrenui, *2. Sam XVII, 10.* tyranni *Pſal. VII, 3. X, 9. XVII, 12. XXII, 14. 22. Eſa. V, 29. Jer. II, 15. 30. c. IV, 7. LI, 38.* Nero *2. Tim. IV, 17.* Rex formidabilis, *Prov. XIX, 12. cap. XX, 2. XXII, 13. XXVI, 13. Amos V, 19.* &c. ita & hîc regnum Chaldæorum Spiritui S. placuit ſub leonis ſchemate depingere, qvæ communis fermè Interpretum omnium eſt ſententia. Plura de leone Regiæ majeſtatis ſymbolô, præſertim qvando jubarum effuſis, qvaſi radiis per colla vibratis, incedit, ſuggeret Fernand. *de Viſ. V. T. f. 624.* Adde ſi lubet *Prov. XXX, 29.* Cur verò LXX. & Vulgatus *Leænam* poſuerint, cauſa in fontibus apparet nulla: qvippe ubi Maſcul. extat אַרְיֵה *leo*, de qva voce *Cohel. IX, 4.*

וְגַפִּין דִּי־נְשַׁר לַהּ *Et alas habebat aqvilæ.*

Eſt hoc

v. . Eſt hoc (β) alterum ad vigorem ſpectans, *ala* videl. *aqvilina*, [illegible] ipſis haut dubiè intenditur regni hujus majeſtas, dum regis [illegible]pedum, leonis, nec non regis volucrum, aqvilæ, in unô eôdem[illegible]currunt inſignia. Adeoq; ut alæ aqvilinæ & celeres ſunt, & in [illegible]qvoq; penetrant ſupra nubes qvàm maximè, (*Job. XXXIX, 30.* [illegible] *XXIII, 5.*) ita regni qvoq; hujus primi præ reliqvis eminentia [illegible] ſingularis. De alis aqvilæ mulieri ad accelerandam fugam [illegible] vide *Apoc. XII, 14.* Ita aqvilis Saul & Jonathan conferuntur [illegible] nec non eqvi hoſtium Judaicorum, *Jer. IV, 13.* perſecutores [illegible] *IV, 19.* Celeriter approperantes & improviſò, *Eſa. V, 26.* [illegible] *XXIX, 40. Jer. IV, 13. III, 40. II, 22. Habac. I, 8.* Item ipſe [illegible] *Ezech. XVII, 3. 12.* & Rex Ægypti *v. 7. 15.* Alas haſce bi[illegible] Nebucadnezaris filiis Evilmerodacho & Balthaſare accipit [illegible]*l. loc. ſup. cit.* At nimis ſtrictè ratione Monarchiæ to[illegible] Scripturæ indolem.

[illegible] נְמִרְטוּ דִּי עַד הֲוֵית חָזֵה

[illegible]*bam, donec evulſæ ſunt alæ ejus.*) Incipit nunc regni [illegible] decrementum, ubi (α) alarum evulſio. Et qvidem emphaſi [illegible] videtur, dum Propheta dicit; *aſpiciebam, donec, &c.* qvip[illegible] mora qvædam vel diuturnior Monarchiæ duratio innui[illegible]dem, ut Danieli ſuis licuerit intueri oculis, qvâ ratione [illegible] majeſtas ad faſtigium qvodammodò devenerit ſub Ne[illegible] donec ea tandem ſuperſtite adhuc Daniele, finem nan[illegible] Belſazare trucidatô. Meminit verò evulſionis partici[illegible]e verbi flexô מְרִיטוּ *depilata ſunt*: qvô in ſenſu verbum [illegible] in Chaldæô aliàs non extat,) adhibetur *Eſr. IX, 3. Nehem.* מרט [illegible] *XIII, 40. 41. Eſa. XIIX, 2. 7. Eſa. L, 6.* Ipſa verò hæc de[illegible] obſcurè indicat ablationem tùm ornamenti, tùm facul[illegible] emergendi priſtinatum; ac proinde ut alæ implumes de[illegible] exhibent non vulgarem, unà qvoq; dolorem inferunt ſa[illegible] debilitantes. Ita & h. l. regnum Chaldæorum ſuam ami[illegible] unà cum viribus ſe in altum porrò efferendi. Imò con[illegible] cepit aliis, locô animoſitatis ſucceſſit timiditas, locô ve[illegible]gnities, locô victoriarum, fugæ crebriores, unà cum cladi[illegible] Copioſiùs hanc ipſam alarum corpus tegentium & evehen[illegible] de exercitûs amiſſione, provinciarum (ſpeciatim

Mediæ, Perſiæ Lydiæq;,) nec non Ducum (Gadaræ & Gobryæ) [illegible]
ctione exponit h.l. *Sanctius*. Sic Cicero *lib. IV. Ep. ad Attic.* [illegible]
pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. [illegible]

וּנְטִילַת מִן־אַרְעָא *Et ſublata eſt de terrâ.*

Ad decrementum porrò pertinet (β) ejectio, נְטִילַת *&* [illegible]
eſt, nimirum beſtia; ad Maſculinum enim אַרְיֵה leo, referri [illegible]
ma neqvit, verùm eò ſpectat affixum antecedens Maſculin. [illegible]
נטל *ale iſtius.* Verbum נְטַל ſuprà adfuit *c. IV, 31.* oculos meos [illegible]
cœlum. Hîc à nonnullis accipitur tanqvàm pertinens ad deje[illegible]
alarum, hôc modô: Et evulſæ ſunt *alæ ejus &* (h.e. qvibus) [illegible]
terrâ. Ita *Polanus, Grotius &c.* Verùm licèt acceptionem [illegible]
non negemus, hîc tamen ab ordinariô ſignificatu, cùm [illegible]
neceſſitas, non libenter receſſimus: proindeq; textum [illegible]
ex *Pſ. CII, 11:* נְשָׂאתַנִי *elevaſti me & projeciſti me*; ita [illegible]
elevationem ſubſecuta fuerit eò gravior deturbatio, [illegible]
non ampliùs ſuis inniteretur 4. pedibus leoninis, verùm [illegible]
mox ſeqvetur. Addimus tamen & hoc, ſi præcedens [illegible]
judicetur duriuſculum, ſublationem intelligi poſſe ta[illegible]
dæorum non qvidem regio, ſed regiminis Monarchici [illegible]
nitùs tandem fuit exterminata, *poſtqvam* in pedes hom[illegible]
hæc ipſa beſtia leonina: videl. ſublata eſt de terrâ Chald[illegible]
non tamen omnis, ſed Monarchica, per leonem ſig[illegible]
ſublata eſt, præviâ in pedes humanos conſtitutione, [illegible]
cit huc, qvod ſecundùm *Sanctium* pro *mortuis* aut pe[illegible]
qvi è dignitate patriâq; ſuâ ſunt exturbati, qvomodo [illegible]
mulatis comparantur, *Ez. XXXVII, 12.* Breviter: Leo[illegible]
non ampliùs comparuit in Babiloniâ.

וְעַל־רַגְלַיִן כֶּאֱנָשׁ הֳקִימַת *Et ſuper pedes* [illegible]

Seqvitur (γ) novus beſtiæ ſitus, ita ut cùm prius 4. [illegible]
dibus, nunc ſuper binis ſolùm conſtiterit, ad inſtar hominis [illegible]
teà alis aqvilinis volitaret, nunc inſtar hominis [illegible]
miteſcens. Ex qvô ipsô colligitur debilitas inſignis, [illegible]
unô ſaltem ſtet pede, haut ſtat ita firmiter, qvàm ſi [illegible]
tereà *hominis* mentio reſpectum habet non ad [illegible]
qvalis aliàs eſt hominis ratione præditi præ beſtiis, [illegible]
ſecundùm communem naturæ curſum, leoninum [illegible]

Digitized by Google

[illegible] proinde tam humani pedes, qvàm cor humanum, aliqvid leoninô [illegible] debilius deſignant. Vel: *homo* tanqvàm mitior opponitur beſtiæ [illegible], adeò ut nunc regnum leoninum ſuam dicatur depoſuiſſe ty- [illegible] crudelitatem, edoctum veluti tot cladibus miteſcere, & inſtar [illegible] *hominis plebeji, miſeri, morbidi,* (non איש *Viri*) aliis inſervire. אנש [illegible] igitur ſpiritus leonini alæq; altivolantes hîc innuuntur, ſiqvi- [illegible] tem ſibi antehac arrogaverant Chaldæi Reges, Dan. III, 15: [illegible] *ſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum,* Eſa. XIV, [illegible] *homines ſe agnoſcere* dicuntur, juxta *Pſ. IX, 21.* Qvorſum [illegible] Xenophon *l. 7. Pædia Cyri* refert, Cyrum hunc Babyloniis [illegible] arma traderent, ut terram colerent, tributa deferrent, at- [illegible]) obſeqverentur, qvibus ſinguli ipſorum dati eſſent; [illegible] tanqvàm heros alloqverentur atq; ſalutarent, &c. [illegible] הֳקִימַת *ſtare facta eſt*, mixta ex Aphel & Hôphal [illegible] non eſt operoſius hîc agere. Sufficit, paſſionem [illegible] denotari, qvâ tùm deplumata, tùm ſublata, tùm no- [illegible] ſiſtere coacta eſt per vim ſuperiorem, nil proficientibus [illegible] ausibus. Illuſtrari hæc qvodammodo poſſunt ex 2. [illegible] *flagis vel virgâ hominum* aliqvem punire, h. e. tanqvàm [illegible] garem aut privatum tractare. Item ex *Hoſ. IV, 11.* ubi *fu-* [illegible] ponuntur pro gubernatione benignâ, non crudeli, aut [illegible] ſtias.

[illegible] וּלְבַב אֱנָשׁ *Et cor hominis datum eſt ei.*

[illegible] eſt (δ) animi immutatio ſeu alteratio. Ubi repetitis iis, [illegible] ctæ ſunt, expendi poſſunt, qvæ de corde hominis timidô [illegible] *XVII, 9.* & qvando qvis inſtar mulieris trepidat, *Nah.* [illegible] IX, 21. *cognoſcant gentes, qvod ſint* אנוש *homo.* Ita namq; [illegible] regnô deſiderari cœpit cor prius leoninum, adeò ut vul- [illegible] cor puſillanime ſe proderet ubivis. An phraſibus [illegible] ſuſpicantur, (v. g. *Saadia, Pererius, Corn. à Lapide, Fer-* [illegible], qvi de unô Nebucadnezare hæc cuncta dici autu- [illegible] ſpectus habeatur, ad Nebucadnezaris beſtialem ſtatum, [illegible] tandem excepit humana converſatio, *Dan. IV, 13 (16.)* [illegible] prolixiùs diſceptare, cum in ſomniis ac viſionibus divinis non [illegible] ſtorum, qvàm futurorum ſoleat haberi ratio præcipua, ni- [illegible] plenam Monarchiarum delineationem Danieli trade- [illegible] iſſe Dominum, proindeq; Nebucadnezaris, qvi in Monar-

chiâ

Digitized by Google

chiâ primâ nuncupatus fuerat caput aureum, ſingularem ſu... tionem factam. De cognitione veri Dei, Nabonnedo conceſſ... *VI, 20.* exponit h. l. *Grotius*; qvam tamen hypotheſin ejus... dum probatam ſatis vidimus.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Animus generoſus ac imperterritus, qvalis eſt leon... mè decet Magiſtratum; non qvidem circa vilipendenda ſacr... ctorum ſuſpiria, ſed in ſuperandis adverſis, in depellendis à p... riculis, &c. Vide *Prov. XXIIX, 1. XXX, 31. Jeſ. XXXI, 4. 2. Sam...*

2. Alacritas aqvilina, volatus alta penetrans, non p... mendant perſonam publicam, imò & Chriſtianum qve... ipſe μηδὲν ἀναβαλλόμενος, properet ad bonum, ſuâq; men... in ſupracœleſtibus, *Col. III, 1.*

3. Deô indignante inſperatus adeſſe poteſt hoſtis, aqv... alis ſubitò advectus, cujuſmodi celeritas Chaldæorum hîc ... ercitui. Sic ſuperioribus annis opinione citiùs adfuerunt ... ſtesq; alii longiùs diſſiti.

4. Nulla poteſtas tàm eſt inſignis, cui ex juſtô Dei ... poſſit aliqvando contingere deplumatio, etiam in Princ... tur non rarò contemtus. *Job. XII, 21. Pſ. CVII, 40.*

5. Nihil adeò eſt ſublime ac robuſtum, qvod n... experiatur ſuô tempore debilitationem ac ruinam. ... *ſpoliabitur & ipſe:* Qvare nemò animum deſpondeat ob ... ut videntur inſuperabiles. Facilè enim ab iis auferri poteſt ... num, facilè circulus imponi poteſt ipſorum naribus, *Eſ...*

... אָחֳרִי תִנְיָנָה דָּמְיָה לְדֹב וְלִשְׂטַר־חַד הֳקִמַת

VERS. V. *Et ecce beſtia alia ſimilis urſo in parte ſtetit,* ... beſtia *altera*, deſcripta (1) ratione formæ, qvod ſimilis fuer... qvidem ſicut aliàs propter robur leo atq; urſus non rarò co... lent, v. g. *Prov. XXIIX, 15. Eſa. XI, 7. Hoſ. XIII, 8. Amos...* *XVII, 34.* ita & hîc Spiritui S. placuit per ambas haſce beſti... lineare regna prima; Ubi tamen urſus leone deprehen... ineptior, timidiorq; ; qvanqvam crudelitate non cedat, ... qvâ de cauſâ etiam tyrannus cum urſô comparatur, *Prov...* Atq; ſic rurſùs, ut ſuprà aurô ſubjungebatur argentum, ...

Digitized by Google

... leoni ſubjungitur urſus tanqvam ignobilior; qvô ipſô haut dubiè ... denotatur regnum, qvod leoninæ Babilonicæ ſucceſſit Monar... regnum videlicet Medo-Perſicum, qvod ſucceſſibus virtutibusq; non adæqvavit antecedens. *R. Saadia & Raſche* inqviunt, *Perſas ... obeſos carnoſosq; non malè comparari urſis, qvi etiam edant bi... inſtar urſorum.* Atq; ſic de Perſis etiam *AbenEſra, Pererius*, (tres ... urſi proprietates 1. laborum tolerantiam, inq; cibô conti... 2. ortûs informitatem, 3. viſûs hebetudinem ac capitis de... ;) *Fernandius f. 626.* & *Corn. à Lapide*, qvi plura adhuc con... Confer Franz. *in Hiſtor. Animal. c. 7. p. 85.* Huc illud Cœl. ... *lib. XVIII. Var. Lect. c. 19. Callidi ſunt* (Perſæ,) *crudeles, vivis ... detrahunt per partes, ſed & integras qvandoq;; miniſtris ... nec biſcere licet, nec ſpuere;* Ibidem de urſis in Perſiâ ... in provinciæ ſymbolô non incongruô. Urſinam Per... ...tatem pluribus contra Pererium probat *Fernand. f. 627.* ... *l. 1. Hieroz. f. 816.* ubi fusè de Perſis urſorum more vo... ...tatis, irreqvietis, libidinoſis, &c. (2) Ratione ſitûs, dici... *ad latus unum.* In Fontibus eſt lectionis diſcrepantia, ſiqvi... ... exemplaria legunt וְלִשְׂטַר & *dominatum* חַד *unum ... erexit*, qvâ ratione legitur primùm per ש ex Rad. שְׂטַר do... ...it, (unde Ebræum שׁוֹטֵר dominator, &c.) Alia verò legunt ... ut coincidat cum סְטַר *ora, latus, extremitas.* Priori modô ... accipit R. Nathan *in Concord.* Polanus atq; alii: Poſteriori ... *...en-Eſra, Saadia, R. Salomo* (qvòd ſcil. Cyrus extremita... ...tem regni Babilonici occupaverit:) It. *Vulgatus, LXX. Lu...* ... und auf der einen Seite.) It. *Belga, Syrus, Arabs*, &c. qvi... ...ioribus & nos adhæremus, cum nondum hîc tradatur viſo... ...atio, ſed ſolùm viſum ipſum Danieli in ſomnô exhibitum. ... autem ab urſo erigi qvomodo videre potuit Daniel? O... ... vidit eundem ſtetiſſe *ad latus unum*, puta leonis, utpote ..., debellavit, ſibiq; ſubjugavit. Vel ſecundùm *Belgas:* ... orbis parte, videlicet Oriente, exilia habens initia, tan... ... vel natio intra montes concluſa, ac parùm alibi æſtima... *Hieronymus* etiam ſentit: *Primum erexit ſe atq; invaſit unam ... viciniorem, h. e. regnum Chaldaicum, qvô acqviſitô facilè fuit ... imperio ſubjungere. Vel: ſtetit ad latus, h. e. ſeorſim à Judæâ, ...* Ita *Grotius*. In parte, h. e. poſſeſſione ac hæreditate

leonis, i.e. in Babyloniâ, prioris Monarchiæ ſede regiâ [illegible]
Juxta *Oecolamp.* habuerunt & Perſæ locum , ut inter crudelos [illegible]
numerari potuerint. Quæ omnia invicem conciliare haut [illegible]
ficile fuerit. [illegible]

וּתְלָת עִלְעִין בְּפֻמַּהּ בֵּין שִׁנַּהּ

Et tres ordines erant in ore ejus & in dentibus [illegible]
Potiùs ſecundùm Fontes: *Et tres coſtæ in ore ejus inter dentes* [illegible]
hoc (3) *Oris* nimirum, prædæq; inibi conſpectæ deſcriptio. [illegible]
צלעות dem עִלְעִין ſunt צלעות *coſtæ*, h. e. oſſa lateralia carne veſ[illegible]
modo *Gen. II, 22.* è tali coſtâ dicitur formata Eva. Hujusm[illegible]
triplicem coſtam urſus ore ſuô fuerat complexus, hoc tripl[illegible]
occupaverat, Babiloniorum, Medorum ac Perſarum, qvib[illegible]
tu dominabatur, velut urſus in ſuâ habet poteſtate, qvicq[illegible]
comprehendit dentibus, qvodq; ceu hîc extemplò ſeqvitur [illegible]
re poteſt pro lubitu. Facit hûc, qvod *coſtæ* in ſomniis [illegible]
Achmetem, deſignent vires hominis, citante *Grotiô*, (qvan[illegible]
hunc autorem *cap: 91.* aliud compareat, ubi coſtæ de [illegible]
minantur.) *Sanctius* & *Apollinar.* de tribus accipiunt Prin[illegible]
bus ſubjecti CXX. Satrapæ *c. VI.* (Qvanqvam ipſe *Sa*[illegible]
dem deſerat conjecturam, præferens tria regna.) N[illegible]
rum, referente *R. Saadiâ*, (qvos inter & *Jacchiades*,) acci[illegible]
Perſarum Regibus poſt Cyrum: contra qvos *Hieron*[illegible]
ſetq; Reges Perſarum XIV. adeoq; exponit de tribus [illegible]
gnis. *Theodoretus* interpretatur de Oriente, Septentri[illegible]
(ex *c. IIX, 4.* locô Orientis ſubſtitui forſas comodiùs p[illegible]
qvâ ratione etiam de Occaſu, Septentrione ac Meridie [illegible]
vult *L' Empereur*: Adeoq; illuſtrari hæc poterunt ver[illegible]
tis *lib. I. Pæd. Cyri*, ubi ſic ait: *Cyrus aſſumtis liberis Aſ*[illegible]
nens cum parvâ Perſarum manu, Medis volentibus [illegible]
vit. Subjugavit Syros, Aſſyrios, Arabes, Cappadoces, [illegible]
Lydos, Caras, Phœnicios, Babylonios. Potitus eſt etiam [illegible]
Indis de Cilicibus, & idem Sacis & Paphlagonibus, Mari[illegible]
qvàm plurimis gentibus, qvarum ne nomina qvidem qvis [illegible]
dominatus eſt Aſiaticis Græcis. Cum verò deſcendiſſet [illegible]
qvoq; & Ægyptios imperiò tenuit, &c. Paulò poſt: *Tot* [illegible]
convertit, ſibiq; devinxit, ut eas dinumerare operoſum [illegible]
ire à Regiâ ejus cœperit, ſive ad Orientem, ſive ad O[illegible]

uu v *Sept*[illegible]

[illegible] *ſive ad meridiem.* Huc facit , qvòd Cyrus domuerit [illegible] Orientem , Cambyſes Auſtrum, putà Ægyptum & Æthio- [illegible] Darius Hyſtaſpes h. e. Scythas ; ita *Cornel. à Lapide* ex *Fernan-* [illegible] Atq; hâc ratione conciliatio erit facilis inter ultimam pen- [illegible] ſententiam ; cùm utrobiq; indicetur amplitudo dominii, [illegible]rum opimitas. Sicut verò *prædam è dentibus ejicere*, eſt, ali- [illegible]ſtate alterius truculentâ liberare, *Job. XXIX, 17.* Ita *denti-* [illegible]*rum in prædam cedere*, eſt iiſdem ſubjugari, *Pſal. CXXIV, 6.* [illegible] hîc optimè habet locum.

וְכֵן אָמְרִין לַהּ קוּמִי אֲכֻלִי בְּשַׂר שַׂגִּיא [illegible]

[illegible] *dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.)* Qvar- [illegible] beſtiæ nimirùm ad ſæviendum excitatio. Ais: qvinam [illegible]excitantes? Reſp: Indefinitè hîc ponitur: *& ſic* אָמְרִין [illegible] ſic dicebatur ei. Id qvod ipſum trahi poſſet ad homi- [illegible]æcipuèq; Cyro animum addentes, atq; ad invadendum [illegible]tes. Qvomodo h. l. *Polanus* meminit Cyaxaris, Go- [illegible]orumq;, qvi omnes Cyro fuerunt ad ſuſcipiendam iſtam [illegible] autores, teſte Xenophonte, *lib. I. & IV. Sanctius* propri- [illegible]rumq; intelligit ſpiritûs , qvibus ſemetipſos exſtimula- [illegible] pluribus illic illuſtrat. Verùm nil impedit, qvô minùs cō- [illegible]mus hanc vocem in viſione tunc fuiſſe factam; ita ut tru- [illegible] beſtiæ appetui immani ac inſatiabili conceſſum fuerit in- [illegible]tam comprehenſam. Fermè ſicut David 2. *Sam. XVI, 10.* [illegible]*it Dominus Simeio : Maledic Davidi, & qvis dicet, cur feciſti* [illegible]è exiſtimandum haut eſt , totidem verbis perceptibilibus [illegible] maledicentiæ crimen à Deô fuiſſe excitatum vel compul- [illegible]diciaria ſolùm ſic exprimitur conceſſio, qvâ ex juſtô ſapien- [illegible]conſiliô libidini maledicendi Simeio antehac naturali, liber- [illegible]tur, alioqvi denegata : Qvod ipſum Davidi afflicto perin- [illegible] totidem expreſſis verbis Deus Judex juſtiſſimus id impe- [illegible] Perſas à Deô in pœnam Chaldæorum excitatos eſſe, aper- [illegible] *Eſ. XXI, 2.* De Imperſonali locutione per Participium vide [illegible] *Vobis* אָמְרִין *dicentes* (ſunt,) hoc eſt, dicitur : *ô populi*, &c. [illegible] *Tibi* אָמְרִין *dicitur, ô Rex : Regnum tranſiit à Te.* Res ipſa, [illegible]d beſtiam habitus complectitur tùm ſurrectionē, tùm com- [illegible] קוּמִי ſurge i. e. age ; jamjam enim beſtia ſuis inſiſtebat

pedibus, qvâ de cauſâ ſuſcitantis ſolummodò hæc eſt vocula, æqvè ac *Ex. XXXII, 1.* ubi populus ad Aaronem inqvit: *ſurge, fac nobis Deos, &c.* Item: *Num. XXIII, 18. Eſa. LX, 1. &c.* Confer *1. Reg. XIX, 5. 7.* ubi angelus ad Eliam: *ſurge, ede, &c.* Et c. XXI, 7. ubi Jeſebel ad Achabum: *ſurge, comede panem & jucundetur cor tuum.* Comeſtio carnis [illegible] haut dubiè hîc ponitur pro uſurpatione, aut participatione rerum, perſonarumq; deſideratarum, eò, qvòd ſvaviſſimum ſoleat eſſe appetitui, ſi ipſi ſatisfiat per eſculenta commoda: qvâ ratione *Gen. XLIX* [illegible] dicitur: *Benjamin ut lupus rapiet, mane comedet prædam, & veſperè dividet ſpolia,* Num. XXIII, 24. *En populus, qvi tanqvam leo magnus ſurget, & tanqvam leo minor elevabitur, non accubabit, donec comederit prædam, & ſangvinem occiſorum biberit.* Multitudo carnis, copiam variatatemq; gentium à Perſis devictarum deſignat. Ad illuſtrationem textûs præſentis aliqvantisper facit, qvod habet Juſtinus *lib. 1.* [illegible] & Oroſius *lib. 2.* de Thomyri ſeu Tamyri Scytharum reginâ, [illegible] unà cum 200000. Perſarum interfecti caput amputatum juſſit [illegible]gi in utrem, ſangvine humanô repletum, cum hâc crudelitatis [illegible]bratione: *Bibe ſangvinem, qvem ſitiviſti, & cujus inſatiabilis ſemper fuiſti.* Huc clades Marathonia, item expeditiones Xerxis inf[illegible] nec non bellum fraternum Artaxerxis & Cyri, ubi plurim[illegible] carnis abſumtum. Nonnulli interpretum hoc referunt ad [illegible] Hamanis, Ahaſvero de tollendis Judæis ſuppeditatum. [illegible] *Sanctius* rectè opponit, hîc negocium eſſe de Imperii Perſici [illegible]dine, non verò de miſerâ & periculoſâ Judæorum conditione.

Poriſmata ex Verſu V.

1. Populi devicti ſunt inſtar coſtarum aut carnis in ore [illegible] enim mordere, lacerare, comminuere, inq; ſuum commodum [illegible] ſolent tyranni. E contrà boni Principes ſic ore tenent ſuos [illegible] qvomodo leæna vel canis ſuos catulos, ne ullus hos ipſis eripiat, [illegible]mnumve inferat minimum.

2. Populi ſubjugantur, provinciæ expilantur, non abſq; [illegible] vinô. Hujus enim tanqvàm Judicis ſummi eſt, Cananæis inc[illegible]libus immittere Iſraëlitas, Iſraëlitis degenerantibus Chaldæos, [illegible]dæis ingratis Perſas. Sic qvando Turcæ invadunt Chriſtianos, [illegible] qvaqvam hoc accidit abſq; nutu aut ſibilô divinô, *Eſ. VII,* [illegible] *Dominus muſcæ,)* qvâ ratione & hîc beſtiæ mandatum [illegible] *comede carnem, &c.*

Digitized by Google

3. Deus tamen propterea hautqvaqvam eſt autor aut fautor pec[illegible] invaſionibus bellicis infinitæ adhæreſcant iniqvitates ac fla[illegible] Vide inter cæteros Tract. de cauſâ peccati D. *Thummii, Schaff*[illegible] *Dorſeldii, Dedekenni,* aliorumq;.

[illegible] q; etiam Deus tradendo gentes ad internecionem eſt cru[illegible] juſtus: non enim delectatur morte peccatoris, *Ez. XIIX.* [illegible] Qvando punit tàm graviter tantam hominum copiam, [illegible] eos, tanqvam ſuas creaturas, ſed tanqvam prævaricatores [illegible] omnem gratiæ ductum præfractè repudiantes: *Matth. XX*[illegible]

באתר דנה חזה הוית וארו אחרי [illegible]

[illegible] *aſpiciebam, & ecce alia qvaſi pardus.)* Jam *tertia* VERSUS VI. [illegible] tatione temporis conſpecta demum poſt ſecundam, [illegible] ſtructam vel ſublatam: Nam qvanqvam expreſſè de[illegible] non fiat mentio, colligitur tamen ipſa ex voculâ initia[illegible] ; *Poſthæc.* Animalis autem hujus (1.) forma eſt [illegible] ſcribitur, qvòd ſit animal Aſiaticum, magnitudine vitu[illegible] Pardus. [illegible] vel canis venatici mediocris qvoad fœminas, ferociſ[illegible] tum, habens pellem variis maculis liventibus pictam & ve[illegible] *Jer. XIII, 23.* Ejusdem ſævities colligitur *ex Hoſ. XIII, 7.* [illegible] iter in impios ſæviturus ſe pardo comparat. Item ex [illegible] pardus, i. e. impius incompeſcibilis, dicitur manſvefaci[illegible] tia patet ex inſidiis prope vias, *Jer. V, 6. Hoſ. XIII, 7.* ve[illegible] asq; innoteſcit ex *Hab. I, 8.* ubi Chaldæorum eqvi pardis [illegible] mendantur. Baſilius: *vidi ego,* inqvit, *partim audivi inter* [illegible] *minibus inimiciſſima, pardalim qvandoq; in ſtadiis hominis* [illegible] *invadere,* &c. Odorem ex ſe ſpargit adeò gratum ac fra[illegible] ſcratione etiam ad ſe alia alliciat animalia, qvæ miſerè [illegible] dilaniat, vide Ariſtot. *Probl. ſect. 23. qv. 4.* Præterea mul[illegible] ſtimulari dicitur à libidine, cum leænis nonnunqvam eâ de [illegible] ſcens. Facilimè inebriatum vinô opprimitur. Vide porrò [illegible] *Nat. Hiſt. c. 37. & l. IIX, 17.* Ex qvibus ipſis manifeſta [illegible] mparatio pardi cum Alexandrô M. Græcorumq; Monar[illegible] corporis (exercitûs bellici) parvitatem, qvæ elephantem [illegible] exæqvat, tùm ob ſucceſſuum velocitatem, tùm ob ſum[illegible] famæ fragrantiam, &c. qvæ pluribus deduxére *Pere-*

[illegible] *Sanctius*, *Corn. à Lapide*, nec non Franzius, *Hiſt. Anim.* [illegible]
Bochartus *T. 1. Hieroz. f. 789.* [illegible]

[illegible] וְלַהּ גַּפִּין אַרְבַּע דִּי־עוֹף עַל־גַּבַּהּ

Et alas habebat, quaſi avis, quatuor ſuper ſe.) Hic [illegible] junctum aliqvod inſolens notatur, nimirùm *alæ*, pardo aliâs [illegible] nus convenientes, iſtæq; numerô *qvatuor*, (non binæ, ut aqvil[illegible] viumq; communiter reliqvarum,) *ſimiles avium* alis, ob [illegible] pennasq; qvantitate invicem egregiè diſtinctas, qvæ ([illegible] non annatæ erant collô aut pedibus, verùm עַל־גַּבַּהּ *ſuper* [illegible] *jus*. Alas, & qvidem aqvilinis ſimiles, jam deprehendimus [illegible] primô *v. 4.* hîc tamen ratione numeri novum qvid de[illegible] qvippe qvatuor iſtarum extabant, fermè ut nonnulla in[illegible] runt utrinq; geminas, non tamen plumis veſtitas, ſicut [illegible] qvod fuerint *alæ avis*. Hinc *Pererius* qvatuor cenſet indi[illegible] Alexandri M. præcipuas, nimirùm (1) corporis robur [illegible] rumq; patientiam incredibilem; (2) animi magnitudine[illegible] ritam; (3) ingenii velocitatem igneam; (4) liberalita[illegible] gnem tam erga ſubditos qvàm hoſtes clementiam. [illegible] poſſe etiam per alas accipi divinitatis affectationem, [illegible] ram in cœlum evolare auſus eſt. Alii has 4. alas de 4. [illegible] Alexandro M. ſubjugatis interpretantur; verùm, qv[illegible] minùs & hîc per alas velocitatem intelligamus dupl[illegible] qvàm qvæ fuerat penes Chaldæos: qvippe ut ait Hi[illegible] *Alexandri victoria velocius fuit, ab Illyrico & Adriatico* [illegible] *anum Indicum & Gangem fluvium, victoriis magis qvàm* [illegible] *percurrit, & in 6. annis partem Europæ,* (univerſam Ægyp[illegible] am, Palæſtinam,) *omnemq; ſibi Aſiam usq; ad Indiam ſubj*[illegible]

וְאַרְבְּעָה רֵאשִׁין לְחֵיוְתָא *Et qvatuor capita* [illegible]

Alis porrò (3) ſuperadduntur *capita*, itidemq; numer[illegible] qvæ ipſa nos deducunt ad 4. primarias Monarchiæ hujus S[illegible] qvibus *Diodorus Siculus, Arrianus, Curtius, Joſephus,* [illegible] *ſimulq;*) vel ad præcipuos 4. Alexandri Duces poſtmodum [illegible] Antipatrum vel Philippum Arideum in Macedoniâ, A[illegible] Aſiâ, Seleucum in Syriâ, & Ptolomæum in Ægyptô. (*ita* [illegible] *Pererius, Maldonatus, Em. Saa, Junius, Piſcator, R.* [illegible] *Waltherus, Lutherus, &c.*) Confer *c. IIX, 8.* Qvanqvam [illegible]

Digitized by Google

[illegible] M. 12. dimicaverint invicem de imperiô Duces, ſecundùm [illegible] *l. 3. c. 23.* non tamen, niſi 4. tandem obtinuêre, qvorum et- [illegible] qvam præcipuorum in viſione facta eſt mentio. Aliter Di- [illegible] *Curtius*, ita ut Perdiccas eqvitatui præfuerit Macedo- [illegible] externo, Meleager ſatellitio regio, & Ptolomæus pedi- [illegible] cauſas non affert, cur modò dicta deferenda ſit enume- [illegible]

[illegible] *Et poteſtas data eſt ei.*

[illegible] à partibus, ita nunc (4) à viribus qvoq; deſcribi- [illegible] dicoq; שלטן *dominium*, denotat hujusmodi poſſeſſionem, [illegible] perſonis, rebusq; imperat, ac fruitur pro lubitu, qvo- [illegible] dicebatur; Et *dominatus ejus cum generatione & gene-* [illegible] *& dominatus tuus ad fines terræ*, c. VI, 26. *dominium* [illegible] *finem*: Intelligimus proin Majeſtatem in terris ſu- [illegible] à nemine dependentem; qvam Daniel ipſi ſcribit [illegible] cœlitùs; qvomodo id ipſum agnovit Alexander M. [illegible] Hieroſolymis ſacerdotem tantoperè veneratus, ſicuti refert [illegible] *Antiqv. Judaic. c. 8.* Itemq; Perdiccas apud *Curtium* [illegible] poſt Alexandri M. mortem: *Magnitudinem rerum* [illegible] *intuentibus credere licet, tantum virum Deos accom-* [illegible] *nis, quarum ſorte completâ citò repeterent eum ſua* [illegible] verò etiam Chaldæis (*Jer. XXVII, 5. 6.*) atq; Perſis [illegible] datum fuerit dominium, hîc tamen de Græcis peculia- [illegible] utpote, cùm Alexander M. easdem qvoq; ſubjugâ- [illegible] provincias, qvas antecesſores hautqvaqvam potuerant [illegible]

[illegible] *Poriſmata ex Verſu VI.*

[illegible] qvæ jam præceſſerunt notari poteſt, ſummos tam in [illegible] in regnô miniſtros inſtar alarum capitumq; ſe habere [illegible] atq; regnum; Unde eorundem & æſtimium & debi- [illegible] cium facilè pateſcit.

[illegible] Magiſtratûs, etiam tyrannici, non niſi à Deô trahit [illegible] *XIII. 1. ſeqq.*

[illegible] באתר דנה חזה הוית בחזוי ליליא [illegible] Verſus VII.
[illegible] *aſpiciebam in viſione noctis*. Claudit nunc agmen [illegible] eadem præmittuntur verba, qvæ beſtiæ penul-

penultimæ, *v. 6.* ita ut ſimul addantur *viſiones noctis*, h. e. noct[illegible] qvas ſuprà *v. 2.* dixerat viſiones [illegible] *cum nocte*, ſenſu eôdem. [illegible] poſſet, hæc denuò præmitti, ob ſingularem, vel (ut Mald[illegible] qvitur) *incredibilem* loci difficultatem, qvæ & ipſum Dani[illegible] ad qværendam expoſitionem peculiarem *v. 19.* adegit. [illegible]

[illegible] רְבִיעָאָה דְּחִילָה וְאֵימְתָנִי וְתַקִּיפָא יַתִּירָה

Et ecce beſtia qvarta terribilis atq; mirabilis & [illegible] *mis.*) Deſcriptio nunc ipſa ſeqvitur (1) ratione numeri, [illegible] qvod fuerit *qvarta*. Haut dubiè propter novam gentem, [illegible] regnum hocce qvartum oriundum, æqvè ut ſecundum ex [illegible] dæis Aſſyriisq; erat natione, videl. Perſarum, iterum[illegible] natione Græcorum, qvi ipſi, qvamdiu poteſtatem ab A[illegible] acceptam continuârunt, aliam conſtituere beſtiam haut [illegible] tuerunt. Id qvod notandum contra illos, qvi qvartam [illegible] interpretantur de regnô ſucceſſorum Alexandri M. ut vi[illegible] *Junium, Polanum* (h. l. & in Orat. de IV. Monarchiâ, an[illegible] tar. in Hoſ. p. 371. ad 380.) *Rollocum, Grotium, L'Empere*[illegible] II, 45.) *Piſcatorem, Chamierum* T. II. Panſtrat. lib. XV[illegible] *lium* part. I. Mellific. Hiſtor. p. 388. qvibus ipſis direct[illegible] tas *Calvini* ipſius ad h. l. it. *Oecolampadii, Job de Nape*[illegible] te *Leone de Dromnâ* Propoſit. 24. p. 86. qvi evidenter [illegible] *beſtiam ſine omni dubiô, imò neceſſariò eſſe Monarchi*[illegible] Id qvod è Judæis qvoq; fatetur *R. Saadia*, adjiciens ta[illegible] includi Imperium Turcicum. Cur verò alii Judæi ac[illegible] Alexandri M. ſucceſſoribus, ratio in promtu eſt, ne ſcil. [illegible] niſſe, ſic convinci poſſint. Rationes contrarias à *Polano* [illegible] in rem adductas, peculiari Tractatu refutavit dudum [illegible] *IV. Monarch.* Vide etiam infrà *v. 23.* Porrò (2) ratione [illegible] vocatur *terribilis*, h. e. admirationem horroremq; [illegible] tuenti; qvâ ratione ingenti ſtatuæ, à Nebucadnezare in [illegible] idem aſſignatum fuit epitheton *cap. II, 31.* Originem [illegible] [illegible] *timuit, veritus fuit*: adeòq; præter inſolitam [illegible] citatur admiratio, ſimul reſpectus hic habetur ad vires [illegible] bus non facilè fuerit reſiſtere, necnon ad ſævitiem, [illegible] nulli parcebat obvio, ſed horribiliter omnia peſſundab[illegible] tereà, qvòd fuerit אֵימְתָנִי *horribilis*, qvod ipſum voca[illegible]

Digitized by Google

[illegible]olcit Ebræam [illegible]א *formidabilis fuit* , unde אי[illegible]ם *terrificus* [illegible] I, 7. & אי[illegible] *formido, Gen. XV, 12. Devt. XXXII, 25. Job. XLI, 6.* אימה
[illegible] undiq; acutis atq; ad laniandum promtis,) vide *Prov. XX,* [illegible] igitur terminatione Chaldæâ תָן fit אֵימְתָן vel אֵמְתָן & in [illegible] אמ[illegible] aut אֵמְתָנִי ceu h. l. Unde judicium ferri poteſt de [illegible]gatâ, qvæ habet *mirabilis*, cùm tamen non parum diſcri[illegible]id, qvod horrorem incutit, & qvod ob ſingularitatem [illegible] nos in admirationem rapit. Vide ſîs Chaldæū *Eſa. XXIIX,* [illegible] formidabilem *Habac. I, 7.* formidabiles & terrifici. It. [illegible] de gigantibus terrorem incutientibus. Deniq; adjici[illegible] *fortis nimis*; ratione tùm membrorum, tùm animoſi[illegible]ſis rectè uti ſcientis. Ita *c. II, 40.* dictum fuit: Erit du[illegible] *ferrum.* Vide ibid. *v. 42.* It. *cap. IV, 8.* de arbore for[illegible] Dei miraculis. Inſuper autem intenditur hæc forti[illegible] יַתִּירָה *nimis, valdè*, de qva *c. III, 22. c. IV, 33. V, 14. VI, 4.* [illegible]perii fortitudine latiùs hîc agentem *Pererium* licebit [illegible] conſtiterit (1) ditionis amplitudine; (2) potentiâ [illegible]ri, qvàm navali; (3) pecuniæ copiâ, vide *p. 436. ſeq.* [illegible] ex Auguſt. *lib. V. de Civ. Dei c. 12.* de tribus ad eam [illegible]is tract[illegible] (1) libertatis amore, (2) dominandi cupi[illegible]dis q; aviditate. Crudelitas præcipuè ſangvinolen[illegible] ſi attendamus unum Julium Cæſarem, qvi qvin[illegible]ſignis cum hoſtibus dimicâſſe, & undecies centena & [illegible] millia hominum in præliis interemiſſe memoratur. [illegible] ſtrages ſub Auguſtô, Tiberiô, Caligulâ, Nerone, Sal[illegible] Vitelliô, Veſpaſianô, &c. Potentiam illuſtrat *Calvinus* [illegible] qvod dominati fuerint Romani usq; ad Babiloniam, ab[illegible] tempore, Syriâ, Ciliciâ, Græciâ, Macedoniâ, Hiſpaniâ, [illegible] Germaniâ, tandemq; etiam Britanniâ.

וְשִׁנַּיִן דִּי פַרְזֶל לַהּ רַבְרְבָן

[illegible] *ferreos habebat magnos.*) Poſt attributa nunc (3) ſe[illegible] integrales, videl. *dentes*, ratione materiæ *ferrei*, ratio[illegible] *multi & magni.* Qvibus ipſis haut dubiè arma depin[illegible]endum, ſæviendumq; inſigniter facientia, qvâ ratione [illegible] ungves vix truculentior in feris apparet armatura præ[illegible] etiam *v. 5.* mentio fiebat *dentium urſi.* Huc dentes lo-

 cuſta-

cuſtarum *Apoc. IX, 8.* it. dentes beſtiarum, qvas Deus immittit [illegible] ctariis, *Devt. XXXII, 24.* unde Phraſis, *frendere dentibus*, h. e. [illegible] ni furore ac iracundiâ ardere, *Pſ. XXXV, 16. XXXVII. 12, CXII* [illegible] *II, 16.* It. mordere dentibus, *Mich. III, 5.* dentibus improbo [illegible] dam cedere, *Pſ. CXXIV, 6.* Ferri porrò mentio deducit nos [illegible] invictum, adeò ut locus hîc non ſit confractioni, cujus alioqv [illegible] tio *Thren. III, 16. Prov. XXV, 19.* neq; etiam ſtupori, qvi ex [illegible] guſtu ſolet excitari, *Ezech. XIIX, 2. Jer. XXXI, 29. 30.* H [illegible] ferrea ponitur pro durâ ac intractabili, it. ferreum jug [illegible] & hîc ferrei dentes eundem ſubinferunt ſignificatum. Et [illegible] perioribus annis in ore cujusdam pueri Sileſiaci dens fuit [illegible] ex aurô ſolidô, qvô de peculiarem tractatum conſcripſ [illegible] hîc in viſione dentes fuêre oſtenſi ferrei, qvi obvia [illegible] comminuere ac lacerare potuerunt citra ullum ſuum da [illegible] non malè confertur cum ferreis ſtatuæ pedibus *c. II, 40.* De [illegible] *multi & magni*, vide ſîs *c. III, 33.* ubi de miraculis multis & [illegible] non de רַבְרְבָן *c. II, 48.* ubi de donis multis & magnis [illegible] *cap. v. 3.* hoc adfuit Epitheton de beſtiis. Qvoad tri [illegible] fectos exactionem operoſior hîc eſt Fernandius *de* [illegible] *24. ſ. 6. fol. 634.* qvem, ſi lubet, conſule.

[illegible] וּמַדֱּקָה וּשְׁאָרָא בְּרַגְלַיהּ רָפְסָה

Comedens atq; comminuens, & reliqva [illegible] *culcans.)* En (4) Effectus, qvi ſunt tùm *Devoratio*, [illegible] converſio, (vid. verſ. 5. *ede carnem multam*;) tùm *e* [illegible] lis obviorum qvorumlibet corruptio, (qvalis hôc ver [illegible] c. VI, 25. *& omnia oſſa eorundem* הַדִּיקוּ *comminuebant* [illegible]

רפס *conculcatio*: רָפְסָה *conculcans*, ſcil. erat; qvæ vo [illegible] Ebræis aliàs valet *calcare*, aut calcandô *conturbare* [illegible] *Ezech. XXXII, 2. XXXIV, 18. 19. Pſ. LXVIII, 31.* & *Prov.* [illegible] calcare favum dicitur ſatura anima, *Prov. XXVII, 7.* qv [illegible] præ faſtidiô eundem contumelioſe tractat, ſicut etiam [illegible] tur hoſtes inſtar uvarum *Eſa. LXIII, 3. VI, 18.* Item pa [illegible] *11.* nec non palatia qvando ſubvertuntur, *Mich. V, 5.* [illegible] ſeu munitiones, *Amos. IV, 13. Mich. I, 3. Luc. XXI, 24.* [illegible] conculcabatur Jeſabel. *2. Reg. IX. 33.* Margarita à porc [illegible] (v. porrò *Ebr. X, 23. Eſa. V, 4. XVII, 14. XVIII, 2. XLII* [illegible]

Digitized by Google

a. Matth. V,13. Jerem. XXX,16. Pſ. VII,6. Pſ. XCI,13. Pſ. CXLIII,3. Hab. II,7.
2. Reg. XIII,7. XXI,14.) ita & h.l. beſtia dicitur conculcare ac ſpretim
[illegible] reſiduum , qvod ſcilicet deglutire non potuit,
[illegible] ſus convertere, id qvod ad ignominioſam onerum impo-
[illegible] ſitisq; refertur, it. ad corruptionem illorum, qvæ avehere
[illegible] poterant ex prædâ, ne alii illinc caperent uſum qvalem-
[illegible] ſtâ ex alienis liberalitate vid. ſîs Comm. *Calvin.* in h.l.
[illegible] danti additur *pedibus*, qvanqvam conculcatio non po-
[illegible] pedibus, fermè ſicut & alibi dicitur oculis intueri *Pſ. XCI,9.*
[illegible] *Pſ. XLVI,10.* lingvâ loqvi, *Pſ. XXXIX,4.* &c. Vocant
[illegible] niſmum, ut videre eſt *p. 2. Clav.* Flacii *fol. 393.* alii verò
[illegible] vid. Reiheri *Margarit. Philol. p. 573.* & Spanhem. *P. 3.*
[illegible] *10. p. 354.*

[illegible] וְהִיא מְשַׁנְיָא מִן־כָּל־חֵיוָתָא

[illegible] *autem erat cæteris beſtiis, qvas videram ante.*
[illegible] hæc (5) ad beſtiæ formam, qvòd qvàm maximè à
[illegible] diſcrepaverit, adeò, ut ne nomen qvidem certum nan-
[illegible] priores leonis, urſi atq; pardi acceperant, id qvod
[illegible] dubiè ſpectat regiminis formas in Romanorû Republ.
[illegible] dum modò Democraticè, modò Ariſtocraticè, modò
[illegible] gubernata, nec in unô ſtatu diu perſeveravit. Modò
[illegible] modò his exactis Conſules, mox Decemviros, rurſus
[illegible] Dictatore, deniq; Imperatores manentibus nihilomi-
[illegible] tribunis &c. ita *Theodoretus:* qvorſum etiam faciunt in-
[illegible] tiones cornuum variorum, de qvibus in ſubſeqq. Judæi
[illegible] nulli divinant ex *Pſ. LXXX, 14.* beſtiam hanc fuiſſe aprum
[illegible] rum meritò *Pererius* opponit beſtiæ hujus incompara-
[illegible] ſævitiem, adeò ut poſt leonis, urſi, atq; pardi no-
[illegible] deeſſet aliud, qvô exprimi vel comparari commodè poſ-
[illegible] aprô ſylveſtri parùm convenit. Ipſemet verò *Pererius*
[illegible] putat beſtiam hanc poſſe comparari illi Indicæ, cujus ex
[illegible] meminit Ariſtoteles *l. 2. de hiſt. anim. c. 1.* vocatq; Manti-
[illegible] *ntes triplici utrinq; ordine, magnitudo, hirtitudo & pe-*
[illegible] *& aures hominis, oculi cæſii, color rubricæ, cauda ſcor-*
[illegible] *armata, ſpiculaq; agnata jaculans, curſus non minoris per-*
[illegible] *tatis, feritas tanta, ut nunqvam poſſit miteſcere, appetitus*

præcipuè carnis humanæ. Verùm tacente Scripturâ tacemus & ipſi de nomine. Conferri poſſunt, qvæ *Apoc. XIII,2.* recenſentur de animali, qvod fuerit ſimilis pardo, os habens leonis, pedes urſi, adeoq; ex ... ribus velut conflata. Illuſtrat hoc inſuper *Sanctius* ex diver... llandi, leges imponendi, ſæviendi,&c. ſævit urſus, aliter ... videlicet rugitu ſimul terrens: ſævit vipera, ſævit ſcorpio, ... baſiliſcus, etiam conſpectu,&c.

וְקַרְנַיִן עֲשַׂר לַהּ׃ *Et habebat cornua* ...

Ultimum hoc eſt (6) armatura ſcilicet beſtiæ hu... tum namq; in cornubus præcipuam qvadrupedum vi... vam, qvà defenſivam eſſe ſitam. Tam amplum verò ... rum, qvalis hìc recenſetur, vix reperiemus in ullâ crea... orbis partiũ & regionum. Agni eqvidem 7. cornubus ... tio *Apoc. V,6.* verùm & illic eſt myſtica Meſſiæ potent... riâ ſemel occupatâ invicti pictura; ita ut robur indic... ac perfectum. Plura inferiùs *v. 24.* ubi de cornuum ...

VERSUS IIX.

מִשְׂתַּכַּל הֲוֵית בְּקַרְנַיָּא *Conſiderabam* ...

Pertinet & hoc ad armaturæ modò viſæ mutati... tudinem, ſiqvidem inuſitatô cornuum numerô obſt...

משתכל

Propheta, adeò ut fieret מִשְׂתַּכַּל *accuratiùs attendens* ... rum, conſtantiamq; eorundem, ingenii ac ſenſuum ... inq; ſpeculatione hâc diutiùs nonnihil perſeverans ... alias apud Ebr. in Hiphil eô modô uſurpari ſolet, ... השכילו *attenderunt mirabilia tua:* vid. *Prov. I,3.* ...

...קֶרֶן אָחֳרִי זְעֵירָה סִלְקַת בֵּינֵיהֵן

Et ecce cornu aliud parvulum ortum eſt ...

Mentio hìc fit cornu (1) ordine & numerô *alterius* ... cem, (2) ſtaturâ *parvi,* (3) origine, *aſcendentis,* vel ... modo ſuperiùs *c. II,29.* cogitationes dicebantur *aſc*... *VII,3.* beſtiæ è mari. (4) ratione ſitûs, בֵּינֵיהֵן *inter illa* ... decem memorata.

...קַרְנַיָּא קַדְמָיָתָא אֶתְעֲקַרוּ מִן קֳדָמַיהּ

Et tria de cornibus primis evulſa ſunt ...

undecim fortè opinemur jam reddita cornua, ſubjun... tiæ hujus adjunctum, qvod eſt totalis extirpatio trium ...

Digitized by Google

[illegible]ratis decem, adeò, ut 7. remanerent unà cum hoc novô cornu par-[illegible]. Eliminatio verò hæc effertur verbô עֲקַר evulſit, propriè עֲקַר, *ra-*[illegible] herbæ vel arboris.(vid. *c. IV, 12. vel 15.*) ita ut omnimoda regimi-[illegible] ablatio meritò hinc colligatur, orta ex præſentiâ cornu no-[illegible] ferre velut neqviverunt; id namq; vult phraſis מִן קֳדָמַיהּ [illegible] *ejus*, vel eô præſente, ab ejus velut vultu terribili ac in-[illegible]. Conf. *c. II, 6. & 15. c. VI, 27. c. V, 19. & 24.* Maſorethica no-[illegible] אתעקרו oſtendit qvædam exemplaria legiſſe in plurali, [illegible]ò in ſingulari, idq; ob numerale תְּלָת *ternio* vel *tres*: [illegible] nihil.

וַאֲלוּ עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא בְּקַרְנָא [illegible]

[illegible] *oculi, qvaſi oculi hominis erant in cornu iſtô.*) In-[illegible]dem cornu hujus nunc traduntur (6) partes, vid. tùm [illegible]ale enim qvid in nullâ creaturarũ unqvam eſt obſerva-[illegible] obſervari per naturæ ordinem potuit; oculum videlicet [illegible] in tali corneâ materiâ reperiſſe locum. In monſtroſis [illegible] nonnunqvam deprehenſi oculi in genubus aliisq; [illegible] docente Schottô *in Phyſ. cur. l. 5. c. 25.* verùm de o-[illegible] nihil. Et qvidem oculorum numerus non definitur, [illegible] adſit, qvi & tribus & 100. aliàs tribui omninò poſ-[illegible] oculorum colligitur exinde, qvòd non volucrum, vel [illegible]erint ſimilitudinem; verùm fuerint *qvaſi oculi hominis*, [illegible] humorum, palpebrarum, ciliorum, ſuperciliorum, &c. [illegible] ad conſiderationem potiùs rei ſignificatæ, qvàm figu-[illegible] ducimur, fermè ut ſuprà *c. IV, 13.* arbori etiam tribue-[illegible]anum.

[illegible] וּפֻם מְמַלִּל [illegible] *Et os loqvens ingentia.*

[illegible] humanô prudentia, ita ore indicatur grandiloqventia [illegible]lgationem dogmatum, canonum, edictorum. Vocem רַבְרְבָן [illegible] *multa*, qvàm *magna* deſignare vidimus proximè: Rem ipſâ [illegible] habebimus inferiùs, *v. 20. 21. 24. 25.* Intereà expendi poſ-[illegible] XII, 4. *Diſperdet Dominus univerſa labia doloſa, & lingvam* [illegible] Pſ. LV, 13. *Si is qvi oderat me, ſuper me magna locutus fuiſ-*[illegible] II, 3. *nolite multiplicare loqvi ſublimia gloriantes.* Eſa. [illegible] *cui exprobrâſti & qvem blaſphemâſti, & ſuper qvem exal-*[illegible] *& elevâſti altitudinem oculorum tuorum?* (ubi itidem jungi [illegible] ac vocem elatam, ceu h. l.)

חָזֵה הֲוֵית עַד דִּי כָרְסָוָן רְמִיו

VERSUS IX. *Adſpiciebam, donec throni poſiti ſunt.)* Fuit hucusq; ſe-
cundum ſomnii membrum, beſtiarum videlicet deſcriptio, inde [illegible]
Seqvitur jam (γ) Judicium DEI tremendum, ſiſtens nobis 1. Thro[illegible]
rum apparatum. Et qvidem Propheta ait, ſe *videntem fuiſſe* [illegible]
tentione ſcil. debitâ, qvomodo unumqvodq; in beſtiis ſe ha[illegible]
qvamdiu & hoc & illud duraret, qvomodo unum oppugnaret [illegible]
alterô, mirasq; ſingula haberent viciſſitudines, &c. עד די [illegible]
dem *ponerentur throni*, qvales ſcil. in actu ſolenniori ſolent [illegible]
dineq; collocari, ut illuc ſe recipiant aſſeſſores cum ſuô Ca[illegible]
כרסא riô. Vox כָרְסֵא *thronus* jam adfuit *c. V, 20.* de ſoliô Re[illegible]
Nebucadnezar occupaverat: legiturq; in *Targum* ſignifi[illegible]
Gen. XLVII, 40. Exod. XVII, 16. Deut. XVII, 18. 1. Reg. X, 19. [illegible]
liis in domô Sanctuarii, *Pſ. CXXII, 5.* per qvæ Senatus vel [illegible]
edrii magni jurisq; adminiſtratio ſolennis indicatur. [illegible]
thronorum meminit *Johannes* circa Dei ſolium, *Apoc, IV, 4.* [illegible]
norum in extremô judiciô ponendorum fit mentio, [illegible]
Luc. XXII, 30. Conf. *Apoc. III, 21. c. XI, 16. c. XX, 4.* At [illegible]
ſenſum haut dubiè intenderunt etiam LXX: ἕως οὗ οἱ [illegible]
Item *Vulgatus*, & qvi hunc communiter ſeqvuntur Ponti[illegible]
tamen conferamus vim verbi Chaldaici, רְמִיו fateri cog[illegible]
רְמָא non de collocatione decorâ, ſed de violentâ de[illegible]
pari: Loca ſunt ſeqventia, *c. III, 6. 15. 20. 21. 24.* de [illegible]
furnum projectione, *c, VI, 17.* de projectione Daniel[illegible]
num, & deniq; *Eſr. VII, 24.* de projectione, vel impo[illegible]
Qvâ eqvidem ratione ſenſus h. l. emergeret talis; *Done*[illegible]
barentur, h, e. donec regna per beſtias repræſentata [illegible]
unà cum hôc univerſô penitùs: Projectis enim ac peſſ[illegible]
tum ſellis Regumq; ſoliis, actum ſimul eſt haut dubiè [illegible]
dem autoritate. Hâc ipſâ ratione eleganter invicem o[illegible]
כָרְסָוָן *ſolia Regum*, כָרְסְיֵהּ *ſolium ipſius Dei*, de qvô mox [illegible]
noſtrô verſu ſeqvitur, qvòd non fuerit dejectum ut reliq[illegible]
remanſerit cum ſuô ſeſſore, Ita *Jacchiades.* Pertinet [illegible]
Deo adventante diffugere cogantur creata omnia *Eſa. II*, [illegible]
II, 11. Mal. III, 2. Pſ. IX, 4. Atq; h. m, etiam AbenEſra & [illegible]
nec יושלכו *projicerentur throni cunctorum illorum Reg*[illegible]
Polanus, Vatablus, Iſidorus, atq; alii: Pro *Vulgatô* [illegible]

Digitized by Google

facit textus *Eſr. VII, 24.* ubi conſtitutio, vel determinata poſitio tributi verbô hôc effertur: qvapropter ut thronos ſuprà in judiciô ultimô ponendos audivimus, ita & hîc apparatus oſtenditur ſimilis, ad [illegible]tatem negotii ſolennitatemq; actûs eò meliùs exprimendam. [illegible] per *thronos* certum intelligit genus Angelorum: verùm [illegible] congruè qvoad ſcopum præſentem. *Maldonatus* tamen ange[illegible] et tanqvam Dei judicis aſſeſſores introduci, æqvè ut ſuprà [illegible]. Verùm & hoc ſuis non caret difficultatibus. In *Talmud* ci[illegible]ndô *Pug. fid. fol. 276.* dicitur, thronos fuiſſe poſitos, unum [illegible] Davidi, h. e. Davidis filio Meſſiæ. Id qvod contra Ju[illegible]ndum. De aperiendis in ultimô judiciô cœlis, conſtru[illegible] verſus uſq; ad cacumen montis oliveti è nubibus can[illegible] ac lucidis viâ qvâdam latiſſimâ, nec non ex eâdem [illegible] thronis utrinq; pluribus conſtruendis, &c. nimis the[illegible] ſîs Fernandium *Viſ. V. T. 24. fol. 642.* Adjicimus ad[illegible]ione vocis Grammaticâ רְמִיו eam non eſſe tertiam Plu[illegible] Pehal, qvippe qvæ eſt רְמוֹ *projecerunt*, ut *c. VI, 17.* ſed [illegible]cip. Pehil, adeoq; paſſivè reddendam: *Projecti, vel ſta-*

[illegible] וְעַתִּיק יוֹמִין [illegible] *Et antiqvus dierum ſedit.*

[illegible] (a) Judicis ſeſſio: Vocatur autem ipſe peculiari titulô [illegible], h. e. æternus, dierum orbis omnium durationem ex[illegible]es omnes, à ſole per ipſum conditô factos, anteceſſit, [illegible]mutationis, finisq; expers, &c. qvi ipſe titulus redibit v. [illegible]clarari poteſt qvoad idiotiſmum per ſimilem phraſin [illegible] *ſatur dierum, vir dierum*, &c. Latet verò hîc oppoſitio [illegible] moderatoresq; mundi hactenus recenſitos & inter [illegible] ſupremum judicemq; ultimum egregia: Illorum ſolia [illegible]vertuntur, imò paucos ſaltem dies iidem reges plerumq; [illegible]rant, (qvæ enim ætas Cyri, Alexandri M., Julii Cæſa[illegible] verò prior eſt diebus omnibus, imò ſuperſtes erit, qvan[illegible]cum ſole omnes deſinent, *Pſ. CII, 27. 28.* Præterea, notan[illegible] innuitur ſimul gravitas, judicii maturitas, in judicandô [illegible] qvæ plerumq; à juvenibus abeſſe ſolent. Conf. Job. XII, 12. [illegible] *ſapientia, & in longitudine dierum intelligentia*, &c. Sy[illegible] *Corona ſenum peritia multa.* Præterea ſeni huic attri[illegible] geſtus ob gravitatem ac tranqvillitatem, judici,

cauſam

Digitized by Google

cauſam cogniturо, ſententiamq; dicturo, apprimè competens: Conf. *1. Reg. I, 46. c. II, 19. Exod. XVIII, 13. Pſ. IX, 5. 8. Matth. XXVII, 19. Joh. XIX, 13.* Qvorſum illud *Ariſtot. lib. VI. Phyſ.* ſedendo & qvieſcendo anima fit prudens. Per ſenem hunc intelligunt nonnulli Deum trinunum; Alii verò Chriſtum, v.g. Thomas, & Iſidorus apud *Sanctium:* Iterum alii, ut *Pererius, Hugo, Liranus, Carthuſianus, Vatablus, Polanus, Auguſtin.* lib. 2. de Trin. c. XVIII, *Maldonatus,* Deum Patrem, eò qvòd Filii ſeqvatur mentio *v. 13.* Hoc namq; antiqvior eſt, qvoad humanam ſcil. naturam, cujus reſpectu in ſcenam hîc producitur, (qvanqvam coævus qvoad divinam,) creaturis autem omnibus prior eſt abſolutè. Atqve ſic de Patre etiam nos accipimus, qvi Filium ſuum genuit hodiè, *Pſ. II, 7.* ante ſeculum *Mich. V, 1. Prov. VIII, 24. 25. Joh. I, 1.* Eidemq; incarnato in tempore dedit poteſtatem, *Joh. V, 22. 23.* Vid. Geſneri *Comment. h. l. Theſ. 181.* de Patre dictô *Antiqvô,* tùm ratione originis ac ordinis, qvoad divinam naturam, tùm præcipuè reſpectu humanæ naturæ, &c.

לְבוּשֵׁהּ כִּתְלַג חִוָּר *Veſtimentum ejus candidum qvaſi nix.*

Refertur hîc (3) Habitus, generali voce לְבוּשׁ *indumentum,* expreſſus, à verbô לְבַשׁ *induit:* proindeq; notatur omne id, qvô corpus
חור hominis operitur ac ornatur. Vid. *c. III, 21.* Ratione coloris dicitur חִוָּר *candidum inſtar nivis,* h. e. veſtitus apparebat ſimpliciſſimus, omni coloris alterius additamentô aut labe aliâ penitùs carens: id namq; vult nomen חִוָּר *albus,* à חֲוַר *albeſcere,* & in pahel *dealbare, lavando mundare.* Notum verò albedinem eſſe colorem præſtantiſſimum, luciſſimum, jucundiſſimum, puriſſimum, adeòq; nobilitatis inſigne, *Eſth. VIII, 15.* unde & Chriſtus transfiguratus tali apparuit habitu *Matth. XVII, 2. Marc. IX, 3. Luc. IX, 29.* itemq; beati, *Apoc. III, 4. 5. c. IV, 4. c. VI, 11. c. VII, 9. 13. c. XIX, 14.* nec non angeli *Matth. XXVIII, 3. Marc. XVI, 5. Joh. XX, 12. Actor. I, 10. c. X, 20.* Huc, qvòd candor indicaverit animum judicis ab omni affectuum tincturâ adhuc liberum, æqvè ut *Candidati* olim reipublicæ veſtibus candidis teſtari volebant, animum ſe gerere ad cauſas diſcernendas purum, &c. Deus ipſe igitur, qvando in veſtimento ſe exhibet candidô, juſtitiam majeſtatemq; ſuam referre voluit undiqvaq; perfulgentem ac labis immunem, ſiqvidem *Lux eſt,* &c. 1. Joh. I, 5. *Amictus lumine,* Pſ. CIV, 2. *purus repertus, qvando judicat,* Pſ. LI, 6. Rom. III, 4. *R. Saadia* veſtitum huncce candidum

Digitized by Google

dum refert ad dealbationem peccatorum populi Dei, *Eſa.I,18.* Verùm id à ſcopô nimis alienum.

וּשְׂעַר רֵאשֵׁהּ כַּעֲמַר נְקֵא

Et capilli capitis ejus qvaſi lana munda.) Mentio nunc fit (4) Capillitii etiam ; Deus ſiqvidem videndum ſe exhibuit in ſpecie non columbæ albæ, velut de Spiritu S. legitur *Matth. III.* verùm in formâ hominis veſtiti, partibusq; humanis præditi, adeoq; viſus eſt habere *caput*, inq; eô non calvitiem, ſed שְׂעַר *pilum*, vel capillos, eosdemqve non inſtar plumarum aqvilæ, qvales in Nebucadnezare memorati ſuprà *c. IV,30.* verùm *inſtar lanæ mundæ*, qvæ tùm ratione coloris nativi, tùm ratione lotionis, candorem itidem refert ſingularem, *Eſa. I, 18. Apoc. I, 14.* Unde etiam mentio fit lanæ nitidæ, *Ezech. XXVII, 18.* Ita nix ob candorem comparatur lanæ, *Pſal. CXLVII, 16.* Qvi dat nivem ſicut lanam. Myſticè differentiam lanæ & nivis proponit Pererius *Diſp. XVIII. in cap. I. Apocal.* Pertinere & hoc videtur ad exprimendum ſenium, ita ut *Antiqvus hic dierum* præ longævitate viſus fuerit amiſiſſe colorem juventæ nigrum, ſuccedente canitie venerandâ, cujus comes, autoritas, experientia, reverentia, (Levit. XIX, 32. *Coram canô capite aſſurges;)* judicium maturum, ab affectibus liberum, &c. ubi ſimul omnem ſenii imperfectionem hinc longiſſimè removendam facilè conſpicient etiam tirones. Chaldæum עֲמַר eſt ex Ebræô צֶמֶר mutatô pro more צ in ע. Aliqvi candorem hunc referunt ad conformitatem cum veſtimentô; qvod tamen inſufficiens videtur, qvippè ſic etiam cutis faciei atq; manuum tali fuiſſet colore deſcribenda. Sub lanâ molli *Hieronymus* conjicit indicatam qvoq; fuiſſe benignitatem judicio Dei permixtam, dum non omnia ſecundùm rigorem ſtrictum ſit examinaturus atq; puniturus, verùm manſvetudinis, miſericordiæqve veſtigia ubivis oſtenſurus: id qvod nonnihil remotius videtur. De colore candidô in ſacris præcipuè, tàm gentilium, qvàm Eccleſiâ Dei freqventatô, conſuli poterit Urſinus *part. 2. Anal. libr. 6. §. 16.* Saubert. Jun. *de ſacrif. p. 194. ſeq.*

כָּרְסְיֵהּ שְׁבִיבִין דִּי־נוּר *Thronus ejus flamma ignis.*

En (5) Judicis thronum, qvi dicitur fuiſſe *flamma ignis*, h.e. merè igneus, qvomodo ſuprà *c. III, 22.* eadem hæc legebantur bina vocabula: *Interfecit illos* (ſatellites) שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא *flamma ignis*, ex fornace ſcil. candeſcente latè prorumpens. Sicut verò aliàs abſtracta Empha-

ticè ponuntur pro concretis, v.g. *Dediſti dies palmos*, h. e. palmares, *Pſal.XXXIX,6.* Intimum eorum *pravitates*, h.e. extremè pravum, *Pſ.V,10.* ponis eum *benedictiones*, i.e. qvàm maximè benedictum, *Pſal,XXI,7.&c.* Ita & h. l. thronus dicitur fuiſſe *flamma*, h. e. merè flammeus, ac inſtar liqvati candentisq; ferri lucens fortiſſimè. Qvô ipſô innuitur Judicii gravitas, ardens juſtitiæ ac veritatis ſtudium, efficacitas, conſpicuitas, &c. *Jacchiaden*, qvi per thronum hunc cœlum ſupremum unà cum ſuis influentiis intendere hîc videtur, non curamus. Vid. Notæ *Conſt. L'Emp. p. 126.*

גַּלְגִּלּוֹהִי נוּר דָּלִק׃ *Rota ejus ignis accenſus.*

גלגלין

Jam (6.) Circuitus, ſeu ambitus throni ſphæricus depingitur, qvod גַּלְגִּלִּין *circuli* vel ſphæræ, thronum inſtar iridis ambientes, itidem purum retulerint ignem, cui nemo potuerit appropinqvare: Conf. *Eſa.XXXIII,14. 1.Tim. VI,16.* Ita verò uſurpari vocem hanc Chaldaicam patebit ex *Lexicô Buxtorfii Talmudicô* majori. Emphaticè proin mentio fit ignis *ardentis*, ut ſic innueretur læſio irreparabilis illorum, qvi curioſiùs irreverentiùsve appropinqvare auderent Judiciis divinis. *Sanctius* refert ad plagarum illationem, qvaſi Judex hic ſecum circumferret ignem, & omne forenſe miniſterium, qvò è veſtigiô plecti poſſent ſontes. Aliqvi, ut *Pererius*, *Vatablus*, *Jacchiades*, &c. *rotas* retulerunt ad ſolium, qvaſi illud eô modô fuerit apparatum, qvô olim Regum throni fuêre verſatiles, adeò ut ſuppoſitis rotis huc illuc vectarentur. (*Grotius*, Sedilia, ait, in Oriente transportari ſolebant; ideò rotas habebant, ut ſellæ curules Romanorum:) Qvod ipſum ne non fuerit, vereri ſe profitetur *Maldonatus*, ſuam ſimul exponens mentem de ſoliô currui ſuperimpoſitô, (ut *Ezech I.&X.*) idq; tùm ad indicandam Dei gloriam, tùm providentiam, qvæ qvaſi curru vecta per omnia diſcurrat. Qvorſum illud *Sapient.VII.* de ſapientiâ omnibus mobilibus mobiliore, &c. Addi poſſet incredibilis judiciorum Dei pernicitas, qvippe inſtar fulguris ab ortu in occaſum pervolantis præſtò ſunt eadem, *Matth. XXIV,27.* qvô ferè ſenſu Plato olim *volucri Jovem in cœlo curru vehi* aſſeveravit. Maldonato aſſentitur *Sanctius*. Per rotas *Oecolampadius* ſynecdochicè itidem intelligit currû, eò qvod Dei adventus ad judicium in curru igneo impediri neqveat. Verùm, qvæ noſtra ſit ſententia, conſtabit ex dictis ab initiô.

VERSUS X.

נְהַר דִּי־נוּר נָגֵד וְנָפֵק מִן־קֳדָמוֹהִי

Fluvius igneus rapidusq; egrediebatur à facie ejus.) Subſe-

qvitur

Digitized by Google

qvitur (7) Sententiæ executio erga Dei adverſarios ſeveriſſima, atq; per fluvium igneum graviter depicta, ita ut globi velut ignei eruperint; qvomodo è profanis etiam ſimiles de igne locutiones, aqvis comparatô profert Pinto Ramirez *Spicil. S. tr. 1. c. 44. §. 2.* Adeoq; ut penetrans Chriſti ſententia ac verbum aliàs confertur gladio, ex ore prodeunti *Apoc. I.* ita hîc ignei mentio fit fluvii, eôdem penè ſenſu. Sicut enim fluvius in qvatuor ſe dividens capita irrigabat olim Paradiſum, procedens ex Eden, *Gen. II, 10.* ita hîc fluvius procedit à Deô judice merè igneus, cuncta abripiens abſumensq; occurrentia *Apoc. XII, 5.* ſubruens fundamenta, *Job. XXII, 16.* fragorem edens horrendum, ſicut aliàs Tyranni inſtar fluviorum attulerunt ſonum ſuum, *Pſal. XCIII, 3.* permearuntq;, & usq; ad collum pertigerunt, *Eſa. VIII, 7. 8. cap. LIX, 19.* Oppoſitus huic fluvio igneo eſt torrens butyri atqve mellis, *Job. XX, 17.* item fluvius è ſanctuariô procedens, *Ezech. XLVII. & Apoc. XXII, 1. 2.* Huc, qvòd afflictiones qvoq; magnæ per aqvas irruentes deſignantur, *Pſal. XXXII, 6. Matth. VII, 25. ſeqq. Luc. VI, 48. 49.* Fluvius porrò ignis, more conſvetô idem eſt, ac igneus: cui duo hîc tribuuntur, tùm, qvòd fuerit נָגֵד *manans*, tùm נָפֵק *exiens à facie ejus*: (de rapiditate, cujus meminit Vulgatus, nihil eſt in fontibus,) qvorum prius eſt à נְגַד *traxit, protraxit*, & de aqvis, *ſtillavit, fluxit*, v. g. in Targ. *Gen. c. 37, 28.* cœli נְגַדוּ *ſtillarunt pluviam*: Judic. V, 4. *& fluxerunt aqvæ*. Eſa. XXX, 25. *fluentes aqvis.* Poſterius verò communiter motum de locô innuit, *ortum habuit, progreſſus eſt*, adeoq; ut diximus, horrenda, ſubita & rapax pœnarum irrogatio, à Deô judice profecta hâc ipſâ fluminis viſione fuit expreſſa. Plura de hôc fluviô, ſententiam judicis referente, habet Fernandius *Viſion. Vet. Teſtam. fol. 653. ſeqq.* Conf. Pſal. L, 3. *venit Deus noſter, & non ſilebit, ignis ante ipſum devorabit.* Pſal. XCVII, 2. 3. *nubes & caligo in circuitu ejus, juſtitia & judicium habitaculum ſolii ipſius: Ignis coram eô ambulat, & exurit in circuitu hoſtes ejus*, &c. De mundô Angelorum, qvi thronum Dei portant, ipſiq; miniſtrant, exponit *Jacchiades*, allegans Seraphim ardentes in ſimili ferè viſione *Eſa. VI, 2.* at præter rationem; qvis enim ſuper fluviô portari ſe curat curru rotis inſtructô, qvalem ipſe hîc fingit? Interim, qvòd influentiarum ſimul divinarum in hæc creata meminit, tolerari qvadantenus poſſet, eò qvòd fluvio ignis eædem aliqvantiſper conveniant. Adumbrationem Spiritûs S. à Patre & Filiô emanantis, qvomodo hîc meditari qveamus, docet Calov. *Tom. 3. Syſtem. p. 840. & annot. in Grot. h. l.*

יְשַׁמְּשׁוּנֵּהּ אַלְפִים אֶלֶף *Millia millium miniſtrabant ei.*
Majeſtatis exprimendæ cauſâ (8) Satellitium qvoq; vel miniſtri apponuntur, & qvidem à numerô, *mille millium*, vel *millies millia*, h. e. qvàm plurimæ myriades. Sicut verò aliàs אֲלָפִים שֵׁשֶׁת ſunt *ſexies mille* Num. III, 34. אֲלָפִים שִׁבְעַת *ſepties mille*, v. 22. &c. ita & h. l. millies millia talem propriè continent numerum, ubi (populariter loqvendo) mille adſunt cœtus, qvorum qvivis mille complectitur individua, cujusmodi copia eqvidem magnificentiæ index eſt, potentiæq; incomparabilis. Qvanqvam verò apparitorum horum, qvi aut qvales fuerint, non fiat mentio diſerta, facilè tamen è viſionis conditione colligitur, non niſi angelos intelligi hîc debere. Actus autem, vel officium his apparitoribus competens effertur verbô שַׁמֵּשׁ *miniſtravit*, h. e. præſentem ſe ſtitit, ad excipienda juſſa qvævis promptiſſimè: adeoq; ut ſol ex ipſâ hâc radice nomen ſuum nactus eſt שֶׁמֶשׁ, tanqvam miniſter mundi communis: ita & hîc totidem adſtitiſſe Deo ſoles conjicimus, qvi ſinguli corruſcarunt ſplendidiſſimè, efficaciſſimeq;. Conf. *Apoc. V, 11. VII, 4. ſeqq. IX, 16. XIV, 1. 3. 20.*

שמש

וְרִבּוֹ רִבְבָן קֳדָמוֹהִי יְקוּמוּן

Et decies millies centena millia aſſiſtebant ei:) Pertinet & hoc ad Majeſtatem modò commemoratam, ita ut prior numerus, tanqvam adhuc juſtô minor, & inſufficiens, magis adhuc intendatur, æqvè ut aliàs, viſô militum exercitu, dicimus, nos vidiſſe vel decem millia, & mox, qvaſi parum hoc ſit, imò viginti vel triginta millia, notante h. l. *Corneliô à Lapide*. Ita *Maldonatus* numeri creſcentis adfert exemplum ex Matth. XIIX, 22. *non dico tibi, usq; ſepties, ſed usq; ſeptuagies ſepties*: commodiùs verò Sanctius ex *Pſ. XCI, 8.* allegat: *cadent à latere tuô mille, & decies mille à dextris tuis.* Et qvidem רִבּוֹ idem eſt, ac Hebraicum רְבָבָה *myrias*, vel *decem millia*, Levit. XXVI, 8. (*Qvinq; perſeqventur centum, & centum ex vobis decem millia:*) item *Pſ. III, 7. XCI, 7. Num. X, 36.* Imò eadem hæc forma רִבּוֹ in Hebræô etiam legitur textu *1. Paral. XXIX, 7. Jon. IV, 11.* & רִבּוֹא *Eſr. II, 64. Nehem. VII, 66. 72.* & in plurali רִבֹּאוֹת *Eſr. II, 69. Dan. XI, 12. Nehem. VII, 71.* nec non in duali *Pſ. LXIIX, 18.* Currus Dei רִבֹּתַיִם *duæ myriades*. Si itaq; decies millia multiplicentur per totidem decies millia, numerus ſanè prodibit ſatis ingens, nimirùm ſecundùm LXX. *μύριαι μυριάδες*, hoc eſt, decies mille dena millia, vel ut Tertullianus *libr. contra Pra-*

xeam

xeam expreſſit millies centena millia. Adeoq; fateri cogitur *Pererius*, Vulgatum hîc à fontibus diſcrepare, qvem tamen ita excuſat, ut dicat, mentem, non verba Danielis à Metaphraſte ſpectatam fuiſſe, qvæ ſit ejusmodi numeris innumerabilem qvandam Angelorum multitudinem inſinuare. Id qvod eatenus admitti poteſt, qvatenus & nos Angelorum definitum in Sacris numerum ullibi in Scripturâ traditum pernegamus. Adeòq; pertinet hoc ad Synecdochen numeri certi pro incertô: qvam in rem non inconcinnè Cyryllus Hieroſolymitanus *Catechef. XV.* Danielem dicit myriadem myriadum poſuiſſe, qvia majorem numerum, qvem homines mente concipere poſſent, exprimere neqvibat. Locô autem prioris verbi *miniſtrabant*, aliud nunc ponitur, יְקוּמוּן *ſtabant*, qvod haut dubiè ejusdem cum alterô eſt valoris, ita ut ficulnea, (non celeberrima, ſecundum *Pererium*) ſit diſtinctio Pontificiorum in Angelos, vel *aſſiſtentes*, vel *miniſtrantes*; qvorum illi qvatuor ſuperioribus contineantur ordinibus, *Seraphim, Cherubim, Thronorum, & Dominationum*; hi verò reliqvis qvinqve inferioribus, ubi ſcilicet dantur *Angeli, Archangeli, virtutes, poteſtates, principatus*: imò ipſimet invicem tranſigere nondum potuerunt Papiſtæ, an miniſtrantium ſit major numerus, an verò aſſiſtentium? Pro horum majore copiâ præſens faceret textus, pro illorum autem partibus ſtant *Gregorius & Rupertus* citati à Pereriô, *Commentar. in h. l. pag. 454.* Verùm ſupervacanea ſunt hæc omnia, qvàm inter τὸ *ſtare*, & τὸ *miniſtrare*, nullum hucusq; exſculpi potuerit ſolidum diſcrimen, id qvod ultrò ac palàm fatentur *Hieronymus, Theodoretus, Hugo, Comeſtor, Sanctius, Maldonatus, Cornelius à Lapide*, item Becanus *tom. I. Opuſc. tract. XIV. de Angelis cap. II. p. 572.* Confer *Pſalm. CIII, 20.* De angelis verbum Dei expedientibus: item qvæ *Hutterus* noſter habet *in Locis com. fol. 204.* Conſuli hîc etiam poterunt Interpretes ad illud *Apocalypſ. V, 11.* numerus eorum millia millium.

דִּינָא יְתִב *Judicium ſedit.*

Acceſſus nunc fit (9) ad *Judicium* ipſum: & qvidem דִּינָא eſt propriè actus, qvô de cauſæ alicujus conditione à perſonis autoritate debitâ inſtructis disqviritur, ſecundùm leges ſententia fertur, eademqve lata executioni mandatur; uti conſtat ex Eſr. VII, 26. *qvi non fecerit Legem Dei tui*, דִּינָא *judicium fiet de eô, ſive ad mortem, &c.* Vide infrà in hôc ipſô noſtrô capite *verſum 22. & 26.* At, inqvis, qvomodo judicio vel tali actui competit ſeſſio? R. Metonymicè judicium pro judican-

Digitized by Google

dicante ponitur, ita qvidem, ut ſimul omnia reliqva, qvæ ad judicii ſolemnitatem reqviruntur, fuerint obſervata. Nos dicimus: Das Gerichte iſt gehäget. Adeòq;, ut ſuprà *v. 9.* antiqvus dierum יְתִב *ſedit*, ita & hic *ſedit* judicium. Non malè Grotius: בֵּי דִּין h. e. ſynedrium conſedit. Sic nos Germani: Die Gerichte ſind erfodert worden/ h.e. perſonæ ex judiciô criminali, &c. ita, notante *Sanctiô*, præfectus civitatis appellatur *Poteſtas*: Sic Wratiſlavienſes: Das Ober-Ampt/&c.

וְסִפְרִין פְּתִיחוּ *Et libri aperti ſunt.*

Sicut conſeſſum judicialem aliàs proximè excipit actorum publicorum vel protocolli productio, ut illinc recitentur nomina delinqventium, facinora commiſſa, damna inde emergentia, &c. ita & hîc

ספרין viſi fuerunt à Daniele סִפְרִין *ſcriptura*, vel codicilli, qvales aliàs aſſervari ſolent in archivis, *Eſr. VI, 1.* aut in qvibus hiſtoriæ ac res geſtæ

פתח conſignatæ, *c. IV, 15.* Ipſi verò hi libri פְּתִיחוּ *aperti fuerunt*, eum ſcilicet in finem, ut jam palàm promulgarentur, qvæ anteà vel incognita, vel incerta ſaltem atq; dubia fuerunt: Haut dubiè huc reſpicit *Johannes*, Apoc. XX, 12, *et vidi mortuos magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu Dei, & libri aperti ſunt: Et alius liber apertus eſt, qvi eſt liber vitæ, judicatiq; ſunt mortui*, &c. Qvem in locum conſuli poterit Auguſtinus, *L. 20. de C. D. c. 14. 15.* qvi per libros apertos intelligit ſanctos, cum Chriſtô judice adventuros, è qvibus liqvidò cognoſcent impii, qvæ facere & ipſi debuerint olim horum exemplô, imò etiam potuerint, &c. qvô cum ferè faciunt Gregor, *l. 33. moral. c. 6.* & Anſelm. *in Elucid.* Non malè autem libri illi in Judiciô ultimô aperiendi de ſingulorum hominum conſcientiis exponuntur, qvando ſc. per miram Dei vim, qvæcunq; vel benè vel malè ab hominibus facta, dicta, concupita & cogitata ſunt, ſingulis in memoriam revocabuntur, & qvaſi in conſpectu mentis liqvidò conſtituentur recognoſcenda, ſecundùm *Auguſtin.* l. c. cui *Theodoretus* adſtipulatur de omnium memoriis, vide ſis qvoq; D. Mayfarti *qq. illuſt. p. 569.* Aliqvi, ut *Maldonatus, Sanctius, Corn. à Lap.* hanc librorum apertionem, ſicut & judicium hoc totum, referunt ad ſpecialem illum actum, qvô cornu illud blaſphemans unà & beſtia qvarta debitis à Deo fuit affecta pœnis, ex *verſu 11.* Filiô hominis è diverſô in Regni ſui poſſeſſionem immiſſô *v. 13.* Id qvod ratione contextûs habitâ non adeò improbari poteſt, licèt præcipuus interea reſpectus habeatur ad diem ultimum pantocriticum, (qvem h. l. deſcribi contra qvosdam ſui ordinis aſſerit Fernandius *viſ. XXIV. col. 641. §. 1.*)

Digitized by Google

641. §. 1.) æqvè ut aliàs reſurrectionis futuræ atq; ultimæ imago adhibebatur *Ezech. XXXVII.* ad reſtitutionem captivorum, in patriam poſtliminiò rediturorum, eò meliùs effigiandam. *Maldonatus* cum *Corn. à Lap.* per *libros* hos inſuper intelligit tùm angelorum dæmonumq; accuſationes, tùm defenſiones, tùm librum vitæ, è qvô Judex ſententiam velut pronunciat; id qvod poſtmodùm accommodant ad deletionem beſtiæ qvartæ judicialem. *Beda & Geſnerus* noſter ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum ſacra tanqvam divini judicii normam acceſſunt. Nos retectionem intelligimus ſolennem actorum omnium, qvæ judicii divini comprobet æqvitatem; qvanqvam qvalis iſta retectio præciſè futura ſit, adhuc ignoremus. Vide, ſi lubet, Meiſneri *Anthropol. Diſp. XV. qvæſt. 2.* §. 16. ubi rejectis expoſitionibus *Bedæ, Auguſtini, Hieronymi, Maldonati,* accipit de notitiâ factorum humanorum; ubi etiam de libris in plurali poſitis, ob multitudinem rerum detegendarum: cui addi poteſt D. Franzii *de interpr. Script. Orac. XXXVII.*

Poriſmata ex Verſu IX. & X.

1. De Dei æternitate, utpote qvi ſolus eſt *Antiqvus dierum*, primus ac noviſſimus, *Eſa. XLIV, 6.* mutationis omnis expers, *Malach. III, 6. Jac. I, 17.* an tota ea æternitas ſimul exiſtat, ſucceſſionemq; præſentis, præteriti & futuri excludat, videri poterit Brochm. *in Loc. de Deô, qv. 4.* D. Gravverus *Diſp. II. qvæſt. illuſtrium, qv. 2.* It. Ludovicus de Blanc *Tom. II. Diſp. Sedan. p. 1018.* qvi generatim agit de æternitate Dei. Dionyſ. Areopagita *de div. Nom. c. X.* hunc antiqvum dierum exponit, qvi eſt ante omnes dies & tempora, qvi eſt autor conditorq; omnis antiqvitatis, vel eminenter in ſeipſô continens omnem temporis durationem, &c. Ex hâc autem apparitione malè colligi, ſolum Patrem eſſe verum Deum, ut qvi ſolus in thronô apparuerit, &c. ſatis evidenter oſtendit Dn. D. Calovius *Theol. natural. & revel. p. 1109.*

2. Deum eô, ut hîc videndum ſe vati exhibuit, modô pingi etiam poſſe in tabulâ, non ſine ratione ex textu hôc deducunt plurimi; qvanqvam cautâ opus ſit rudium inſtitutione, ne reverâ Deum ita ſibi fingant, aut concipiant. *Polanus* eqvidem, ut & *Calviniani* reliqvi, diſertè tales picturas improbant, eò qvod Deus non eô fine Danieli hîc ſe exhibuerit, ut depingeretur, ſed ut tantùm eſſet ſignum ejus præſentiæ. At qvod tùm temporis licitè Danielis adjuvit captum, id & nunc licitè rudium juvabit memoriam, ut viſionis illius cum devotâ

judicii

Digitized by Google

judicii inſtantis meditatione recordentur, &c. Species, in qvâ Deus apparuit, vel Symbolum præſentiæ pingitur, neqvaqvam Deus ipſe: Vid. Gerhard. *Tom. III. Locor. p. 100.* Thyræus *de apparitionibus in genere p. 78. ſeqq.* Alia de repræſentatione eſſentiæ divinæ, ſi lubet, vide in *Epiſtolis Arminianor. p. 152.*

3. De Dei juſtitiâ lucidiſſimâ, perfectiſſimâ, &c. Vid. in LL. CC.

4. Thronus lucidiſſimus nil relinqvet obſcurum: Stulti igitur ſunt, qvi opera ſua tenebrarum latere Deum ſibi ineptiſſimè perſvadere annituntur.

5. Deus, qvanqvam inde à Mundi exordiô juſti ſemper Judicis exercuerit officium, ſolenniter tamen id exeqvetur tandem in conſpectu totius humani generis atq; angelorum, *Cobel. III, 17. c. XII, 14.* ita ut morâ non opus ſit ullâ, qvalis aliàs reqviritur ad factorum inqviſitionem, teſtium examen, &c. verùm & credentes & increduli diſcriminati erunt evidentiſſimè, atq; hi qvidem ſecundùm ſua ſimul facinora & delicta qvælibet, illis è contrà albô juſtitiæ Chriſti amictu plenè coruſcantibus.

6. De angelorum numerô diſcrepantes Theologorum ſunt ſententiæ: Pſeud-Athanaſius *reſponſ. 2. (vel juxta alias Edit. 6.) ad qvæſt. Antiochi.* (Athanaſium enim licèt hunc alleget Pererius h. l. aliiq; Papiſtarum, autorem non eſſe hujus ſcripti, fatentur Sixtus Senenſis, Poſſevinus, Delrio, &c.) refert, nonnullos opinatos, ita ſe habere numerum Angelorum ad numerum hominum, ſicut nonaginta novem ad unum. Alios, ut ſe habent novem ad unum, ex *Luc. XV, 4. & 8.* Alios, tot eſſe angelos, qvot ſunt homines, ex *Deut. XXXII, 8.* (ſecundùm LXX.) Gregorius *Homil. XXXIV. in Evangel.* plures opinatur homines, qvàm angelos, &c. *Pererius* h. l. p. 452. cum *Dionyſ. Areopagitâ* cenſet, non ſolùm Angelos plures eſſe hominibus, (id qvod ſtatuit Fernandius *viſione XXIV. fol. 649. §. 6.*) ſed etiam omni multitudine ſenſibilium & corporatarum. Verùm, ubi Scriptura tacet, eruditum & nos arbitramur ſilentium innocuamq; ignorantiam. Imò non ſine ratione multitudinem illam angelorum, res creatas alias excedentem improbat Ramburtius *Tom. II. Sedanenſ. Diſp. XXV, Th. XXIX. p. 253.* Qvomodo Talmudiſtæ concilient cum textu hôc noſtrô Locum Job. XXV, 3. *Numqvid eſt numerus agminum ejus?* Nimirùm ante diminutionem Angelos fuiſſe innumerabiles, ſecùs poſt eam, cognoſci poterit ex Raymundi *Pug. fid. part. 3. diſt. 2. c. 5. §. 3. f. 452.* Confer, ſi lubet,

Digitized by Google

ſi lubet, de numerô angelorum innumerabili Menaſ. B. Iſraël *de Creat. probl. 25. §. 2.*

7. Miniſterium angelorum admoneat nos debitæ noſtræ alacritatis, humilitatis, obſeqvii, conſtantiæ, reverentiæ, &c: vid. Bernhard. *de qvatuor modis orandi à Corn. à Lapide* hìc citatum.

8. Qvid Judæi comminiſcantur de tribus Dei libris, perfectè impiorum, Juſtorum, Intermediorum, cognoſces ex Buxtorf. *Syn. Jud. p. m. 341.* De librô vitæ, deq; deletione ex eôdem non eſt agere hujus loci: Vid. ſi lubet B. Gerhardum *Iſagog. LL. Diſſ. IX. c. 1. §. 14. ſeqq.* Cregutium *revel. Arcan. p. 652. ſeqq.* D. Calov. *Armin. p. 472.* Qvàm cautos nos reddere poſſit hæc librorum aperiendorum meditatio, ex Patribus oſtenderunt h. l. Corn. à Lap. *col. 1338.* & Sanctius *comm. §. 86. ſeqq.* Imò libri in judiciô aperti judicem terrenum qvemvis admonere poſſunt de diligenti legum actorumq; evolutione ſemper adhibendâ, ſiqvidem ignorantia judicis plerumq; eſt calamitas innocentis, ſecundùm Auguſt. *l. XIX. de Civit. Dei, cap. 6.*

9. Qvàm ridiculè *Panigarolla*, nec non *Feuardentius* ex fluviô igneô elicere nitantur Purgatorium, cognoſcere poteris è Chamieri *Tom. III. Panſtr. l. 26. c. 5. §. 32. f. 568.* Meiſneri *opuſc. de purgat. p. 179.* Gerhard. *Tom. III. Confeſſ. Cath. p. 482.* Thumm. *de purgat. p. 216.*

חָזֵה הֲוֵית *Adſpiciebam:* VERSUS XI.

H. e. Hôc ſplendidô Judicii apparatu nondum meum tùm finiebatur ſomnium, ſed *videns fui* porrò judicii ſucceſſum *v. 11. usq; ad 14.* qvoad (α) ſermonum cornu parvi diſcuſſionem, (β) beſtiæ ipſius abolitionem, (γ) omnimodam beſtiarum reliqvarum debellationem, (δ) Filii hominis evectionem.

בֵּאדַיִן מִן קָל מִלַּיָּא רַבְרְבָתָא דִּי קַרְנָא מְמַלְּלָה

Propter vocem ſermonum grandium, qvos cornu illud loqvebatur:) Continetur hîc cauſa tàm attentioris continuatæq; intuitionis, qvàm ſubſecuti judicii contra beſtiam ultimam inſtituti, nimirùm מִן *propter ſonum vocum ingentium*, qvarum præceſſit mentio *v. 8.* et uberior adhuc ſeqvetur repetitio *v. 20. ſeqq.* hæc omnia evenerunt. Hujusmodi enim qvid ſubintelligendum venit, niſi connectas fortè cum verbô antecedente, hôc modô: Viſionem meam continuavi, vel in eâdem detentus fui ob intolerabilem cornu grandiloqventiam, cujus eventum cernere geſtiebam vel maximè.

חָזֵה הֲוֵית עַד דִּי קְטִילַת חֵיוְתָא

Et vidi, qvoniam interfecta eſſet beſtia:) Per Epizeuxin denuò repetitur initium membri antecedentis, qvippè cum ſtupore velut Daniel hæſit in obtutu contumelioſiſſimæ proterviæ tamdiu, עַד דִּי *donec* (non *qvoniam*) חֵיוְתָא *beſtia illa* ſingularis, cujus meminerat *verſ. 7.* eſſet interfecta; abrogatâ nimirùm omni Monarchicâ, qvâ polluerat, & velut vixerat antehac, poteſtate. *Calvinus* hanc belluæ interfectionem refert ad tempora Evangelii promulgationem ſubſecuta, præſertim poſt mortem Nervæ ac Trajani, ubi nullus ferè amplius Romanus potitus eſt imperiô, ſed exteri militum libidine electi, ſubulci ac bubulci, &c. donec tandem præter nudum Romani Imperii titulum ſupereſſet nihil. Verùm ſi ſub beſtiæ tertiæ imagine intelligi potuerunt ſucceſſores univerſi promiſcuè, donec tandem nova planè exſurgeret Monarchia Romana, præcedentem velut abſorbens, haut abſurdè etiam ad qvartam hanc ultimam referemus ſucceſſores in Imperiô qvoslibet, donec deniq; adveniens regnum cæleſte Chriſti aboleat regna mundi in univerſum omnia.

וְהוּבַד גִּשְׁמַהּ *Et periiſſet corpus ejus.*

Pertinet & hoc ad ſupplicium judicialiter inflictum, dum non ſolâ vitæ ademtione contentus fuit Judex, verùm corpus etiam, vel cadaver ejusdem beſtiæ interfectæ, (vide ſuprà de voce hâc גֶּשֶׁם *corpus cap. III, 27. 28. c. IV, 30. c. V, 21.* ubi de corpore tùm trium confeſſorum
אבד intactô, tùm de corpore Nebucadnezaris ſub diô obbruteſcêtis;) הוּבַד *perditum fuit*, vel penitùs abolitum, qvomodo aliàs fieri ſolet per cremationem, aut comminutionem in fruſtula minuta. Vide verbum hoc אֲבַד *periit*, ſuprà in Aphel *c. II, 12. 18. 24.* qvod hîc collocatum eſt in formâ Hophal Ebraicâ. Et dum ſolius hujus belluæ cremationem Propheta vidit, facilè colligere hinc potuit, priores tres belluas vel inſigniora Mundi regna, judicii ſolennis ſupremi tempora non fore attactura, qvin potiùs belluam priorem à ſubſeqvente abolendâ, donec tandem ultima Romanorum ipſi Judici ſententiam dicturo ſiſtatur.

וִיהִיבַת לִיקֵדַת אֶשָּׁא:

Et traditum eſſet ad comburendum igni.) Clariùs qvodammodò effertur, qvòd jamjam de perditione fuerat dictum. Adeoq; ſicut ſuprà audivimus de fornace ignis יָקִדְתָּא *ardentis*, ita & hîc viſus

ſus fuit Danieli ignis ardens, vel combuſtio ignis, ad deſtructionem beſtiæ omnimodam comparati. Forſàs hanc combuſtionem indicavit thronus fluviusq; flammeus, ſuprà deſcripti, *v. 9. 10.* Neq; tamen hìc gehennalem ſtatim ignem neceſſe eſt concipere, verùm potiùs omnimoda ſic indicata fuit abolitio, qvâ priorum ne qvidem veſtigium ampliùs eſt relictum; veluti cremata inq; cineres redacta ædificia nil qvicqvam poſt ſe conſpicuum reſervant.

וּשְׁאָר חֵיוָתָא הֶעְדִּיו שָׁלְטָנְהוֹן

***Aliarum qvoq; beſtiarum ablata eſſet poteſtas*:)** Tertium **VERSUS**
hoc eſt conſeqvens, ubi *tùm* dominii animalium privatio, *tùm* defini- **XII.**
ta cujusq; toleratio. (*a*) Subjecta debellata colliguntur ex vocibus שְׁאָר חֵיוָתָא *reſiduum animalium*, h. e. cætera ſeu reliqva præter memoratam ultimam. Ità namq; vòx שְׁאָר complecti ſolet id, qvod præter nominatas ſive perſonas, ſive res, reſtat ex eôdem genere, v. g. *Reliqvum* ex debellatis ſpoliis *conculcabat pedibus*; hôc ipſô *c. v. 7. 19.* cum reliqvis ſapientibus Babel, *c. II, 18.* Conf. *Eſr. IV, 7. 9. 10. ſeqq.* Ais: qvomodo reſiduæ dici poſſunt ad judicis adventum Monarchiæ ſuperiores, jam olim extinctæ? Reſpondemus: ita Deo viſionem tùm temporis exhibere placuit; citra tamen reſpectum ad durationis terminum; æq; ut & ſuprà c. II. tàm caput atq; pectus cum reliqvis membris, qvàm pedes, perſtare cernebantur usq; ad comminutionem lapidis ultimam, qvanqvam jamdudum & caput, & pectus, & venter, ratione temporis ſui præteriiſſent, anteqvâ lapis à monte præceps decideret, &c. Poſſet tamen & hoc accipi de regnis Aſſyrio-Chaldæo, Medo-Perſico, & Græco ſeorſim conſideratis, prout eædem Provinciæ ſuum hodieq; habent regimen, licèt non verè Monarchicum, ut olim, qvod ipſum tamen regimen ſub adventum judicis ultimum ceſſare debet. Qvod ipſum tamen à viſionis, cujus adhuc recenſio continuatur, ratione eſt nonnihil alienum, ſiqvidem vidit Daniel, animalia jam viribus ſuis, æq; ut beſtiam ultimam ſolenniter privari, adeoq; de illis loqvitur tanqvam adhuc integris ac vivis. Imò, ſi per parentheſin hæc interjecta dixerimus, ſenſus emergeret, Danielem poſt avidam eventûs expectationem vidiſſe tandem ultimam hanc belluam horribiliter punitam, æq; ut viderat *à cæteris* prioribus belluis *ablatam fuiſſe poteſtatem, qvippe qvibus determinata vivendi* aut imperandi *ratio, vel ſpatium divinitùs fuerat conceſſum.* Qvapropter etiam *Calvinus* annotavit,

tavit, hæc in præteritô plusqvamperfectô eſſe efferenda. (β) Debellatio ipſa eſt in verbis הֶעְדִּיו שָׁלְטָנְהוֹן *transire fecerunt poteſtatem illorum:* ubi de verbô הֶעְדִּיו repeti poſſunt dicta c. V, 20. nimirùm impersonaliter id hôc locô valet, vel paſſivè; *ablata eſt;* cujusmodi exempla annotavimus c. IV, 13. *cor ejus mutabunt,* & v. 22. *gramine cibabunt, & rore tingent eum.* Vox שָׁלְטָן *dominatus,* itidem adfuit, *c. VI, v. 27.* imò in hôc ipsô noſtrô *cap. v. 6.* vidimus, tributum hujusmodi dominatum fuiſſe beſtiæ tertiæ, qvi jam & illi, & reliqvis nunc iterùm ademptus dicitur.

וְאַרְכָה בְחַיִּין יְהִיבַת לְהוֹן

Et tempora vitæ conſtituta eſſent eis:) Vel potiùs ſecundùm *Calvinum & Junium: Nam ſpatium in vitâ datum fuerat eis.* Traditur his verbis (β) determinata cujusq; animalis duratio, ita, ut cauſa ſimul delitescat ablati dominatûs, videlicet, qvia non in infinitum, vel
ארכה per cuncta mundi ſecula continuari is debebat, veruntamen אַרְכָה *prorogatio* ſpatiumve certum בְחַיִּין *in vitâ,* h. e. qvoad usq; unumqvodlibet integris pollebat viribus Monarchicis, יְהִיבַת *data fuerat ipſis,* nimirùm ab ipſô ſupremô regnorum omnium moderatore ac Dominô, in cujus manu eſt regnum concedere, continuare, augere, di-
ו nam minuere, aufferre, *c. V, 21.* Notetur, præfixum ו hîc non copulare, (diverſi enim temporis ſunt, aufferre actu dominatum, & ſpatium dominandi alicui concedere;) verùm rationem reddere, commodeq; verti *nam,* ut *Gen. XII, 1. c. XX, 3. Prov. IV, 18. c. XXIII, 3. &c.* Deindè qvoad vocem אַרְכָה redire poteris ad *c. IV, 24.* Participium deniq; יְהִיבַת non in Præteritô perfectô, *data fuit,* ſed plusqvamperfectô, *data fuerat,* commodiſſimè redditur; hæc ſiqvidem datio longè anteceſſerat ablationem. Indè eleganter *Lutherus:* Denn es war ihnen Zeit und Stunde beſtimmt/ wie lang ein jegliches wehren ſolte.

עַד זְמַן וְעִדָּן׃ *Usq; ad tempus & tempus.*

LXX: ἕως χρόνου καὶ καιροῦ, i. e. usq; ad certum illum terminum, qvem cuiq; convenire judicaverat Deus. Vid ſuprà c. II, 21. *ipſe immutat* עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא *tempora & ætates, deponit Reges & conſtituit Reges,* &c. qvi ipſe textus noſtro præſenti penitùs eſt parallelus; adeoqve ſenſus h. l. eſt, cuivis animalium ſuam à Deô conceſſam fuiſſe durationem, num ad tempus longum vel breve ſuam habiturum eſſet integritatem, ac vigorem.

Poriſma-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XI. & XII.

1. Impietas in Deum, contumeliæq; in religionem veram ut plurimum ruinam accerſunt Rerumpubl., ſicut hîc videre eſt in cornu blaſphemô, de qvô inferiùs plura. Imò peccante Rege punitur unà & populus, qvanqvam& hic in ſe non inſons. *2. Sam. XXIV, 1. 1. Paral. XXI, 4.*

2. Dominia in perſonis, familiis, regnis non ſunt perpetua, ſed mirè ambulatoria. Teſtis eſto experientia qvotidiana.

3. Cuiq; rei ſua divinitùs contigit menſura, periodus ac duratio, *Coh. III, 1. ſeqq.*

4. Multâ patientiâ tolerantur ſæpè blaſphemantes, impiiq; alii. *Rom. IX, 22.* qvæ Dei longanimitas invitare meritò qvemvis debet ad pœnitentiam, ibid. *c. II, 5.*

חָזֵה הֲוֵית בְּחֶזְוֵי לֵילְיָא — Versus XIII.

Adſpiciebam ergo in viſione noctis.) Ultimum hoc eſt, videlicet Filii hominis evectio. Ubi rurſus freqventata hactenus formula adhibetur, *videns fui*, haut dubiè ſingularitatis cujusdam debitæq; attentionis cauſâ adhibita, ut ſuprà *v. 2. 4. 6. 7. 9. 11.* Subinde enim Propheta ſeipſum expergefecit qvaſi, utpote qvi ſingularia ſumméq; obſervanda ſibi revelare cœlitùs perſentiſcebat.

וַאֲרוּ עִם עֲנָנֵי שְׁמַיָּא כְּבַר אֱנָשׁ אָתֵה הֲוָה

Et ecce cum nubibus cœli qvaſi filius hominis veniebat:) Obſervatâ demonſtrandi particulâ אֲרוּ *Ecce*, qvæ rari ac pretioſi aliqvid oſtendere ſolet, attendimus (1) perſonam adductam, qvæ eſt כְּבַר אֱנָשׁ *qvaſi filius hominis*. Ubi vox בַּר æqvipollet Ebræo בֵּן *filius*, uti conſtat ex *Eſth. V, 1. 2. c. VI. 14.* Zacharia filius Iddo &c. Sic *Dan. V, 22.* Tu Belſazer בְּרֵהּ *filius ejus*. & *cap. VI, 1.* (vel *cap. V, 30.*) Darius כְּבַר *qvaſi filius* LXII. annorum. Ita in Ebræô extat Codice *Pſ. II, 12.* oſculamini בַּר *filium:* nec non *Proverb. XXXI, 2. 5.* Sicut verò ſuprà *c. III, 25.* angelus à Nebucadnezare viſus deſcribebatur כְּבַר אֱלָהִין *qvaſi filius Deorum*, h.e. adeò pulcher, ut divinum qvid ſubeſſe meritò putaretur; ita h. l. mentio fit *filii* אֱנָשׁ *hominis* miſeri, vel vulgaris, (ita namq; אֱנָשׁ ratione originis ſuæ אָנַשׁ *miſer vel afflictus fuit*, accipi ſolet, præſertim in collatione cum voce אִישׁ *vir*, ut *Pſ. LVI, 2. & LXXIII, 5.*) per qvem *Porphyrius* olim intellexit Judam Maccabæum, refutatus ob hoc ipſum ab Hieronymô. *Grotius* interpretatur de populô Romanô, nullum

intra ſe habente Regem, ac proin privato ſimili: qvæ ipſa recitâſſe, eſt refutâſſe. Alius verò è modernis, *Joh. Heinricus Piſterfeld. Anticrell.* p. 89. accepit de Rege qvôdam primô, qvô Chriſtus in Eccleſiæ hoſtibus extirpandis aliqvando utetur: qvem tamen Chiliaſtam operosè refutare haut erit neceſſe, vel proficuum: videri interim poterit Joh. Crocii *pars I. Antiwelgel. p. 433. ſeqq.* Danhau. *Hodoſoph. p. 535.* Ita nec hâc vice curamus *AbenEſram*, qvi de Iſraële hæc dici cenſet; qvem, ut & *R. Iſaacum Ben Abrahami* jam confutavit prolixiùs Dn. D. Müllerus *Judaiſm. p. 899. ſeqq.* Acqvieſcimus nos in Meſſiâ ipſô, qvem hîc intendi, vi veritatis adacti profitentur etiam Judæi ipſi, v. g. *Jacchiades*, allegans *Jerem. XXIII, 6.* ubi vocatur יְהוָה צִדְקֵנוּ item *R. Joſua* apud AbenEſram, *R. Salomon*, *R. Saadia*, &c. Inter Chriſtianos conſenſio eſt unanimis hâc ipſâ de perſonâ. Vocatur autem *Filius hominis*, utpote homo verus; æq; ut Adam ipſe, patre tamen naturali carens nihilominus, à Syrô vocatur בַּר נָשָׁא filius hominis, *Rom. V, 12. 15. 19.* item ut nomen hoc aliàs tribuitur Ezechieli ſæpiùs, *c. II, 1. ſeqq.* & Danieli ſemel, *Dan. VIII, 17.* idq; (ex ſententiâ Maldonati *ad Ezech. II.*) vel ideò, ut ſuæ fragilitatis humanæ ſubindè admonerentur, ne ob commercia cum Angelis ſuæ obliviſcerentur originis; vel tantùm diſtinctionis causâ, ut inter hominem ab Ezechiele viſum, & inter Prophetam ipſum eſſet diſcrimen, &c. Præſens autem Filius hominis, vel Meſſias ideò hoc nactus eſt nomen præſertim in N. T. ne pro Angelô vel phantaſmate qvôdam, vel pro nudô Deô ſpeciem ſaltim hominis, (qvomodo Sp. S. columbæ *Matth. III.*) gerente, non verò reipſâ factô homine, haberetur. Qvorſum ſpectant teſtimonia de verbô factô carne *Joh. I, 14.* De filiô Dei natô ex muliere, *Gal. IV, 4.* Et licèt Lipmannus *in Nizzachon §. 329. & 330.* objiciat, Jeſum noſtrum intelligi hîc non poſſe, qvia non ſit filius אֱנָשׁ maſculi, ſed virginis; nolumus tamen eidem qvicqvam regerere, præter Ebraiſmum ſuperiùs indicatum: imò an mulieres negabit homines? *Gen. I, 27. V, 2.* reliqva, qvæ addit, vel tyro refutabit, v. g. de Chriſti infirmitate, qvi vel ſepulchrum ſuum neqveat cuſtodibus ſuis reſtituere. At, qvid ipſi de ſuâ Palæſtinâ, ſuôq; Deô? vide, ſi vacat, Hackſpan. *not. h. l.* tacemus reliqva. Plura de hôc titulô *(filius hominis)* reperies apud B. Gerhard. *Exeg. Tom. I. p. 1201.* & apud Fernand. *Viſ. 24. fol. 656. ſeqq.* Si qværas, qvid ſibi velit nota ſimilitudinis כְּבַר *qvaſi filius?* an Marcioniticum fortè ſpectrum ſic confirmetur? Reſpondemus: varias qvidem literæ hujus

eſſe

Digitized by Google

eſſe exceptiones, ſicut videre eſt apud Druſium *in tract. de literis* משה וכלב *c. V. p. 34. ſeqq.* D. Glaſſ. *lib. IV. Philol. S. p. m. 611. ſeqq.* unde etiam nonnulli h. l. accipiunt pro כ *veritatis*, ut *Oſe IV, 4. V, 10.* &c. verùm nil impedit, qvò minùs in ordinariâ communiq; perſiſtamus ſignificatione, ſiqvidem tunc Meſſias à Daniele viſus fuit non homo verus vel jamjam incarnatus, ſed *tanqvam homo*, ita ut inter tempus V. & N. Teſtamenti debitum remaneret diſcrimen: qvâ de re etiam Juſtinus Martyr *in Dial. cum Tryph. p. 234.* & Irenæ. *l. IV. adverſ. hæreſ. c. 37.* Vide ſis D. Crameri *Schol. II. Prophet. p. 410.* &c. Illic umbra qvaſi videbatur à Prophetâ, in N. autem Teſt. viſus fuit filius Dei in carne propriâ, *Gal. IV, 4.* ita tamen ut diceretur ὅμοιος υἱῷ ἀνθρώπου *Apoc. I, 13.* ob veram cum reliqvis filiis hominum conformitatem, &c. Imò plus adhuc ſubfuiſſe ſub viſô hôc homine, qvàm hominem nudum, nimirum eundem fuiſſe ipſummet verbum Dei æternum, in carne tamen fragili, ſerviq; ſchemate, ſuô tempore revelandum, *(Phil. II, 7. 1. Tim. III, 16. Joh. I, 14.)* non malè annotavit *Maldonatus. Sanctius* locutionem hanc confert cum ſuperioribus v. 4. 6. *qvaſi leo, qvaſi pardus*; ita tamen, ut in modò dictâ Maldonati annotatione ſubſiſtat. Illic umbra qvaſi videbatur à Prophetâ; in N. autem T. apparuit corpus ipſum. (2.) Actio perſonæ huic tribuitur, qvòd *venerit in nubibus cœli:* qvô ipſô egregia fit oppoſitio inter reges & regna mundi, inferiùs in mari oſtenſa, *v. 2. ſeqq.* & inter hunc Filium hominis ſuperiùs in nubibus vectum, cujusmodi aliàs vehiculum ſoli tribuitur Deo in ſacris, *2. Sam. XXII, 12. Pſ. XIIX, 12. Pſ. XCVII, 2. CIV, 3. Ezech. I, 4. c. XVI, 3. 4. Deut. XXXIII, 26. Eſa. XIX. 1. Nah. I, 3.* &c. Atq; h. m. Chriſtus etiam nube amictus apparuit *Apoc. X, 1.* imò nube in cœlum tanqvam vehiculô aſcendit, *Act. I, 9.* in nube aliqvando rediturus, *Matth. XXI, 30. c. XXVI, 64. Marc. XIII, 26. Luc. XXI, 27, Apoc. XIV, 14.* Ac proinde hic adventus planè ſingulare qvid, ac majeſtatem ab omnibus mundi regnis diſtinctiſſimam, qvâ filius hominis tanqvam mediator unicus, ac Patri σύνθρονος introducitur, importat. Imò latet etiam hìc origo cœleſtis ac divina, qvomodo aliàs dici ſolet; *qvis in nubibus eqvabitur Domino?* Pſ. LXXXIX, 7. *Usq; ad nubes veritas tua*, Pſ. CVIII, 5. &c. Si interroges de tempore adventûs, videri eqvidem poſſet, huncce filium hominis poſt interfectam demum beſtiam qvartam, ſublatumq; omne dominium mundanum, tantoperè emerſiſſe, vi verſûs antecedentis. Verùm, non opus eſt, ut anguſtiis his nos coarctemus, cùm hæc majeſtatis communicatio,

Digitized by Google

ſtio, tanqvam peculiaris qvædam ac à præcedentibus nonnihil diſtincta viſio (prout verba docent verſiculi initialia,) prophetæ fuerit oſtenſa; ac proindè majeſtatem Filio hominis communicatam non immeritò nos referimus ad initium ſtatûs exaltationis, qvando in gloriam ſuam poſt paſſiones ſuas intravit Chriſtus, *Luc. XXIV, 26.* adeoq; regnum & gratiæ & gloriæ in carne ſuâ cœpit adminiſtrare plenariè; id qvod egregiè ad adſcenſionem Chriſti qvadrat, qvando in nubibus cœli venit, &c. *Act. I, 9.* qvæ ipſe etiam mens *B. Hieronymi* eſt. Vide Danhav. *Chriſtoſoph. p. 322. & Hodoſoph. p. 535.* Subjuncta interim mundanis regnis omnibus eſt hæcce Meſſiæ deſcriptio, ne qvicqvam commune huic cum illis opinemur. Imò ut beſtiarum trium primarum dominium videtur hîc durare ad mundi finem, *v. 12.* ubi tamen is temporis reſpectus hautqvaqvam attenditur: Ita neq; hîc tempus nos turbare debet, qvoad initium regni Meſſiani, qvippe qvod aliundè meritò petendum relinqvitur. Non nemo dicit, Monarchiam Chriſti ſub imperiô Romanô cœpiſſe, ad *ἀκμὴν* autem perventuram demum die ultimô poſt deletas Monarchias omnes: id qvod ſuo loco relinqvimus, tanqvam non adeò malè conveniens cum illô Pauli *1. Cor. XV, 25. ſeq.* De adventu adſcenſionis etiam accipiunt Chemn. *de duabus nat. in Chriſtô c. 24.* D. Gerhard. *in harm. reſurr. c. 13.* D. Cramer. *Schol. propb. claſſ. 2. p. 447.* nec non *Calvin. Polan.* &c. Non malè aliqvi annotârunt, Chriſtum adſcendendo introiviſſe in gloriam more hæreditantium, & jus in poſſeſſione accipientium, qvod fit ingrediendo & ſedendo. Imò ſi ortum reliqvorum regnorum è mari, & hujus regni in nubibus coram Deô collati conferamus invicem, adhuc confirmatur magis ſuperior ſententia, non de adventu ad judicium ultimô, ſed de Chriſti in regnum ingreſſu glorioſô hæc dicta eſſe. Adeoq; diſcedimus hîc ab illis, qvi adventum Chriſti ultimum ad judicium univerſale opinantur hisce verbis deſcriptum, uti videre eſt apud *Pintum, Corn. à Lap. Maldon. atq; alios.* Venire enim hîc cernitur Meſſias non in conſpectum hominum judicandorum, ſed in conſpectum Patris; imò poteſtatem accipiet non demum in die ultimô, ſed eam jam accepit dudum; rationes cur hæc ad adventum primum in carnem ſive nativitatem non qvadrent, uti qvidem volunt *Calvin. & Jun.*
עם adductas vide à B. Geſnerô. Voculam עם *cum* accipi qvandoq; pro ב, *in*, conſtat ex *Deut. IIX, 5. &c.* qvanqvam ſignificatus proprius ferè com̃odior videatur qvàm alter, ſiqvidem Meſſias nubibus utitur non

ut

ut inſtrumentô, ſed nudô velut comitatu. Ridiculi hîc ſunt Judæi, qvi Meſſiam in nubibus cœli venturum dicunt, ſi ipſimet fuerint digni; ſuper aſinum autem, ſecundùm *Zach. IX, 9.* ſi indignos ſe geſſerint. De qvibus vide ſîs Raimundum *Pug. fidei, fol. 276. 352. 354.*

וְעַד עַתִּיק יוֹמַיָּא מְטָה

Et usq; ad Antiqvum dierum pervenit :) Eſt hîc (3) Terminus ad qvem, ita ut non agatur hîc de adventu Meſſiæ in carnem, vel ad homines, verùm de adventu in gloriam, vel de exaltationis ſtatu. Omnium optimè verò hoc congruit cum abitu Chriſti ad Patrem, de qvô *Joh. XIV, 12. 28. c. XVI, 28. &c.* ubi tamen non tàm mutatio loci, qvàm ſtatus intelligi debet, uti Noſtrates id oſtenderunt fuſiùs. Nonnulli eqvidem, ut *Bullingerus* atq; *Pintus*, hoc referunt ad Filii & Patris in eſſentiâ eâdem æqvalitatem, ita ut ad antiqvum dierum pervenire hîc dicatur is, qvi ejusdem cum ipſô particeps factus eſt eſſentiæ & Majeſtatis. Verùm cùm de hujusmodi myſteriô omnia ſecula antegreſſô, de hujusmodi opere ad intra, nulla h. l. Prophetæ ſit facta revelatio, verùm potiùs de iis, qvæ in tempore erant eventura, idcircò illos meritò facimus miſſos.

וּקְדָמוֹהִי הַקְרְבוּהִי : *Et in conſpectu ejus obtulerunt eum :*

Vel potiùs : *in conſpectum ejus adductus eſt.* Idem fermè aliis ſolùm verbis enunciatur, qvod proximè jam fuerat dictum : videlicet, ſicut de Monarchiâ tertiâ Græcorum *v. 6.* nudè commemorabatur, *dominatum ipſi conceſſum eſſe*, citra ullam ad Deum appropinqvationem, in mari ſiqvidem id animal commorabatur ſemper; ita hîc è diverſô de Meſſiâ dicitur, qvòd in nubibus cœli *ante conſpectum Patris*, imò ad dextram ejus (Pſal. CX, 1.) *appropinqvaverit*, cœleſtem accipiens Majeſtatem, nec non dominium omnem mundi gloriam tranſcendens. Tertiam pluralem הַקְרְבוּהִי *appropinqvare fecerunt eum*, nonnulli cum *C. à Lap. & Canone Miſſæ* referunt ad Angelos, principatûs, dominationes, atq; thronos, Meſſiam comitantes, *Pſ. XXIV, 7. 9. Pſ. XLVII, 6. Pſ. LXVIII, 18. ſeqq.* Conf. *Ebr. I, 6.* item Midraſch Tillim apud *Raimund.* Pug. fid. f. 504. *Appropinqvare fecerunt eum: qvomodo? Angeli introducunt ipſum usq; ad medium eorum; Deus autem extendit manum ſuam, & introduxit eum juxta ſe, Jer. XXX, 21.* adde Juſtin. Martyr. *dial. cum Tryph. f. 238.* Auguſtin. *Serm. 178. de Temp.* Greg. Nyſſen. *de Aſcenſ. p. 469.* Epiphan. *Orat. de Aſſumtione Chriſti.*

Digitized by Google

Verùm ſi accommodetur, qvod hactenùs obſervatum fuit multoties, tertiam pluralem, ſine nominativô expreſſô, imperſonalem inferre ſignificatum, man brachte ihn: Vel, ut Luth. reddidit: Er ward für denſelben gebracht / haut opus erit illâ disqviſitione, aut curâ ulteriore: vide proximè *verſ. 12.* הַעְדִּיו tranſtulerunt: Item B. Chem. *Exam. Con. Tr. de Miſſâ.*

וְלֵהּ יְהִב שָׁלְטָן וִיקָר וּמַלְכוּ

VERSUS XIV.

Et dedit ei poteſtatem & honorem & regnum:) In Fontibus eſt Participium Pehil יְהִב *datum eſt,* exiguâ diſcrepantiâ. Jam (4) conſeqvens adventûs, vel evectio ipſa commemoratur, inq; illâ *tùm* Majeſtas, *tùm* ſubditi, *tùm* regni duratio. Qvoad Majeſtatem tria adhibentur vocabula, שָׁלְטָן *Dominium*, qvâ de voce cap. III, 33. *Dominatus ejus cum generatione & generatione*, cap. IV, 19. *Dominium tuum ad fines terræ: c.* VI, 27. *in omni dominatu regni mei*: cap. VII, 6. *& dominatus datus eſt ei*, (beſtiæ tertiæ.) Deinde יְקָר *honor, gloria*, qvâ qvis ſingularem ob eminentiam reſplendeſcit ac magni habetur apud alios; qvomodo *cap. II, 6.* unà cum donis Regis promittitur *honor:* vid. ibid. *v. 37. it. c. IV, 27. 33. c. V, 18. 20.* Deniq; ponitur etiam *Regnum,* qvô qvis monarchicâ in ſubjectos pollet autoritate, neminèmq; ſupra ſe agnoſcit alium ſuperiorem. Qvanqvam verò hæc nomina invicem diſcrepent ſatis, ſiqvidem non omnis habens *honorem,* putà ob divitias, eruditionem, aut experientiam, ſtatim etiam habet *Dominatum*, nec omnis, qvi dominatum habet, eô ipſô ſimul *Regnum* habet, &c. Hîc tamen ſine dubiô conglomerantur eadem, ut tantò pleniùs incomparabile, ampliſſimum, perfectiſſimum, unô verbô, verè divinum exprimeretur imperium, veluti evidentiùs adhuc ſeqventia id comprobabunt. Huc illud Joh. XVII, 5. *Glorifica me, Pater, apud temetipſum eâ gloriâ, qvam habui apud Te, priusqvam mundus fieret:* Conf. etiam ibidem *c. I, 14. c. II, 11. Pſ. VIII, 6. Hebr. II, 7. Apoc. V, 12. Matt. XXIIX, 18. Phil. II, 9. c. III, 21. 1. Cor. XV, 26.*

שלטן

יקר

וְכֹל עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא לֵהּ יִפְלְחוּן

Et omnes populi, tribus & lingvæ ipſi ſervient.) Alterum hoc eſt de ſubditis, qvorum triplex recenſetur nomen, à multitudine, origine, ac idiomate petitum, qvæ ipſa, cùm etiam ſuperiùs adfuerint *c. III, 4. 7. 31. c. V, 19. c. VI, 25.* & qvidem ſerie eâdem, opus non eſt dicta repetere faſtidiosè. Officium verò ſubditis his incumbens eſt *ſervire*

Digitized by Google

vire Meſſiæ, & qvidem cultu religioſô, qvalis debetur numini: ita namq; verbum פלח in ſacrô Codice uſurpari de cultu non politicô, ſed religioſô, (ſive is per errorem deferatur numini fictitio, ſive pro meritô cadat in verum Deum.) conſtabit ex inductione; vide ſîs *c. III, 12. 14. 17. 18. 28. c. VI, 17. 21. c. VII, 27. Eſr. VII, 24.* De uſu verbi Targumicô jam non diſſerimus; ibi namq; largimur de profanô etiam ſervitiô id uſurpari. Dum verò in Futurô dicitur *ſervient*, intelligendum id eſt de debitô, vel de jure, non de eventu, vel de factô: Germani tale futurum tempus, *ſervient*, optimè exprimunt: Sie ſollen ihm dienen / non: Sie werden ihm dienen. Non malè huc referemus illud *Philipp. II, 10.* de nomine Chriſti glorioſô, in qvô flectendum genu omnium ſupracœleſtium, terreſtrium, & inferorum. It. *Pſ. II, 8.* de gentium donatione in poſſeſſionem. *Epheſ. I, 20.* de collocatione ad dextram, *Apoc. XIX, 16.* de Rege regum, & Dominô dominantium. Huc pertinet, qvod habet Tertull. *adv. Jud. c. VII.* de omnibus per orbem nationibus Evangelio adhærentibus: itemq; textus Pauli *Rom. X, 18.* de lineâ, ſonôq; Apoſtolorum per univerſum orbem exeunte.

שָׁלְטָנֵהּ שָׁלְטָן עָלַם דִּי לָא יֶעְדֵּה

Poteſtas ejus poteſtas æterna, qvæ non aufferetur.) Ultimum hoc eſt, de regni duratione, qvæ tàm qvoad poteſtatem in hôc membrô, qvàm qvoad regnum ipſum in membrô ſeqventi deſcribitur, &c. Et qvidem de poteſtate refertur & aſſertivè: *Eſt poteſtas ſeculi*, vel ſecularis ac æterna; & negativè, *qvæ non tranſibit*. Neutrum ulli unqvam imperio terreno tributum legimus; imò *c. III, 33.* diſertè idem de imperiô Dei veri enunciatur: *Regnum ejus regnum* עָלַם *ſeculi, & dominatus ejus cum generatione & generatione*: it. c. IV, 31. *viventem in ſecula laudavi, cujus poteſtas*, שלטן עלם *poteſtas æterna, & regnum ejus cum generatione & generatione.* Qvapropter & hîc non finitam qvandam intelligimus poteſtatem Meſſiæ communicatam, qvæ humanâ atq; angelicâ ſuperior, divinâ autem inferior, ſed ipſammet poteſtatem unicam divinam, homini Chriſto ſecundùm carnem in tempore traditam: æqvè ut & ſuprà regnum Meſſiæ ſimili modô, tanqvam divinum deſcribi vidimus *c. II, 44.* Negationem, (*qvæ non tranſibit,*) haut incommodè declarabimus à contrariô, ex illô cap. IV, 28. *Regnum à Te* עֲדָת *tranſit*, h.e. ab adminiſtratione depelleris, nemo tibi poſthac parebit ampliùs. Tale qvid de præſente Regnô nullatenùs ſuſpicandum.

Digitized by Google

וּמַלְכוּתֵהּ דִּי לָא תִתְחַבַּל׃

Regnum ejus, qvod non corrumpitur.) Itidem mutatis pauliſper verbis inculcatur res modò dicta, & cùm eadem hæc verba de eâdem hâc adfuerint materiâ *c. II, 44.* nolumus actum agere. Vide etiam *c. VI, 26.* ubi de Deô verô in ſeculum vivente, cujus regnum æternum, *qvod non corrumpitur,* & cujus poteſtas in finem usq;. Si ſpecialiùs interroget qvis de regnô Chriſti diſtinctô tùm potentiæ, tùm gratiæ, tùm gloriæ, qvodnã horum ſit h. l. intelligendum? ℞. Diſtinctos adminiſtrationis modos non variare rem ipſam: regnum potentiæ ea eqvidẽ in fine mundi haut retinebit objecta, qvæ habuit anteà; regnum gratiæ non iisdem utetur mediis, qvibus antehàc in ſtatu eccleſiæ militantis; regnum gloriæ locô animarum totos tunc redivivos nanciſcetur homines; attamen intereà regnum Dei ipſum in ſe & ratione ſuæ potentiæ, juſtitiæ clementiæq; variabitur vel corrumpetur hautqvaqvam. Hinc regni Meſſiæ nullus erit finis, *Luc. I, 33.* eſt βασιλέια ἀσάλευτος, *Ebr. XII, 28.* regnum æternum, *2. Pet. I, 11.* & qvanqvam traditurus dicatur Chriſtus regnum Patri, *1. Cor. XV, 24.* reſtringendum tamen illud eſt non ad regnum ipſum, ſed regnandi modum. Vid. Balduin. *Comm. in epiſt. p. 853.* Franzius *de Interpr. Scr. p. 995.* Gerh. *de extr. Jud. §. 112.* Auguſt. *l. 1. de Trin. c. 8. tom. 3. f. 247.*

Poriſmata ex Verſu XIII. & XIV.

1. Cùm locus hic ſit claſſicus ad probandam majeſtatem Meſſiæ homini communicatam, paulò decet nos eſſe prolixiores. Et qvidem filium hunc hominis non nudum eſſe hominem, ſed ipſum ſimul Jehovam, juſtitiam noſtram (*Jer. XXIII, 6. Mich. V, 1. ſeqq.*) exindè licet colligere, qvòd gloriam ſuam Deus alteri dare nolit, *Eſa. XLII, 8. c. XLIIX, 11.* Cùm itaq; hìc de gloriæ divinæ communicatione ſit ſermo, filius is hominis non erit alter, verùm Immanuel. Vera interim humanitas præſupponitur ex titulô eôdem. Conf. *Gal. IV, 4. Ebr. II, 14.*

2. Filius hominis etiam *Rex* fuit in ſtatu exinanitionis: Dominus ſiqvidem erat etiamnum in uterô, *Luc. I, 43.* in præſepiô, *c. II, 11.* in vinculis, *Joh. XIII, 37.* in cruce, *Luc. XXIII, 42.* in manu ſuâ habens omnia *Joh. XIII, 3.* Non tamen actû tunc exſeruit dominium, ob expediendum adhuc in humilitate infimâ redemtionis myſterium. Dominus autem poſt reſuſcitationem demum dicitur factus, *Act. II, 36.* puta χρήσει, non κτήσει.

3. Ei-

Digitized by Google

3. Filio hominis data eſt poteſtas divina, non ſecundùm Deitatem, ſed ſecundùm humanitatem, qvatenus filius hominis eſt, *Joh. V, 27.* (ad locum hunc Danielis reſpexiſſe illic Immanuelem noſtrum, non eſt improbabile,) ſecundum qvam ſc. naturam eam naturaliter non habuit, ſecundùm qvam eam accipere potuit, ſecundùm qvam etiam ipſâ ad officium ſuum indiguit. Calviniani eqvidem factum hoc cenſent *ſecundum utramq; naturam*, uti videre eſt apud Polan. *Comment. h. l. p. 574. & in Syntag. l. 6. c. 16.* aliosq;: verùm ſecundùm qvam naturam adductus hìc cernitur Meſſias, ſecundùm eam etiam naturam accepit majeſtatem: jam ſecundùm divinam naturam eſt in Patre & Pater in ipſô, *Joh. XIV, 10. c. I, 18. &c.* ſecundùm humanitatem verò adductus cernitur h. l. qvapropter etiam ſecundùm hanc accepit, &c. Vid. *Form. Conc. p. 775.* item qvæ habet B. Menzerus *Anti-Martin. p. 370.* de prædicationibus, (caro Chriſti eſt vivifica &c.) ita reſolvendis: perſona Chriſti eſt vivifica ſecundùm carnem; ne dicant ſcil. Calviniani, nos à perſonâ tranſire ad naturam, &c. Vid. etiam Danh. *Chriſtoſoph. p. 87.* D. Cramer. *loc. ſuprà cit. p. 424.* B. Gerh. *in Exeg. p. 1421. ſeqq.* Notanda adhuc benè ſunt *Calvini* ipſiusmet ad verſ. h. 14. verba: *Data fuit poteſtas mediatori, nempè Deô in carne manifeſtatô, & qvidem* (NB.) *reſpectu humanæ naturæ.*

4. Poteſtas, gloria, regnum, non ſunt dona creata ac finita, verùm infinita ac verè divina. Licèt enim *Polanus* audacter nimis aſſerat, vocem שָׁלְטָן nullibi pro eſſentiali Dei potentiâ accipi, falſum tamen id eſſe evidenter ſatis liqvet è *c. III, 33. c. IV, 14.* cæterisq; ſuperiùs allatis locis. *Sadeel* eqvidem concedit, poteſtatem Chriſto datam eſſe divinam, ſed finitam: qvam *Martinius* creatam vocat, *Beza* totô genere differentem ab eſſentiali & infinitâ poteſtate Dei; *Steinius* mediam, qvæ nec divina nec humana dicenda, ſed divinâ inferior, humanâ autem atq; angelicâ ſuperior. Verùm infinitam verèq; ac merè divinam deſcribi hìc poteſtatem, oſtendit ejusdem æternitas hìc aſſerta, qvòd non ſit tranſitura, item, qvòd cum omnium hominum ſubjectione ſit conjuncta, &c. qvæ ipſa ſanè non niſi in Deum conveniunt; *Dan. III, 33. IV, 31. Gen. XIIX, 25. Joſ. III, 11. 13. Pſ. XXXIII. 8. LVII, 6. XCIV, 2. IIIC, 6. CXIII, 4. Jeſ. VI, 9. cap. LIV. 5. Mich. IV, 13.* Vide Art. Viſit. *2. antith. 4. p. 201.* Hütter. *LL. f. 163. ſeqq.* Form. Conc. *p. 803. ſeqq.* Gerh. *exeg. §. 214. ſeqq.* Winckelm. *tom. 7. Gieß. p. 434. ſeqq.* Menzer. *tom. 5. Gieß. diſp. 8. p. 126. & in Anti-Martin. p. 468. ſeqq.* Feurb. *faſcic. 1. diſp. 3. th. 125.*

Digitized by Google

Helvic. *Vindic. locc. V. T. p. 322.* Brochm. *L. de Chriſtô, ſect. 7. qu. 1. 2. 3.*

5. Diſtingvenda tamen probè ſunt omnipotentia divina & modus habendi omnipotentiam. Una numerô potentia divina eſt in τῷ λόγῳ, & in ſanctiſſimâ τῦ λόγυ carne; verùm in divinâ naturâ adeſt eſſentialiter & per æternam generationem, in humanâ autē naturâ eſt per gratiam unionis ac perſonaliter. Glorificandus fuit exinanitus eâ gloriâ, qvam habuit ab æternô apud Patrem, *Joh. XVII, 5.* at hæc ſine dubiô æterna ac divina. Vid. Schröd. *ſceptr. reg. lib. 3. c. 3. p. 430. ſeqq.* & *c. 4. p. 450. 451.* Si divina natura ſuam ſubſiſtentiam, qvæ omninò æterna eſt, communicare potuit humanæ naturæ, fatente Bezâ *in Colloq. Mompelgard. p. 119. 135.* qvidni communicare etiam potuiſſet omnipotentiam, non obſtante æternitate?

6. Regnum Meſſiæ neqvaqvam fingi debet mundanum, ſicut faciunt Judæi: in nubibus namq; veniet, &c. Vid. Hornb. *contra Jud. p. 244. ſeqq.* ubi oſtendit vaticinia de regnô illô (1) accipi corporaliter non poſſe, (2) convenientiùs, imò (3) neceſſariò ſpiritualiter ſumi debere: vide etiam *Tom. 4. Gieſſ. p. 136.* Barrad. *Tom. 1. harmon. Evang. f. m. 46. ſeqq.* Brochm. *Tom. 1. LL. de Chr. Off. c. 8. qv. 1. p. 1007.* Cramer. *Claſſ. 2. ſchol. proph. p. 402. ſeqq.* Octo regni Chriſti prorogativas præ mundanis, durationem, amplitutinem, efficaciam, utilitatem, modum acqviſitionis, legum excellentiam, finem, præſtantiam, pluribus hîc perſeqvitur Perer. *p. 466. ſeqq.* Aliàs diſceptatur etiam apud Papiſtas, utrum Chriſtus qvâ homo in ſtatu exinanitionis non tantùm fuerit ſpiritualis Rex, ſed verè & propriè proprius, perfectus & abſolutus Dominus, & Rex totius orbis, adeoq; temporalis, tàm verè & propriè, qvàm modernus Rex Hiſpan. eſt Philippus? affirmant *Antoninus, Turrecremata, Hoſtienſis,* &c. negant *Th. Aqvinas, Abulenſis, Sotus* &c. idq; meritò ex Joh. XIIX, 36. &c. Vid. Rivet. *in Pſ. p. 27. ſeqq.* & Brochm. *de off. Chr. c. 8. qv. 2. p. 1009.*

7. Ridiculi ſunt Papiſtæ, qvi ex textu noſtrô oblationem Chriſti Miſſaticam conantur exſculpere, eò qvòd Angeli *obtulerint* Filium hominis: Vid. Chemn. *in Exam. Conc. Trid. part. II. f. m. 146.* Angelocr. *in Dan. p. 303.* Blasphemi ſunt iidem, dum ex textu noſtrô omnem fingunt Papæ poteſtatem traditam; qvod fecerunt *patres Concilii Later.* & *Marta Neapolit.* apud B. Gerh. *Tom. 2. Conf. Cath. p. 742. 744.* Vide, ſi lubet, Hadr. Fin. *l. 5. Flagell. Jud. c. 6. p. 167.* ubi mirè ſe macerat, qvomodo regnum Chriſti ſit ſpirituale, cùm vicarii Papæ regnum ſit temporale.

8. Ut

Digitized by Google

8. Ut Chriſtus hîc exhibetur in nubibus, ita & nos aliqvando obviam ipſi futuros in omni adverſitate gaudeamus, *1. Theſſ. IV, 17.*

9. De cultu adorationis, Meſſiæ hîc conceſſô, qvomodo præſupponat τὸ ſcire, poſſe, velle, &c. vid. Weller. *tom. 2. AntiMaſſon. p. 239. ſeqq. & 244.* item Chemn. *de duab. nat. p. m. 367. 452.* Menzer. *Anti-Martin. p. 183.* Gerlach. *tom. 2. diſp. p. 79.* D. Hoë *Orac. Dodon. c. 27. n. 7. p. 399.* Gerh. *exeg. p. 1423.* Sigvvard, *contra Pareum p. 625.* Danh. *hod. Calv. p. 1520.* Brochm. *tom. 1. de Chriſtô θεανθρ. ſ. 12. p. 812:* it. qvomodo Chriſtus à regibus terræ adorandus ſit, pertractatum vide à Raim. *Pug. fid. f. 602.*

10. Qvàm ineptè Sociniani ex textu hôc inferant, ob datum Chriſto cultum divinum, datam qvoq; ipſi eſſe divinitatem, adeòq; non eſſe naturâ Deum, oſtendit Dn. D. Calov. *Theol. nat. & revel. p. 1204. §. 248. ſeqq.*

11. Perpetuitas regni Chriſti h. l. tradita non facit notam Eccleſiæ veræ particularis, uti vult evincere Bellarm. *tom. 1. lib. 4. de eccl. mil. c. 6:* qvæ enim competunt eccleſiæ catholicæ, non mox cuivis particulari qveunt adjudicari: imò qvæ vera ſunt præcipuè ratione eccleſiæ triumphantis, non protinùs poſſunt accommodari eccleſiæ, hîc, & nunc militanti.

אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי אֲנָה דָנִיֵּאל בְּגוֹ נִדְנֶה VERSUS XV.

Horruit ſpiritus meus, ego Daniel territus ſum in his:) Fuit hucusq; prius partis ſecundæ membrum, de ſomniô ut viſô, inde *à v. 2.* ſeqvitur nunc etiam poſterius de eôdem ut expoſitô ad *v. 27.* usq; Ubi conſideranda tùm Danielis conſternatio, *v. 15.* tùm interpretationis indagatio, *v. 16.* tùm impetratio, *ibid.* tùm ſpecialis commemoratio, *v. 17. ſeqq.* Qvoad (α) conſternationem, mentio fit priùs ſubjecti, nimirùm *ſpiritus Danielis*, h. e. animi, qvi ſedes eſt affectuum; qvomodo c. V, 20. *ſpiritus Nebucadnezaris* dicitur induratus ad ſuperbiendum: Conf. *Pſ. XXXII, 2. XXXIV, 19. LI, 12. 19. &c.* Deindè ponitur etiam paſſio, per verbum כְּרָה in Ethpeal poſitum, qvod Ebræis eſt *fodere*, item *emere*; apud Chaldæos verò, notante *R. Nathane*, habet ſignificationem חולי *doloris, debilitationis*, qvomodo ſimili ferè modô legitur *in Targum Prov. XIV, 17. 29.* &c. de eô, cujus ſpiritus *æger* vel *triſtis eſt:* it. XXIII, 35. *percuſſerunt me, & non* אִכְרִיִת *dolui*, &c. Lud. de Dieu *in animadv. h. l.* declarat ex Syriaſmô, ubi valet tùm *triſtem eſſe*, ut *Matth. XIV, 9. 2. Cor. II, 4. 5. Rom. IX, 2.* tùm contrahi, כרה

abbre-

Digitized by Google

abbreviari, ut *Marc. XIII, 20. Matth. XXIV, 22.* Adeoq; reddit: contriſtatus & (in anguſtum) contractus fuit ſpiritus meus, &c. Nos ex ſupradictis gravem planè, ac penetrantem intelligimus ægritudinem, qvâ compuncta velut fuit ipſa Danielis anima, & qvidem בְּגוֹ נִדְנֶה *in mediô vaginæ*, h. e. in corporis velut meditulliô, vel metropoli. Qvod enim Vulgata habet: *Territus ſum in his*, à fonte abludit, ſiqvidem גוא & גו *medium* denotat, v. g. ignis *c. III, 6. 11. 15. 21. 23. 24. 25. 26. c. IV, 7.* &c. Alterum verò נִדְנֶה & נְדָן propriè eſt *vagina*, *2. Sam. XX, 8. 1. Sam. XVII, 51.* Tropicè verò *Corpus*, qvod eſt animæ vel ſpiritus velut vagina ac receptaculum, uti annotârunt *Jacchiades, Saadia, AbenEſra*, &c. Adeoq; ut Eſa. XXVI, 9. dicitur: *Spiritu meô in mediô mei evigilo ad te*: Pſ. XXXIX, 4. *Cor meum in mediô mei incaluit, & c.* ita & hîc Emphaticè Daniel ait, Spiritum ſuum in mediô corporis ſui fuiſſe velut transfoſſum; qvam ipſam Emphaſin auget additio Pronominis: transfoſſus eſt ſpiritus meus אֲנָה *mei*, inqvam, *Danielis*, q. d. utut ego viſionum divinarum non eſſem adeò ignarus aut inſvetus, hâc tamen vice ipſe ego Daniel ſenſi me debilitatum inſigniter: Qvo de Pleonaſmô Pronominis integri vid. Troſt. *Gramm. p. 125.* Lud. de Dieu *l. c.* obſervat, Pronomen אֲנָה eôdem caſu accipiendum eſſe, qvô præcedens affixum in רוּחִי videlicet Genitivô, Spiritus mei, ſeu perſonæ meæ, *mei*, inqvam, *Danielis*. Junius tamen habet Dativum: *Transfixus eſt ſpiritus meus mihi Danieli*: Senſus utrobiq; idem. Haut dubiè verò intimioris hujus ſuæ meminit commotionis, ut ſimul cauſam traderet inveſtigationis ſubſecutæ curioſioris, æqvè ut Pharao ſomnii extraordinarii hunc in ſe deprehendebat perturbationis effectum *Gen. XLI, 8.* necnon Nebucadnez. *Dan. II.* qvi ambo eò magis poſthac fuere ſolliciti, ut neceſſariæ veræq; interpretationis fieri poſſent compotes, adeoq; inſtructioni divinæ ſe gererent conformiter. Belgæ reddunt: Mij Daniel werd mijn Gheeſt doorſteken in het midden van het lichaem. *Lutherus*, reſpectu habitô non ad verba, ſed ad ſenſum: Ich Daniel entſatzte mich dafür. Qvoad conſternationem conf. *c. IV, 16. c. X, 16. Ez. II, 1. c. III, 23. c. XI, 17.* Conjecturam *Capelli* de aliâ hîc lectione in fontibus, ac ſi eadem olim fuerit בְּגִין דְּנָה *propter iſta*, refellit Buxt. *in Anticrit. p. 796.* qvem vide.

וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי יְבַהֲלֻנַּנִי׃

Et viſiones capitis mei conturbaverunt me.) Continuant

& hæc

Digitized by Google

& hæc conſternationem proximè inchoatam, ita ut ejusdem proferatur etiam cauſa efficiens, nimirum *Viſiones capitis*, inſolitam miramq; maris atq; cœli faciem prophetæ exhibentes: Tumultuabantur namq; venti, mare fremebat, beſtiæ congrediebantur invicem, in cœlis conſpiciebatur majeſtaticus conſeſſus, ac ſolenniſſima Panegyris, &c. (De vocibus Chaldaicis videantur dicta *v. 1.*) Sicut verò paſſio nuper efferebatur per ſpiritûs compunctionem, ita nunc aliud adhibetur denuò verbum יְבַהֲלֻנַּנִי conturbaverunt me, videlicet ut tantò vehementior intelligatur operatio divinæ revelationis, æquè ut ſuprà idem hoc habuimus vocabulum *cap. IV, 2. 16. 29. c. V, 6. 10.*

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Variis animi paſſionibus affectuumq; turbis expoſiti ſunt etiam pientiſſimi ac ſapientiſſimi qviq;, exemplô Danielis: contra *Stoicos.*

2. Miſera eſt animæ, dum in terris adhuc degit, captivitas; inſtar gladii namq; *in vaginâ* concluſi, inſtar aviculæ in caveâ ſervatæ, inſtar captivi in carcere detenti, cogitur ſubſiſtere ad liberationis usq; tempus, *Rom. VII, 24.*

3. Futurorum ignorantia maximarum non rarò perturbationum cauſa; qvanqvam hæ ipſæ mentis commotiones adigere nos deberent meritò ad eò fervidiores preces, verbiq; rimationem attentiorem, *Job. V, 39.* Imò conſternatio hæc tanti Prophetæ excitare & nos debet ad devotam viſionis adeò ſingularis æſtimationem ac reverentiam, ne frigidè ac per tranſennam velut hanc intueamur, ſed tanqvam myſterii plenam, &c.

קִרְבֵת עַל־חַד מִן־קָאֲמַיָּא

Acceſſi ad unum de aſſiſtentibus.) Seqvitur (β) interpretationis indagatio, & qvidem non vigilantis, ſed adhuc dormientis. Continuari namq; illa, qvæ geſta in ſomniô, docet *adſtantium* mentio. Videmus proinde Danielem (1) *appropinqvantem:* num in terrâ, mari, cœlôve ſtare, viſus ſibi fuerit, non liqvet ex antecedentibus. Probabile tamen eſt, cùm acceſſerit ad miniſtrantem coram Dei thronô, eundem tunc & ipſum non procul à thronô abfuiſſe, fermè ſicut in *Apocalypſi* ſimiles habemus textûs, v.g. *c. IV, 1. adſcende huc* (in cœlum tibi apertum:) *c. VII, 13.* ubi colloqvium Presbyteri cœleſtis cum Johanne VERSUS XVI.

hanne refertur,&c. Porrò interrogati qvoq; (2) ſit mentio, qvòd fuerit *unus*, ſeu aliqvis *de adſtantibus*, qvorum ſcil. meminerat *v. 10. Myrias myriadum coram ipſo* יְקוּמוּן *ſtabant*: ubi vidimus, angelos deſignari incorporeos, faciem Dei Patris ſemper intuentes, *Matt. XVIII, 10. Zach. III, 4. 7.* qvi cùm myſteriorum cœleſtium ſint conſcii, revelare etiam poſſunt tantò faciliùs, qvæ revelari permittit clementia divina. Imò feliciorem hîc ſimul ſe vidit Daniel præ Rege Nebucadnezare, qvi & ipſe qvoq; in ſomniô cœleſtem viderat audiveratq; vigilem, *cap. IV, 10.* (13.) verùm interpretationis ſimul compos ex eôdem fieri poterat hautqvaqvam.

וְיַצִּיבָא אֶבְעֵא מִנֵּהּ עַל־כָּל־דְּנָה

Et veritatem qværebam ab eô de omnibus his.) Seqvitur interrogatio ipſa, verbô בְּעָא indicata, qvod eſt, humiliter modeſtèq; *petere* ab aliqvô rem deſideratam; ſicut vidimus *c. II, 16. 49.* de petitione vel ſupplicatione coram Rege; item *cap. VI, 12. 14.* de precibus coram Deô. Licitum verò ſibi eſſe, tale qvid ab angelô deſiderare, haut dubiè conjecit Propheta ſomnians exindè, qvòd ſuis ſervis nihil eorum fruſtrà objiciat Deus, qvæ revelare non ſit paratus; ſi dignè ſe circa idem gerant. Res interrogata eſt יַצִּיבָא *veritas*, vel ſecundùm Theodotionem ἡ ἀκρίβεια, h.e. verus & genuinus rerum viſarum ſenſus, oppoſitus conjecturis dubiis fallacibusq;, qvales ſuggerere non rarò ſolet curioſa ariolansq; ratio. (De voce ipſâ vide ſis *c. II, 8. 45. c. III, 24. VI, 13.*) Et qvidem ſciſcitatus eſt Daniel veritatem non unius fortè particulæ, qvæ ſibi viſa fuiſſet præ reliqvis difficilior abſtruſiorve, verùm עַל־כָּל־דְּנָה *de omnibus his*, à primô ſcilicet viſionis momentô ad finem usq; exhibitis.

וַאֲמַר־לִי וּפְשַׁר מִלַּיָּא יְהוֹדְעִנַּנִי׃

Qvi dixit mihi interpretationem ſermonum & docuit me.) Verbotenus: *Et dixit mihi*, vel allocutus eſt me, *& interpretationem rerum docuit me.* Traditur hîc (γ) impetratio, & qvidem generatim mentio ſit colloqvii: אֲמַר לִי *locutus eſt mecum*, *Lutherus*: Er redet mit mir/ q.d. non repulit me duris verbis, ut indignum, vel indecorè importunum, ſed humaniter reſponſô me dignatus eſt, qvomodo aliàs verbum אֲמַר idem qvoq; eſt, ac *alloqvi*, colloqvi, v.g. *Gen. IV, 8.* & allocutus eſt Cain Abelem, vel colloqviô rurſus dignatus eſt eum, &c.

Præterea

Digitized by Google

Præterea verò ſubnectitur qvoq; מִלַּיָּא *ſermonum*, vel rerum hacte-nus enunciatarum interpretatio, vide ſis *c.V,15.26.*

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Nominem pudeat ſuæ inſcitiæ, ac proinde verecundari deſinat, ſicubi videt, ſe poſſe ſalubriter erudiri; ſicut ſuô hoc ipſum exemplô docuit h.l. Daniel. Huc illud *Jac.I,19.* Velox ad audiendum.

2. Gratiæ eſt haut vulgaris, ſi datur accedere ad interpretes myſteriorum divinorum, qvi legatione funguntur, *2. Cor.V,18. Mal,II,7.* &c. Ubi tamen cautione opus eſt debitâ, ne pro adſtantibus Deo conſulamus beſtiæ magnæ emiſſarios, pro ductoribus genuinis cœcos, *Matth.XV,14.* pro ovibus lupos, *cap. VII, 15.* Imò & hoc pro beneficiô agnoſcendum eſt ſingulari, qvòd ſacra & arcana Dei non teneamur addiſcere ex ſanctis angelis, horrorem audienti incutientibus, *Dan. VIII,17. X,9.* ſed ex imbellibus, hominibus, ejusdem nobiscum naturæ, &c.

3. Ad informandum nemo ſe præbeat difficilem, ſi informare modò poteſt: Qvin exemplô potiùs Angeli h.l. fideliter communicet, qvæ Dei gratiâ accepit, *Matth.X,8.*

4. Petite & accipietis, qværite & invenietis: *Matth.VII,7.* idem hodieq; faciendum nobis in caſibus dubiis, arduis, atq; ad ſalutem ſcitu neceſſariis.

אִלֵּין חֵיוָתָא רַבְרְבָתָא דִּי אִנִּין אַרְבַּע

VERSUS XVII.

Hæ qvatuor beſtiæ magnæ.) Verbotenus; *Hæ beſtiæ magnæ, qvæ ipſæ* (i.e. ſunt) *qvatuor*. Incipit jam ſpecialis antedictorum interpretatio, ita qvidem, ut (1.) animalium præcedat ſignificatum, *v.17.* (2) Regni Meſſiani ſuccedat augmentum, *v. 18.* (3) ſpecialiſſimè beſtiæ qvartæ repetatur viſio, *v.19. ad 22.* nec non viſionis evolutio, *v. 23. usq; ad 26.* unà cum Regni Meſſiæ repetitione, *v. 27.* De beſtiis partim ut magnis, partim ut numerô qvatuor, actum jam *v.3.*

אַרְבְּעָה מַלְכִין יְקוּמוּן מִן אַרְעָא:

Qvatuor ſunt regna, qvæ conſurgent de terrâ.) Potiùs: *Qvatuor Reges conſurgent de terrâ*; in fontibus namq; non ſunt מַלְכְוָתָא ſicut *c.II,44.* ſed מַלְכִין *Reges*: qvanqvam hos pro illis poni non eamus inficias, utpote qvod docet *v. 23.* ubi expreſsè beſtia qvarta appellatur *regnum* qvartum. Pari modô de regnis poſt Chal-

Digitized by Google

dæum tribus diverſis exorituris, ſuperiùs audivimus Vatem noſtrum *c.II,39.40.* Adeòq; non malè Grotius; *Reges*, h.e. regum genera, vel reges qvadruplices. Prædicatur autem de hiſce regibus, qvod יְקוּמוּן *ſurgant de terrâ*, h.e. originem ducant ex terreſtribus principiis, bellis puta, digladiationibus, ambitione item, atq; inſatiabili avaritiâ ſtimulante; item qvòd nihil niſi terrena cogitent agantq;, utpote idololatræ,&c. Qvanqvam enim hôc ipſô neqvaqvam divina excludatur providentia, cuncta pro lubitu diſponens, permittens, imò Magiſtratum etiam, in ſe, ut ordo eſt, inſtituens, præcipuè tamen hoc dici videtur in relatione ad Regnum Meſſiæ ſanctum, qvod non eſt de hôc Mundô, vel ex hâc terrâ, *(Joh.XVIII,36.)* verùm ex cœlô, in nubibus namq; Regi huic traditur poteſtas: Imò regis hujus arma non ſunt *carnalia* de terrâ, ex metallis putà, aliâq; materiâ terreſtri conflata, *ſed potentia coram Deô*,&c. *2. Cor. X,4.* Ais: qvomodo dici poteſt: qvatuor regna *ſurgent*, cùm tamen tempore viſionis hujus *v. 1.* regnum Chaldæorum primum propemodum fuerit finitum? Reſp. In viſionibus paraboliſq; ſicut non omnia rigidè adeò ſunt excutienda, ita & hîc temporis illa circumſtantia ſcrupuloſè haut urgenda erit: adeòq; ſicut ſuprà *c. II,38.* Nebucadnezar ſtatuæ appellabatur *caput*, cùm tamen eundem Monarchæ alii præceſſiſſent è Chaldæis Aſſyriiſq; plures; ita & hîc tempore Chaldæi Regis ultimi dicitur, IV. regna ſurgent, qvanqvam ſurrectionis jam dudum præceſſiſſet initium. Imò cùm trium Monarchiarum reſtaret adhuc ortus, à potiori non immeritò fiebat tunc denominatio: nimirum tria regna *ſurgent* adhuc, cùm primum jam dudum *ſurrexerit*, atq; etiamnum conſiſtat. Breviter: delineandus erat Danieli ordo vel ſeries Monarchiarum qvaliſcunq;, qvod non penes unicum Chaldæorum populum, Eccleſiæ tum temporis debellatorem, manſura ſemper foret iſtiusmodi eminentia, ſed multoties adhuc de populô in populum transferenda, anteqvam exoptatus adſit Meſſias, vel filius hominis in nubibus venturus. Qvapropter dicebatur: *ſurgent*, h. e. qvælibet ſuô tempore divinitùs conceſſô exiſtent. Et qvod ſuprà *v. 3.* referebatur de ortu *è mari*, id jam ſimili ſenſu exponitur de ortu *è terrâ*, in contradiſtinctione ſcil. cœli, cujus facta mentio *v. 13.*

וִיקַבְּלוּן מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין

VERSUS XVIII. *Suſcipient autem regnum ſancti Dei altiſſimi.)* Luther: Aber die Heiligen des Höchſten werden das Reich einnehmen. A regnis terre-

terrenis digreſſio jam fit (2) ad regnum Meſſiæ cœleſte, ubi ſpectandi (α) accipientes, videlicet קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין *ſancti excelſorum*, qvi titulus non niſi in hôc capite legitur, & qvidem *v. 22. Judicium datum eſt ſanctis excelſorum, & tempus conſtitutum advenit, & regnum obtinuerunt ſancti:* v. 25. *Sanctos excelſorum conteret:* v. 27. *& regnum datum eſt populo ſanctorum excelſorum.* Si prius intueamur nomen, קַדִּישִׁין *Sancti*, eſt hoc ipſum nonnunqvam Epitheton Dei ipſius, v. g. *c. IV, 5. 6. & c. V, 11.* ubi ſermo de ſpiritu אֱלָהִין קַדִּישִׁין *deorum ſanctorum:* nonnunqvam verò fit Epitheton Angeli, *c. IV, 10. 14. 20.* Poſterius autem עֶלְיוֹנִין non legitur niſi conſtructum cum קַדִּישֵׁי, textibus modò allegatis. Ebræos ſi conſulamus, deprehendemus, vocem עֶלְיוֹן nunqvam illic uſurpari in plurali, verùm in ſingulari tantùm, & qvidem ut plurimum de ipſô Deô ſolô omnium celſiſſimô. Qvapropter & hîc referimus cum pleriſq; interpretibus ad אֱלֹהִים excelſos, vel ad Deum moderatorem omnium ſupremum, qvi ut in plurali appellatur aliàs אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים *Joſ. XXIV, 19.* אֱלֹהִים חַיִּים Dei vivi, *Devt. V, 26.* ita & h. l. Excelſiſſimus. Hoc ipſum placet etiam *Ludovico de Dieu* laudanti *LXX. Vulgatam, Pagninum, Genevenſes*, qvi acceperunt pro Deô ſummô, &c. ita etiam *Jacchiades, Corn. à Lap.* Calov. 3. *Syſt. p. 15.* Hujus itaq; *ſancti* ſunt omnes ii, qvi è mundô ſegregati in numerum ſubditorum Meſſiæ cœleſtium cooptati ſunt, ſive jam vivant in Eccleſiâ adhuc militante, ſive etiam triumphante; ut videre eſt ex Devt. XXXIII, 3. *omnes ſancti tui in manu tuâ:* item *Apoc. XI, 18. cap. XIII, 7. c. XX, 6. 2. Theſſ. I, 10. Pſ. XXXIV, 10. LXXXIX, 6. Eſa. IV, 3. Exod. XIX, 6. Devt. XIV, 21. &c.* Sanctius pluralem pro ſingulari poſitum putans, accipit de unô Chriſtô *ſanctô excelſi:* verùm utut ſpeciem hoc qvandam habeat, manet tamen difficultas, ob vocem עַם *populum*, cujus fit mentio *v. 27.* Nonnulli porrò vocem עֶלְיוֹנִין referunt ad loca, ita ut *ſancti excelſorum* ſint illi, qvi originem ducunt è *ſupernis*, qvorum patria eſt in cœlô, qvi in terrâ ſe peregrinos ſentientes ad ſuperna ſemper tendunt ac adſpirant, qvi ut fratres ac concives ſupernorum ſpirituum ſe gerunt, *Philipp. III, 20.* qvod ipſum illuſtrari qvodammodò poteſt ex illis textibus, ubi עֶלְיוֹן prædicatur de locis celſioribus, v. g. de caniſtrô ſuperiore, *Gen. XL, 17.* de portâ ſuperiore, *2. Reg. XV, 35. 2. Par. XXIII, 20. c. XXVII, 3. Jer. XX, 2.* de atriô, *Jerem. XXXVI, 10. &c.* ita *Calvinus* de cœleſtibus poteſtatibus hoc עֶלְיוֹנִין exponit, ſeu de eô, qvicqvid divinum concipi à nobis poteſt, & qvicqvid

קדישי עליונין

excelſius eſt Mundô. Haut dubiè verò hi ſancti excelſorum ſunt, qvos Chriſtus *Matth. XXIV, 24.* vocat *electos*, propter qvos abbreviandi dies. (β) Acceptio eſt in verbô וִיקַבְּלוּן, qvod nonnulli volunt acceptum de violentâ abreptione, ita, ut ſermo adhuc continuetur de Monarchiis, ſeu regnis 4. modò dictis, qvæ *auferre* dicantur, vel ad ſe *rapere regnum ſanctorum*, h. e. dominium exercere in Eccleſiam fidelium, Tyrannide eosdem premere, qvomodo fecerint Aſſyrii, Chaldæi, Perſæ, Græci, Romani: Ita ferè *Polanus:* dominabuntur in Judæos; item *Calvinus, Junius, atq; alii*, qvos tamen non ſine ratione corripit h. l. *Ludovicus de Dieu*. *Sanctius* titubanter proponit, *ſuſcepturas eſſe belluas regnum, qvod uni debebatur Meſſiæ, &c.* Verùm obſtat tùm accentuatio, qvæ *regnum* ſejungit à ſanctis per Sakephkaton; tùm forma abſoluta vocis מַלְכוּתָא, qvæ in regimine aliàs debuiſſet poni; tùm contextus, qvippe qvi regnum horummet accipientium docet fore perenne ac indeſinens, *v. 18.* qvod ſanè nulli Monarchiarum competit; tùm collatio *verſ. 14. 22. & 27.* ubi diſertè ſancti dicuntur accepiſſe regnum. Proindeq; hoc קַבֵּל *accipere*, intelligimus de impetratione vel poſſeſſione, qvæ ſanctis contingit ex liberali Dei munificentiâ, qvomodo ſuprà *c. II, 6.* Nebucadnezar ſapientibus dicebat: *Dona* תְּקַבְּלוּן *accipietis à me.* Et c. VI, 1. *Darius* קַבֵּל *accepit regnum.* Neqvaqvam autem locus hîc eſt merito alicui, qvomodo vult *Corn. à Lapide*, inqviens: *Meruerunt hoc tùm ſuâ humilitate, tùm fortitudine, &c.* cùm tamen hæreditas hæc ex merâ obtingat gratiâ, *Rom. IIX, 17. c. XI, 6.* (γ) Acceptum, ſeu id, qvod donatum fuit, eſt *regnum*, h. e. ſupereminens poteſtas præ cunctis nationibus aliis; qvæ eatenus dicitur data ſanctis, ſeu fidelibus, qvomodo aliàs, dominante unicô Nebucadnezare, regnum dicebatur datum Chaldæis, dominante unicô Cyrô ac Dariô, regnum eſſe datum Perſis, &c. Ita cum Meſſias qvoq; acciperet Regnum, adeoq; ut ipſum colerent omnes nationes populi ac lingvæ, *v. 14.* pari ratione ſancti ejus ſeu ſubditi ac cives cœleſtes dicuntur accepiſſe regnum, licèt id uni ipſorum competeret capiti ac Regi Meſſiæ. Pertinet tamen & huc, qvòd beati ipſi dicantur facti *Reges, Apoc. I, 6. c. V, 9. Pſ. XLV, 10. &c.* item, qvòd judicaturi ſint orbem, *1. Cor. VI, 3. Matth. XIX, 28.* qvòd ſint vocati in communionem Filii, *1. Cor. I, 9.* qvòd ſint regale ſacerdotium, *1. Petr. II, 9.* Atq; ſic etiam *R. Saadias* fatetur, hoc ipſum regnum ſanctorum eſſe regnum Meſſiæ. Maximam intereà manere diſparitatem inter acceptionem re-

gni,

Digitized by Google

gni, qvæ competit Meſſiæ, & eam, qvæ ipſius tribuitur populo, nemo non videt. *Grotius* hæc dicta opinatur de ſummô imperiô, (h. e. Romanô,) perveniente tandem ad unius Dei cultores; qvi honor fuiſſet Judæorum, ſi Meſſiam ſuſcepiſſent. At frivola hæc ſunt, ac refutatione indigna. Legantur Annot. *Dn. Calovii* ad h. l.

וְיַחְסְנוּן מַלְכוּתָא עַד עָלְמָא וְעַד עָלַם עָלְמַיָּא׃

Et obtinebunt regnum usq; in ſeculum & in ſeculum ſeculorum. Habes hîc (δ) accepti regni durationem: וְיַחְסְנוּן *& poſſidebunt jure velut hæreditariô*, conſtanter, tranqvillè, fœliciter, &c. Ita namq; verbum חֲסַן eſt aliàs *confortari, robuſtum evadere*, item, *poſſidere firmiter*, v. g. terram, *Pſ. XXXVII, 29. 34. Gen. IL, 24. &c.* id qvod egregiè etiam qvadrat in poſſeſſionem futuræ beatitudinis cœleſtis. Phraſis autem, *in ſeculum & in ſeculum ſeculorũ*, omnimodam exprimit perpetuitatem, omnis termini expertem, ita ut ſeculô elapſô (ſecundùm noſtrum concipiendi modum,) ſemper ſeculum ſubſtituatur novum, idq; ſine fine: qvâ ratione regnum ipſiusmet Dei vocatur *regnum* עָלַם *ſeculi*, h. e. ſeculare, vel æternum, *c. III, 33. c. IV, 31. (vel 34.)* Conf. *c. II, 20.* ſic nomen Dei benedictum *à ſeculô usq; in ſeculum*, v. 44. ubi regnum Meſſiæ dicitur *in ſeculum usq;* non corrumpendum, *& perſtiturum* לְעָלְמַיָּא *in ſecula.* Malè autem cum his convenit interpretatio *Polani*, qvi hæc dici cenſet de ſeculis compluribus, h. e. qvatuor integris, unà cum annis triginta duobus, qvibus Judæam tenuerunt profani: qvod, qvàm diſcrepet à ſtylô Spiritûs S., nemo non videt. חסן

Poriſmata ex Verſu XVII. & XIIX.

1. Licet regnorum qvatuor ortus h. l. dicatur eſſe ex terrâ, proptereà tamen non ſeqvitur, Magiſtratum, ſeu poteſtatem regendi, eſſe inventum humanum, verùm hæc ipſa poteſtas abſtrahendo ab hôc, hîc & nunc, ab hâc vel illâ regiminis formâ, eſt à Deô, tanqvam medicô naturæ corruptæ, ſemetipſam regere neſciæ, inſtituta immediatè, immediatione propriè dictâ, non verò qvatenùs ſecundùm *Tannerum & Svarezium* fluit conſeqventer ex ſocietatis humanæ immediatè conditæ naturâ: uti hoc prolixiùs perſeqvitur D. Danhauer *Tom. I. hodomor. papiſt. p. 785. ſeqq.* B. Gerh. *T. VI. Loc. CC. §. 33. ſeqq.* Paræus *ad c. XIII, 1. Ep. Rom. p. m. 1338. ſeqq.* ubi argumenta etiam in contrarium diluuntur fuſiùs. Confer, ſi lubet Fileſacum *l. 1. Selector. p. 129. ſeqq.*

2. In-

Digitized by Google

2. Incomparabilis eſt dignitas, eſſe è numerô *ſanctorum Dei excelſi*, h. e. ſeperatum eſſe à profanâ mundi colluvie, civem eſſe cœleſtium bonorum, &c. *Job. XV, 19. Philipp. II, 15.*

3. Qvi ſuos hîc regere ſcit affectûs, atqve membra, is per Chriſtum etiam aliqvando compos fiet regni cœleſtis, idq; ſine fine, gratis, &c.

4. Mera ſunt ſomnia, qvæ de ſanctorum in terris regnô prodiderunt & olim, & hactenùs *Chiliaſtæ*: Vid. de hâc materiâ Voëtius *Tom. II. Diſſp. Select. p. 1249.* Grot. *Tom. I. Weigelianiſmi p. 399. & Tom. II. p. 333.* Hutterus *in LL. CC. fol. 873.* Feverborn. *Tom. VII. Diſſp. Gieſſ. p. 290.* Walther. *Cent. Miſc. p. 217.* Pererius *h. l. p. 469. ſeqq.* Danhavver. *bodomar. Calvin. p. 3327.*

VERSUS XIX. אֱדַיִן צְבִית לְיַצָּבָא *Poſt hæc volui diligenter diſcere.*

Nunc (3.) ſpecialiſſimè acceſſio fit ad ultimum animalium, numerô qvartum. Non enim acqvieſcere poterat Daniel in generaliori hâc inſtructione, cùm plura omninò videret ſibi in viſione indicata, qvàm, qvæ propriô ingeniô aſſeqvi unqvam valeret. Qvapropter ait: צְבִית *anxiè deſideravi, exoptavi*, לְיַצָּבָא *veritatem* circa beſtiam qvartam, &c. h. e. plenè ſolideq; informari cupiebam ab eôdem hôc meô informatore cœleſti, qvæ ſub ſchemate animalis qvarti prolixiore deliteſcerent, qvid & ejusdem forma, & cornua, & cornuum mutatio atq; cætera indicarent. De verbô צְבָא *voluit, deſideravit,*

צבא vid. *c. IV, 14. 22. 29. 32. c. V, 19. 21.* De nomine autem יַצָּבָא conſule dicta ad *v. 16.* qvanqvam *Lud. de Dieu* velit eſſe infinitum Pahel: *veritatem dicere*, vel perſvaſum me reddere, qvem vid. *in animadv. h. l.*

עַל־חֵיוְתָא רְבִיעָיְתָא *De beſtiâ qvartâ.*

Incipit jam viſionis repetitio, tradita totidem ferè verbis ſuperiùs *v. 7.* cujus repetitionis cauſa videtur fuiſſe incomprehenſibilis qvodammodò ſingularitas; ſicut aliàs, qvæ non ſatis contemplari aut asſeqvi ex votô noſtrô potuimus, cum admiratione tamen atq; ſtupore, multoties repetere aliisq; commemorare ſolemus. Præter ea verò, qvæ jam relata ſunt, ſolùm attingi hîc videmus mentionem *ungvium*: וְטִפְרַהּ דִּי נְחָשׁ *& ungves ejus æris*, h. e. æneі; nimirum, qviâ tùm dentibus, tùm ungvibus beſtiæ carnivoræ præprimis ad laniandum ſolent uti, idcircò cùm ſuperiùs prætermiſiſſet ungves, nunc eosdem adducit, & qvidem ut *æneos*, h. e. planè acutos, duros, inflexibiles, in ſe

ſem-

Digitized by Google

ſemper illæſos, alia verò lædentes ſæviſſimè, ac irreparabiliter. Vocem hanc טְפַר non niſi ſemel adhuc reperimus *c. IV, 31.* de ungvibus Nebucadnezaris velut avium excreſcentibus. Alterum נְחָשׁ *as*, habuimus ſuprà *c. II, 32. 45.* de lumbis, ſeu femoribus æneis: *c. IV. 20.* de catenis ferreis & æneis: *c. V, 4. 23.* de idolis æneis. Haut dubiè igitur depicta ſic fuit violenta iſthæc gentis Romanæ rapacitas, qvâ pauci initio latrunculi pedetentim ſibi ſubjecerunt vicinos, mox graſſati ulteriùs, donec trajectô mari unam poſt alteram ad ſe pertraxiſſent provinciam, non ſine laceratione, ſangvinisq; effuſione multiplici.

וְעַל קַרְנַיָּא עֲשַׂר וגו׳ *Et de cornibus decem, &c.* Versus XX.

Qvæ hîc repetuntur, jam vidimus *verſ. 7. 8.* Solùm qvoad vocem וְקַרְנָא notavit *Ludov. de Dieu*, nominativum hunc vim habere membri integri: *& ad cornu illud qvod attinet, oculi erant ei*, &c. Exempla in Ebraiſmô ubivis obvia: idem loqvendi modus mox redibit, *v. 24.*

חָזֵה הֲוֵית *Adſpiciebam.* Versus XXI.

Intendendo ſcil. animum accuratiùs ad geſta corniculi hujus peculiaria, qvæ horrorem mihi incuſſerant. Peculiare ſtudium phraſi hâc indicari, nec non objectorum notabilitatem, obſervavimus jam ſuprà, *v. 7.*

וְקַרְנָא דִכֵּן עָבְדָא קְרָב עִם קַדִּישִׁין

Et ecce, cornu illud faciebat bellum adverſus ſanctos:)

Præter viſum ac loqvelam cornu hujus commemoratam, nunc novum qvid ſeqvitur, belligeratio ſcil. hoſtilis, indicata phraſi: *Faciens bellum*, h. e. opponens ſe animoſè, impudenter, truculenter, ad inſtar tauri, vel arietis cornuti, vehementiorem impetum faciendo in obſiſtentem, eumq; proſternere annitendo. De voce קְרָב *prælium*, conſule *Cohel. IX, 18.* Pars oppugnata ſunt קַדִּישִׁין *Sancti*, qvorum jam meminimus, *v. 18.* Haut dubiè verò belligeratio intelligitur, qvæ ſanctos ſub ipſâ hâc qvalitate invaſit, qvòd eſſent ſancti, ſive à mundô falſisq; ejusdem cultibus longiſſimè ſegregati, qvòd religionem colerent à ratione humanâ profanisq; mundi moribus non parùm diſſidentem, &c. Invaſit autem ipſos hujusmodi ſævities tùm maledictis, tùm malefactis, iisq; & clancularíis ac doloſis, & manifeſtis, convitiis proſcindendo, calumniando, damnando, in exilium proſcribendo, tormenta inferendo, agminatim trucidando, &c. qvæ ipſa longâ ſerie recenſentur ab Æneâ Sylviô, *c. 78. 90. 98. 100.*

קרב

Digitized by Google

וַיָּכְלָה לְהוֹן׃ *Et prævalebat eis.*

Subjugando ſcil. ipſos pro lubitu, minuendo eorum cœtum, præſcribendo leges, tributa atq; omnis generis onera imponendo, &c. ita verbum hoc יְכֹל *potuit* conſtructum cum ל in *prævalendi* ſignificatu deprehenditur Gen. XXXII, 25. *Et vidit, qvòd non* יְכֹל לוֹ *prævaleret ei.* Pſ. CXXIX, 2. *Non prævaluerunt mihi,* &c. Obad. v. 7. *prævaluerunt tibi viri pacifici tui,* &c.

Poriſmata ex Verſu XXI.

1. Nunqvam bella piis, nunqvam certamina deſunt, *Job. VII, 1.*

2. Victoria non eſt nota ſemper bonæ cauſæ; aliàs namq; Sanctis Excelſi meliores hôc modô pronunciarentur homines profani & peſſimi.

VERSUS XXII. עַד דִּי אֲתָה עַתִּיק יוֹמַיָּא *Donec venit antiqvus dierum.*

Terminus oſtenditur continuandæ oppugnationis ſanctorum infauſtæ, extremum videlicet Judicium: qvod ipſum ſuprà innuebatur qvoq; *v. 9.* ubi de eôdem hôc *Antiqvô dierum,* h. e. æternô Deô Patre, qvi noſtrô in textu dicitur *venire,* nimirùm præſentiæ aut revelationis modô planè ſingulari, ſecundùm qvem, ut judicem univerſalem, ſe exhibebit univerſæ carni conſpicuum, apparente ſcil. viſibiliter Filiô incarnatô, qvem qvi videt, videt etiam Patrem, *Joh. XIV, 9. ſeqq:*

וְדִינָא יְהִב לְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין *Et judicium dedit ſanctis excelſis.*

Potiùs: *Et judicium datum eſt Sanctis excelſorum,* h. e. inſtituta eſt juſta cauſæ ſanctorum cum ipſorum hoſtibus diſcuſſio, Antiqvus dierum, qvi hactenùs connivere viſus fuerat, omnia examinavit rigidè, ſententiam pro ſanctis pronunciavit, hoſtium verò iniqvitatem injuriasq; debitis afflixit pœnis, damnavitq; ſeveriſſimè. Illuſtrari hoc poteſt ex illô Pſ. CXL, 13. *faciet* דִּין *judicium egeni.* Jer. XXII, 16. *Judicabit judicium pauperis & egeni.* Pſ. IX, 5. *feciſti judicium meum,* וְדִינִי & litigium meum: it. *Devt: XXVII, 19. Pſ. LXXXII, 3. Eſa. I, 23.* De ſanctis excelſorum vid. ſuperiùs *v. 18. Corn. à Lapide, Vatablus, Liranus, Dionyſ. Carthuſianus, aliiq;* accipiunt hoc de autoritate judicandi ſanctis conceſſâ, *1. Cor. VI, 3. Matth. XIX, 28.* Verùm aliud eſt autoritas penes judicem ſolum hìc deſcriptum manens, aliud judicium ipſum, ſeu actus in commodum Sanctorum inſtitutus, qvalem h. l. exigunt textûs circumſtantiæ. Non enim agitur de judiciô à Sanctis, ſed

à Deô

Digitized by Google

à Deô exercitô, itemq; de regnô ſanctis in hoſtes ſuos oppugnantes conceſſô *v. 21.*

וְזִמְנָא מְטָה וּמַלְכוּתָא הֶחֱסִנוּ קַדִּישִׁין׃

***Et tempus advenit*, *& regnum obtinuerunt juſti.*)** Conſeqvens hoc eſt judicii, nimirum impetratio regiminis, de qvâ jam ſuprà *verſ. 18.*

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. Judicium Dei, utut diu nonnunqvam differatur, ſuô tamen tempore exercebitur infallibiliter, ſolenniter, juſtè, &c. *Pſal. L, 3. 21.*

2. Juſti (non qvidem ex operibus propriis, ſed inexhauſtâ Dei in Chriſto gratiâ,) de judiciô inſtante exultant, cùm hoſtium ſuorum incorrigibilium ſeveram appropinqvare pœnam videant, ſuamq; ſic liberationem inſtare animadvertant, *Luc. XXI, 28.*

כֵּן אֲמַר *Et ſic ait:* VERSUS XXIII.

Abſolutâ rerum ex viſione adhuc ignotarum repetitione, (inde à *v. 19.*) ſeqvitur nunc *ultimò* angelica explicatio usq; ad *v. 28.* Traditur in eâdem (1.) ſignificatio beſtiæ qvartæ *v. 23.* (2.) decem cornuum, *v. 24.* (3.) cornu novi parvi, *ibid. & v. 25. 26.* (4.) Regnum Meſſiæ ſupremum, *v. 27.* Dicens autem illi, cujus hîc meminit Daniel, eſt idem ille *unus ex adſtantibus*, cujus ſuprà *v. 16.* præceſſit mentio.

חֵיוְתָא רְבִיעָיְתָא מַלְכוּ רְבִיעָאָה תֶּהֱוֵא בְאַרְעָא

***Beſtia qvarta regnum qvartum erit in terrâ.*)** Sicut ſuprà *v. 17.* beſtiæ qvatuor exponebantur de qvatuor regibus, ita nunc de qvartâ beſtiâ evidentiùs adhuc loqvitur angelus, per reges non individua vel perſonas intelligendas eſſe, verùm integra regna, ubi plures ſibi invicem in eâdem Majeſtate, licèt diſpari ſplendore, ſuccedunt Reges. Adeoq; & hîc regnum vel Monarchiam meritò intelligimus ultimam, Romanorum putà, qvæ Græcorum ſucceſſit regno. Multa namq; inconvenientia oriri ex ſententiâ *Tremellii, Polani*, aliorumq;, qvi hæc de regnô Aſiæ vel Syriæ, ſeu Seleucidarum accipiunt, oſtenſum jam ab aliis (vid. Raup. *h. l. verſ. 7.* Helvic. *Synopſ. Hiſtor. p. 5. ſeqq.* Geſnerus *in h. l. th. 91.* Gerhard. *Tom. VI. de Magiſtr.* §. 136. *ſeqq.* &c. imò ſuſpectus ſtatim ejusdem ſententiæ eſt autor *Porphyrius*, cujus in commentarii h. l. meminit *Hieronymus*. *Bodinum*, qvi Romanorum falsè im-

Digitized by Google

impugnavit Monarchiam hîc indicatam, refutavit Reuſnerus *Enucleat. ſeptem qvaſt. ill. qvaſt. 5.* Vide ſuperiùs *v. 7.*

דִּי תִשְׁנֵא מִן־כָּל־מַלְכְוָתָא

Qvod majus erit omnibus regnis.) Potiùs ſecundùm fontes, *qvod diſcrepabit*, vel aliud erit *à cunctis regnis*. Eſt hæc Monarchiæ ultimæ deſcriptio(*a*) à peculiari novitate, qvod tàm ratione typi, ſeu beſtiæ innominatæ, qvàm antitypi, magnoperè diſcriminata fuerit à præcedentibus, tàm ratione modi gubernandi, qvàm variarum in eâdem viciſſitudinum, qvales nec apud Chaldæos, neq; Perſas, neq; Græcos, per tot ſubinde ſecula, unqvam fuerant obſervatæ. Adeoq; verbum hoc coincidit cum participiô שָׁנְיָה *v. 19.* & מְשַׁנְּיָא *diſcrepans, differens*, v. 7.

וְתֵאכֻל כָּל־אַרְעָא וּתְדוּשִׁנַּהּ וְתַדְּקִנַּהּ׃

Et devorabit univerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam.) Seqvitur (β) inſignis crudelitas, indicata tùm *devoratione*, tùm *trituratione* (verbum namq; דוש propriè eſt *triturare*, vel fruges ungularum bovinarum aut eqvinarum concuſſione à paleis ſeparare, uti conſtat ex *1. Paral. XXI, 20. Eſa. XXVIII, 28. Jer. L, 11. &c.*) tùm *comminutione*. Adeòq; ſicut alibi verbum דוש metaphoricè uſurpatur de laceratione corporum, *Jud. VIII, 7.* triturabo carnem veſtrâ tribulis ac ſpinis deſerti: item de abolitione exercitûs, *2. Reg. XIII, 7.* diſperdiderat eos Rex Aram & poſuerat eos velut pulverem לָדוּשׁ triturando. *Amos I, 3.* qvòd trituraverit plauſtris ferreis Gileadem. *Habac. III, 12.* in irâ triturasti gentes: ita & h. l. ſtrages exprimuntur immenſæ, qvibus multa hominum millia abolentur, item tyrannicæ executiones aliæ, qvales in Monarchiâ Romanâ contra Chriſtianos Martyres editæ innumeræ. Legantur modò acta decem perſecutionum claſſicarum. Qvanta inſuper ſangvinis humani & profuſio, & conculcatio, & comminutio contigerit, anteqvam hæc qvarta beſtia antecedentem penitùs extinxerit, docebunt hiſtoriæ, v. g. qvando Aſia minor ſubacta fuit, victô Antoniô M. ap. *Livium l. 37.* & *Juſtinum l. 31.* item Macedonia victô Perſeô, Syria debellatô Tigrane, & tandem Ægyptus, obtinente & Juliô & Auguſtô. De verbô דְּקַק *comminuit* vide ſuprà v. 7.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Qværens inveniet, pulſanti aperietur, revelationem Myſterio-

riorum cœli neceſſariam modeſtè conſtanterq; à Deô petens, cum Daniele certò exaudietur, *Matth. VII, 7. ſeqq.*

2. Ingentes tùm opum dilapidationes, tùm urbium devaſtationes, tùm hominum ſtrages neminem offendant, cùm easdem à Sp. S. jamdudum prædictas hîc perſpiciat; vid. *Matth. XXIV, 6. ſeqq.*

וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר מִנַּהּ מַלְכוּתָא עַשְׂרָה מַלְכִין יְקֻמוּן׃

Porrò cornua decem ipſius regni decem Reges erunt.) VERSUS XXIV. Fuit membrum primum de ipſâ qvartâ beſtiâ, ſeqvitur alterum, de ejus *cornibus*, iisdemq; numerô *decem*, v. 7. per hæc ſignificari *Reges*, & qvidem, ſecundùm fontes, qvi *ſurgent*, vel *ſtabunt*, ſatis evidenter docet Angelus. Haut dubiè verò *Reges* eôdem & hîc venient cenſu, qvô ſuprà *v. 17.* nimirùm non ad deſignandum ſingulares perſonas, verùm totidem regna, ſicut proximè vidimus ex *v. 23.* Denarium numerum nonnulli (ut Auguſtin. *l. 20. de C.D. c. XXIII.* Alcaſar *in Apocal. c. 17.* Wigandus *p. 262. 263. in Danielem*, Calvinus *ad v. 7. hujus cap.* Oecolampadius, nec non Paréus *in Apoc. XVII.*) Synecdochicè accipiunt pro indefinitô ac incertô, cujusmodi aliàs acceptio negari neqvit: vid. *Dan. I, 20.* item *Cohel. VII, 20.* Verùm numerus ſubſeqvens, tùm unius, tùm trium cornuum, omninò ſtare videtur pro acceptione propriâ. Alii accommodant ad Turcicum Imperium cum R. Saadiâ. *Polanus* decem producit Syriæ Reges, qvi Judæam poſſederunt, uti ſunt Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus Theos, Seleucus Callinicus, Ptolomæus Evergetes, &c. (qvanqvam aliter eos numerent Junius, aliter Brugthonus,) qvæ ipſa tamen falſâ nituntur hypotheſi. Qvi Romanum hîc amplectuntur imperium, diverſimodè itidem ſentiunt de decem hiſce cornibus. *Maldonatus* ad v. 7. hujus cap. hoſce Reges nondum opinatur natos, adeoq; fruſtrà qværi. *B. Lutherus, Oſiander, Geſnerus, Helvicus* Synopſ. Hiſtor. p. 58. *Vinarienſes* atq; alii, decem enumerant regna, videlicet Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Germaniam, Græciam, Aſiam, Syriam, Ægyptum, Africam, & Angliam. Philippus Nicolai *l. 1. de Regnô Chriſti, c. 5. 6. 8. p. m. 100. ſeqq.* tria cornua orientalia (per cornu parvum ſive Mahometem decuſſa,) cenſet eſſe Græciam, Aſiam & Africam: Occidentalia verò Italiam, Hiſpaniam, Britanniam, Galliam, Germaniam, Poloniam & Hungariam. Qvô ipſô removetur ſimul ſcrupulus, qvomodo Africa & Ægyptus pro diſtinctis regnis poni potuerint, cùm tamen invicem ſe habeant

Digitized by Google

beant ut totum & pars. Aliæ ſi præterea objiciantur difficultates, recurrere poterimus ad obſervationem modò notatam, de numerô certô pro incertô; qvâ etiam ratione *Calvinus v. 7.* expoſuit de pluribus provinciis imperio Romano ſubjectis. Imò ſicut poſt Alexandri M. mortem non præciſè adeò qvatuor ſolummodò portiones, (tanqvam qvatuor beſtiæ cornua,) remanſerunt, ut nulla prorſus exciperetur provincia, verùm præcipuorum ſolummodò regnorum habita tùm fuit ratio; ita & hîc dici poterit, tertiam Romani imperii partem per cornu parvulum detractam eſſe, ita, ut duæ tertiæ præterpropter remanerent. Grammaticalia qvædam obſervat h.l. *Lud. de Dieu* de Nominativô abſolutô *cornua*, locô membri integri poſitô; item de affixô מִנַּהּ, qvod non antecedens, ſed ſeqvens nomen reſpicit, ſicut *cap. II, 6.* qvem, ſi lubet, ipſummet poteris conſulere.

וְאָחֳרָן יְקוּם אַחֲרֵיהוֹן *Et alius conſurget poſt eos.*

Seqvitur nunc *tertium* de cornu parvô, cujus jam præceſſerat mentio *v. 8. & 20.* Sicut verò per cornua Reges, aut evidentiùs adhuc Regna, jam indicari vidimus; ita reſpectu illuc habitô dicitur etiam אחרן hicce Rex novus אָחֳרָן *alius*; de qvô, qvis ſit, diverſimodè interpretes ſentiunt. Judæi ſiqvidem blaſphemè de Jeſu noſtrô Nazarenô intellectum volunt, qvos refellit Pererius *p. 461. 465.* nec non Fernand. *viſ. 24. V.T. f. 637.* Nonnulli cum R. *Saadiâ* accipiunt de Titô Veſpaſianô; qvos refutat Polanus *p. 611.* De Antiochô accipiunt ſuprà dicti Calviniani, qvi Romanum h. l. excludunt imperium; qvos refellit Fernandius *viſ. 24. ſect. 7. fol. 636.* Geſnerus *h. l. theſ. 115. ſeqq.* Danhauer. *de Antichr. p. 258.* imò ipſemet Calvinus, *ad v. 21.* & Oecolampadius. De Juliô Cæſare, Auguſtô, Tiberiô, &c. usq; ad promulgationem Evangelii ſub Caligulâ & ſucceſſoribus dici hæc opinatur *Calvinus*, ita ut per dejectionem trium cornuum indicetur, Senatum deſiiſſe creare Proconſules, cùm id facerent Imperatores. De Antichriſtô fabuloſô, per tres annos cum dimidiô Chriſtianos divexaturô, interpretantur *Pererius*, p. 443. *Maldonatus, Cornel. à Lapide, Sanctius*, item Bellarminus *lib. 3. de Pontif. Rom. c. XVI.* Leſſius *de Antichriſtô demonſtrat. 14. p. 104.* Sanderus *demonſtr. p. 28. 29.* Schoppius *de Antichriſtô*, Gretſerus *defenſione Bellarmini.* Fernandius *l. c. fol. 638.* Becanus *tom. II. opuſculor. c. I. p. 171. §. 13. &c.* Verùm opinioni huic erroneæ nervos jamjam incidit Grauerus, *Tom. I. Diſp. Jeſuiticarum*

Diſp.

Digitized by Google

Diſp. IIX, §. 28. ſeqq. p. 725. Adde, ſi lubet, Polanum *h. l. p. 608.* Geſner. *h. l. Th. 123.* Balduin. *de Antichriſtô contra Schoppium, p. 10. & in Phoſphoró contra Pazmannum p. 955.* (hoc cornu non perſona Eccleſiaſtica, ſed regia erit, &c.) Subſiſtimus nos in communiori noſtratium ſententiâ, per cornu hoc indicatum eſſe imperium Turcicum, vel Ottomannicum, qvam ſententiam Pererius *p. 442.* tribuit Joh. Annio Viterbienſi *librô de qvæſtionibus in Apoc. c. XVII.* tanqvam inventori primo, qvi aſſeclas poſtmodùm nactus eſt Vatablum, Hect. Pintum, item, allegante Sanctiô §. 143. Cantapetrenſem *l. 1. Hypotheſ.* Joh. Langium *ſuper Juſtini Dial. cum Tryphon. verſ. finem*, ubi in hanc ſententiam qvædam Sibyllæ carmina interpretatur. Fevardentium *ſuper Irenæum lib. V. c. 26.* Clichtovæum *in l. 4. Damaſceni de fide orthodoxâ c. XXVII, XXVIII.* Genebrard. *in Chron. ad A. C. 590. &c.* E noſtratibus ſententiam hanc amplexus eſt B. Luth. *præf. in Danielem*, (qvanqvam *Tom. II. Jen. Lat. f. 386.* exponat de Antichriſtô Romanô, qvam ſententiam amplectitur etiam Danhauerus *in Antichriſtô p. 260.*) Balduinus *Tom. II. Diſpp. Wittebergenſ. Diſp. II. c. I. §. 6.* Gerhardus, *T. IX. de Extrem. Jud. §. 91. & T. 6. de Magiſtr. §. 137. ſeqq.* (ubi aliqvot rationibus probat hoc ipſum.) Brochmannus *de Pontif. Rom. contra Bellarm. p. 323. ſeqq.* Ægidius Hunnius *Tom. I. Opp. f. 1428.* Dn. Calovius *annot. in Grot. h. l.* Oecolampadius per cornu hôc intelligit Antichriſtum utrumq;, tàm extra, qvàm intra Eccleſiam, qvorum uterq; tria, h. e. plura deſtruxit cornua; qvam in rem etiam accerſit triplicem Papæ coronam, qvâ trium Regum humiliatorem ſe prodit: item, qvando gloriatur, ſe poſſe imperium transferre ex oriente in occidentem, ex Galliâ in Germanos, &c. Superioribus de Turcicô Imperiô cornu hôc intelligentibus, addi etiam ex Judæis poterit *R. Saadias*; & ex Papiſtis *Torniell.* in Annalib. ſatis propendens in *Annii Viterbienſis* ſententiam. Et ſanè conveniunt huic regno qvàm optimè, qvæ hîc de cornu traduntur parvô: fuit enim Machometh *alius* à decem cornibus, ſiqvidem non fuit ex numerô Regum vel Principum, ſub Imperiô Romanô tùm comprehenſorum, ſed obſcurus qvidam erro ex Arabiæ angulô oriundus, cujus dominium tyrannicum pedetentim adeò excrevit, ut tertiam de Imperiô Romanô ſuccideret, ſibiq; applicaret partem, tàm in Europâ, qvàm Aſiâ & Africâ, &c. In deſcriptione autem hâc notanda (א) origo: dicitur enim hîc Rex *ſurrexiſſe*, h. e. è vilibus primordiis ad magnam proveniſſe eminentiam,

more

Digitized by Google

more Regum aliorum *exſurgentium*, ut proximè vidimus. Si penitiùs progreſſus militis hujus unà cum cohorte ſuâ reſciſcere cupias, adire poteris Geſnerum *in h. l. th. 134. 137. ſeqq.* Micrælium *l. 2. Syntagm. Hiſt. Eccleſ. p. 305.* Philipp. Nicolai *de Regnô Chriſti l. 1. c. 6. p. m. 119. ſeqq.* Nec non Hotting. *Hiſt. orientis.* Additur in textu אָחֳרֵיהוֹן *poſt eos*, nempè decem reges ſive regna, jamjam in flore conſtituta. Non enim voculâ *poſt*, regnorum finem; ſed conſtitutionem potiùs deſignari, docent ſeqventia, ubi mentio fit deturbationis cornuum trium, qvæ opus eſt ſtetiſſe adhuc; ſiqvidem non-entis nullæ ſunt affectiones. Suprà tribuebantur ipſi *oculi humani* v. 8. fortaſſis ob ſolertiſſimam ad homines fallendos ſagacitatem, qvâ circumſpectè ſatis ſuas res inſtituit, ne qvicqvam ſemel arreptum denuò dilaberetur, &c. *Hieronymus* hoc dici cenſet, ad indicandam Antichriſti humanam naturam, ne pro dæmone habeatur, eò qvòd totus Satanas corporaliter in eô ſit habitaturus. Meliùs *Theodoretus* de prudentiâ multos ſeducente. Alii de humanitatis virtutumq; ſimulatione. *Maldonatus* de ſuperbiâ in oculis potiſſimùm conſpicuâ: qvæ poſteriora addi poterunt jam ſuprà dictis: Conf. *Coh. II, 14.* de oculis ſapientis in capite, &c. *Pererius* p. 443. ſententiæ huic de Mahumete obvertit, qvod ſub initium Mahumedaniſmi nondum extiterint decem reges, ſed unus *Imperator* ſolus. Sed reſponderi poterit facilè: licèt non totidem ſeparatim extiterint tunc Reges, extabant tamen regna, ad unam hancce beſtiam qvartam pertinentia.

וְהוּא יִשְׁנֵא מִן־קַדְמָיֵא *Et ipſe potentior erit prioribus:*

En! idem plane (ב) attributum regni hujus, qvale ipſiusmet beſtiæ qvartæ, *v. 23*, diſcrepantia videlicet à præcedentibus, Haut dubiè, qvia tàm ſtatus Politicus, qvàm Eccleſiaſticus ſive Religionis, novam planè accepit faciem, qvam nunqvam antehac in orbe univerſô habuerat.

וּתְלָתָה מַלְכִין יְהַשְׁפִּל׃ *Et tres Reges humiliabit.*

Refertur hìc (ג) Actus, *Humiliatio*, h. e. privatio honoris Majeſtatisq; antehac poſſeſſæ, vel unô verbô; ſubjugatio. Ita de Deô idem enunciabatur c. IV, 34. (vel 37.) *qvi elatè incedunt, hos poteſt humiliare:* & de Nebucadnezare c. V, 19. *Qvem volebat, humiliabat.* Objectum hujusce humiliationis ſunt *tres reges* ſive regna: nimirùm ut ſuperiùs diximus, Græcia, Aſia & Africa, in qvantum ſcilicet illa antehac poſſederant

Digitized by Google

derant Romani. Videatur D. Grauerus *in Diſpp. Anti-Jeſuit p. 726. ſeqq.* Græciæ, tanqvam matri, adherent inſulæ vicinæ Cyprus, Rhodus, & Cyclades; cui incorporatæ etiam Romania, Servia, Bulgaria, Boſnia, Raſcia. Parthiam verò, Armeniam & Meſopotamiam Mahometh eripuit non Imperio Romano, ſed Perſis; qvibus etiam alias ademit provincias nonnullas.

וּמִלִּין לְצַד עִלָּא יְמַלִּל *Et ſermones contra excelſum loqvetur.* VERSUS XXV.

Seqvuntur (ר) ſermones, qvi *v. 8. & 20.* per grandiloqventiam jam indicati: nimirùm victoriam conſeqvi ſolet elatio, ſibi ſuisqve viribus ac ingenio tribuens, qvæ tribuenda erant Deo fortunanti, &c. Sermones illi determinantur inſuper mentione objecti, dum לְצַד *in latus excelſi,* vel adverſus excelſum in cœlis, Deum, dicuntur iidem prolati. (De phraſi uſuq; vocis צַד latus, qvam nonnemo ita accipit: *loqvetur ex parte Altiſſimi,* h.e. tanqvam Prophetæ Altiſſimi, vide ſuprà *c. VI, 4.*) Qvibus ipſis haut dubiè deſignantur grandes illæ blaſphemiæ, qvæ paſſim in Alcoranô contra Dei trinunius ſanctitatem, juſtitiam, clementiam, veritatem, ſalvandiq; voluntatem eructatæ leguntur. Imò dum Prophetam Dei excelſi nobiliſſimum ſe ſtrenuè mentitus eſt, duriùs enim vix loqvi contra Deum potuiſſet. Tacemus colloqvia cum angelis familiaria, perfectionem Alcorani ſupra legem Moſis atq; Chriſti, &c. qvô de Alcoranô prolixiùs D. Phil. Nicolai *de Regnô Chriſti lib. I. c. 6. m. p. 110.* item de fide Mahometicâ Hackſpanius, Warnerus, Michalon Lituanus *(Tartar. p. 38.)* Hottinger. *Theſ. Philol. p. 58. ſeqq. Et Hiſtor. Orient. p. 244.* Hornbek *ſumma Controv. relig. p. 75. usq; ad 210.* Voëtius *Tom. II. Diſpp. Select. p. 660. ſeqq.* Cotovicus *Itiner. Orient. p. 422. ſeqq.* Qvareſmius *lib. I. terra ſancta, f. 421. ſeqq.* (לצד in margin)

וּלְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין יְבַלֵּא *Et ſanctos altiſſimi conteret:)*

Faſtum excipit (ח) crudelitas, indicata abſumptione fidelium. Effertur hæc verbô בְּלָה qvod alias in Codice Biblicô non extat ampliùs. Apud Targumiſtas tamen in Peal eſt *veteraſcere,* inſtar veſtimenti veteris *deteri, conſumi,* v. g. *Deut. IIX, 4.* veſtimentum tuum non fuit detritum: *Eſa. L, 9.* ſicut veſtimentum, qvod attritum eſt: *Pſ. XXXI, 10.* abſumptus eſt præ mæſtitiâ oculus meus. *Pſ. XXXII, 3.* inveteraſcunt oſſa mea &c. In Paël eſt *atterere, corrumpere,* v. g. *Eſa. III, 15.* Facies pauperum atteritis, *c. LXV, 22.* opus manuum ſuarum (בלה in margin)

Digitized by Google

deterent, &c. Qvapropter & h. l. talis innuitur afflictio, qvâ pernicies alterius qværitur extrema, adeò, ut fortunæ, honores, valetudo, vitaq; tandem ipſa redigantur ad incitas: id qvod fieri conſvevit in perſecutionibus tàm univerſalibus, qvàm particularibus; item bellis, invaſionibusq; violentis, &c. Perſonæ autem hoc malum paſſæ ſunt *Sancti Excelſorum*, h. e. populus Deo vero ejusdemq; Meſſiæ adhærens, cujus jam mentio præceſſit, *v. 18.*

ויסבר להשניה זמנין ודת

Et putabit, qvòd poſſit mutare tempora & leges.) Eſt hîc (ד) conatus ac præfidentia ſingularis audacter ſibi divina arrogans. Verbum סבר hîc ſolumodò extans, plures omninò habet ſignificatûs, ut videre eſt in *Lex. Buxt. Talmud.* qvippe qvandoq; eſt *portare, ſufferre, ſuſtentare*, item *expectare, intelligere, judicare, diſtingvere, opinari, confidere*, &c. h. l. R. Nathan *in Capitulis Concord.* exponit per מחשבה *cogitationem*: nimirùm innuitur tùm machinatio ſubdola, ac ſtudioſa, tùm confidentia elatis propria, qvâ cuncta opinantur ſibi obtemperatura, nihilq; non fore ſibi poſſibile. Objectum verò conatûs hujus eſt *mutatio temporum ac legis*; id qvod diſertè ſoli Deo competere legimus, cap. II, 21. *ipſe* מהשנא *mutans* עדניא וזמניא *ætates & tempora*; h. e. penes ipſum cunctæ temporum ſtant revolutiones ac viciſſitudines, mutat infauſtis fauſta, æſtivis hyberna, &c. vide ſîs, qvæ illic annotata ſunt. Qvoad vocem דת *ſtatutum, lex, jus*, vid. c. II, 13. *mandatum exiit*; c. VI, 6. *niſi occaſionem invenerimus in lege Dei ipſius*, ſic ibid. v. 9. 13. 16. *de ſtatutô Perſarum*, &c. Colligimus hinc arrogantiam regni hujus inſignem, tàm circa ſtatuta profana, qvàm ſacra, tàm circa tempora feſtiva, qvàm profeſta, qvippe qvæ pro lubitu immutat, & prout ratio ſtatûs exigere videtur. Huc Epocharum refertur nova ſingularitas qvando à morte Machomedis, item à fugâ ejus ſupputatio injuncta eſt, item novæ feſtivitates Mahomedicæ, abrogatio feſtivitatum Chriſtianarum, &c. loco enim Sabbathi & diei Dominicæ colitur ab ipſis dies Veneris. Huc anni Lunares, Hegiræ dicti, conſtantes diebus 354. horis 8. 48. minutis, ſubſtituti annis ſolaribus, &c.

ויתיהבון בידה עד עדן ועדנין ופלג עדן׃

Et traducetur in manus ejus ad tempus, & tempora & dimidiū temporis.) En (ה) dominatûs determinationem, qvousq; debeat durare,

Digitized by Google

Ii, qvibus per tyrannidem dominari, & qvos ſæviendo debet abſumere, ſunt haut dubiè *Sancti Excelſorum* modò nominati. Dominium colligitur è *Traditione in manus ejus*; ita namq; phraſis hæc accipi ſolet pro conceſſione liberrimâ, qvomodo v.g. Chriſtus ipſe dicitur traditus in manus hominum, *Matth. XVII,22. Marc. IX,31. Luc. IX,44.* vel in manus peccatorum, *Matth. XXVI,45.* &c. Duratio verò determinatur mentione *temporis, temporum, dimidii temporis*: ubi per עִדָּן *tempus* non immeritò intelligitur *Annus*, juxta ductum *c. IV,13.20.22.29. (16.23.25.32.) & c. XI,13.* per *Tempora*, biennium, per *dimidium temporis*, anni dimidium; juxta *c. XII,7.* & *Apoc. XII.14.* qvorſum etiam referri poſſunt menſes 42. *Apoc. XIII,5.* qvi & ipſi conficiunt annos tres cum dimidiô. Atq; hos annos de ſolaribus propriè dictis accipiunt Papicolæ, qvòd videl. dies 1260. (*ex Apoc. XII,6.* qvi cum tempore triennii dimidiiq; anni qvodammodo coincidunt,) regnaturus ſit AntiChriſtus. Verùm phraſis hæc noſtra vel ſpatium ſatis longum, certò tamen finiendum tandem, ſecundùm qvosdam indefinitè deſignat; (Synonymia enim inter tempus, annos, menſes & dies modò memoratos, exacta adeò non eſt, oſtendente Balduino, *de Antichriſtô cont. Scop. p. 14. & Phosph. cont. Patzman. p. 956.* confer etiam Brochm. *T. 2. de Pont. R. p. 832.*) vel de annis intelligi debet angelicis, ubi dies pro integrô accipitur annô ſolari; adeòq; ſi ab initiô regni Mahumedani circa A. C. 613. computemus ad tempora noſtra præſentia, non adeò multum adhuc temporis reſtaret ad ejusdem abolitionem, præſertim ſi ob electos dies hos decurtare vellet divina gratia. Ita *Vinarienſes*. Difficultates has aliasq; videns Dn. Danhau. *antich. p. 257.* planè ἐπέχει, cùm ante complementum prophetiæ noſtrû non ſit nôſſe tempora, &c. Act. I,7. Idem facit Geſner. *h. l. θ. 262.* Winckelm. Melanch. Bulling. Aret. Gerhard. *T. 2. conf. cathol. p. 783. §. 12.* Müller *Anti Janſ. §. 582.* vide ſîs & *Chamier*. T. 2. l. 17. c. 7. §. 6. f. 370. *remanent*, inqvit, *in hoc argumentô gryphi, qvibus ſolvendis non Oedipô opus eſt, ſed Daniele. Expectet potiùs Eccleſia, poſſidens animam ſuam in patientiâ, donec impletis omnibus pateſiant, qvæ nunc ignorantur.* De ſingulari mutatione Mahumedaniſmi circa A. 1663. vide ſîs Phil. Nicol. *l. 2. de Reg. Chr. c. 3. p. m. 389.* item de initiô ruinæ Mahomedicæ in Tranſſylvaniâ, *cap. 10. p. m. 686. ibid.*

וְדִינָא יְתִב *Et judicium ſedebit.* VERSUS XXVI.

Propriè, *ſedit*. nunc (ה) excidium regni hujus tyrannici deſcribitur,

tur, ita ut rurſus connectatur illud cum Judiciô divinô, ceu ſuprà *v. 9. 10.* Et qvidem phraſin, *judicium ſedit*, vidimus *v. 10.*

וְשָׁלְטָנֵהּ יְהַעְדּוֹן *Ut auſſeratur potentia.*

Potiùs: *& potentiam ejus tranſire facient*, vel, à cornu hôc remota eſt potentia ejusdem. Imperſonaliter enim accipitur hæc tertia plur. verbi æqvè ut ſuprà *v. 12.* הֶעְדִּיו *abſtulerunt potentiam ipſorum*, (qvatuor animalium:) vid. illic dicta.

לְהַשְׁמָדָה וּלְהוֹבָדָה עַד סוֹפָא׃

Et conteratur & diſpereat usq; in finem.) Verbotenus: *ad exterminandum perdendumq; in finem*, ſive totaliter. Verbum prius שמד הַשְׁמִיד *perdidit, exterminavit*, ſatis notum etiam Ebræis, v.g. de deletione gentium Canan, *2. Reg. XXI, 9. 1. Par. V, 25. 2. Par. XXXIII, 9.* vid. etiam *Deut. II, 12. c. VI, 15. c. IV, 3. c. XXXI, 4. &c.* Alterum הוֹבֵד אבד *perdidit*, ab אֲבַד periit, itidem ſuprà adfuit de Magorum deletione inſtitutâ, *c. II, 12. 18. 24.* Unde liqvet; abolitionem hîc deſcribi violentam, exemplarem, omnimodam, horrendam; & qvidem עד סופא *ad finem* vel finaliter, ubi deletionis nullus deprehendi potuit terminus vel pauſa, niſi cum exterminandorum fine ipſô: imò reparationis ſimul ablata eſt ſpes omnis; ſiqvidem *in finem usq;* rerum omnium duravit hæc deletio.

Poriſmata ex Verſu XXIV. XXV. XXVI.

1. De Antichriſtô qvàm frivola ac inconcinna prodant Papicolæ, non opus eſt commemorare pluribus; cum Judæis ſiqvidem conveniunt hæc ſomnia egregiè, qvippe qvi & ipſi de Chriſtô & Antichriſtô mirè ſunt fabuloſi: de qvô Judæorum Armillô vide ſîs Hülſii *Theol. Jud. p. 51.* De Antichriſtô Mahumedanorum vid. Pocock. *miſc. p. 260.* Summariè de Papiſtarum Antichriſtô Danhau. *Antich. p. 255. 428. ſeq.* it. Gerh. *T. 2. conf. cath. p. 687. ſeqq.* De abſurdâ triennii & qvod excedit duratione Antichriſto aſſignatâ, *ibid. p. 780. ſeqq.*

2. *Annium Viterb.* de Turcâ Antichriſtô refellere qvidem conatus eſt peculiari tractatu *Pererius*, qvi commentario Apocal. eſt ſuffixus: verùm hunc refutare ſingulasq; Annii aſſertiones ſtatuminare, noſtri non eſt inſtituti. De Gogô interim & Magogô, ſive de Antichriſtô orientali, vide, ſi lubet, Forbeſ. *inſtit. Hiſt. f. 173.* Hulſii *c. 1. Theol. Jud. p.*

Digitized by Google

Jud.p.503. Hornbec. *contra Jud.p. 251.* Cregut. *revel. arcan.p. 305.* Brochm. *t.2. de Antichriſtô. p.849.ſeqq.*

3. Humiliatio regum magnatumq; fit Deô & præſciô, & conſciô & diſponente.

4. Blaſphemiæ in Deum, piorum vexationes, turbulentæ in ſacris profanisq; immutationes (*v.25.*) certum poſt ſe trahunt exitium, *verſ.26.*

5. Diviſionem Imperii Romani inter X. Reges totalem, adeò ut ne nomen qvidem aut imago imperii illius ſuperſit, qvam ante adventum Antichriſti urget aut ſupponit *Becanus*, refutavit Alb. Grauer *Diſſ. Anti Jeſ. 9.p. 723. ſeqq.* adde Hunnium *tom.2. oper. f.536.*

וּמַלְכוּתָא וְשָׁלְטָנָא וּרְבוּתָא דִּי מַלְכְוָת תְּחוֹת כָּל־שְׁמַיָּא

Regnum autem & poteſtas & magnitudo regni, qvæ eſt ſubter omne cœlum.) Jam (4) demum ultimum Meſſiæ regnum ſu- VERSUS XXVII.
periora claudit abſorbetq; omnia. Et qvidem (α) majeſtas tribus effertur verbis; *regni*, de qvô v.18. *poteſtatis*, de qvâ v. 14. & *amplitudinis*, qvæ vox רבותא ſuperiùs etiam adhibita eſt ad Nebucadnezaris exaggerandam magnificentiam: *Excelſus dedit ipſi regnum & amplitudinem & honorem & gloriam*, &c. Ipſa tamen amplitudo hæc deſcribitur à ſubjectis eidem regnis, non decem, qvalia & qvot ſub beſtiâ qvartâ, *ſed omnibus, qvæ ſub cælô ſunt*; ita ut univerſalis meritò gubernationum omnium mutatio ſic innuatur, qvæ exceptura eſt aliqvando abolitionem monarchiarum mundi; qvippe regnum Chriſti tunc non inchoabitur temporale aut chiliaſticum, verùm omnimoda ſolùm ſubjugatio cunctorum hoſtium hâc indicatur phraſi mundanâ: conf. *Pſ. CX,1.* Non autem circumſpectè ſatis hîc loqvitur *Corn. à Lap.* qvi chiliaſticum qvidem regnum impugnat, ita tamen, ut aſſerat, hocce Chriſti regnum non tantùm fore ſpirituale, ſed etiam *corporale* ac glorioſum, &c. qvod ipſum inchoabit Chriſtus & ſancti in terrâ, mox poſt necem Antichriſti, *tunc enim Eccleſia*, ait, *ubiq; terrarum regnabit, & fiet tàm ex Judæis, qvàm gentibus unum ovile*: id qvod elicit ex verbis, dum non ſuper, ſed *ſubter omne* cœlum id regnum futurum dicitur, i.e. in omni plagâ cœlo ſubjectâ. Deinde claudit, *paulò poſt hoc regnum confirmabitur & glorificabitur in cœlis per omnem æternitatem.* Parùm ab his terrenis recedit *Sanctius*. Hæc ipſa autem qvomodo conciliari qveant cum *Luc. XIIX,8.* ipſe viderit. Tacemus alia.

וִיהִיבַת לְעַם קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין

Detur populo ſanctorum Altiſſimi.) Secundùm fontes: *data eſt populo ſanctorum Altiſſimorum.* Ponuntur hîc (β) majeſtatis modò dictæ participes, nimirum populus fidelium; non, qvòd democratia qvædam nova ſit hîc confingenda, verùm ratione capitis, cui populus hîc adhæret, qvod eſt *Filius hominis*, v. 13, 14. Repete, qvæ diximus ad *v. 18.* Nimirum, qvæ huic capiti competunt, certâ etiam ratione competunt membris; Græci dicuntur imperare orbi, etiamſi id propriè competeret uni Alexandro: qvanqvam & hujus ducibus, imò exercitui univerſo non parum indè accreſceret gloriæ ac felicitatis.

מַלְכוּתֵהּ מַלְכוּת עָלַם *Cujus regnum ſempiternum eſt.*

Prædictæ majeſtati nunc ſuperadditur etiam (γ) conſtantia, qvòd nunqvam hocce regnum ſit habiturum finem, juxta v. 18. & 14.

וְכֹל שָׁלְטָנַיָּא לֵהּ יִפְלְחוּן וְיִשְׁתַּמְּעוּן׃

Et omnes reges ei ſervient & obedient.) Clauditur (δ) obſeqviô ſubditorum honorificô, ſiqvidem omnes *principatus* vel *dominatores*, (forma hæc plur. שׁלטניא ſolummodò hôc extat locô,) regem hunc cœleſtem *colent*, v. 14. obſeqviumq; præſtare cogentur humillimum; id qvòd verbô שׁמע *audivit*, in Ethpaël hîc poſitô, indicatur. Unde tamen non conficitur principum magnatumq; in orbe ſingulorum ad Chriſtianiſmum converſio, verùm ille ſolùm honor, cujus mentio fit *Phil. II, 10.* qvòd in nomine Jeſu genu flectant, &c.

Poriſmata ex Verſu XXVII.

1. Ineffabilis eſt gratia, qvòd æternus Dei Filius miſerrimos homunciones in participationem qvodammodò honoris ſui regii admittat, ita ut regnum, qvod ſolus atq; unus poſſidet, accepturi tamen dicantur ejusdem fideles: Ubi tamen præſupponendum diſcrimen inter dona Filii ſingularia, qvorum ne Angeli qvidem fieri qveunt participes, *Ebr. I, 13.* & inter ea, qvæ accipit pro hominibus, *Pſal. LXIIX. 19. Eph. IV, 8.* Vide qvæ jam ſuprà v. 18. hanc in rem ſunt obſervata.

2. Qvi Chriſtum colere ac venerari renuit in tempore gratiæ, is venerari ipſum cogetur nolens volens in tempore judicii extremi.

VERSUS XXIIX. עַד כָּה סוֹפָא דִי מִלְּתָא *Hucusq; finis verbi.*

Eſt hæc *tertia* ac ultima capitis pars, complectens ſomnii conſeqventia,

qventia, qvorum ſunt tria; Inſignis Prophetæ perturbatio, Exterior aſpectûs mutatio, ſolers in corde aſſervatio. *Finis* autem *Sermonis* reſpicit ad initium ſermonis Angelici *v. 16. & 23.* Vel מִלְּתָא generatim ponitur pro negotiô, æqvè ut apud Ebræos ſignificatum hunc obtinet vox דָּבָר *verbum*, ſive *res*; qvorſum etiam tendunt immediatè hîc ſubſeqventia. מלתא

אֲנָה דָנִיֵּאל שַׂגִּיא רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי

Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar.) iterum Nominativi: *Ego Daniel*, vim habent membri integri: *Me Danielem* qvod ſpectabat, *multùm cogitationes meæ conturbaverunt me*. De cogitationibus vid. *c. II, 29. 30. cap. IV, 16. c. V, 7. 10.* De perturbatione autem conſuli poterit *cap. hujus v. 15.*

וְזִיוַי יִשְׁתַּנּוֹן עֲלַי *Et facies mea mutata eſt in me.*

Vel potiùs: *Vultus*, aut aſpectus *meus priſtinus immutatus eſt*, adeò, ut nec color, nec lineamenta ſerenum animum exprimentia, nec geſtus alii priores in me deprehenderentur. De phraſi hâc itidem actum *cap. V, 6. 9. 10.* Conf. etiam *cap. IV, 33.* Honor meus וְזִיוִי *& ſplendor meus revertebatur ad me*.

וּמִלְּתָא בְּלִבִּי נִטְרֵת׃ *Verbum autem in corde meô conſervavi.*

Studium Prophetæ circa revelationem hanc elicitur ex verbô נְטַר qvòd hîc ſolùm extat, idemq; eſt cum Ebræô נָצַר *ſervavit, cuſtodivit*, tùm altè in memoriâ recondendo, tùm crebriùs illud recolendo, tùm accuratiùs in idem inqvirendo, &c. Vide ſîs, *Prov. III, 21. c. IV, 13. 23. c. VI, 20. Pſ. CXIX. 69.* totô corde meô cuſtodivi præcepta tua. Res autem aſſervata vocatur iterum מִלְּתָא *Sermo*, non nud[illegible]llas Angeli articulatas voces comprehendens, ſed totum hocce ſomnium, qvoad res ſignificantes & rem ſignificatam, ubi tàm viſa, qvàm audita mirabiliter invicem concordabant.

Poriſmata ex Verſu XXIIX.

1. Boni & Diſcipuli & Doctoris eſt, attendere dictorum initium ac finem, æqvè ut Daniel noſter *v. 1.* memini רֵאשׁ *initii*, & h. l. סוֹפָא *finis*. Mutilata namq; rerum cognitio, & cum ſaltuatim ſolùm aliqvid traditur, parùm ædificat, imò multarum perplexitatum, rixarumq; ſolet eſſe cauſa.

2. Etiam ſancti cum Daniele ſuas experiuntur paſſiones, neq; omni

mni perturbatione vacare poſſunt. Imò felix, qvi vividè verbum ſentit operari in ſuô corde, qvi compungitur, *Act. II, 37.* Infauſti antem, qvi præ ſtupore nihil ſentiunt, qvi callum obduxerunt, *Eſa. VI, 10.*

3. Auditorum, imò & Chriſtianorum qvorumlibet hîc traditur officium, exemplô ſcil. Danielis in corde bonô aſſervare perceptum Dei verbum, *Luc. IIX, 15.* ne brevi evaneſcat, frivolis aliis obruatur, &c.

4. Ne ſapiamus ſupra id, qvod ſcriptum eſt, *1. Cor. IV, 6.* Ubi Deus revelationi poſuit finem, ne tu curioſitate tuâ ipſum audeas tranſilire.

CAP. IIX.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

EXpoſitis qvatuor ſummis Mundi imperiis ſpecialior nunc ſubnectitur binorum mediorum deſcriptio, Perſici nimirùm, atq; Græci. Primum Chaldæorum hîc prætermittitur, utpote brevi jam finiendum. Ultimum verò Romanorum copioſiùs jamjam erat declaratum, *cap. VII.* Qvatuor verò conſtitui poterunt præſentis Capitis partes, ita ut (1) generatim viſionis præcedant Prolegomena, *v. 1. & 2.* (2) Ipſa ſeqvatur viſio *v. 3. ad 15.* (3) Viſionis interpretatio, *v. 15. ad 27.* & (4) deniq; interpretationis viſioniſq; conſeqvens *v. 27.*

EXPLICATIO TEXTUS.

בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ לְמַלְכוּת בֵּלְשַׁאצַּר הַמֶּלֶךְ׃

Cap. IIX, Vers. I. *Annô tertiô regni Balthaſar Regis,)* Idiomate Chaldaicô, qvô inde à *Capite II, 4.* uſus fuerat hactenùs Propheta noſter, ſepoſitô, reſumitur nunc lingva vernacula Ebræa, fortè, qvia ſeqventia in gratiam præcipuè Ebræi populi, ut velut arcana ſecum aſſervaret, ſunt conſignata, qvæq; gentiles reſciſcere non erat opus. In *primâ* autem hâc Capitis parte notatur (1) Tempus, Annus videlicet Balthaſaris tertius; adeòq; inter hanc & præcedentem viſionem integer interceſſit annus, ſiqvidem *c. VII, 1.* annus Balthaſaris agebatur primus, cùm qvatuor in ſomniô conſpiceret belluas, Monarchiarum totidem figuratrices. Unde ſimul conſtat, florente adhuc Chaldæorum regnô primô, jamjam conſtitiſſe Vati noſtro de eventibus

Digitized by Google

bus planè ſingularibus regni & ſecundi & tertii ſubſecuturorum. Qvos eventûs ipſe poſt biennium demum articulatiùs, ut hîc videmus, cognovit, cùm qvartæ beſtiæ expoſitio uberior mox ſub viſionis prioris tempus ipſi contigiſſet, *c. VII, 23.* Nonnulli trienniô: alii decimô qvartô ante everſionem Monarchiæ Chaldaicæ annô hæc contigiſſe cenſent: *Sanctius* planè hôc eôdem annô tertiô interitum Belſazaris inſtitiſſe opinatur; qvam tamen controverſiam Chronologis decidendam relinqvimus, cùm viſioni noſtræ in ſe nihil ex hâc temporis circumſtantiâ decedat.

חָזוֹן נִרְאָה אֵלַי אֲנִי דָנִיֵּאל *Viſio apparuit mihi: Ego Daniel:*

Potiùs: *Viſio viſa mihi, mihi inqvam Danieli.* Succedit (2) *Viſio*, tanqvam objectum aut materia narrationis ſecuturæ; qvâ de voce repeti poterunt dicta, *c. I, 17.* (3) Revelationis modus continetur verbô Paſſivô נִרְאָה *conſpecta fuit*; qvô ipſô fortis evidens atq; infallibilis in intellectu facta impreſſio infertur, æqvè, ut illa, qvæ propriis conſpeximus in juſtâ diſtantiâ oculis, omnium minimè nos fallunt, aut latent. ראה Qværis, num viſio hæc fuerit ſolùm mentalis, ſive ſomnianti, ſive in Ecſtaſi vigilanti communicata? Vel, num fuerit ſenſualis, ita ut in corporis ſimul oculos incurrerit conſpicuum aliqvod in aëre phantaſma? Reſp. neutrum prorſus apodicticè poſſe vel aſſeri, vel impugnari. Ex verbô אָקוּם *ſurrexi* v. 27. nonnulli colligunt decubitum dormientis in lectô; qvomodo *Theodoretus* qvoq; & cum ipſô *Maldonatus* de ſomniante hæc autumant intelligenda; atq; ſic diſertè Syrus: Vidi בְּחֶלְמִי *in ſomniô meô*: Verùm potuit etiam ſurgere è terrâ, in qvam præ debilitate deciderat, æqvè ut *cap. X, 9.* ſimilia ſibi contigiſſe comemorat Daniel. Sic, qvod *v. 3.* ſe oculos ſuos elevaſſe, ait, itidem accipi poteſt tàm de motu oculorum externô ac ſenſibili, qvàm de actu imaginariô, qvomodo ſomnium referentes dicunt, ſe iviſſe huc aut illuc, ſe volaſſe, ſubmerſos fuiſſe, qvanqvam nihil horum realiter ipſis contigerit. *Grotius* exiſtimat, hæc apparuiſſe non ſecundùm qvietem, ſed ἐν ὀπτασίᾳ, qvi gradus revelationis habetur perfectior. Ita *Oecolampadius* qvoq; viſionem præcedentem dormienti, hanc vigilanti oblatam opinatur. Qvicqvid ſit, id ex voce חָזוֹן v. 2. colligitur probabiliter, cùm *in viſione* Daniel hæc viderit, nihil in ſenſus externos verè ac realiter incurrens conſpectum tunc fuiſſe, ſed menti vel phantaſiæ ſolùm oblata hæc fuiſſe cœlitùs, ita ut nemo, etiamſi Danieli viciniſ-

Digitized by Google

ſimus, cognoſceret ea, qvæ videbat hic illuminatus. Sufficiat, certitudinem indicari ſingularem, æqvè ut aliàs ſenſus viſus pro nobiliſſimô, celerrimô certiſſimôq; haberi communiter ſolet. (4) Perſona videns eſt ipſemet Daniel; non, ut alibi Nebucadnezar cap. II, 4. 5. qvâ de cauſâ etiam duplex videtur adhiberi pronomen, tùm affixum in אֵלַי *ad me*, tùm integrum אֲנִי *me*, imò inſuper ipſummet nomen Prophetæ apponitur proprium, *Danielem*: cujusmodi pleonaſticam locutionem jam ſuprà qvoq; vidimus c. II, 29. *Spiritus meus* אֲנִי *mei, Danielis*, inqvam, &c. Neq; tamen erit opus, cum *Maldonatô* hæc referre ad Chaldaiſmum, qvippe cùm Ebræis ſimilia qvoq; ſuppetant exempla, ſicut videre eſt in Troſtii *Gram. p. 125.* aliisq;. De cæterô, qvàm inconvenienter ipſa hæc viſio commemoretur à Joſephô, prolixiùs perſeqvitur ac refutat Salianus *T. 1. Annal. f. 438. ſeqq.*

אַחֲרֵי הַנִּרְאָה אֵלַי בַּתְּחִלָּה׃

Poſt id, qvod videram in principiô.) Pertinent hæc ad membrum primum, temporis videlicet circumſtantiam, ita ut connexio ſimul inſinuetur tacita hujus cum præcedente viſionis, qvæ contigerat annô Belſazaris primô, *c. VII, 1.* adeoq; בתחלה *in principiô regni.* Vox הַנִּרְאָה hîc commodiſſimè accipitur tanqvam participium: *poſt viſum* (ſcil. חזון viſionem :) cum proximè, iisdem licèt punctis, fuiſſet tertia præteriti Niphal. Et qvidem annotante *R. Salomone ben Melech*, הַ eſt relativum locô אֲשֶׁר poſitum, cujus generis exempla ſunt, *Pſ. XXXIV, 13.* הֶחָפֵץ *qvi vult*: Pſ. XLIX, 7. הַבֹּטְחִים *qvi confidunt*, Pſ. LXVI, 9. הַשָּׂם *qvi ponit, &c.*

VERS. II. וָאֶרְאֶה בֶּחָזוֹן וַיְהִי בִּרְאֹתִי וַאֲנִי בְּשׁוּשַׁן הַבִּירָה אֲשֶׁר בְּעֵילָם הַמְּדִינָה׃

Vidi in viſione meâ, cùm eſſem in Suſan caſtrô, qvod eſt in Elam regione.) Ut verba initialia adhuc ad revelationis pertinent modum; ita reliqva (5) loci circumſtantiam exponunt, qvi fuit *Suſan*. Erat autem hæc Perſarum Regia, à Cyrô præſertim ad id dignitatis evecta, ob loci oportunitatem, cò qvòd in finibus Aſſyriæ, Perſidis & Mediæ eſſet ſita, uti habet Strabo *l. XV. fol. m. 500.* qvi ſimul meminit, Suſianos nunqvam magni qvid attentaſſe, ſed fideles ſemper in ſuâ perſtitiſſe ſubjectione, &c. item conditorem urbis hujus tradi Tithonum, eam ambitu 120. ſtadiorum, figurâ oblongâ fuiſſe, cujus arx dicta

Digitized by Google

dicta Memnonium à Memnone Tithoni Patre; Regiam ibi exornatam vel maximè, ubi gaza & theſauri & monumenta Perſarum; item Suſa in mediterraneis ſita fuiſſe trans Choaſpen flumen juxta Pontem, vel (juxta Caſaub. *in notis ad h. l.*) paulò ulteriùs, aut à mari remotiùs, qvàm ſit pons ei flumini ſuperſtructus, è qvô unô ex omnibus fluminibus (notante Herodotô *in Clio fol. m. 34.*) Suſa præterfluente rex potat, aqvis illis decoctis ubivis regem comitantibus, &c. Idem Strabo *fol. 502.* ait, Cyrum qvicqvid pecuniæ in Perſiâ erat, exportaſſe εἰς τὰ Σοῦσα, qvanqvam & ipſa jam theſauris & ſupellectile eſſent plena: it. Suſis inventa fuiſſe talentorum ſexaginta millia. Addit ibidem, fervidum illîc & æſtuoſum eſſe aërem præſertim circa urbem, adeò ut lacertæ & ſerpentes per æſtatem, dum Sol eſt in meridie, urbis vias tranſire non poſſint, ſed in mediis intercepta concrementur, qvod nusqvam in totâ Perſiâ contingat, qvanqvam magis verſùs Auſtrum vergente: unde etiam tectis terra ad duos cubitos imponenda, domibus ipſis propter onus exiguis & anguſtis, cùm longis trabibus careant, &c. *ibid. fol. 503.* de frumenti illîc abundantiâ commemorat, eam eſſe tantam, ut hordeum & triticum in planitie centuplum ferat, nonnunqvam etiam ducentuplum, &c: Meminit urbis hujus etiam Solinus *c. 58. (63.) memorab.* in qvem locum *Draudius* notavit, hâc in urbe nobilem fuiſſe Cyri regiam, è candidô variôq; marmore, columnis aureis magnâq; gemmarum copiâ exornatam, cœli in lacunaribus habentem ſimulacrum, ſtellis micantibus inſignitum, dictamq; putat Suſanam urbem à liliorum copiâ, qvæ illorum (imò Ebræorum etiam) lingvâ dicuntur שושן, addit, propè eam qvasdam dari aqvas, qvæ edentulos ſtatim efficiant bibentes. Ariſtagoras Mileti Tyrannus *apud Herodotum in Terpſichore fol. m. 134.* de Suſis ait, tantos illîc fuiſſe theſauros, ut ſi Cleomenes hanc urbem ceperit, *jam de divitiis cum Jove poſſit certare*; de qvibus ipſis etiam theſauris non pauca habet Diodorus Siculus *l. 17. Bibliothecæ fol. m. 597.* (vel 540.) Confer etiam, ſi lubet, de urbe hâc *Curtium L. 5.* (ubi dicit, Alexandrum incredibilem illinc egeſſiſſe ex theſauris pecuniæ ſummam, qvinqvaginta millia talentorum argenti non ſignati, &c.) Plutarchum *in Artax.* & Plinium *l. 6. nat. hiſt. cap. 27.* Mentio ejus fit in ſacris, *Eſth. I, 2. 5. c. II. 3. 5. 8. c. III. 15. c. IIX, 14. c. IX, 11. 12. Neh. I, 1.* Si noſtrum attendamus textum, deſcribitur hæcce urbs Suſan tùm ratione dignitatis, qvod ratione ædificii imprimis regii ſeu arcis fuerit בִּירָה *palatium*, qvi titulus aliàs competit בירה

 ædifi-

ædificiis regiis *1. Paral. XXIX, 1.* temploq; Domini, *ibid. v. 19. & Neh. II, 8.* item arcibus ſeu propugnaculis, qvalia in Judæâ exſtruxerat Joſaphat, *2. Paral. XVII, 12.* & Jothan *c. XXVII, 4.* (atq; hôc modô *Polybius l. 5.* tradit, Molonem cùm multas Antiocho Magno urbes abſtuliſſet, inq; his & Suſan; arcem tamen diu multumq; tentatam expugnare haut potuiſſe:) tùm ratione ſituationis, qvòd *in provinciâ Elam* extiterit. Ubi Elam (Semi aliàs filius, *Gen. X, 22.*) ponitur pro terrâ à poſteris ejuſdē habitatâ, i.e. pro Perſiâ, veluti conſtat è *Gen. XIV, 1. & 9. Eſ. XI, 11. c. XXII, 6. Act. II, 9.* Vide sîs Bochardi *Phaleg. f. 78.* ubi multis oſtendit, Elam idem eſſe cum Elymaide, item Suſios ac Elymæos vicinos qvidem, ſed tamen diverſos fuiſſe populos, ſecundùm *Strabonem* l. c. nec non *Eſr. IV, 9.* qvanqvam h. l. Elam accipiatur latiùs; ita ut vicinas aliqvot provincias ad Eulæum amnem includat, Gabianam puta, Carbianam, Maſſabiticam, qvas Elymæis attribuit Geographus. Convenit in hôc etiam *Pererius* cum Bochardô, qvi *pag. m. 483.* opinatur, antiqvitùs omnem illam regionem, qvæ eſt infra & ſupra Eulæum, dictam fuiſſe Elamiticam; qvanqvam poſteà creſcente Suſianorum claritate factæ ſint duæ provinciæ, intermediô Eulæô diſtinctæ.
מדינה Vide sîs etiam L'Empereur *ad Jacch. pag. 140.* Qvæ de voce מְדִינָה provincia, (incongruè enim *Symmachus* hîc habet ἐν αἰλὰμ πόλει, & nonnulla Vulgati exemplaria: *Civitate*, favente *Maldonatô* aliisq; ;) notavimus *Cohel. II, 8.* nolumus hîc repetere. Qvæ de caſtrô, cujus hîc locô
בירה Ebræi בִּירָה meminit *Vulgatus*, afferre ſolent Papiſtæ, nolumus diſcutere; cùm Suſah omninò potuerit Danielis tempore eſſe arx, licèt nondum eſſet urbs, vel regia ſedes. Imò urbs & arx conjunctæ ſolent eſſe hodiè. Movetur autem hîc non abs re dubium, qvomodo Daniel in Perſiæ regiâ degere potuerit, dum adhuc Chaldæorum floreret Monarchia, ſub Belſazare? qvod ipſum *Dionyſius Carthuſianus* ſibi inexplicabile confeſſus eſt *in Comment. h. l.* Verùm reſponderi poteſt, hoc ipſum dici vel de exiſtentiâ imaginariâ, qvòd Daniel ſibi viſus fuerit verſari in Suſanâ illâ regiâ, qvomodo *Ezechiel c. IIX, 3. & c. XL, 2.* Hieroſolymis, alii alibi; (ita *Theodoretus, AbenEſra, Vatablus, Calvinus, Polanus, Belga, Sanctius, Corn. à Lap. Fernandius,* &c.) Vel accipi hoc ipſum poteſt de præſentiâ reali, ita ut tum temporis Suſiana regio, tanqvam Babiloniæ contermina, (ut eſt apud *Strabonem* locô cit.) ſubfuerit Chaldæorum imperio, qvanqvàm poſteà, Cyrô rerum potitô, communiter à Coſmographis hæcce urbs, tanqvàm regia ſedes facta,

Perſiæ

Digitized by Google

Perſiæ ſtatuatur portio præcipua, ita *Pererius*. Qvâ ipſâ hypotheſi ſtante, (Suſan tùm ſubfuiſſe Chaldæis,) *Polani* ruunt argumenta pleraq; contra præſentiam Prophetæ realem; qvanqvam & nos ecſtaticam cum ipſô lubentes ampleĉtamur: præſertim cùm infrà *verſ.27.* Daniel poſt acceptam hanc viſionem ſuperatamq; invaletudinem, dicat ſe reverſum eſſe ad negotia regis Belſazer conſveta. Et qvidem arcis Suſan, (qvæ decies h.m. appellatur in locis *Eſther* ſuprà allegatis, שׁוּשַׁן הַבִּירָה,) haut dubiè mentio ſimul hìc debuit fieri, eò qvòd præſens viſio Perſarum (qvi ſedem hìc paulò pòſt fixuri erant regiam,) prænunciabat per Græcos debellationem, ejusdemq; urbis ſpoliationem planè memorabilem. *Maldonatus* cum *AbenEſra* cenſet, ideò viſum ſibi fuiſſe Danielem verſari in Suſan, qvòd illinc contra Belſazarem venturus tùm fuerit Cyrus. Verùm qvid hoc ad præſens capitis hujus thema: imò ex Suſan, tanqvam regiâ, tùm temporis venire neqvivit Cyrus, cùm diu pòſt demùm regia illìc fuerit conſtituta, qvàm Chaldæorum regnum eſſet debellatum. Qvanqvam verò Perſici reges Perſepolin interdum, & æſtate Ecbatana, tanqvam in regione montanâ & opacâ ſitum oppidum, ſibi eligerent, ordinaria tamen illorum ſtatio fuit Suſan, ad Eulæum ſita: qvorſum *Athenæi* obſervatio, ab amœnitate urbem hanc ſuum accepiſſe nomen, eò qvòd *Suſan* deſignet *lilium*, &c.

וָאֶרְאֶה בֶּחָזוֹן וַאֲנִי הָיִיתִי עַל־אוּבַל אוּלָי׃

Vidi autem in viſione eſſe me ſuper portam Ulai.) Dennò verbum *vidi* repetit Propheta, non qvidem tavtologicè, ſed attentionis eò fortiùs obtinendæ cauſâ, ut certò ſciremus, non perfunctoriè & obiter, ſed accuratè circumſpectiſſimèq; ipſummet ſingula obſervâſſe. Præfixum proindè (ו) reddi poteſt vel adverſativè, cum Vulgatâ, ו autem
autem, vel ſecundùm alios *inqvam*, *videlicet*; cujusmodi ſignificatus inqvam.
obtinet Gen. XIV, 23. *ſi accepero* אִם *ſi inqvam ex ullâ re*, &c. Eſa. LV,1. וּלְכוּ *venite inqvam*. Haut dubiè verò ipſis his noſtris verbis dilucidiùs adhuc loci determinatur circumſtantia, Prophetam ſcil. viſum ſibi fuiſſe verſari in nobiliſſimâ Elamitarum arce Suſan, qvam ipſam ſuccedentibus annis, extinĉtôq; Belſazare, inſigniter à Cyrô ac Dariô nobilitatam ſuiſmet vidit oculis, tanqvam arietis mox producendi regiam ſedem; & poſtqvam in arce hâc benè contemplatus fuiſſet ſingula, viſus etiam eſt ſibi *eſſe juxta fluvium Ulai*, fermè ut Eze-

Digitized by Google

chieli עַל־ כְּבָר *juxta fluvium Chebar* revelatio non ſemel contingebat, *Ezech. I,3. c. III,23. c. X,22. c. XLIII,3.* imò & ipſi noſtro Danieli juxta fluvium Hiddekel inferiùs *c. X,4.* Fluviorum namq; in regionibus præcipua meritò habetur ratio ob varias commoditates, tùm mercimoniorum, tùm fœcundationis, tùm piſcationis, &c. Tacemus jucunditatem, qvorſum Poëtæ imprimis videntur reſpexiſſe in ſuis fabulis, dùm Muſas Nymphasq; ſuas fluminibus ripisq; oblectari præcipuè ibiq; degere finxerunt. Illud potiùs memorandum, qvod *Sanctius* obſervat, reges Perſiæ ſecum duxiſſe aqvam Suſianam, tanqvam Symbolum imperii Perſici; Sicut etiam è provinciis omnibus habebant ſecum glebam, ut easdem in ſuâ teſtarentur eſſe poteſtate. Indè cùm tradi ſibi vellent civitatem vel provinciam, terram ſibi & aqvam præberi petebant: id qvod de Dariô refert *ex Herodotô l. 4. & 7.* Atq; ſic & h. l. mentio fit אוּבַל־ *fluvii*, ſiqvidem ad qvem conſiſtens etiam mox oſtendebatur aries *v. 3. & 6.* Non uniformiter autem circa vocem hanc ſentiunt Interpretes; *Arabs* ſiqvidem vertit: *ſupra porticum: Syrus*, pauliſper mutatis punctis עַל־ אֲבוּל וּלַי, LXX. & Theodotio nudè reddunt ἐπὶ τοῦ οὐβὰλ, omiſsô ultimô vocabulô וּלַי, ad qvæ ipſa Scholiaſtes Græcus, obſervante *Flaminiô Nobiliô*, annotat, ὄνομα ὄρους περσικοῦ ἀφ' οὗ τὰ τῆς ὁράσεως κατασκοπεῖν ὁ προφήτης ἐδόκει, οὕτως αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἀποδείξαντος, i. e. *nomen montis Perſici, ex qvô ea, qvæ ad viſionem pertinent, contemplari ſibi Propheta videbatur, ſic ſuggerente ei Spiritu.* Eudoxius: ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς, ἐπὶ τοῦ οὐλβὶδ τουτέστι πύλην ἐπὶ γέφυραν τοῦ ποταμοῦ κειμένην, h. e. *aut ſecundum alios interpretes;* ἐπὶ τοῦ οὐλβὶδ i. e. *portam ad pontem fluminis ſitam:* & paulò pòſt notat, οὐλβὶδ idem eſſe atq; οὐβὰλ οὐλά, ſed hoc ampliùs, qvod ſimul etiam ſignificat ad orientem. Pro Ubal, aut ut ipſe habet τοῦ βαλουλὰ, qvosdam interpretes dixiſſe πύλην, *portam*, teſtatur *Theodoretus*. Symmachus, *ſuper paludem Ulai*. Codex Complutenſis, τῆς πύλης οὐλαΐ, (hactenùs ex Flaminiô.) Verùm ſi fontes intueamur ſolos, vocem אוּבַל־ ſimpliciſſimè conferimus cum nomine יוּבַל־, qvæ legitur *Jer. XVII,8.* & *juxta* יוּבַל־ *fluvium mittit radices ſuas:* it. cum יִבְלֵי־ *aqvaductibus*, Eſa. XXX,25. *ſuper omnem collem erunt* יִבְלֵי מָיִם *rivi aqvarum*, &c. & c. XLIV,4. *germinabunt ſicut ſalices juxta* יִבְלֵי *rivos aqvarum*. Proindeq; habitâ ratione ſoni atq; literarum vocis אוּלַי haut ambigimus, *Eulæum* amplexari flumen, cujus & ſuprà meminimus tanqvam nobiliſſimi in Elamitide, cujus

אובל

Digitized by Google

cujus & meminêre *Plin.* L. 6.c.27. *qvòd Suſianam ab Elimaide diſterminet amnis Eulæus --- & per Meſobatenem lapſus circuat arcem Suſorũ;* it. *Strabo* ac *Solinus* ſuperiùs laudati. Hôc igitur modô de fluviô Ulai interpretantur etiam *R. Salomon & AbenEſra*; qvi poſterior adjicit, literam א in אובל ſuſtinere vices literæ (ו); eò qvòd hujus inſtrumenti literæ alioqvin facilè permutentur invicem. Simili modô etiam *R. Salomon Ben Melech.* Fluvium hunc tùm Eulæum, tùm Choaſpen fuiſſe appellatum, conjicit *Sanctius*, aliisq; probat exemplis, v.g. Danubii, qvi & Iſter vocatur, Tigris, qvi & Diglito, Euphratis, qvi & Pyxiratus, &c. *R. Saadia* tamen interpretatur פתח שער הבנין *oſtiô portæ ædificii* vel arcis, dictô Ulai, eò qvòd non conſtet de fluviô in arce Suſan; apud Talmudiſtas verò infreqvens non ſit ſignificatus vocis אבולח *porta*, (eadem ferè habet etiam Grotius:) Qvicqvid verò ſit de fluvii intra arcem Suſan abſentiâ, ſermo Danieli non eſt, ſe eô ipſô, dum in Suſan fuit, ſimul ac eôdem temporis articulô fuiſſe qvoq; juxta fluvium, cùm more viſionum Propheticarum hæc ambo ſubordinata eſſe potuerint facilè. Atq; ſic de fluviô etiam *B. Lutherus*: Am Waſſer Ulai. It. *Belga*, de fluviô Eulæô, urbem Suſan præterlabente. Qvæ Jacchiades hîc affert de Daniele ſolicitô circa אובל *certum*, & אולי *dubium ſeu ambiguum*, num ſcil. reducturus omninò ſit Deus captivitatem vel non, indigna ſunt refutatione, ſunt ſomnia ſubtilia de ſomniô.

Poriſmata ex Verſu I. & II.

1. Viſiones Propheticæ non qvotidianæ ſemper aut continuæ fuerunt, verùm longioribus nonnunqvam interſtitiis disjunctæ; veluti h.l. *tertiô* demum *annô* ſecuta eſt viſio prioris ante triennium factæ declarativa. Patienter itaq; ferendæ divinæ moræ. Imò hinc colliguntur revelationum illuminationisq; diſtincti gradus. Ut in pueris de die in diem augetur rationis uſus, ita in doctrinæ etiam cœleſtis ſtudioſis ſcientia ſuperna.

2. Rerum earundem (ſicut h.l. Monarchiæ Græcæ deſcriptio, jamjam capite ſeptimô præmiſſa, videri poterat,) *repetitio* nemini videatur ſuperflua vel moleſta; ita namq; tùm confirmamur ſolidiùs, tùm in unô alterôq; erudimur diſtinctiùs. Qvorſum facit ſomnii iteratio, *Gen. XLI, 32.* it. Philip. III, 1. *eadem me ſcribere*, &c.

3. Scriptura, qvæ in unô locô tradidit ſuccinctiùs obſcuriùsq;, in alterô

alterô deducit prolixiùs ac planiùs, idq; eò, ut tantò freqventiùs in eâdem ſit noſtrum ſtudium, neminemq; pigeat evolvere divinos codices, qvi theſauros ſuos diverſis occultarunt in locis: fermè ut belli tempore milites in cellis atq; agris, repertâ ſolùm qvalicunq; pecuniæ portiunculâ, totos tamen pergunt ſubruere campos, ſpe nanciſcendi adhuc plura.

4. Mordacitati hîc ſuæ indulgere voluit *Polanus*, qvi *pag. 622.* noſtratium ſinceritatis primævæ tuendæ ſtudium pungit, dum Crypto-Calvinianorum, & imprimis Melanchthonis, detexerunt technas, Auguſtanam Imperatori exhibitam confeſſionem privatô ſtudiô adulterantium; idq; ſub prætextu hôc, ac ſi noſtrates noluerint in veritatis agnitione proficere, ſed in antiqvô errorum lutô libentiùs hærere. Verùm qvid de falſatione iſta ſtatuendum ſit, docebit B. Dorſchæus *Diſp. de Auguſt. Confeß pag. 133.* D. Himmelius im Calviniſchen Schaaffs-Beltz / nec non Brochm. *part. 4. Apologiæ pag. 2616.* latè.

5. Etiam in aulis contingere poſſunt revelationes divinæ, ſicut hîc in arce Suſan.

6. Flumina, fontes & in univerſum aqvæ cæteræ, magnæ ſunt & jucunditatis & utilitatis, undè ad eas recreationis cauſâ deambulari ſolet, *Exod. VII,15. c. IIX,20.* &c. imò ponuntur qvandoq; myſticè pro ſignificandis tyrannis potentiſſimisq; exercitibus, *Pſal. XCIII,3. Eſa. IIX,7.8. c. LIX,19. Jer. XLVI,7.8. Apoc. XVII,15. &c.* Qvod ipſum ad præſentem qvoq; non parùm facit materiam, ubi juxta flumen Perſicum Perſici dominatûs oſtenditur futura diminutio. Notetur tamen ſimul mundanorum fluxa fugacitas; qvæ hodiè adſunt, cras apparent nusqvam; nunc creſcunt, mox decreſcunt, &c. qvapropter hæc ſpeculare, neqvaqvam verò immergere.

7. Ex temporis circumſtantiâ hanc elicit *Oecolampadius* obſervationem, non nimis gaudendum eſſe de liberationis alicujus appropinqvatione, cùm aliæ reſtare ſoleant plerumq; novæ adverſitates. Annus enim Belſazaris tertius ex ſententiâ Ebræorum, fuit regni Chaldaici ultimus, adeòq; inchoavit brevi pòſt Perſarum imperium, vel captivitatis ſub Cyrô facta ſolutio. Prædicitur tamen hîc miſeria Eccleſiæ ſub Antiochô nova. Nimirum *nunqvam bella piis, nunqvam certamina deſunt.*

VERSUS III. וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֵרֶא *Et levavi oculos meos & vidi.*

Tertiâ jam vice repetitur verbum *Et vidi*, haut dubiè ad exprimendum

Digitized by Google

mendam rei certitudinem. Simul etiam præmittitur *elevatio oculorum*; qvâ ipſâ removetur omnis ſive ſocordia ac ſomnolentia, ſive rerum à propoſitô alienarum conſpectio ulterior. Ipſamet hæc phraſis legitur Gen. XXXI, 10. *& levavi oculos meos, & vidi in ſomniô:* Pſal. CXXIII, 1. *ad te levavi oculos meos;* Ez. IIX, 5. *& levavi oculos meos verſus ſeptentrionem:* Dan. X, 5. *fui juxta fluvium magnum Chiddekel, & levavi oculos meos & vidi, & ecce vir, &c.*

וְהִנֵּה אַיִל אֶחָד עֹמֵד לִפְנֵי הָאֻבָל

Et ecce aries unus ſtabat ante paludem.) Abſolutis prolegomenis *altera* demum nunc inchoat pars, viſionem recenſens ipſam, in qvâ ſpectaculum *primum* præbet אַיִל *aries*, qvalis ab Abrahamô repertus offerebatur locô filii, *Gen. XXII, 13.* it. in cultu ſacrificiali priore, *c. XV, 9.* hujus etiam animalis creberrima in cultu Moſaicô fit mentio, *Levit. IX, 2. ſeqq. c. V, 15. ſeqq. c. XVI, 3. 5. Num. VI, 14. c. VII, 15. ſeqq.* haut dubiè verò reſpectus hîc habetur tùm ad robur, qvô pollet hocce animal præ ovibus reliqvis, tùm ad ductum, qvô antecedere ſolet totum gregem, qvâ de cauſâ etiam magnates ducesqve populi ſub hôc arietum ſchemate deſignari ſolent, v. g. Ezech. XXXIX, 18. *carnem heroum comedetis, & ſangvinem principum terræ bibetis,* אֵילִים *arietes, juvencos, &c. c. XXXIV, 17. ecce ego judico inter pecudem & pecudem, inter arietes & hircos;* Cornelius à Lapide ſimul pugnacitatem cenſet ſubindicatam, ſiqvidem *aries*, qvamprimùm creverunt cornua, fit pugnax: qvapropter etiam Romani, cuipiam illaturi bellum, arietem præmittebant per fecialem in fines hoſtium. Deſcribitur verò hic aries (א) à numerô, qvod *unicus* fuerit, eô ſcil. modô, ſicut & aliàs gregem non niſi aries unicus ſolet antecedere. Deindè (ב) à ſitu, qvòd *ſteterit*, inſtar parati ad conflictum, aut inſtar pro grege excubiantis: tardorum namqꝫ & ægrotantium vel debilitatorum eſt humi cubare. (ג) à locô: *ante* אֻבָל *flumen*, cujus in ſeſe ſuſcepiſſe videbatur tutelam, adeò ut nulli gregi alteri liberum fuerit hinc potum petere, aut ipſô frui ad lotionem, refectionem, &c.

וְלוֹ קְרָנַיִם ***Habens cornua.***

Succedunt (ד) partes arietis, videl. קְרָנַיִם *bina cornua*, per dualem numerum diſertè ſatis indicata, qvanqvam Vulgatus eundem haut expreſſerit. Et qvanqvam clara adeò ſit litera, nihilominùs tàm impudens eſt h. l. *Grotius* ut ſcribat, *rectiùs* Joſephum poſuiſſe *κέρατα*

Digitized by Google

πολλὰ, utut in Ebræô ſit Dualis, qvum multi reges fuerint, qvi h. l. per cornua indicentur. At expreſſè unum dicitur alterô excelſius, it. *v. 7.* comminuit שְׁתֵּי *duo* cornua ejus. Nil verè in ſacris uſitatius, qvàm *cornuum* nomine indicari robur, qvô qvis vel ſe defendit, vel aliis damna inferre novit: Videantur dicta *c. VII, 7.* de decem cornibus animalis qvarti. Ipſam loci præſentis interpretationem percipiemus infrà *v. 20.*

וְהַקְּרָנַיִם גְּבֹהוֹת *Et cornua excelſa.*

Scil. erant, h. e. communem regum orbis aliorum potentiam inſigniter antecellebant, adeò ut cornuum celſitudo hîc in viſione conſpectâ monſtroſam qvodammodò effecerit arietis figuram.

וְהָאַחַת גְּבֹהָה מִן הַשֵּׁנִית *Et unum excelſius alterô.*

Sicut proximè poteſtas, ita nunc poteſtatis in utrôq; cornu diſparitas, attentionem merebantur ſingularem in ſpectatore noſtrô, æqvè ut aliàs movere nos ſolent fortiùs, ſi oculus v.g. alter in homine vel animali obviô magnitudine excedat alterum, ſi brachium unum ſit alterô longius, ſi aliqvis cum Artaxerxe ob manum dextram alterâ longiorem mereatur dici Longimanus, (teſte *Plutarcho in Artaxerxe,*) &c.

וְהַגְּבֹהָה עֹלָה בָּאַחֲרֹנָה׃ *Atq; ſuccreſcens.*

Veriùs juxta fontes: *Et excelſius aſcendebat poſteriùs.* Qvô ipſô tacitè ſubinnui videtur, cornua iſthæc bina ſub initium fuiſſe viſa paria, ita tamen ut ſenſim eminere inciperet unum præ alterô, idq; brevi ante arietis cladem. Ita namq; Medorum ac Perſarum regna pari velut passu ambulabant, cùm finem ſuum caperet Monarchia Chaldæorum prima, poſteà verò Perſarum vis non parùm provehebatur magnanimitate victoriisq; Cyri, cujus milites Perſici numerô qvidem Medis erant multò inferiores, at robore & exercitatione multò clariores melioresq;, teſte *Xenophonte.* Et tametſi Cyrus Dario pro ſuâ modeſtiâ ubivis ceſſerit, tandem tamen hujus ſui ſoceri hæres factus, Perſarum etiam vires reddidit ſubindè conſpectiores.

רָאִיתִי אֶת־הָאַיִל מְנַגֵּחַ יָמָּה וְצָפוֹנָה וָנֶגְבָּה

VERSUS IV. *Poſteà arietem vidi cornibus ventilantem contra occidentem & contra aqvilonem & contra meridiem:)* En (הִ) arietis actiones, violentâ videl. latiſſimamq; adverſantiû obviorumq; omnium invaſionem, indicatam voce נָגַח, qvæ eſt, *cornu feriit, feriendo*

נגח

læſit,

Digitized by Google

læſit, in terram proſtravit, ſupplantavit, &c. reperiturq́; iſta radix de animalibus petulcis, v.g. bove hominem cornu feriente vel jumentum, *Exod. XXI, 15. 28. 31. 32. 36.* Hinc figuratè uſurpatur de ſuperatione hoſtium, v.g. *1. Reg. XXII, 11. & 2. Paral. XIIX, 10.* ubi Zedekia Pſeudopropheta cornibus ferreis ſibi adaptatis dixit regi; *his* תְּנַגַּח *feries Aramæos, donec conſumas eos:* ita de Joſephô dicitur Devt. XXXIII, 17. *cornua unicornis cornua ejus, ipſis* יְנַגַּח *cornu petet populos ſimul usq; ad fines terræ:* Pſ. XLIV, 6. *per te* נְנַגֵּחַ *cornu petemus hoſtes noſtros, in nomine tuô conculcabimus inimicos noſtros:* Ez. XXXIV, 21. *cornibus veſtris* תְּנַגְּחוּ *petiiſtis omnes infirmas* (pecudes), *donec diſpergeretis eas forás.* Semel deniq; in Hithpael redit infrà Dan. c. XI, 40. *tempore finis* יִתְנַגַּח *cornu petet* illum rex Auſtri, &c. E qvibus facilè colligitur regni hujus tùm petulantia, tùm furor erga adverſantes, tùm damni omnis generis illatio, tùm vicinarum gentium perterrefactio, profugatio, ſubjugatio, &c. Simul verò dominii hujus victorioſi exprimitur amplitudo mentione trium orbis plagarum, *Occidentis,* (indicati voce יָם *maris,* qvippe mediterraneum Palæſtinæ eſt occidentale,) *Aqvilonis & meridiei;* eò qvòd undiqvaq; vicinis gentibus illata vis, & indies velut ſerpſerit latiùs regni Medo-Perſici poteſtas. Oriens omittitur, fortè qvia Perſæ ipſi orientis populus in ſacris nominantur: Vel ſecundum *Aben-Eſram;* cornu feriit ad dextram & ſiniſtram, ut & antrorſum, non verò retrorſum, *qvia ex oriente venit,* juxta *Eſa. XLVI, 11.* æqvè ut Alexander venit ab occidente, mox *v. 5.* Per *occidentem* igitur h. l. intelligimus inſulas maris mediterranei, qvippe qvæ pleræq; paruerunt Perſis, ut videre eſt ex bellô Xerxis contra Græcos, cujus meminit etiam *Theodoretus;* his ipſis addimus etiam Syriam, Cappadociam & Aſiam minorem. *Meridiem* verſus Perſæ oppugnarunt Ægyptum, Arabiam, Indiam, Æthiopiam & Lybiam; & deniq; verſus *Septentrionem* Scythiam, gentes Ponticas, Lydiam, Armeniam, Iberos, Albanos, Colchos, Casbios, &c. Omnium harum provinciarum Domini ab hôc ariete è ſuis velut ſtabulationibus ac pabulis ejecti ſunt, adeò ut nemo non huic ſe ſubmitteret invaſori animoſo. Confer *Eſth. I, 1.* de centum viginti & ſeptem provinciis, it. *Dan. VII, 5.* de tribus coſtis in ore urſi, qvas de tribus mundi plagis nonnulli intellexerunt.

וְכָל־חַיּוֹת לֹא־יַעַמְדוּ לְפָנָיו וְאֵין מַצִּיל מִיָּדוֹ

Et omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei, neq; liberari de manibus

nibus ejus.) Pertinent hæc ad dominium ſubjugationesq; modò memoratas, ita ut tàm arietis actiones, qvàm beſtiarum populorumve vicinorum paſſiones, meritò ſibi invicem ſubjungantur. Adeòq; ſic ſpectanda hîc veniunt *tùm* animalia, eademq; omnia, h. e. gentes atq; nationes omnis generis, qvæ cum Perſis Mediſq; ad eandem eqvidem pertinebant claſſem, (æqvè ut Aries eſt de genere חַיּוֹת *animalium*, ſive domeſticorũ ſive ſylveſtrium,) verùm formidine hujus arietis adeò perculſæ erant, ut eidem ſe qvàm maximè impares inferioreſq; æſtimarent; *tùm* animalium horum impotentia, in phraſi *neqvaqvam in conſpectu alicujus ſtare*, h.e. præſentiam ejus auſteram hoſtilemq; qvàm minimè ſufferre poſſe, longiſſimè eundem fugere, &c. (Vid. Pſ. CXXX, 3. *qvis ſtabit?* Apoc. VI, 17. *non ſtare coram judice:* Prov. XXVII, 4. *qvis ſtabit coram invidiâ*, &c.) *tùm* deniq; defendentis liberantisvè abſentia: nemo ſiqvidem opponere ſe audebat huic Monarchiæ in gratiam debilium, etiam iniqviſſima innocenter patientium: vide de phraſi hâc, *& nemo eripiens de manu meâ, Devt. XXXII, 39. Judic. XIIX, 28. Job. V, 4. c. X, 7. Pſ. VII, 3. Pſ. L, 22. Pſ. LXXI, 11.* Qvoad hiſtoriam pertinet huc conatus Crœſi, qvi fœdere junctus erat Belſazari, adeòq; contra Cyrum ſubvenire ipſi nitebatur atq; aſſiſtere, ſed fruſtrà, apud *Herodotum lib. I.* & Xenophontem *l. VI. pædia Cyri.* Manum verò arieti hîc tribui mirabitur nemo, qvi eandem pro poteſtate aliàs freqventiſſimè poni nòverit, præſertim in hâc ipſâ phraſi: *eripere de manu gladii, leonis, &c.* Qvoad negativam ſigno univerſali propoſitam, (*omnes beſtiæ non*, h. e. nulla beſtiarum omnium,) vide ſîs dicta *cap II, 10. & 35.*

וְעָשָׂה כִרְצֹנוֹ וְהִגְדִּיל׃

Fecitq; ſecundum voluntatem ſuam & magnificatus eſt.) Sicut anteà figuratô *cornupetendi* vocabulô indicabatur truculenta atq; petulans obviorum qvorumlibet invaſio, ita nunc verbis propriis idẽ exprimitur nonnihil dilucidiùs, dum *egiſſe* hoc regnum dicitur *ſecundùm voluntatem ſuam*, h.e. juxta *c. V, 19.* interpretationem, *qvem volebat, interficiebat, & qvem volebat, in vitâ conſervabat:* Bella inferebat non ſemper ex juſtâ ultione, ſuive juris aſſertione, verùm ſpe gloriæ, lucri, &c. Sic in imponendis tributis ac oneribus, in ferendis legibus, in auferendis privilegiis, & qvæ alia ſolent eſſe in aulis negotia, non rarè obtinebat vulgatum illud: *Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.* Adjunctum deniq; actionum harum et omnium eſt ſplendor peculiaris, indicatus

voce

Digitized by Google

voce הִגְדִּיל *magnificè egit*, incomparabilem cunctisq; aliis eminentiorem ſe præſtitit; veluti idem hoc vocabulum habetur *Cohel. I, 16.* הִגְדַּלְתִּי *magnificè egi, addidiq; præ anteceſſoribus*, &c. Thren. I, 9. *magnificè egit inimicus*: item *Pſal. XXXV, 26. Pſal. CXXVI, 2, 3. Jerem. XLIIX, 26. 42. Joel. II, 2. 21.* Objici hìc poſſet Cyri ipſiusmet per Tamyrin Scythasq; illata clades ingens: Verùm ſtragem illam pro nihil habuit Perſarum regnum, cùm Cyri partes mox ſuppleverit Cambyſes filius, regum & ipſe potentiſſimus. גדל

Poriſmata ex Verſu III. & IV.

1. Qvisq; ad cognoſcendum ea, qvæ revelavit Dominus in verbô, alacrem, attentum ac perſpicacem ſe gerat, qvoad poteſt; æqvè ut hìc *viſionis ſuæ* non ſemel meminiſſe videmus Danielem. Amove igitur oculos à vanis, à non neceſſariis, à turpibus, &c. ad ſalubria, vera, neceſſaria, v.g. de Dei voluntate legali ac Evangelicâ, de regnô Chriſti, &c. Abſtrahe, ô homo, curas à temporalibus ad æterna, qvorſum tendis indiesq; accedis propiùs.

2. Regnum, qvod hodiè ſtat, cornibusq; ſuis horrorem incutit univerſis, cras poteſt cadere ac ſupplantari, ad inſtar arietis h.l. Semper namq; supereſt ferrum comminuere valens cornu etiam duriſſimum *Jer. XV, 12. Zach. I, 19.* Imò imperium, utut coram mundô ſit aliqvid qvàm maximè formidabile, coram Deô tamen ſe habet inſtar arietis aut hirci coram laniô, à qvô jugulari poteſt ſoletq; inopinatò ac citiſſimè. Aries etiam commonefaciat Magiſtratum officii ſui, qvod eſt gregem antecedere exemplô ductuq; bono, ne per præceps abeundo de monte ſecum præcipitet gregem univerſum, &c.

3. In manibus Domini ſitum eſt, qvem velit præ alterô evehere, pluribus ad emergendum viribus inſtruere, &c. æqvè ut h.l. cornu unum videmus creſcere præ alterô, ſiqvidem Deus eſt, qvi *hunc deprimit, & illum exaltat*, Pſ. LXXV, 7.

4. A Deô eſt victoria, qvô fortunante nemo poteſt ſtare coram victore, æqvè ut hìc animalia cætera coram ariete petulcô, *Prov. XXI, 31. Pſal. CXLIV, 10. 1. Paral. XXX, 11.*

וַאֲנִי הָיִיתִי מֵבִין *Et ego intelligebam.* VERSUS V.

Fuit huicusq; indè *à v. 3.* duellantium pars una, nimirum *Aries*, ſeqvitur nunc altera, videl. *Hircus caprarum.* Præmittit verò rurſus Propheta attentionem ſuam debitam, poſitô participiô מֵבִין *intelligens* מבין

Digitized by Google

gens, vel ſolerter animum advertens; qvâ tamen voce non ſtatim aſſecutio rei ſignificatæ, ſed ſolùm ſtudioſa rei ſignificantis conſideratio innuitur, ceu conſtare poteſt ex *v. 15*. Qvô obſervatô non opus eſt confugere ad anxiam intellectûs genuini inqviſitionem, vel ad intellectionem *Hieronymi* confuſam, qvalis haberi poteſt è collatione viſionis hujus cum antegreſſâ *c. 7*. Solùm namq; occupatus adhuc eſt Propheta in contemplationis ſuæ circumſpectæ commemoratione. Atq; ſic de ſtudiô adhibitô accipit *Sanctius* citans *Pſ. CXIX, 59*. item ſimilem lingvæ Hiſpanicæ uſum.

וְהִנֵּה צְפִיר הָעִזִּים *Et ecce hircus caprarum.*

Alterum ut diximus, hoc eſt animal, in hôc viſionis theatrô ſolenniter productum, videlicet dux caprarum *hircus*, veluti antecedens ovium erat anteſignanus *aries*. Et qvidem vox צָפִיר hircus non exſtat niſi hîc *v. 5. 8. 21.* it. *2. Paral XXIX, 21. & attulerunt juvencos ſeptem & arietes ſeptem & agnos ſeptem* וצפירי עזים *& hircos caprarum ſeptem*: Et deniq; *Eſr. IIX, 35.* צפירי *hircos peccati duodecim obtulerunt*: Radix eſt צָפַר *circuivit*; unde צִפּוֹר *avis*, & צִפֹּרֶן *ungvis*; unde & noſt. ũ צָפִיר *hircus*, fortè qvòd gregem circumambulet inſtar vigilis ſoliciti. Targum hâc voce uti ſolet locô Ebræi שָׂעִיר *Gen. XXXVII, 31.* &c. Poſſet etiam reſpici ad auroræ tempus, qvô hirci ſolent educi ſtatim cum gregibus, nam צפר Chaldaicè eſt, *manè ſurgere*, vid. Bochar. *1. hieroz. f. 647*. Cur verò *Sanctius & Polanus* hircum caprarum exponant de eô, *qvi adhuc lactens in capraum grege verſetur*, & qvidem *vi phraſeos Ebraicæ*, id meô locô perſpicere neqveo; ſiqvidẽ neq; voces ſeorſim, neq; junctim ſumtæ hoc ullô modô inferunt: imò obſtat ductus gregis, nec nô textus ſacri modò allegati, it. conflictus cum ariete, &c. Exempla *Sanctii* ſunt aliena: nam pullus aſinarum, camelorum, agnus ovium, vi vocis (*pullus, agnus*,) tenerum qvid notant, non vi conſtructionis.

בָּא מִן־הַמַּעֲרָב עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ

Veniebat ab Occidente ſuper faciem univerſæ terræ.) Inchoat hirci deſcriptio (*a*) ab adventu; ubi tùm motus, verbô בָּא *venit* expreſſus, tùm terminus à qvô; videl. *occidens*, tùm medium per qvod, videl. *ſuperficies totius terræ*. Nonnulli eqvidem hoc ultimum malunt accipere tanqvam terminum ad qvem, qvòd Alexander M. venerit *in omnem terram*, ſcil. *eam*, ubi Daniel ſcripſit, h. e. Aſiam, eamq; totam occupaverit. Verùm cùm *v. 6.* demùm terminus ad qvem ſiſtatur, *aries*,

Digitized by Google

aries, dicere poterimus, plagas terræ intermedias velut obiter ab Alexandrô M. fuiſſe contactas, qvippe qvi unicè ad ſuum ferebatur adverſarium Darium; qvanqvam intereà totius ſimul orbis evaſerit ſubjugator atq; Dominus.

וְאֵין נֹגֵעַ בָּאָרֶץ *Et non tangebat terram.*

Pertinet & hoc ad adventum modò indicatum, niſi malis hîc conſtituere (β) hirci attributum, celeritatem ſcil. planè ſingularem, qvâ volanti magis, qvàm currenti videbatur ſimilis, qvomodo Virgilius *L.7. Æneid. verſ.807. de Camillâ* canit (aſſveta)

— — curſuq; pedum prævertere ventos,
Illa vel intactis ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret aqvore plantas.

Et qvomodo de Alexandri M. curſore, *Ladâ*, memoratur, tantâ ipſum fuiſſe pedum velocitate, ut ne veſtigia qvidem ejus apparerent in arenâ. Vide sîs Lipſii *Epiſt.59. in Centur. ad Italos.* Atq; h.m. de celeritate acceperunt *LXX. Vulgatus, Lutherus, Belga, Calvinus, Oecolampadius, Polanus, Grotius, Maldonatus,* &c. Alii tamen ut *Junius & Tremellius* (qvanqvam Junius *in Commentariô* antiqvam amplectatur verſionem: *Terram non attingebat aut pedibus ſtringebat currens,*) vertunt: *Et qvem nemo tangebat in terrâ*, h.e. nemo ſe audebat hirco opponere, vel, *ſolô adventu victor erat, tantùm abeſt, ut qvisq; obſiſteret, donec venit ad arietem.* Qvam ipſam expoſitionem juvat communis particulæ negandi אֵין cum participiô uſus, qvô commodè redditur per *nemo* aut *nullus*, v.g. *verſ.4.* וְאֵין מַצִּיל *& nemo eripiens*; verſ.27. וְאֵין מֵבִין *& nemo intelligens*: cap. XI, v.16. וְאֵין עוֹמֵד *& nemo ſtans coram eô*: verſ.45. וְאֵין עוֹזֵר *& nemo auxilium ferens*, &c. Huc etiam uſus verbi נָגַע *tetigit, læſit*, Zach.II, 8. נוגע *tangens vos, tangit pupillam oculi ejus*: Gen. XXVI, 11. *Omnis* נוגע *lædens virum iſtum* (Abrahamum) *aut uxorem ejus, moriendo morietur*: Amos IX, 5. *tangit terram & liqveſcit*, &c. Utrobiq; velocitatem videmus inoffenſam; qvâ cum egregiè convenit illud Alexandri reſponſum apud *Curtium*; qvomodo tàm brevi tot ac tanta perfecerit? μηδὲν ἀναβαλλόμενος, it. qvòd ſpatiô ſex annorum ſubjugaverit Illyricum, Thraciam, Græciam univerſam, Perſiam, Mediam, Babiloniam, Ægyptum, &c. usq; adeò, ut vix alius peregrinando tot perluſtrare potuiſſet provincias, qvot hic vin-

אין cum partic.

vincendo. Ita de celeritate, qvòd ſolum vix tetigerit ac nullibi qvieverit, etiam *R. Saadia*, *AbenEſra* (videbatur per aërem volare, & ob inſignem properationem vix apparebat, ubi terram attigiſſet.) *R. Salomon* aliiq; , citatis huc inſuper alis pardo datis *c. VII, 6.* Huc illud Æliani *L. 10. hiſt. var. n. 4.* de Alexandrô M., qvòd armatus ter qvadringenta ſtadia continuô itinere confecerit, & anteqvam qvietem caperet exercitus, cum hoſtibus congreſſus eosdem vicerit. *Syrus* habet וְלָא נָכְיָא הֲוָא בְּאַרְעָא: *& non percutiebat vel lædebat terram;* qvod tamen ab exercitu tranſeunte ac ſubjugante vix præſumi poteſt.

וְהַצָּפִיר קֶרֶן חָזוּת בֵּין עֵינָיו :

Porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos.) En
קרן חזות (γ) partem ſeu adjunctum hirci notabile, videlicet *cornu* חָזוּת *viſionis* h. e. ſecundùm LXX. θεωρητὸν *conſpicuum*, ita ut poſterius ſubſtantivum pro more Ebræorum vices induat adjectivi. Hæc ipſa autem forma nominis non occurrit alibi uſpiam. *R. Nathan* conſtituit ſignificatum סבוך *perplexitatis*, adductô ſolùm unicô textu ſimili, *Job. IIX, 17*, ubi verbum יֶחֱזֶה valeat, *implicat ſe:* ita & *AbenEſra* declarat per מְסוּבָּךְ: *perplexum:* & *R. Salomon BenMelech* per הִסְתַּבְּכוּת *perplexitas.* Verùm tutiùs manemus in communi acceptione verbi חָזָה *conſpexit, vidit;* adeoq; cornu hoc à *R. Saadia* exponitur, qvod *magnum, altum & à longè ſit conſpicuum:* qvô cum etiam facit *R. Salomon;* גדולה למראה העין *magnum in conſpectu vel ad conſpectum oculorum:* Abarbinel: in qvod חָזוּ *intuebantur* omnes homines: Lutherus: Ein anſehnlich Horn. Situs verò cornu hujus fuit *inter ejusdem* hirci *oculos*, h. e. eô in locô, ubi ad feriendum alios vis frontis ſolet eſſe præcipua ac compactiſſima; imò ſecundum alios indicatur regni hujus prudentia circumſpectiſſima, inſtar oculorum robori per cornu indicatô arctè conjuncta; adeoq; qvàmprimum oculis aliqvid feriendum occurrebat, ſtatim aderat cornu feriens, oculorum mentis acie ſemper prudentiſſimè gubernatum in ipſô invaſionis actu. Cornu verò hoc unicum nonnulli conferunt cum Monocerotis fortitudine, cujus in ſacris dicitur fieri mentio *Num. XXIII, 26, &c.* Verùm adhuc ſub judice lis eſt, an tale animal unicô cornu præditum per vocem רְאֵם intelligendum veniat. De cæterô num alicubi dentur hirci unicornes, non conſtare ſibi fatetur *Sanctius;* allegans tamen ex Æliano & Ariſtotele *L. 6. hiſtoria animal cap. XXXI.* apud Lybicos reperiri hircos,

Digitized by Google

hircos, qvi cornua habeant à pectore pendentiâ. Verùm non opus, talia in naturâ qværere, qvæ in viſione pro ratione rei ſignificatæ fuêre efformata, v.g. pardus alatus, &c. Rurſus verò nominativus hîc abſolutè poſitus הַצָּפִיר *hircus hic*, vim habet membri integri, (*hircum hunc qvod attinet*,) vel, qvod eôdem recidit, levi vocum transpoſitione factâ hæc erit conſtructio: *Et cornu conſpicuum in mediô oculorum ejusdem hirci*: vid. ſupr. c. I, 17. *& pueri illi qvatuor; dedit eis Deus*, &c.

וַיָּבֹא עַד־הָאַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם — VERSUS VI.

Et venit usq; ad arietem illum cornutum.) Nunc demum (δ) exponitur hirci hujus cum ariete modò viſô conflictus, ubi tùm acceſſus, (וַיָּבֹא *& venit*, animô nimirùm faſtuoſô, gloriæ cupidô, ſuperiorem, imò parem ferre neſciô, qvalia ipſiusmet Alexandri erant verba: *Mundum non duos ferre poſſe ſoles*, it. hoſtili & exacerbatô;) tùm terminus deſignatur, videl. aries cornutus, *v.3. qvi dominus cornuum appellatur* phraſi Ebrææ, pro, cui erant cornua; ex *v.3.* vid. annot. in Cohel. X, 11. *de dominô lingvæ*, it. Gatakeri *Cinn. p. 187.* Jacchiades hoc interpretatur de Alexandri Magni clandeſtinô in aulam Darii ingreſſu, ut qvi ſe ſimulârit alium, ad eò meliùs explorandum Darii ingreſſum, atq; egreſſum. Verùm ſi omninò ex fide dignis hoc probari poſſet hiſtoricis, hôc tamen locô à Spiritu S. hautqvaqvam intenditur, cùm non adventus ſubdolus, ſed curſus potiùs furibundus meramqve hoſtilitatem ſpirans hîc deſcribatur. בוא

אֲשֶׁר רָאִיתִי עֹמֵד לִפְנֵי הָאֻבָל

Qvem videram ſtantem ante portam.) Plenior hæc eſt adverſarii novi circumſcriptio, ne opinemur, novum fortè atq; à ſuperiore ariete alium apparuiſſe ſub hirci adventû. Idem verò fluvius Eulæus, tanqvam Perſianæ ſedis regiæ vicinus ac veluti defenſor, deſignatur, qvi ſuprà *v.2. & 3.* Nimirum qvia Aries, ſeu Perſicus Monarcha, apud eundem ſibi ſedem fixerat, ejusdemq; aqvas velut ſibi uni proprias tutari hactenùs conſveverat. *Abarbinel* exiſtimat, Darii otioſam ſimul innuî tranqvillitatem, ut qvi nil qvicqvam timuerit adventantem Alexandrum, cui ipſemet qvoq; non obviaverit, verùm ſuos ſolùm miſerit duces, qvi Alexandrum compedibus vinctum ad ſe adducerent, &c. id qvod ſuo loco relinqvimus.

וַיָּרָץ אֵלָיו בַּחֲמַת כֹּחוֹ

Et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſuæ.) Ipſam hæc

jam exprimunt hoſtilitatem, ubi obſervanda tùm animi alacritas ac fervor, (in verbô *cucurrit;*) tùm expeditionum mira feſtinatio, (ex verbô eôdem;) tùm implacabilis animi obfirmatio, utut Darius media pacificationis obtenderet; tùm ſangvinolentia, in voce בַּחֲמַת *in æſtu;* tùm robur inſuperabile, (כֹּחוֹ) *virtutis ſuæ* qvanqvam ultima hæc verba etiam hôc modô reddi qveant: *in æſtu roboris ſuô*, i. e. indignatione ſuâ vehementiſſimâ; qvalem deprehendere ſolemus in hircis, præſertim qvando fortiùs percuſſuri aliqvantiſper retrocedunt; hujusmodi artes non ignotæ huic Græcorum hirco Alexandro. *Abarbinel* ex hâc indignationis mentione elicit, Alexandrum Magnum è patriâ ſuâ egreſſum non eſſe intentione ambitioſâ, ſe ſupra alia efferendi regna, eaq; ſibi ſubjuganda, verùm qvia Darius fuerit vir litigioſus, inq; Græcos valdè injurius, &c.

חמר (margin)

וּרְאִיתִיו מַגִּיעַ אֵצֶל הָאַיִל

VERSUS VII.

Cum appropinqvaſſet propè arietem.) Potiùs: *Et vidi ipſum pertingentem propè arietem iſtum.* Incurſionis modò memoratæ hoc eſt velut conſeqvens, qvòd hircus non in mediô fortè curſu ſubſtiterit; qvod eſſe ſolet inconſtantium; nec à ſcopô ſuô aberrârit, qvod qvandoq; eſt imprudentium, qvi pro Junone amplexantur nubem, qvi curſum ſuum, objectô qvalicunq; offendiculô, aliorſum patiuntur diverti; nec fugientem etiam adverſarium inſeqvi coactus fuerit, verùm *juxta ipſum factus eſt proximus:* adeòq; ſi anteà *v. 5.* hircus non fuit נוֹגֵעַ *tangens terram* præ feſtinatione, nunc demum factus eſt מַגִּיעַ *pertingens* Darium ſuum hoſtem. Non malè etiam *Belgæ* meminerunt hîc diſtantiæ regni Perſici à regnô ac terrâ Græcorum: it. variarum utrinq; interjectarum munitionum, fluminum, urbium, &c. adeò ut videretur impoſſibile, hircum ad arietem pertingere poſſe; qvibus tamen omnibus haut obſtantibus opinione citiùs adfuit, præſentemq; ſe Dario ſtitit.

וַיִּתְמַרְמַר אֵלָיו *Efferatus eſt in eum.*

Sunt hæc uberior declario vocis antegreſſæ בַּחֲמַת *in indignatione:* peculiaris namq; amarities includitur verbô hôcce Hithpaelitico, qvod ſemel ſolùm in ſacris adhuc redit infrà cap. XI, 11. *& acerbabitur Rex Ægypti.* Radix eſt מָרַר *amarus fuit*, qvæ ad animum relata

מרר (margin)

inſignem ipſius denotat ægritudinem ac dolorem, ſive is proficiſcatur ex illatâ injuriâ aut damnô, ſive ex impatientiâ felicitatis alienæ

aut

Digitized by Google

aut invidiâ,&c. Vid. *Eſa.XXII,4. Exod.I,14. c.XXIII,21.Gen.IL,23.Ruth. I,20. Job.XXVII,2. Zach. XII,10.* Hôc locô in Hithpael poſitum genuinum ſuum obtinet ſignificatum reciprocum: *fecit ſeipſum* מר *amarum,*(ut habet *Abarbinel,*)vel, *exacerbavit ſeipſum,* unum ſcil. alterumve revocando ſibi ad animum, noſtram dignitatem cum dicti factivè adverſantis indignitate conferendo, omni compoſitioni pacificæ aut concordiæ pertinaciter obviando, animumq; ad præliandum reddendo ſemper acriorem: *Luth.* er grimmet über ihn. R. Saadia: נעשה ארון ורב אליו ונצחו: *factus eſt ejuſdem Dominus, prævaluitq, ipſi:* qvi eqvidem videtur deducere vocem Ebræam à Chaldæorum מַר *Dominus.* Verùm eò recurrere non eſt opus. Hinc & R. Salomon interpretatur de מַר כַּעַס *indignatione acerbâ.* Maldonatus R. Saadiam modò citatum declarat h.m. *levavit ſe contra eum,* hircorum ſcil. more, qvi ſeſe, cùm adverſarium percutere volunt, in poſteriores pedes erigunt. Verùm aut Maldonatus aliud habuit Saadiæ exemplar, aut verba ejus malè inſpexit. *R. Salomon Ben Melech* deducit qvidem à מָרַד, exponens tamen per גבה והתעלה כנגדו: h. e. *eminuit & erexit ſemetipſum è regione illius;* qvi ipſe geminationem primæ radicalis tanqvam emphaticam ſimul obſervat; Hic, ſi erectionem hirci ex irâ profectam intelligit, admittere hoc ipſum haut illibenter poſſumus.

וַיַּךְ אֶת־הָאַיִל וַיְשַׁבֵּר אֶת־שְׁתֵּי קְרָנָיו

Et percuſſit arietem, & comminuit duo cornua ejus.) Conflictum nunc excipit (ε) Victoria, comprehendens tùm percuſſionem, tùm cornuum confractionem, tùm in terram proſtrationem, tùm conculcationem, tùm omnimodam opitulantium derelictionem. Verbum הִכָּה *percuſſit,* accipitur de qvâvis violentâ alterius læſione, qvando qvis ſive pugnô, ſive lapide, ſive fuſte, cornu, gladiô, armisvé aliis invaditur, ita ut doleat, vulneretur, mortemvé patiatur ipſam. הִכָּה
Videantur dicta *Prov. XXIII,35.* it. *Exod. IX,25.* ubi de grandine percutiente: 1. Reg. XX,36. *& percutiet te leo:* Jer. V,6. *percuſſit eos leo de ſylvâ.* Hîc ſine dubiô intelligitur clades exercitûs regii, conflictum modò memoratum ſubſecuta. Hiſtoricos ſi conſulamus, nominabunt hi poſt prælium ad Granicum flumen duo præſertim prælia, unum in planitie ad Iſſum, cujus meminit Cicero *L. 5. Epiſt. ad Atticum;* Alterum verò in Sittacene ſeu Arbelitide, de qvô Plinius *L. 6. hiſtor. natural.* Vide Curtii *L. 3. & 4.* nec non Juſtini *L. 11.* ubi de oblatâ à Da-

Digitized by Google

riô mediâ regni parte, itemq; filiâ in uxorem, deq; triginta millibus talentorum pro captivis, &c. qvæ tamen omnia fuêre fruſtranea. Speciatim verò mentio fit binorum cornuum confractorum, de qvibus inferiùs *v. 20.*

וְלֹא־הָיָה כֹחַ בָּאַיִל לַעֲמֹד לְפָנָיו

Et non poterat aries reſiſtere ei.) Verbotenus: *Et non erat robur in ariete ad ſtandum coram eô:* h. e. concidebant animi & militum & præfectorum, nullus uſpiam erat ſucceſſus, utut extrema tentarentur omnia. Et qvanqvam univerſa in exercitu Darii reſplendeſcerent aurô atq; gemmis, adeò ut ad nuptias magis qvàm prælium parati poſſent videri milites, defuit tamen cor ac robur vel maximè. Phraſin, *ſtare in conſpectu alicujus*, h. e. animoſè ſe opponere, ex timiditate hautqvaqvam cedere, jamjam vidimus *v. 4.*

וַיַּשְׁלִיכֵהוּ אַרְצָה וַיִּרְמְסֵהוּ

Cumq; eum miſiſſet in terram, conculcavit.) En gradationem victoriæ; percuſſionem, qvæ minor, ſeqvebatur cornuum fractio, hanc rurſus excipiebat totius arietis in terram dejectio, dejectus deniq; is ipſe conculcabatur penitùs. E qvibus ipſis tùm ignominioſa tractatio, tùm virium omnium ablatio, tùm deniq; plenaria regni occupatio, colligi poſſunt facillimè. Qvoad phraſin priorem confer Thren. II, 1. *projecit* Dominus *è cœlô in terram decorem Iſraël*, Ez. XXIIX, 17.

רמס *in terram projiciam te*. De verbô רָמַס *pedibus conculcavit*, vid. Eſ. *LXIII.* 3. ubi de calcatione uvarum, Pſ. VII, 6. *perſeqvatur inimicus animam meam atq; comprehendat* וירמס *& conculcet in terrâ vitam meam*.

וְלֹא־הָיָה מַצִּיל לָאַיִל מִיָּדוֹ׃

Et nemo qvibat liberare arietem de manu ejus:) His ipſis præſcinditur ſpes emergendi omnis, adeò ut adjutorium confœderatorum omnium fuerit fruſtraneum, æqvè ut antehac arietis adeò excreverat poteſtas, ut & ex ejusdem manu nemo poſſet qvemqvam eripere *v. 4.* Videantur ibidem dicta.

Poriſmata ex Verſu V. VI. & VII.

1. Pro ratione diſtinctarum mundi plagarum diſtincta etiam hominum deprehenduntur ingenia ac dotes, qvomodo h. l. hircus ab occaſu veniens diſcrepat ab ariete Orientali ratione animoſitatis, celerita-

leritatis, &c. Qvæ ipſa tamen non ſemper eôdem ſe habent modô, verùm pro voluntate Moderatoris ſupremi modò ſic, modò aliter ſunt comparata. Qvi orientalis priùs ſubjugaverat occidentales, ab occidentalibus brevi pòſt vincitur & ipſe. Nunc Roma Carthaginem, nunc Carthago Romam ſuperat. Utut Septentrio terrori plerumq; fuerit aliis, utpote ex qvô malum venire conſvevit, datur tamen & ferrum, qvo nonnunqvam vis illa inſigniter fuit repreſſa & comminuta, *Jer. XIV, 12.*

2. Alacritas in aggrediendo ubivis commendabilis: procraſtinatio verò ſummè periculoſa & exitialis. Ita hircus terram vix tangendo terrarum orbis fit Dominus. Imò nos Chriſtiani, ſi terrena in terris non attrectaverimus, & ſi iisdem cor non adhæſerit, *(Pſ. LXII, 11.)* ſi fuerimus qvaſi non habentes, *(1. Cor. VII, 30.)* ſimiliter nobiliſſimum de terrâ reportabimus triumphum.

3. Cornu hirci egregiè refert conditionem & reqviſita boni Magiſtratûs, cujus eſt, totum corpus robore ſuô defendere, cui viciſſim cuncta corporis membra τὸ ἐπιβάλλον μέρος ſuum debent ad eò fortius feriendum conferre: In cornu eſt durities; ita animus ſit in adverſis immotus. Cornu ſitum inter oculos; ita robur circumſpectionem prudentiamq; debet habere præſentiſſimam. Cornu non debet lacerare membra propria; ſic neq; Magiſtratus ſuos ſubditos, &c.

4. Invaſiones utplurimum è merô proficiſcuntur faſtu, non ex juſtâ injuriæ illatæ vindictâ: æqvè ut hirco immediatè nullum ab ariete legitur antehac illatum damnum. De variis, tùm licitis tùm illicitis bellorum cauſis alibi disqviritur latiùs.

5. Ira cotis locô eſt meritò menti generoſæ, ne torpeat, aut frigidè ſe injuſto invaſori opponat, verùm pro ſubditis ſibi commiſſis ſtrenuè potiùs res ſuas agat, eventumq; Deo committat; exemplô Joabi, qvi *2. Sam. X, 12.* ſibi fratriq; animum addit adverſus Ammonitas, reliqva in Dei manibus relinqvens. De exceſſibus alioqvin iræ qvando ratione objecti, ſubjecti, modi, finis, &c. non rectè eadem ſe habet, qvando hoſtium locô furit in ſocios, qvando metam ſibi ipſi neqvit figere, &c. conſulantur Ethici.

6. Miri ſunt qvandoq; bellorum eventus, ita ut victoria penes eam cadat partem, qvæ viribus planè fuerat impar, nulliusq; æſtimii; æqvè ut exigua militũ Alexandri manus numeroſiſſimas nihilominus Darii copias proſtraverat graviſſimè. Ita namq; Alexander M. ſolùm

Digitized by Google

lium 30000. peditum & 5000. eqvitum eduxit contra 100000. peditum, & 10000. eqvitum Darii, &c. de qvibus prolixiùs *Arianus* de expeditionibus Alexandri M. it. *Diodorus Siculus, Plutarchus, Curtius* aliiq́ʒ. Tacemus regis Aſſa victoriam contra Æthiopes, Joſuæ contra Cananæos, Gideonis contra Midianitas, Hiskiæ contra Aſſyrios, Davidis contra Philiſtæos vicinasq́ʒ gentes alias innumeras.

7. Nihil in hôc orbe conſtans; nulla poteſtas atq; opulentia uni perſonæ, ſtemmati aut nationi ſemper adjuncta manet indivulsè; utut arietem antehac omnes metuerint beſtiæ reliqvæ, atq; ex ipſius manu nemo arreptos potuerit eripere, adeſt tamen hircus ſuô tempore, cujus nec aries ſuſtinere poteſt impetum, & è cujus hirci poteſtate nemo arietem valet liberare.

8. Beatus eſt is, cujus amicus eſt Dominus: hic namq; nos poteſt eripere, qvando aliàs liberator ſupereſt nullus: *Pſal. XIIX, 1. Jer. XX, 13. 1. Sam. XVII, 37. Pſ. XXXIV, 5. 18. Pſ. LIV, 9. Pſ. LVI, 14. Pſal. LXXXVI, 13. &c.*

וּצְפִיר הָעִזִּים הִגְדִּיל עַד־מְאֹד

VERSUS IIX. *Hircus autem caprarum magnus factus eſt nimis.)* Nunc demum (ζ) Victoriæ ſubnectitur conſeqvens, incrementum ſcil. & eminentia regni hujus planè incomparabilis, eôdem expreſſa verbô, qvô ſupra *v. 4.* regni Perſici deſignabatur majeſtas. Illud tamen h. l. ſuperadditur augmentum, qvod magnum evaſerit עַד מְאֹד *usq; valdè*, q. d. non ceſſarunt qvotidiana iſthæc dignitatum viriumq́ʒ acceſſoria, donec pervenirent veluti ad culmen: dictum מְאֹד *valdè*, vide eandem vocum harum combinationem *Pſ. CXIX, 8. 43. 51. 107. & Dan. XI, 25.*

וּכְעָצְמוֹ נִשְׁבְּרָה הַקֶּרֶן הַגְּדוֹלָה

Cumq́ʒ crevißet, fractum eſt cornu magnum.) Inchoat jam (η) inſignis circa robur beſtiæ hujus mutatio, ita ut ratio habeatur (1) temporis, qvando eadem contigerit, nempè כְּעָצְמוֹ *ſecundum roborari ipſum*, vel, eô ipſô, dum hircus ceu regnum hoc ad ἀκμὴν potentiam ſuam perduxiſſet, item (ſecundùm *AbenEſram* & alios,) cùm Alexander ætatis eſſet florentiſſimæ, triginta & qvod excurrit, annorum; eô ipſô velut temporis articulô, cùm vigor eſſet maximus, imminuit exitium; fermè ut hybernô tempore, cùm gelu eſt ſummè rigidum, imminere ſolet aëris tepiditas ſubita, vel qvomodo in corpore humanô, præſertim infantili atq́ʒ puerili, qvando vultus floret præter modum, & ſucciplena

tiociplena videntur omnia, morbus delitéſcere ſolet in inſidiis qvàm proximè; ita qvum regnum etiam Græcorum ad ſummum dignitatis perveniſſet culmen, ſubitò aderat mutata rerum facies. De conſtru-ctione præfixi כ cum infinitô עָצְמוֹ, ubi punctum velut temporis ſolet ſubinnui, vide sîs *Gramm.* Troſtii *Ebr. pag. 150 n.3.* adeòq; vocem hanc Ebræam non deducimus à nomine עֹצֶם *robur*, (qvæ enim eſſet ſigni-ficatio? *ſicut robur ejus*, vel, *ſecundum robur ejus*,) verùm à verbô עָצַם *robuſtus fuit*, ita ut præfixum, commodè reddatur, *qvamprimùm* robu-ſtum factum eſt ipſum: hujusmodi conſtructio eſt *Gen. XII,14.* כְּבוֹא *qvamprimùm ingrederetur*; c. XIX,17. כְּהוֹצִיאָם *qvamprimùm edu-xiſſent eos*: c. XXXIX, 13. כִּרְאוֹתָהּ *qvamprimùm vidiſſet ipſa*, Exod. XXXI, 18. כְּכַלֹּתוֹ *qvamprimum finiviſſet ipſe loqvi, &c.* Hoſ. VII,1. כְּרָפְאִי *qvamprimum ego ſanavi Iſraëlem*, &c. Facit huc *Ariani* locus *L.7. pag. 158.* ubi Alexander M. à columnis Herculis in Perſidem redi-ens, cùm ſibi ipſi cæterisq;, qvi cum ipſô, videretur univerſæ terræ marisq; Dominus, mortis dominium expertus eſt, &c. Qvâ etiam ra-tione *Trogus Pompejus* refert, eum paulò ante mortem pro Deô habe-ri ſe voluiſſe, ſubornatis eam in rem Jovis Hammonis antiſtitibus. Mutatio porrò ipſa conſiſtit (2.) in *cornu magni iſtius confractione*, factâ ſcil. per mortem Alexandri M. ceu ſeqvetur inferiùs *v.21.* in qvâ ta-men fractionis diſcrimen venit notandum ab eâ, qvæ præceſſit *v.7.* ubi hircus dicebatur *confregiſſe* duo cornua arietis, hîc verò paſſivè ſolùm dicitur, *fractum eſt*, videl. qvia Rex hic Alexander M. non interfectus eſt hoſtium violentiâ, verùm caſu aliô, ſive ex intemperantiâ propriâ, ſive ex doloſâ veneni per ſuosmet ſubminiſtratione. עצם

וַתַּעֲלֶנָה חָזוּת אַרְבַּע תַּחְתֶּיהָ לְאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמָיִם:

Et orta ſunt qvatuor cornua ſubter illud per qvatuor ven-tos cœli.) Potiùs: *Et aſcenderunt* (cornua *viſionis* vel) *conſpicua qva-tuor locô illius ad qvatuor ventos cœli.* En (3) defuncti regis primi ſuc-ceſſores, tùm primos, tùm ex primis oriundos. Qvoad illos obſerva-mus (α) originem: ותעלינה *& aſcenderunt*, ita nimirum ut è ca-pitis craniô, (h.e. è primatibus Græcorum,) viderentur enaſci, & in al-tum emergere; qvomodo aliàs hoc *adſcendendi* verbum uſurpatur de terræ naſcentibus, qvando ex terrâ progerminant, & ſubinde ſe ex-tollunt altiùs, *Eſa.LIII,2. Gen. XL,10.* it. de vaccis è rivô aſcendentibus *cap.XLI,2.3,* & de ſpicis *v.5.* Sic in hôc noſtrô capite *v.3.* de cornu al-

tiore

Digitized by Google

tiore ſeriùs *adſcendente* jamjam audivimus. Qvapropter latet hîc novæ tùm poteſtatis, tùm eminentiæ, tùm regiminis adeptio, qvando qvis præ aliis ſui ſimilibus honorificè evehitur, ac novô nunc fungitur officiô, qvomodo id, qvod è capite beſtiæ enaſcitur, anteà cornu non erat, neq; beſtiam defendebat, ſed id demum eſſe atq; facere nunc incipit. (b) Succeſſores ipſos; indicatos voce קַרְנוֹת *cornua*, qvæ ex membrô antecedente ſupplenda hîc omninò veniunt. Sicut namq; cornu illud unicum appellabatur קֶרֶן חָזוּת *cornu intuitûs*, h.e. cornu conſpicuum *v.5.* ita & hîc, confractô eôdem, dicuntur adſcendiſſe קַרְנוֹת חָזוּת *cornua intuitûs* alia, qvæ & ipſa conſpicua dici merebantur, qvanqvam dignitatem nullatenùs attingerent antecedentem: Hujusmodi ellipſis nominis in regimine prioris aliundè ſupplendi occurrit etiam *Deut. XX, 19.* (vita) *hominis, arbor agri* Ruth. III, 5. *& menſus eſt ſex* (modios vel menſuras) *hordei:* 2. Paral. XXX, 22. *& comederunt* (ſacrificia) *ſolennitatis*, &c. (c) adjunctum; qvod eſt conſpicua dignitas, ex eâdem voce חָזוּת de qvâ dictum *v.5.* (d) qvantitatem numericam; qvòd fuerint *qvatuor*, fermè ut arietes Scotiæ dicuntur qvatuor cornibus præditi, imò Gotlandici cornibus 8. apud Cardan. *de variet. l. X. p. 382.* & Sam. Fabrit. *Coſmoth. p. 950.* vide infrà *v. 22.* (e) Locum; tùm qvòd extiterint תַּחְתֶּיהָ *locô* cornu *illius* magni jam confracti, inter oculos alioqvi conſtituti; tùm qvòd ſteterint ad *qvatuor cœli ventos*, h. e. totidem mundi plagas primarias, undè venti flare ſolent, Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem; de qvibus itidem infrà. Ventos autem pro plagis poni, conſtabit ex *1. Paral. IX, 21. Ezech. XXXVII, 9. c. XLII, 6. ad 20. usq; Zach. II, 6. Matth. XXIV, 31.*

וּמִן־הָאַחַת מֵהֶם יָצָא קֶרֶן אַחַת מִצְּעִירָה

VERSUS IX. *De unô autem ex iis egreſſum eſt cornu unum modicum.)* Hactenùs de ſucceſſoribus primis; nunc de unô etiam præcipuô ex aliqvô primorum ortô. Ubi iterùm notandum (א) Stemma; qvod eſt *unum cornu* de qvatuor primis. (ב) ortus in verbô יָצָא *exiit*, cujus locô prius adhibebatur *v. 8* עלה *aſcendit*, fortè, qvod h. l. jam dignitas parentis regia jam præceſſerat, adeoq; filio non fuerit opus ad eam conſcendere, cùm è diverſô in qvatuor ſucceſſoribus Alexandri primis, eadem Majeſtas regia arduis priùs belligerationibus fuiſſet acqvirenda. (ג) Succeſſor ipſe innuitur voce קרן *cornu*, cujus (ד) qvalitas vel conditio

Digitized by Google

conditio intelligitur ex voce מִצְּעִירָה *parvum:* qvæ eqvidem nominis forma nonnihil eſt inſolens, ita ſcil. ut מ præformativum poſt ſe habeat Dageſch forte Euphonicum, cujus exempla aliàs ſunt מִקְּדָּשׁ *ſanctuarium,* Exod. XV, 17. מִנְּזָרָיִךְ *coronati tui.* Nah. III, 17. מִטְּהָרוֹ *puritatem vel munditiem ejus ceſſare feciſti,* Pſ. LXXXIX, 45. Aliàs nomen ſatis freqvens eſt מִצְעָר *perexiguus, parvus.* Notandum verò inſuper ex *R. Salomone BenMelech* vocem קֶרֶן promiſcuè in hôc verſu conſtrui, tàm ut maſculinum cum verbô יָצָא *exiit,* qvàm ut fœmininum cum nominibus, qvanqvam ſenſui interim nihil vel accedat vel decedat.

וַתִּגְדַּל־יֶתֶר אֶל־הַנֶּגֶב וְאֶל־הַמִּזְרָח וְאֶל־הַצֶּבִי׃

Et factum eſt grande contra meridiem & contra orientem & contra fortitudinem.) Succedit (ה) Succeſſoris incrementum, qvòd in puſillô ſuô ſtatu non diu ſempervè permanſerit, verùm progreſſus in dignitate ſuâ itidem habuerit planè ſingulares. Adeòq; ſicut de ariete dicebatur הִגְדִּיל *magnus evaſit,* it. de hircô *v. 8.* ita hîc in Kal pari dicitur ſenſu וַתִּגְדַּל *& crevit* vel *magnum evaſit,* & qvidem יֶתֶר *excellenter:* ita namq; adverbialiter reddendum venit hocce nomen *Excellentiam* denotans, (veluti notatum ad *Prov. XVII, 3.*) æqvè ut aliàs nomina modò cum, modò ſine præfixis adverbiaſcere ſolent v. g. בֶּטַח *fiducia,* pro confidenter, אֱמֶת *veritas,* pro reverà, &c. Vid. Troſt. *Gramm. p. 149.* Confer Eſ. LVI, 12. *magnum* יֶתֶר מְאֹד *excellenter valdè.* Atq; hoc ipſum incrementum ut clariùs adhuc innoteſcat, deſcribitur porrò ratione locorum, qvorſum ea ſe imprimis extenderit poteſtas, videlicet tùm *verſus meridiem,* h. e. Ægyptum, cujus regem Ptolomæum Philometora cum exercitu profligavit, captâq; regni parte magnâ Alexandriam obſedit, & ſine dubiò obtinuiſſet regnum, niſi juſſu Romanorum obſidionem ſolvere coactus eſſet: Tùm verſus orientem h. e. Perſiam Armeniamq; cum rege ſuô Artaxâ devictum, *1. Maccab. III, 31.* Tùm verſus הַצְּבִי *inſigne illud decus,* h. e. terram Deo ejusqve populo ſanctam, utpote, qvæ *κατ' ἐξοχὴν* appellatur צְבִי לְכָל־הָאֲרָצוֹת *ornamentum terrarum omnium,* Ez. XX, 6. 15. puta ob cultum Dei ſanctum, ob habitationem ac præſentiam Dei gratioſam, ob Meſſiæ in eâdem ſuô tempore converſationem, qvæ ſanè dignitas nulli alteri in orbe contigit uſpiam provinciæ, &c. Nomen צְבִי, qvod qvandoq; etiam *capream* denotat, (vid. *Prov. VI, 5.*) idem eſt ac *ornamentum*

Marginal notes: יתר (beside the line "dem יֶתֶר excellenter…"); צבי (beside the line "nulli alteri in orbe… Nomen צְבִי").

Digitized by Google

mentum, decus, qvomodo *Eſ. XIII, 19.* Babel appellatur צְבִי *ornamentum regnorum*, vel qvod inter regna cunctadecantatiſſimum; & qvomodo Ephraim צבי תפארתו tribuitur *ornamentum decoris*, h.e. prorſus egregium. *Eſ. XXIIX, 1. 4.* ſic ibidem v. 5. *corona* צבי *ornamenti*, idem eſt ac ornatiſſima. (Vide ſis etiam *cap. XXIII, 9. XXIV, 16.* & *Ez. XXV, 9.* Ita *Jerem. III, 19.* terra ſancta appellatur *hereditas* צְבִי *ornamenti:* & Dan. XI. 48. mentio fit *montis* צבי קדש *ornamenti ſanctitatis*, h.e. ſancti atq; ornatiſſimi; it. *v. 16. & 41.* אֶרֶץ הַצְּבִי *terra ornamenti*, h. e. ſummè venerabilis. Qvô ipſô è textu commodiſſimè ſupplebitur lucemve capiet præſens hæc noſtra loqvendi ratio elliptica, vel, ſi mavis metonymica, ubi adjunctum ponitur pro ſubjectô, qvomodo v. g. מְרִי *rebellio* ponitur pro populô rebelli, *Ez. XLIV, 6.* captivitas pro populô captivô, *Pſ. CXXVI, 1. LXIIX, 19. Eſ. XXIX, 24. Jer. XXIX, 14.* &c. Atq; ſic & h. l. de terrâ ſanctâ interpretatur *R. Salomon Ben-Melech*, eò qvòd ipſa ſit ארץ חפץ *terra deſiderii*, vel deſiderabilis aut amabilis, (fortè ſicut amabilis ſolet eſſe caprea.) Addit tamen, Rabbinos reſpexiſſe ad *capream* ratione velocitatis, eò qvòd terra ſancta velociſſima ſit in maturandis fructibus præ cunctis terris reliqvis, æqvè ut caprea pernicitate pedum cætera antecellit animalia. Confer *Pſ. XLIIX, 3.* Hanc itaq; terram ſanctam Antiochus, Ægyptô à Romanis per Popilium Lænam legatum, (vide *Monarch. Gothofr. f. 224.*) juſſus cedere, invaſit irâ vehementer ardens, omnemq; ejus vim in Judæos illic obvios exonerans. Septentrionis nulla fit hîc mentio, utpote qvia Antiochi portio hæreditaria, videlicet Syria, Septentrionalis erat, notante *Sanctiô*.

וַתִּגְדַּל עַד־צְבָא הַשָּׁמָיִם

VERS. X. *Et magnificatum eſt usq; ad fortitudinem cœli.)* Etiam hoc ad incrementum proximè deſcriptum referri adhuc debet, ſiqvidem cornu illud *magnum evaſiſſe* dicitur, non tantùm juxta ſe, verùm etiam ſupra ſe, h. e. adverſus cœli ſidera: qvanqvam diverſitas ratione objectorum effectorumq; facilè ſeipſam prodat. Aliter namq; Rex improbus evadit magnus adverſus homines, aliter adverſus Deum atqve Sacra; illa elatio poteſt eſſe laudabilis, vel ſaltem media; hæc nunqvam niſi ſceleſta; illa damnum infert realiter, hæc damnum ſolum inferre videtur, neqvaqvam verò Deum lædit reipſâ, &c. Utut igitur Vulgatus diſtincta adhibuerit hîc & in antecedente verſu vocabula,

Digitized by Google

bulæ, *magnificatum eſt, & factum eſt grande:* In Ebræô tamen unum idemq; ותגדל *& crevit.* Loco *fortitudinis* autem *cœli* in fontibus eſt צְבָא הַשָּׁמַיִם *exercitus cœlorum*, qvô ipſô numeroſiſſimus ſiderum cœli cœtus communiter ſignificari ſolet, utpote ſplendore, ordine, influentiarum virtute, egregiam referens aciem, ubi galearum, framearum, gladiorum, clypeorumq; ſplendor cunctorum præſtringit velut oculos, &c. Vide ſis *Deut. IV, 19. c. XVII, 3. 2. Reg. XVII, 16. cap. XXI, 3. 5. c. XXIII, 4. 5. Eſa. XXXIV, 4. Jer. IIX, 2. c. XIX, 13. c. XXXIII, 22. Zeph. I, 5.* Per hunc verò cœlorum exercitum haut dubiè, ſicut ſeqvens etiam docet interpretatio angelica, præfiguratus fuit exercitus Dei Eccleſiaſticus, vel, cœtus ſplendentium in terris fidelium; utpote qvi & ipſi ſuâ gaudent luce ſpiritus, qvi certô gubernantur ordine, qvi nunqvam ſtant otioſi, qvi perpetuas agunt excubias, qvi internis non carent fidei virtutumq; viribus, qvorum nomina in cœlis ſcripta ſunt, *Luc. X, 20.* qvorum πολίτευμα in cœlis, *Phil. III, 20.* &c. Huc, qvod qvandoq; Levitarum in templô miniſterium appellatur צָבָא *militia Num. IIX, 24. 25.* &c.

וַתַּפֵּל אַרְצָה מִן־הַצָּבָא וּמִן־הַכּוֹכָבִים

Et dejecit de fortitudine & de ſtellis.) Expoſitô incrementô ſeqvuntur nunc (γ) Cornu illius inſolentis effecta, qvorum *primum* eſt ſiderum deturbatio. Tam altè namq; in viſione videbatur eminere cornu, ut cuſpide ſuâ ultra nubes excederet, ſtellasq; in ipſô æthere videretur movere locô; imò הִפִּיל *cadere fecit* ipſas in terram, ita, ut dignitatem amitterent priſtinam, & cùm priùs in cœlô fulſiſſent ſplendidiſſimè, nunc lutô immerſæ jacerent profundiſſimè: cùm priùs ſedes ipſarum fuiſſet cœlum ſupremum, nunc terrâ caperentur imâ, impurâ, inconſtantiſſimâ. Vide ſis de Luciferi caſu *Eſa. XIV, 12.* it. de ſtellis cœlô decidentibus, *Apoc. VI, 13. cap. IIX, 10. c. IX, 1. cap. XII, 4. Matth. XXIV, 29.* Notandum tamen, qvòd non exercitus à cornu hôc deturbatus fuerit univerſus, verùm מִן הַצָּבָא *de exercitu*, putà, *aliqvos* cadere fecit. Hujusmodi namq; particularitas indicari ſolet præpoſitione hâc מִן vel præfixô מ v. g. *1. Paral. IX, 3.* in Jeruſalem habitârunt *de filiis Judà*, h. e. aliqvi Judæorum. *c. XII, 20.* transfugerunt ad eum מִמְּנַשֶּׁה *de Manaſſe*, h.e. aliqvi Manaſſitarum. Ne verò ambigui eſſemus qvid per הַצָּבָא *exercitum hunc* intelligendum veniat, idcircò declarationis gratiâ ſubjicitur מִן הַכּוֹכ׳ *de ſtellis*, qvæ ſcil. eundem נפל

 con-

Digitized by Google

conſtituunt exercitum, tanqvã milites eò deſtinati atq; lecti. Nonincommodè applicari poſſet illa copulæ *vau* acceptio, qvæ nonnunqvam idem valet ac *id eſt*, v.g. Gen. XXXV, 12. *dabo tibi & (id eſt) ſemini tuo* : Num. XXXI, 6. *vaſa ſancta &* (id eſt) *tuba*, &c. ita & hîc: *de exercitu, id eſt, de ſtellis.* Conf. *c. XII, 3. Matth. XXIV, 29.* it. *1. Macc. IV, 42. & 2. Macc. IV, 14.* nec non *Apoc. XII, 4.* de Dracone tertiam ſtellarum partem poſt ſe trahente *c. I, 16.* de Chriſtô, ſtellas habente in manu ſuâ.

וַתִּרְמְסֵם׃ *Et conculcavit eas.*

Secundum hoc eſt effectum, deturbatarum ſcil. ſtellarum contumelioſa tractatio aut annihilatio, qvippe qvæ per conculcationem non poteſt non intelligi, qvomodo aliàs conculcari à porcis ſolent margaritæ, *Matth. VII, 6.* & ab apoſtatis Filius Dei, *Ebr. X, 29.* Sic conculcari ſolet ſal fatuum, *Matth. V, 13.* ſic conculcabatur Jeſabel, *2. Reg. IX, 33.* Conf. *Eſa. V, 4. c. XVII, 14. c. XIIX, 2. 7. c. XXIIX, 3. c. XLII, 22. c. LXIII, 18. Jer. XXX, 16.* it. qvæ jam dicta ſunt *cap. VII, 7. 19.* de qvartô animali, cuncta pedibus ſuis conculcante. Adeòq; Antiochus hâc piorum in templi cœlô inſtar ſtellarum micantium conculcatione, videri volebat cœlum ſe ſubjeciſſe ſuis pedibus.

וְעַד שַׂר־הַצָּבָא הִגְדִּיל

VERSUS XI. הגדיל *Et usq; ad principem fortitudinis magnificatum eſt.*) *Tertium* videmus hîc effectum, vel veriùs conatum temerarium, qvi eſt inſolentia adverſus Deum ipſum ſceleſtiſſima, expreſſa verbô הִגְדִּיל *inſolenter egit, ſeipſum extulit*, qvomodo hæc verbi forma jam adfuit *v. 4. & 8.* Objectum verò adverſus qvod hæc ſeſe exeruit temeritas faſtuoſa, eſt *princeps exercitûs*, h.e. ipſe Deus ac creator verus, utpote qvi ſolus hunc cœli exercitum nominetenus educit, *Eſa. XL, 26. Pſal. XXXIII, 6. Pſal. CXXXVI, 9. CIIL, 3. 5. Jer. XXXI, 35. Deut. IV, 19. Job. IX, 7.* Usq; ad hunc igitur, vel contra hunc, extulit ſe hæc hominis impietas, dum contumeliis Deum verum ejusdemq; populum proſcidit, contemtim omnia ipſummet attinentia tractavit, ſe longè potentiorem ipſô credidit, &c. fermè ut Pharao inſaniebat olim Exod. V, 2. *qvis eſt Jehova, ut paream voci ipſius?* Hugo Grotius de Oniâ ſacerdote ſummô hæc intelligit, qvem primum ſacerdotiô exuerit Antiochus, & ſacra peragere vetuerit. Verùm cauſa non eſt, cur tyranni illius inſaniam aliqvantisper h. m. mitigemus. Et jam dudum de ſententiâ hâc ipſe pronunciavit *Calvinus*, illam eſſe nimis coactam.

וּמִמֶּנּוּ

Digitized by Google

וּמִמֶּנּוּ הֻרַם הַתָּמִיד *Et ab eô tulit juge ſacrificium.*

Potiùs: *Et ab ipſô ablatum eſt juge*, ſcil. ſacrificium, En *qvartum* effectum; ſubmotionem videl. cultûs ſacri omnimodam, qvi ipſe cultus latet in voce תָּמִיד *juge*, videl. זֶבַח *ſacrificium*, qvod manè ac veſperi ſingulis offerendum erat diebus, *Exod. XXIX, 38. 42. Num. XXIIX, 3. 6.* &c. ita verò aliàs qvoq; reqvirebatur lucerna in tabernaculô תָּמִיד *perennis, Ex. XXVII, 20.* panis faciei ſuper menſâ תָּמִיד *perennis, c. XXV, 30.* nomina in pectorali ad recordationem תָּמִיד perennem, *Exod. XXIIX, 29. 30.* frontale ſummi Pontificis, *v. 38.* ſuffitus. *c. XXX, 8.* ignis jugis, *Levit. VI, 6.* Mincha *v. 13. &c.* hoc omne igitur ad Dei cultum תָּמִיד jugiter cautiſſimeq; continuandum pertinens, הֻרַם *amotum eſt* totaliter, contemtim, ſeverè, crudeliter, מִמֶּנּוּ *ab ipſô*, (nota, מִ hôc locô efficientem deſignare cauſam, h.e. Antiochum, niſi fortè malimus referre ad principem exercitûs, hoc eſt, Deum ipſum, cujus jura h. m. ſceleſtiſſimè ſunt violata;) idq; factum eſt, tùm edictis rigidis, tùm pœnis crudeliſſimis, ſiqvidem impedivit hic tyrannus, qvantum in ſe, omnem tàm internam qvàm externam ſupremi Numinis venerationem, adeò ut circumciſio, dies feſti, Sabbatha & in univerſum qvælibet ſacri cultûs ſigna abolerentur ubivis *1. Maccab. I, 47.* Geminam hîc obſervant Maſoretæ lectionem, unam activam, qvæ eſt Ketif הֵרִים *removit* ab ipſô (Deô) ſacrificium juge; alteram paſſivam, qvæ eſt Keri, הֻרַם *remotum* vel ſublatum eſt juge ſacrificium ab ipſô (cornu hôc peſtilentiſſimô:) pro qvâ poſteriore lectione notari poſſunt duo loci reliqvi ex Hophal verbi רוּם *Exod. XXIX, 27. & Levit. IV, 10.* Senſui interim decedit nihil. תמיד

וְהֻשְׁלַךְ מְכוֹן מִקְדָּשׁוֹ׃

Et dejecit locum ſanctificationis ejus.) *Qvintum* hoc eſt effectum, devaſtatio nimirum ſanctuarii vel templi dominici, qvod communiter venit nomine מִקְדָּשׁ *ſanctuarium.* Præmittitur hîc מְכוֹן *locus paratus*, (forma abſoluta ſeu extra regimen eſt מָכוֹן à verbô כּוּן *parare, firmare, fundare;*) ſicut & alibi ſimilis ferè occurrit ſtructura v.g. Eſa. IV, 5. *ſuper qvolibet* מְכוֹן *locô paratô montis Zion:* 1. Reg. IIX, 39. 43. 49. *exaudias de* מְכוֹן *locô paratô habitationis tuæ, &c.* Adeòq; mens eſt; Licèt Deus ejuſdem ſervi multô cum labore, curis atq; ſumptibus paraverint hanc ſanctam cultûs ſacri officinam, nil qvicqvam tamen id movit hunc hominem nefarium; qvinimò השלך *projectum* מכון

eſt id omne ſpretim, ad inſtar capitis præciſi de murô projecti *2. Sam. XX, 21.* vel vitis evulſæ inq; terram dejectæ, *Ezech. XIX, 12.* inſtar cadaveris, *Eſa. XIV, 19. 1. Reg. XIII, 24. 25. 28.* &c.

וְצָבָא תִּנָּתֵן עַל־הַתָּמִיד בְּפָשַׁע

VERSUS XII. *Robur autem datũ eſt contra juge ſacrificium propter peccata.)* Potiùs: *& exercitus traditus eſt unà cum jugi ſacrificiô ob defectionem.* Sunt hæc qvædam antecedentium repetitio cum aliqvô additamentô, ſiqvidem ut *v. 10.* meminit exercitûs impugnati, inq; terram ex parte deturbati, & *v. 11.* ſacrificii jugis remoti; ita hîc eorundem traditur deſertio; תִּנָּתֵן *tradebatur,* nimirùm in poteſtatem ſævientis iſtius beſtiæ, cui Deus reſiſtere pro ſapiente juſtôq; ſuô conſiliô tunc temporis noluit & qvidem בְּפָשַׁע *propter pravaricationem,* putà tùm ſacerdotum, tùm populi, qvippe qvàm & olim ſubſeqvi conſvevit traditio in manus hoſtium, adeò ut Deus noluerit ſuo ſubvenire populo ingrato, poſtqvam deſertô ipſô deflexerant ad Deos gentium, ſicut videre eſt paſſim in librô Judicum. Hâc ratione præpoſitô עַל־ idem erit ac *cùm,* cujusmodi loca ſunt *Pſ. CXXXIIX, 2. Levit. II, 2. c. III, 4. c. IV, 11.*

נתן *1. Sam. XIV, 33. 34. Cohel. XII, 14. &c.* Ita verbum נִתַּן *traditus fuit,* (à rad. נָתַן *dedit,*) in ſimili adhibetur negotiô, Levit. XXVI, 25. *trademini in manus hoſtis:* Eſr. IX, 7. *propter iniqvitates noſtras traditi ſumus,* Jer. XXXIIX, 3. *tradendo* תִּנָּתֵן *tradetur urbs hæc,* &c. c. XXXVII, 17. *in manum Regis Babel* תִּנָּתֵן *traderis,* vid. ib. *c. XXXII, 4. c. XXXXIV, 3. Eſ. XXXVII, 10. c. XXXVI, 15.* Atq; hunc ipſum ſenſum refert etiam qvodammodo verſio *Lutheri:* Es ward ihm aber ſolche Macht gegeben wider das tägliche Opffer/ umb der Sünde willen: qvàm totidem verbis repetiit *Ditenb. & Moguntina verſio:* Ubi tamen vocem צָבָא *exercitus* acceperunt pro *poteſtate,* adeòq; aliô in ſignificatu, qvàm præceſſerat, *v. 10. & 11.* Addimus hîc ſententias etiam aliorum v. g. *R. Salom Ben Melech,* qvi צָבָא exponit de קֵץ וּזְמָן *terminô & tempore,* vel de tempore determinatô, qvâ in ſignificatione etiam occurrit ſecundùm nonnullos *Job. VII, 1. c. X, 17. c. XIV, 14. Eſa. XL, 2.* fortè qvia determinatum erat tempus miniſterio Levitarum ſacro, itemq; militiæ, de qvô utrôq; aliàs Ebræum hoc uſurpatur vocabulum. Senſus non adeò incommodus emergeret, *& determinatum tempus conceſſum eſt contra ſacrificium juge ob peccatum;* qvô cum non malè cohæreret qvæſtio *v. 13.* qvousq;? Eadem ſententia placuit olim Calvino: *& tempus*

datum

Digitized by Google

datũ eſt ſuper jugi ſacrificiô; h.e. Deus arcanô judiciô moderabitur iſtas turbas, certô aliqvô & præfixô tempore experietur Eccleſiæ ſuæ patientiam, &c. *Jacchiades* ita exponit: Et *exercitus*, h. e. impii Iſraëlis apoſtatæ, qvi erant de memoratô *exercitu*, ſvaſores fuerunt לָתֵת *ad dandum* prævaricationem ſuper juge ſacrificium, mactando ſcil. porcum, iſtumq; ſuper altare ſacrificando. Grotius: *Et exercitus*, h. e. *præſidium Antiochi, dabitur (imponetur urbi) contra juge (ſacrificium) per ſcelus*: qvorſum citat *1. Maccab. I, v. 47.* & Joſephi *librum 12. de bellô Judaicô cap. 7.* Belgæ: **Ende het heyr wierd in den Affael overgegeven**: *Et exercitus tradetur in defectionem*, in ſcholiô: ut ſcil. deficerent à cultu verô ad idòlolatricum, *1. Maccab. I, 12. & cap. II, 15.* de qvibus atq; aliis judicium formari poterit facilè, ſi attendamus ſuperiùs adducta. Simpliciſſimum videtur, vocem צבא & תמיד accipere eôdem ſenſu, ut v. 10. & 11. adeòq; ſic interpretari: *& exercitus* (cœli) *tradetur unà cum jugi ſacrificiô, ob defectionem*, populi putà Iſraëlitici à Deô verô.

וְתַשְׁלֵךְ אֱמֶת אַרְצָה *Et proſternetur veritas in terrâ.*

Sextum hîc videmus effectum, veritatis nimirùm corruptionem; וְתַשְׁלֵךְ *& projiciet* (nimirùm cornu illud, qvod in fœmininô genere hîc repetendum, ſicut *v. 9. & 10.*) *veritatem in terram*, qvomodo ſcil. ea ſolent contemtim projici, qvæ adverſamur ac vilipendimus tanqvam res nauci, & qvæ pedibus proculcanda judicamus. vid. ſuprà v. 11. ubi paſſivum adfuit הֻשְׁלַךְ *deturbatum eſt ſanctuarium ejus*. Veritas autem h. l. non promiſcuè qvævis eſt intelligenda, qvalem aliàs commendant Ethici aut Metaphyſici, verùm Theologica potiùs, in verbô revelatô imprimis comprehenſa atq; tradita; eam ſiqvidem perſecutor hic tanqvam mera figmenta atq; nugas, adeò ſpretim habuit, ut omnes etiam codices ſacros terræ optaverit altiſſimè immerſos aut deperditos, it. ut omnem traditionem vel informationem juventutis oralem extremis proſcripſerit modis, &c. Ita *AbenEſra* interpretatur de legis abolitione, & ne præcepta obſervarentur: it. *R. Salom. Jarchi* de תורת אמת *lege veritatis*. *Saadia* tamen de Iſraëlitis interpretatur, utpotè qvi ſint *ſemen veritatis*, (Jer. II, 21.) qvod ſanè nimis durum. Forſàs ex hôc Judæô Maldonatus adeò ſapit, ut dicat, ſe mirari, neminem animadvertiſſe Ebræa verba alium habere ſenſum, utpote fœminina, qvæ ad Antiochum referri neqveant, ſed ad *veritatem*, h.m. In terram qvaſi ſemen dejectum fructum faciet, magisq; שלך

giſqꝫ multiplicabitur. Idem arripuit Fernandius *de viſion. V.T. fol. 673.* diſſentiente tamen *Sanctiô* & *Corneliô è Lapide* ob *verſ. 24.* Veruntamen ſuprà jam monitum fuit, dici hoc reſpectu קֶרֶן *cornu*, qvod eô genere conſtructum adfuit non ſemel. De lege veritatis vel Scripturâ S. vide *Nehem. IX, 13. Pſ. XIX, 10. Pſ. CXIX, 43. 142. 151. 160. Malach. II, 6.*

וְעָשְׂתָה וְהִצְלִיחָה׃ *Et faciet, & proſperabitur.*

Abſolutis cornu hujus effectis ſubnectitur etiam (ו) adjunctum geminum, tùm proſperitatis, *hôc verſu*, tùm durationis, qvousq; illa ſe extenderit, *v. 13. 14.* Dum verò verbum hîc præmittitur generale וְעָשְׂתָה *& faciet*, nimirùm cornu illud parvum, de qvô *v. 9.* (צָבָא namq; ſecundùm *Jacchiadem* ob generis diverſitatem ſubintelligi hic neqvit:) neq; additur ſimul, qvid facturum ſit, complexim cuncta, qvæ anteceſſerunt, meritò intelligimus, qvaſi diceret: nihil horum, qvæ vidiſti, ô Daniel, deſiderabitur ſuô tempore, efficientur per eundem tyrannum ſingula iſthæc abominanda, qvæ in hominem cadere poſſe vix videbatur veroſimile. Adeòqꝫ *facere* hîc idem eſt ac exeqvi vel efficere pro lubitu, ſicut infrà *cap. XI, 3.* diſertè dicitur in ſimili materiâ: עָשָׂה כִּרְצוֹנוֹ *faciet ſecundum voluntatem ſuam*: vide ibid. *v. 17. 28. 30. & hoc cap. IIX, 25.* Proſperitatem qvod ſpectat comitem, effertur ea verbô וְהִצְלִיחָה *& proſperabitur*, vel *feliciter aget*, h. e. nihil impediet ſceleſtiſſimos illos conatûs, conſilia, actionesqꝫ optatum ſuum conſeqventur finem, admiranda impietatem hanc comitabitur ſucceſſuum felicitas, adeò ut piis inde enaſci qveat facilè offendiculum, ac ſi ejusdem viæ atq; inſtituta probarentur Domino; qvomodo aliàs de hominibus piis loqvitur David *Pſ. I, 3.* qvicqvid facit יַצְלִיחַ *proſperè ſuccedet*. Vide de verbô hôc notata *Prov. XXIIX, 13.* Nonnulli per Ebraiſmum vel Hendiadyn hæc interpretantur: *faciet & proſperabitur*, h. e. proſperè efficiet, qvomodo v. g. dicitur alibi, revertere conſolare nos, pro iterum nos conſolare, &c. atq; ſic *Tirinus & Sanctius.* Verùm obſervatis iis, qvæ ſub initium allata ſunt, opus haut erit eò recurrere.

וָאֶשְׁמְעָה אֶחָד־קָדוֹשׁ מְדַבֵּר

VERSUS XIII. *Et audivi unum de Sanctis loqventem.)* Alterum jam attendendum venit adjunctum, videlicet felicitatis duratio, qvæ traditur tùm interrogatione, *v. 13.* tùm reſponſione, *v. 14.* Sicut verò hactenùs omnia fuerunt muta, ſoliq; oculi in viſione penitiùs percipiendâ fuêre

Digitized by Google

fuêre occupati, ita nunc auribus etiam ſua competens præbetur materies: & ſicut antea *v. 2. & 3.* dixerat *vidi*, ita nunc *audivi*, ubi haut dubiè par utriusq; ſenſûs in viſione fuit occupatio, ita ut phantaſiæ propheticæ cuncta, tanqvam realiter viſa & audita, fuerint impreſſa. (α) Interrogans proindè fuit *unus ſanctus*, h. e. angelus qvidam, veluti ſuprà *c. IV, 10. 20.* ſimiliter facta fuit mentio עִיר וְקַדִּישׁ *vigilis & ſancti*, h.e. ſancti diviniq; vigilis, ex cœleſtium apparitorum numerô, vide ſîs *Devt. XXXIII, 2. Job. XV, 15. Pſ. LXXXIX, 8. Zach. XIV, 5.* It. *Matth. XXV, 31. Marc. IIX, 38. Luc. IX, 26. Act. X, 22. Apoc. XIV, 10.* ubi de angelis ſanctis, it. *1. Theſſ. III, 13.* de ſanctis Chriſti, & *Judæ v. 14.* de mille ſanctis Domini. Porrò אֶחָד *unum* qvandoq; poni pro aliqvô, conſtat ex Gen. III, 22. *qvaſi unus ex nobis:* it. *Cohel. IV, 8. Obadiæ v. 11. Matth. IIX, 19. c. X, 42. c. XIIX, 5. 6. 14. &c.* Et qvidem unus hicce ſanctus inſuper qvoq; vocatur מְדַבֵּר *loqvens;* unde colligimus, viſionem hanc arietis atq; hirci propheticam non caruiſſe adeò omni angelicô ſpectaculô, ita ut mera comparuerint bruta, verùm adſtitiſſe etiam vati noſtro unum atq; alterum cœleſtium ſpirituum, qvorum unus nunc demum incipit fieri vocalis vel *loqvens*, & qvidem ad informandum eò pleniùs ſpectatorem Propheticum.

וַיֹּאמֶר אֶחָד קָדוֹשׁ לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר

Et dixit ſanctus unus alteri, neſcio cui loqventi.) Habes hîc (β) etiam interrogatum, qvi appellatur *palmoni*, qvæ vox ex mente Ebræorum coaluit ex duabus פְּלוֹנִי אַלְמֹנִי qvibus innominatum aliqvid, vel perſona, cujus nomen datâ operâ reticetur, deſignari ſolet, v.g. Ruth. IV, 1. *ſede huc* ploni almoni. it. 1. Sam. XXI, 2. *pueris condixi locum* ploni almoni, *2. Reg. VI, 8.* Rex Syriæ conſilium iniit cum ſervis ſuis dicendo: *In loco* ploni almoni *erunt caſtra mea:* adeoq; & h.l. denotatur is, cujus nomen Prophetæ fuit occultatum. Illuſtrat hanc ipſam originem vocis *R. Salomon Ben Melech* ex Devt. XVII, 8. *qvin* יִפָּלֵא *occulta erit* (vel ardua aut difficilis) *tibi res aliqva*, &c. & de qvâ loqvi neqvit אִלֵּם *mutus.* Aliqvi declarant per *Titium & Sempronium* apud JCtos, qvibus vocibus indefinitè utuntur in caſibus deſcribendis: it. per Græcorum ὁ δεῖνα. Aliter *Polanus* exponens de perſonâ qvâdam certâ, de qvâ cognitum eſt eis, qvibus ſcribitur vel dicitur; ita ut origo ſit פָּלָא *mirabile, difficile, abſconditum fuit*, & עָלַם *occultavit:* qvem ipſum titulum Chriſto hîc ſcribit tribui, utpote

pote qvi in numeratô habeat occulta, ſeu rebus occultis ſit præfectus. Addit, eundem appellari הַמְדַבֵּר *loqventem illum*, utpote qvi ſit ὁ λόγος ὁ ἐξαγγελτικὸς *ſermo enuncians nobis conſilia Patris*. Ita de Chriſtô accipiunt etiam *Calvinus, Oecolampadius & Piſcator*, tùm qvòd ex eô angelus exqvirit rem arcanam de duratione prædictarum calamitatum, tùm qvòd infrà *v. 16.* idem mandatum dederit Gabrieli, tanqvam imperandi præditus facultate. Reddit verò *Piſcator* ebræam vocē per *Anonymus*, (qvomodo & *Belga* tot den onbenaemden/Mogunt. zu einem andern/ weiß nicht wem/) dicitq; Ebræos hoc nomine Palmoni uti, qvum certum hominem ſignificare volunt, neq; tamen nominare, ſicut Græci ſuum adhibent ὁ δεῖνα, uti videre eſt, *Matth. XXVI, 8.* Similia ferè affert L' Empereur *ad Jacchiadem h. l.* cenſens, conflatum eſſe hocce nomen ex פֶּלֶא & מְנַהֵר, qvorum illud Meſſiæ tribuitur, *Eſ. IX, 6.* ubi mirabilis vocatur conſiliarius; hoc verò in Piel idem ſit ac *præficere*, adeò ut Meſſias denotetur, Eccleſiæ præfectus à Deô Patre, *Pſ. II, 6.* & qvi Patris omniſcii conſilia habeat cognita univerſa. Eodem modo de τῷ λόγῳ interpretantur etiam *Junius, Belga, Geſnerus, Vinarienſes, Iſidorus, Theodoretus atq; alii.* Unde ſimul conſtare poteſt, qvam lubrica ſit Papiſtarum collectio ex textu præſente, v. g. *Pererii*, veram eſſe Dionyſii de Angelis doctrinam de mutuô eorundem colloqviô, & qvòd angelorum alii multa diſcant ab aliis, & inferiores purgentur, illuminentur & perficiantur à ſuperioribus, & qvòd angelorum diſpar ſit autoritas & potentia, &c. Probare enim priùs debuiſſet ſolidè, angelum hunc Palmoni non eſſe increatum ſeu magnum illum fœderis legatum, ſed creatum. Pari modô impingit etiam *Maldonatus*, Chriſto dicens fieri injuriam ab iis, qvi eundem hîc intelligunt, eò qvòd redigatur in ſanctorum ordinem, qvum Daniel dicat, fuiſſe unum aliqvem è numerô ſanctorum. Verùm diſcernere debuiſſet Maldonatus interrogantem, qvi fuit *unus ſanctus*, ab interrogatô, ſeu qvem iſte alloqvebatur, ſiqvidem hic appellatur *Palmoni* הַמְדַבֵּר *ille loqvens*, q. d. ſermocinator ille inſignis, per ה Emphaticum peculiariter deſignatus, de cujus ſermocinatione ne gry qvidem hactenus anteceſſit, & qvi nihillominus κατ' ἐξοχὴν ita appellatur. Confer *Joh. I, 18.* Non immeritò igitur Maldonatum deſerit *Sanctius, rem*, dicens *obſcuram & admodum incerta conjectura*: num. 48. & 50.

עַד־מָתַי הֶחָזוֹן הַתָּמִיד וְהַפֶּשַׁע שֹׁמֵם

Usq; qvò viſio & juge ſacrificium & peccatum deſolationis?)

En

Digitized by Google

En (γ) Interrogationem ipſam, qvæ ſolicita eſt de duratione, עַד מָתַי *usq; qvò?* q. d. an dira & abominanda hæc cornu peſtilentiſſimi facinora diuturno continuabuntur tempore? qvæ ipſæ aliàs voculæ (*usq; qvò*) non infreqventes eſſe ſolent in precibus piorum afflictorum, ceu conſtat è *Pſ. VI, 4. XIII, 1. ſeqq. XXXV, 17. LXXIV, 9. &c.* it. qvando ingentes prædicuntur afflictiones, v. g. Eſ. VI, 11. *dixi* עַד מָתַי *usq; qvò Domine?* Dan. XII, 6. *qvousq; finis mirabilium horum?* &c. Objectum autem, de cujus duratione qværitur, eſt tùm ſacrificium juge ablatum, tùm prævaricatio devaſtans, tùm ſanctuarium exercitusqve conculcata. Præmittitur הֶחָזוֹן *viſio hæc;* ita ut reſpectus fiat ad *v. 10. & ſeqq.* qvibus actum eſt de his ipſis rebus, qvomodo *viderit* Daniel eas corrumpi modisq; indigniſſimis tractari. Adeoq; verti poſſet: *qvousq; viſio hæc?* nimirùm *circa ſacrificium juge* remotum, de qvô *v. 11. & circa prævaricationem devaſtantem*, exercitui ſacro cœleſti ſeu populo Dei dominantem, ita ut propter ipſam, & in ipſam juſtè traditus ſit *deſolandus, v. 12. &c.* Atq; hic ipſe ſenſus ex obſervatione conſtructionis liqvidò fluit, qvum non ſit regimen in Ebræô, (*viſio ſacrificii,*) ſed ſeorſim qvodq; vocabulum ſit accipiendum, ſubintellectâ voculâ עַל *ſupra vel circa, de,* &c. Simul qvoad vocem *Viſio* notetur, eandem accipi Metonymicè pro rebus viſis, qvomodo *auditio* pro rebus auditis, *laus* pro re laudatâ, *timor,* pro eô, qvi timetur, &c. Videsîs Glaſs. *L. 5. Philol. ſacr. pag. 65.* Qvoad vocem שֹׁמֵם obſervandum, eam eſſe participium verbi שָׁמֵם *obſtupuit,* it. *deſolatus fuit:* qvod ipſum participium tùm adjectivè tùm ſubſtantivè pro deſolatione uſurpari ſolet, v. g. *c. IX, 18.* שֹׁמְמֹתֵינוּ *deſolationes noſtras:* שֹׁמְמֹתַיִךְ *deſolationes tuæ,* Eſa. IL, 19. Confer Thren. I, 4. *omnes portæ ejus* שׁוֹמֵמִין *deſolatæ,* v. 16. *filii mei fuerunt* שׁוֹמֵמִים *deſolati,* v. 13. *dedit me* שֹׁמֵמָה *deſolatam,* & c. III, 11. *poſuit me* שֹׁמֵם *devaſtatum.* Sic Dan. IX, 27. *ſtillabit ſuper* שֹׁמֵם *devaſtationem,* c. XII, 11. ad *ponendum* שִׁקּוּץ שֹׁמֵם *abominationem deſolationis.* Hîc itaq; *prævaricatio devaſtans* intelligi debet, non tàm de impietate tyranni blaſphemantis, qvàm de ingratitudine Iſraëlitarum devaſtationem meritâ, itemq; de prævaricatione apoſtaticâ, qvâ non pauci de exercitu ſive ſtellis patiebantur ſe in terram deturbari, inibiq; per idololatriam conculcari; qvam ipſam deſolationem animarum non potuit non ſeqvi ulterior deſolatio regionis, omni maledictionum genere referta. Vide hîc diligenter locum qvodammodo parallelum *Eſa. VI, 11.* de plagarum ex

שֹׁמֵם

Digitized by Google

impietate profectarum duratione. Addimus adhuc qvoad vocem שֹׁמֵם, eandem communiter qvidem paſſivè ſumi pro *devaſtatô*, non pro devaſtante; (ſubſtantivè reddi neqvit, *prævaricatio devaſtationis*, qvippè nomen conſtructum non haberet ה emphaticum, qvale hîc eſt in הַפֶּשַׁע, niſi fortè recurras ad anomaliam à Buxtorf. *L.2. Th.Gramm. c.5.p.m.385.* aliisqꝫ obſervatam:) hîc tamen *prævaricatio devaſtata* metonymicè idem foret ac *prævaricatores devaſtati*, qvod ipſum ſanè, ut qvivis videt, valdè durum. Luth. Von der Sünden / umb welcher willen dieſe Verwüſtung geſchicht. Specialis nimis eſt qvorundam acceptio de ſolô illô idolô Jovis Olympii, in templô collocatô, *1.Macc.I, 57.* & apud *Joſeph.L.12. antiqvit. Judaic.c.7.* qvando vituli Jeroboami vocantur *peccatum Samariæ* &c. manemus proinde in iis, qvæ ſub initium ſunt poſita.

תֵּת וְקֹדֶשׁ וְצָבָא מִרְמָס׃

Quæ facta eſt, & ſanctuarium & fortitudo conculcabitur. Potiùs: (usq; qvò) *dare* (dabitur) *& ſanctuarium & exercitûs conculcatio?* Vel: *qvousq; iſthæc ſanctuarii & exercitûs conculcatio permittetur?* Pendent namq; hæc à præcedenti interrogativô עַד מָתַי *usq; qvo?* ita ut infinitum תֵּת *dare*, (à verbô נָתַן *dedit*) per enallagen pro finitô ponatur: *dabit*, vel, *dabitur* (imperſonaliter,) h.e. permittetur. De enallage verbi infiniti pro finitô vide ſuprà *c.II,21.* לְהוֹא *eſſe*, pro *erit*. De נָתַן *dedit* h.e. permiſit ſive conceſſit, conſule Pſ. LV, 23. *non* יִתֵּן *dabit* (i.e. concedet) *juſtum moveri perpetuò*: Pſ.CXXI,3. *non* יִתֵּן *dabit* (concedet) *moveri pedem tuum*: Pſ.XVI,10. *non* תִתֵּן *dabis* (concedes) *ſanctum tuum videre corruptionem*: Pſ. LXIX,28. תְּנָה *da* (permitte) *peccatum ſuper peccatum eorum*. It. *Cohel. V,5. Eſa.L,6.* De *ſanctuariô* porrò dictum v. 11. & de *exercitu* v. 10. ubi ſimul etiam de *conculcatione* ejusdem.

VERSUS XIV. וַיֹּאמֶר אֵלַי *Et dixit ei.*

Ita Vulgatus; & qvidem incommodè ſatis, cùm expreſsè fontes habeant אֵלַי *ad me dixit*. Ex his namq; patet, qvâ de cauſſâ ſanctus ille *v.13.* interrogaverit, nimirum non ſuô ſed Danielis nomine, ut is informationem perciperet pleniorem, ut ipſius etiam admirationi ac ſtupori, nec non metui ac ſcandalo parata foret medicina: haut dubiè enim perculſus fuit Daniel inſigniter, cùm tot cerneret ſtellas cœlô deturbari, ſanctuarium contaminari, ſacra alia profanari, &c.

עַד

עַד עֶרֶב בֹּקֶר אַלְפַּיִם וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת

Usq; ad veſperam & manè duo millia trecenti.) En partim tempus, partim temporis numerum. Illud non ſecundùm annos aut menſes deſcribitur, verùm per עֶרֶב בֹּקֶר *veſperum matutinum,* ſive per νυχθήμερα, qvomodo *Gen. I.* aliqvoties ita ſupputatur: *& fuit veſperi & fuit manè dies primus, v. 5.* ſic dies ſecundus *v. 8.* atq; ita conſeqventer. Lutheri gloſſa marginalis ita declarat: Es ſind nicht Wochen-Tage / wie *Dan. IX, 24.* Jahr Wochen / ſondern gewöhnliche und natürliche Tage/da man Abend und Morgen innen rechnet. Et in præfat. 2300. Tage machen 6. und 1. Viertel Jahr: Denn eben ſo lange wütete auch der Antiochus, &c. ſimili modô etiam *AbenEſra ad verſ. 25.* de tot diebus facientibus ſex annos & tres menſes; qvamdiu ſcil. duravit magna ſub Antiochô calamitas, qvod ipſum haut dubiè dictum voluit hìc contra *Saadiam & R. Levi,* qvi de 2300. annis hæc exponunt, indè ſcil. à Samuele usq; ad purificationem templi; qvam ſupputationem prolixè recenſet h. l. *Oecolampadius.* Veſperam præmitti auroræ ob primam Moſis computationem ſimilem, nec non pro ratione Iſraëlitarum, qvi à veſpere diem inchoare ſolent, & non ab ortu Solis, exiſtimamus cum plerisqve, utut contrarium ſtatuat Sanctius ad *Act. c. XII. v. 10.* adeoq; & hìc & v. 26. *veſperi-manè* ponitur pro die naturali integrô. Numerus verò temporis hujus eſt bis mille trecenti: qvot eqvidem dies cõputati ſecundùm annuam dinumerationem dierum 365. ſex conficiunt annos & qvadrantem, ſive tres menſes cum dimidiô: qva ratione accipiunt interpretes pleriqve, v. g. *Calvinus, Oecolampadius, Sanctius, Corn. à Lap. &c.* an verò tàm exactè à nobis hôc noſtrô præſente tempore iidem illi articuli oſtendi aut ſupputari qveant, dubitari forſàs poſſet; qvanqvam dubium intereà ſit nullum, exactè hoc ipſum ſpacium à fidelibus, Antiochi tempore viventibus, deprehendi ac ſupputari potuiſſe. Vide intereà *Junium ac Polanum* de faciendô initiô à ſceleratâ defectione populi, per *Menelaum* Pontificem, (qvi & Onias dictus,) cum literis regiis miſſum procuratâ, ad usq; templi purgationem. Conf. *1. Maccab. I, 11. 12. 21. cum cap. IV, 52. cap. VI, 16. 2. Maccab. IV. 23. 25. &* Joſephi *L. 12. antiqvit. Judaic. c. 6.* Aliam ſolutionem affert Cornelius Bertramus *in lucrubr. ſuis p. 46.* qvam approbat Chriſtoph. Helvicus *in vind. locorum V. T.* & Glaſſius *L. 1. Philol. ſacr. pag. m. 140.* de bis mille trecentis tùm matutinis tùm veſpertinis ſacrificiis adeòq;

mille centum & qvinqvaginta diebus, h.e. tribus annis diebusq; qvinqvaginta qvinq;, qvamdiu duraverit templi profanatio, *1. Maccab. I, 57. 62. cap. IV, 52. 53.* qvam etiam viam ingreditur D. Waltherus *in Harm. ad h.l. Jacchiades* non anguſtiam illam particularem ſub Antiochô, ſed terminum potiùs ultimum hîc intendi autumat, ſub adventum ſcil. Meſſiæ, idq; ex *verſ. 26.* qvia dierum multorum ibi ſpatium memoretur; proindeq; intelligit totidem annos, ita ut ſub finem qvinqvies mille & ſeptingentorum annorum à conditô mundô circiter adventurus ſit Meſſias, qvò habitare poſſint Iſraëlitæ in terrâ ſuâ ad trecentos circiter annos ſextæ Chiliadis; Chiliade autem ſeptimâ redigetur mundus in inane, qvemadmodũ fuit ab initiô. Caderet hæc Judæorum felicitas in añum Chriſti 1940. Verùm dies propriè dictos, non verò annos hîc accipiendos eſſe, ſatis docet vocum ratio, nec non hiſtoria ipſa. Perperam apud LXX. legi 2400. fatetur *Corn. à Lap.* æqvè ut apud alios vitiosè fuêre ſcripti 2200. teſte *Hieronymô. Flaminius Noblius* tamen notat, plerosq; libros legere, *τριακόσιαι*, qvàm lectionem dat etiam *Theodoretus.*

וְנִצְדַּק קֹדֶשׁ׃ *Et mundabitur ſanctuarium.*

צדק Ebr. נִצְדַּק *juſtificatus fuit*, (in formâ Niphal nuſpiam legitur alibi in ſacris,) h.l. accipitur pro expurgatione immunditiarum idololatricarum, in templô variis modis exercitarum, nec non pro inſtauratione cultûs debiti; qvâ ratione templum à ſuâ immunditie divinitùs velut abſolutum fuit, ac pro domô Dei rurſum agnitum, cum antehâc juſtô judiciô id Deus reprobâſſet: Vel ſecundùm *Calvinum*, juſtificari dicitur templum, qvando reſtituitur ipſi ſpoliato ſuum jus, qvando in libertatem aſſeritur, cùm cauſam obtinet, ubi anteà iniqvè velut gravatum fuerat, &c. Nil proinde hîc pro juſtitiæ infuſione papiſticâ: Vid. Meiſn. *p. 2. Phil. Sobr. ſec. 1. qvæſt. 28. c. 1. p. 228. & dec. 3. anthrop. D. 4. θ. 23.* Giſen. *Papiſ. D. 55. θ. 48. 49.* qvâ ipſâ de reſtauratione legi poteſt *1. Maccab. IV, 36. 43. 2. Macc. X, 3.* Miram & myſticam hujus loci expoſitionem ex *Breſchit Rabba* habet Reymundus *in pugione fidei fol. 457.* de ſententiâ contra Adamum latâ, &c. *R. Salomon* ſic interpretatur: *expiabitur peccatum Iſraëlis, & redimentur & ſalvabuntur ſalute æternâ per regem Meſſiam, juxta Eſa. XLV, 17.* Syrus ita reddit, וְנֵזְכֵּה זִדְקָא *& vincet juſtitia.*

PORI-

Digitized by Google

PORISMATA, ut & pleniorem viſorum hactenus interpretationem differemus ad ſubſeqventem usq; angelicam expoſitionem *v. 21. ſeqq.*

וַיְהִי בִּרְאוֹתִי אֲנִי דָנִיֵּאל אֶת־הֶחָזוֹן

***Factum eſt autem, qvum viderem Ego Daniel viſionem.*)** VERSUS XV.
Inchoat hîc *tertia* capitis noſtri pars, viſionis videl. interpretatio *à v. 15. ad 27.* ubi deſignatur 1. Tempus interpretationis, 2. auditor informatus. 3. Interpres (*v. 15.*) 4. mandatum interpretationem imponens (*v. 16.*) 5. Succeſſus, Danielis nimirum tùm conſternatio, tùm confortatio (*v. 17. 18.*) 6. interpretatio ipſa (*v. 19. ſeqq.*) Proinde (1.) Tempus interpretationi deſtinatum inchoabat demum abſolutâ viſione totâ, ita ut non per interſcenia qvaſi expoſitum fuerit unum atq; alterum, ראות
verùm בִּרְאוֹתִי *poſtqvam vidiſſem ego Daniel hancce viſionem*, videlicet integram. Ubi infinitum ראות *videre* pro ratione circumſtantiarum, non poteſt niſi per præteritum exponi: *in* vel *poſt vidiſſe me.* Pleonaſticè verò integrum pronomen אֲנִי poſtponitur affixo Jod, unà cum disertô Danielis nomine, idq; pro indole lingvæ, ſicut ſuprà *v. 1.*

וָאֲבַקְשָׁה בִינָה ***Et qværerem intelligentiam.***

Sicut (2) auditor informatus jam propriô nuncupatus fuit nomine, ita hîc porrò à ſuô deſcribitur ſtudiô, qvod *qvæſiverit*, ſive intùs ſecum meditando, ſigna ad certas res ſignatas applicando, viſa antecedentia cum præſentibus conferendo, &c. ſive forinſecùs apparentem ſibi ſanctum interrogando. De verbô בִּקֵּשׁ *qvæſivit*, qvô & deſiderium & ſtudium indefeſſum varium includitur, vide Prov. II, 4. *ſi qvæſiveris eam ut argentum*, &c. objectum verò inqviſitionis hujus eſt בִּינָה *intelligentia*, videl. rerum viſione hâc adumbratarum: vide *cap. I, 20.* it. *Prov. II, 3. cap. IV, 1. 5. 7. c. IX, 10.*

וְהִנֵּה עֹמֵד לְנֶגְדִּי כְּמַרְאֵה גָבֶר׃

***Ecce ſtetit in conſpectu meô qvaſi ſpecies viri:*)** Habes (3) Interpretem, qvi dicitur *ſtetiſſe coram Daniele*, tanqvam alacris ac indefeſſus ad ſubveniendum, utut aliàs informantes autoritatis & qvietis cauſâ ſoleant utplurimum ſedere. Præter hunc verò ſitum atq; locum etiam ſpecies ipſius externa deſcribitur, qvòd fuerit non vir reverà, ſed כמראה גבר *qvaſi ſpecies viri honorati* vel fortis, (vide de voce Chaldaicâ גְּבַר *c. II, 25. V, 11.* & de Ebr. גֶּבֶר *vir*, à גָּבַר prævaluit, *Prov. VI, 34.* גבר

c. XXIV,

c. XXIV, 5. c. XXX, 1.) nimirùm Angelus ille Gabriel, ut mox ſeqvetur, ſpeciem aſſumſerat humanam, eamq; non infantis aut pueri, ſed viri adulti, ſpectati, honorabilis; qvomodo & alibi ſub ejusmodi humanâ ſpecie hi ſpiritus cœleſtes ſpectandos ſe exhibuêre. vid. infrà c. X, 18. *tetigit me qvaſi ſpecies hominis*. Conf. etiam *Jud. XIII, 6.* ubi uxor Manoæ de angelô nondum à ſe cognitô ajebat: *Venit ad me Vir, cujus adſpectus* כמראה מלאך *qvaſi adſpectus angeli Dei.* Jacchiades opinatur fuiſſe הקב״ה ipſummet Deum.

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Ordo ubivis obſervari debet ſtudioſè, ne ante abſolutum penſum intempeſtivè ſimus curioſi circa ea, qvæ ſcire nondum expetit. Ita namq; Daniel integram priùs intuetur attenditq; viſionem, qvàm de ejus intellectu ſciſcitetur. Audiendum priùs cum *Pythagoræ* diſcipulis, anteqvam loqvi incipias & ipſe.

2. Qværenti dabitur *Matth. VII, 8.* raro arcana conſeqvitur, qvi eadem ſuperciliosè deſpexit, aut vanitatibus potiùs indulſit.

3. Parum prodeſt literæ conſpectus, niſi innoteſcat etiam ſalutaris per eandem indicatus ſenſus.

4. Piis coram aſſiſtunt Angeli, utut in ſpecie viri iisdem non appareant ſemper ſenſibiliter, ſicut h. l. Danieli: *Pſ. XXXIV, 8. Ebr. I, 14. Pſ. XCI, 11.*

5. Utut angelus expectari jam neqveat myſteriorum interpres, interpretum tamen abundè conceſſit Deus, conſtituendo Doctores, &c. *Eph. IV, 11. 12.* Imò ipſe angelus Cornelium de ſalute informare noluit, verùm ad hominem, Petrum, eundem ablegavit, *Act. X.*

וָאֶשְׁמַע קוֹל־אָדָם בֵּין אוּלָי

VERSUS XVI. *Et audivi vocem viri inter Ulai.)* Nunc (4) Mandatum ſeqvitur interpretationis; ubi Propheta non meminit oculorum, ac ſi illis vidiſſet loqventem perſonam, ſed ſolùm aurium, qvòd *audiverit vocem hominis*, h. e. qvalem aliàs formare homines ſolent ſonô mediocri, non qvalis eſt fragor tonitru aut aqvarum multarum, velut alibi talium qvandoq; fit mentio. Haut dubiè verò autor humanæ hujus vocis fuit is *Palmoni ſermocinator*, cujus mentionem fieri vidimus, *v. 13.* utpote à qvô interpretationem illic efflagitabat angelus, & qvi hîc etiam angelo mandatum dat, ut interpretationem ſuggerat Prophetæ, intelligentiam qværenti anxiè. Atq; ſic de τοῦ λόγου Gomarus

tom. II.

Digitized by Google

tom. *II. operum fol.219.* Is ipſe humanâ uſus fuit voce, tanqvam ipſammet aliqvando aſſumturus humanam naturam. Et ſicut ſub initum capitis v. 2. meminit Daniel tùm arcis, tùm fluvii Ulai, ubi conſtiterit, ita hìc etiam audiviſſe ait ſe ibidem *inter Ulai*, (& arcem fortè) hanc ipſam voçem. Alii referunt ad vocis formationem, inter utramqve fluvii Eulæi ripam factam.

וַיִּקְרָא וַיֹּאמַר גַּבְרִיאֵל הָבֵן לְהַלָּז אֶת־הַמַּרְאֶה׃

Et clamavit & ait: Gabriel fac intelligere iſtam viſionem.) In mandatô hôc, clarè ſatis promulgatô, (*clamavit,*) habemus tum interpretis nomen *Gabriel,* tùm actum injunctum, *fac intelligere,* tùm ſubjectum informandum, לְהַלָּז *huncipſum* ſcil. præſentem ac meditabundum Danielem, tùm objectum vel materiam communicandam, qvod eſt הַמַּרְאֶה *hæc ipſa viſio* hactenùs commemorata ratione genuini ſui ſenſûs, ſub figuris his occultati. Nominis *Gabriel* redibit mentio inferiùs *cap. IX, 21.22.* Qvi ipſe etiam à Deô ablegatus eſt tùm ad Zachariam, *Luc. I, 19.* tùm ad B. Virginem, *ibid. v. 26.* Sunt, qvi nomen hoc non unius certi Spiritûs proprium, ſed commune potiùs eſſe autumant, ita ut promiſcuè cunctis illis attribuatur angelis, qvotqvot ad annunciandam *Dei potentiam,* (ita namq; *Gabriel* valet *Dei fortitudo,*) ablegantur. Verùm plura obſtant, qvò minùs ſententiam hanc approbemus. Adſcribimus hìc verba Hieronymi: *Qvia viſio de præliis erat regumq; certaminibus, imò regnorum ſucceſſionibus, Gabriel, qvi præpoſitus eſt præliis, huic officio mancipatur, &c. Ubicunq; autem medicina eſt neceſſaria & ſanatio, Raphaël mittitur, qvi interpretatur curatio vel medicina Dei. Porrò ubi populo proſpera promittuntur & ἱλασμὸς neceſſarius eſt, Michaël dirigitur, &c.* Porrò verbum הבן qvod communiùs ferè intranſitivum eſt, ut *cap. I, 4. 17. Prov. IIX, 9.* &c. h. l. tranſitivè valet: *fac intelligere, intelligentem redde,* ſicut & infrà *cap. X, 14.* לַהֲבִינְךָ *ad informandum te;* it. *Pſ. CXIX, 27. 34. 73. ſeqq.* הֲבִינֵנִי *fac me intelligere,* &c. Ac proindè Gabriel arcanorum horum fuit conſcius; aliàs enim communicare illa neqviviſſet: Qvod verò ſciebat ipſe, id modis convenientibus jubetur Danieli revelare, ſermone nimirùm perceptibili, perſpicuô, plenô, &c. Informandus non propriô ſuô nuncupatur nomine, ſed ſolùm pronomine demonſtrativô לְהַלָּז *iſti,* qvod planè neglexit *Vulgatus.* Deſcendit verò ex זֶה iſte, cui tùm ה Emphaticum præmittitur, tùm ל per epentheſin interponitur, unde fit

מַרְאֶה
הבן
לְהַלָּז

Digitized by Google

de ſit aliàs הַלָּזֶה ut Gen. XXIV, 65. *qvis* הָאִישׁ הַלָּזֶה *hic ipſe vir nobis obvius?* it. הַלֵּזוּ Ezech. XXXVI, 35. *terra hæc* הַלֵּזוּ *ipſa devaſtata, &c.* Per apocopen deniq; hîc omiſſum eſt זה ultimum, ſicut & Zach. II, 8. *Dic ad puerum hunc* הַלָּז *ipſum:* 1. Sam. XVII, 26. *Philiſtæum* הַלָּז cap. XIV, 2. מֵעֵבֶר הַלָּז *trans iſtum locum*, &c.

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. *Gabrielis* nomen admonet nos exiſtentiæ, diſtinctionis, attributorum officiorumq; angelicorum. Et qvanqvam Scriptura hîc meminerit nominis hujusmodi proprii, non tamen exinde fides ſtatim fit nominibus angelorum aliis paſſim occurrentibus, v. g. Urielis *L. 4. Eſra, cap. IV, 1.* Raſielis *in Targum Cohel. X, 20.* Aſarielis, qvi aqvis creditur præfectus, ne ruptô littore terram inundent; Surielis, in conſpectu Dei ſtantis; & qvæ ſunt alia, qvorum prolixè meminit Cornelius Agrippa, it. Tremellius *in notis ad Tob. c. XII.* Vide ſîs de nominibus Dæmonum Wieri *L. 1. de præſt. c. 21. ſeqq.*

2. Caput angelis imperans, tanqvam factis per ipſum, eſt Filius Dei unigenitus, *Col. I, 16.*

3. Viſiones & informationes angelicæ in articulis fidei non ſunt expectandæ, ad exemplum Enthuſiaſtarum & fanaticorum aliorum. Aliud ſunt arcana, ſtatum Eccleſiæ externum concernentia, aliud ſunt fidei dogmata, ad ſalutem cuivis fidelium neceſſaria: prioris generis qvædam per angelos revelata non inficiamur, qvoad poſteriora, ad Eccleſiæ Doctores ordinarios ab ipſismet angelis remiſſos fuiſſe informandos, ſcimus ex *Act. X, 6.* &c. Confer de hujusmodi viſionibus Grotii *tom. 1. Anti-Weigelii pag. 84.* Spanhemii *tom. 2. Syntagm. pag. 281.* Brochm. *L. de ang. caſ. conſcient. 2.* It. an Deus angelis tanqvam pœnitentiæ præconibus fuerit uſus? deſcribit D. Keslerus *caſ. conſcient. p. 26. ſeqq.*

4. Verbum Patris ſeu Filius eſt ille, qvi *habet clavem David, qvi claudit, & nemo aperit*, Apoc. III, 7. ab hôc ergò unô humillimè impetranda omnis arcanorum revelatio.

וַיָּבֹא אֵצֶל עָמְדִי

VERSUS XVII. *Et venit & ſtetit juxtà ubi ego ſtabam.)* Cernimus hîc (5) Succeſſum, ubi (α) angelica appropinqvatio; *venit* (in aſſumtâ ſcil. humanâ ſuâ formâ, qvâ eminùs qvodammodo videbatur hactenus conſtitiſſe, nunc verò gradatim mihi cœpit fieri propior, ita ut אצל

עמדי

עמדי *juxta ſtationem meam* ſtaret & ipſe. Verbum infinitum *ſtare meum*, naturam habet nominis, ſicut in Vulgatô illô Latinorum: *ſcire tuum nihil eſt*. Luth. Er kam hart bey mich. Mogunt. trat noh herzu/ da ich ſtand. אצל עמדי

ובבאו נבעתי ואפלה על־פני

Cumq; veniſſet, pavens corrui in faciem meam.) Eſt hæc (β) Prophetica conſternatio tùm intrinſecus נבעתי *territus fui*; qvomodo Haman נבעת *territus fuit* à conſpectu regis iratô ac pœnè furibundô, *Eſth. VII, 6. it.* qvomodo David נבעת *territus fuit* conſpectô angeli percuſſoris gladiô, *1. Paral. XXI, 30.* adeò ut progredi qvorſum vellet, non poſſet: (de verbô Piel בעת *perturbavit*, vide ulterius ſi placet, *1. Sam. XVI, 14. 15.* ubi de ſpiritu malô Saulem perturbante; *Pſ. XIIX, 5.* de torrentibus Belial perturbantibus, *it. Job. III, 4. c. VII, 14. c. IX, 34. c. XIII, 11. 21. c. XV, 24. XIIX, 11. c. XXXIII, 7.* & deniq; *Jeſa. XXI, 4.*) tùm forinſecùs: *procidi in faciem meam*, h. e. adeò totus ego percuſſus ſum inopinatô hôc tanti principis cœleſtis acceſſu, ut genua, imò membra corporis univerſa ſuum ampliùs non facerent officium, nec me erectum ſuſtinerent, verùm attonitorum more prociderim in faciem pronus, æqvè ut Saul, conſpectô auditôq; terrificô Samuele, in terram corruit, qvantus qvantus erat, *1. Sam. XXIX, 20.* it. Eli, *c. IV, 18.* milites Chriſtum comprehenſuri, *Joh. XIIX, 6,* & Saulus, *Actor. IX, 4. c. XXII, 7.* Aliàs geſtu hôc exprimi etiam conſvevit reverentiæ exhibitio, qvomodo *Apocal. I, 17.* ad pedes apparentis ſibi Chriſti procidit Johannes: vide infrà *c. X, 9. 15.* it. *Ezech. I, 28. c. III, 23. c. IX, 8. c. XI, 13. c. XLIII, 3. c. XLIV, 4. Matth. XVII, 6.* verùm h. l. conſternatio ſatis eſt manifeſta. בעת

ויאמר אלי הבן בן־אדם

Et ait ad me: Intellige fili hominis.) Conſternationem (γ) excipit angelica excitatio, & qvidem per alloqvium, ut videtur, amicum atq; gratiâ plenum. Compellat namq; Prophetam titulô *Filii hominis*, æqvè ut compellabatur etiam Ezechiel *c. II, 1. 3. 6. 8. c. III, 1. ſeqq.* fortè, ut fragilitatis ſuæ humanæ recordarentur hi, qvi angelicorum ſæpiùs colloqviorum honore fuerunt præ reliqvis hominibus affecti. *Aben-Eſra* diſcriminis cauſâ hoc factum cenſet, qvia inter meros angelos tunc verſabatur vates tanqvam homo ſolus. De Chriſtô ipſô titulum hunc uſurpatum expendimus *c. VII, 13.* Actio porrò à prophetâ hôc no-

Digitized by Google

הבן ſtrô reqviſita eſt הָבֵן *intellige*, mentem applica, vide, nè affectus hic novus timoris impediat debitam mentis operationem; ſuſcipe, qvod deſideraſti modò, videlicet בִּינָה *intelligentiam* v.15. En igitur הָבֵן *intelligentem* & attentum *te præbe*. Vides hic, intranſitivè eandem hanc ſumi vocem, qvæ *verſu 16.* tranſitivè valebat: *intelligentem fac.*

כִּי לְעֶת־קֵץ הֶחָזוֹן׃

Qvoniam in tempore finis complebitur viſio.) Eſt hæc reqviſitæ attentionis ratio, petita ab eventuum ſuô tempore ſecuturo-
קץ rum certitudine. *Finis* enim hîc non accipitur de fine mundi, ac ſi ad illud demum tempus pertineant h.l. oſtenſa, (vide infrà *c. XII,13.*) neq; etiam de fine vitæ hominis, de qvô *Gen. VI,16.* קֵץ *finis omnis carnis advenit*, &c. Pſ. XXXIX,5. *doce me* קִצִּי *finem meum*, &c. ſed de terminô regnis in viſione hâc oſtenſis, præfixô cœlitùs. *AbenEſra* exponit: in tempus אָרֹךְ *protractum*, qvomodo homines menſurarum ponuntur pro proceris, (Num. XIII,32.) Et qvidem junctim has duas voces reperimus c. XI,35. *ut probentur & purgentur* עַד עֵת קֵץ *usq; ad tempus finis*; v. 40. וּבְעֵת קֵץ *& tempore finis confliget cum ipſo rex meridiei*, c. XII,4. *obſigna librum hunc* עַד עֵת קֵץ *usq; ad tempus finis*: v. 9. *obſignata ſunt hæc verba* עַד עֵת קֵץ *usq; ad tempus finis.* (Qvæ ipſa loca ſatis refellunt *Calvini* divulſionem vocum hanc: *finis viſionis erit ad tempus h.e. ubi advenerit tempus à Deo præfixum, tunc erit finis*: Cùm tamen *tempus finis*, tùm per lineam Makkaph, tùm & alia contextûs vincula, ſatis arctè connectantur. Seorſim verò nomen קֵץ *finis* in Daniele noſtrô occurrit *cap. hujus v.19. qvia tempori conſtituto* קֵץ *terminus*, cap. IX,26. *usq; ad* קֵץ *terminum belli deciſa deſolatio*, cap. XI,27. *non ſuccedit* (fraudulenta diſſimulatio,) *qvia adhuc* קֵץ לַמּוֹעֵד *finis ad tempus definitum*: c. XII,6. *qvando erit* קֵץ *finis mirabilium?* &c. vide ibid. *v. 13. c. XI,6.13. 45. c. IX, 26.* Qvapropter ut aliàs poſterius ſubſtantivum in regimine ſolet induere naturam adjectivi, ita & h. l. *tempus finis*, idem erit ac, tempus præfinitum, exactè determinatum, qvaſi diceret: viſio hæc non eſt otioſa qvædam ſpeculatio, aut merus phantaſiæ luſûs, verùm ad certos præfinitosq; temporum plurimorum pertinet articulos. Vel, ſicut aliàs קֵץ *finis* terræ Iſraëliticæ ponitur pro excidiô ac totali ejusdem immutatione, Ezech. VII,2.6. (*venit finis, finis venit*, &c.) it. קֵץ *finis* populi Iſraëlitici dicitur inſtare, qvando idem ſtragem paſſurus erat maximam, *Amos IIX,2. (Conf. Ezech. XXI,*

30.34.

Digitized by Google

30:34. c. XXXV,5.) ita & h.l. reſpectus habetur ad mutationes in orbe prorſus inſignes atq; maximas, h. e. ad terminum tùm regni Medo-Perſici, tùm Alexandrini, tùm Antiochiani, tùm ad ſingularem qvoqvè Iſraëlis ſub eôdem hôc tyrannô cladem, &c. Alii: tempus finis exponunt de noviſſimô maledictionis v.19. vel de tempore tandem finiendô. *Sanctius* de tempore longô, qvaſi angelus Danielem ob futuras afflictiones perturbatum à metu velit liberare, eò qvòd multis demum ſeculis poſt Prophetæ mortem hæc adimplenda reſtent. Non malè etiã nonnulli hoc referunt ad illam temporis plenitudinem, qvâ exhibendus erat Meſſias, *Gal. IV,4.* qvi dies aliàs vocari ſolent ultimi, *1. Pet. I, 20. Rom. X,4. Ebr. I,1. ſeqq. &c.* ut ſenſus ſit: hæc viſio, de ſtatu Eccleſiæ ſub Antiochô præſertim, qvàm proximè attinget tempus exhibendi Meſſiæ. Vel, ſecundùm *Lutherum*, iisdem his verbis qvodammodò collimat angelus ad tempora mundi ultima, in qvantum Antiochus figura qvædam fuit perſecutoris Chriſtianorum maximi, ſive Anti-Chriſti: cujus ipſius ſententiæ in ſcholiis ſuis meminerunt etiam h. l. *Belgæ.* Interim ex ſuperioribus conſtabit ſatis, qvid cum phraſi Scripturæ præ cæteris conveniat, nec non cum loci hujus contextu. Ellipſin deniq; verbi ſubſtantivi *(Eſt)* vel alterius cujusdam *(pertinet)* facilè ſupplebit is, nec non etiam ſubjectum enunciationis poſtremô locô poſitum ſuo reſtituet loco, qvi ſermonem angeli præſentem probè attenderit.

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Angeli ad nutum Domini ſunt obſeqvioſiſſimi: adveniunt ſine morâ, qvorſum jubentur ſe recipere. Pudeat nos noſtræ tùm ſegnitiei, tùm contumaciæ, tùm inofficioſi faſtûs.

2. Si ad præſentiam angeli tanta oritur viri etiam ſancti debilitas, qvid fiet impiis præſente ipſô angelorum Dominô ac judice ultimô? *Pſ. L,1. ſeqq.* memores proinde ſemper ſimus noſtræ impuritatis, adeòq; cum timore ac tremore ſalutis noſtræ rationem habeamus, *Phil. II,12.*

3. Audituris revelata cœli myſteria adſit ſancta reverentia, qvæ tamen ita ſemper temperari debet, ne affectus obfuſcent impediantq; intellectum, qvomodo hìc Daniel perculſus jubetur intelligentem ſe præbere. Intereà qvò plus creſcit illuminatio, eò magis etiam in piis augetur humilis modeſtia, qvò propiùs admittuntur ad cœleſtia, eò magis ſibi metuunt, tanqvam terreſtribus, &c.

Digitized by Google

4. Gratia Dei eſt, qvæ per homines hominibus voluit patefacere revelanda: qvantis enim aliàs concuteremur horroribus, ſi angeli ſemper conſpiciendi fuiſſent informandis, docet præſens Danielis exemplum. Noli tamen hominum tibi prædicantium infirmitate offendi, aut eosdem informantes prorſus faſtidire, 1. *Cor. II*, 2. *Gal. IV*, 13, &c.

וּבְדַבְּרוֹ עִמִּי נִרְדַּמְתִּי עַל־פָּנַי אָרְצָה

VERSUS XIIX. *Cumq́; loqveretur ad me, collapſus ſum pronus in terram.*) Sicut verſu præcedente poſt angeli appropinqvationem ſeqvebatur Danielis proſtratio, ita hîc poſt angeli alloqvium ulteriùs adhuc ſeqvitur animi deliqvium. Id namq; infert verbum נִרְדַּם *ſopore profundô fuit obrutus*, inſtar Jonæ in tantâ tempeſtate nil penitùs ſentientis, *Jon. I*, 5. & 6. aut Siſſeræ, *Jud. IV*, 21. ſic Pſ. LXXVI, 7. *propter increpationem tuam* נִרְדַּם *obſopitus eſt currus atq; eqvus*. Qvapropter & hîc alta ſenſuum omnium qvies colligitur, æqvè ut infrà *c. X*, 9. ita ut Daniel, pronus antehâc in terrâ jamjam jacens, nunc etiam porrò omnem prorſus amiſerit ſenſum eorum, qvæ ſecum agebantur. Qvantoperè hîc Vulgatus abſit à fontibus, colligere eſt ex modò dictis.

נרדם

וַיִּגַּע־בִּי וַיַּעֲמִידֵנִי עַל־עָמְדִי׃

Et tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo.) Sicut angelus promtum ſe exhibebat lingvâ, ita nunc etiam manu, confortando Prophetam lapſum. Et qvidem *tetigit* haut dubiè *manu*, qvippe cujus diſerta fit mentio in ſimili materiâ *c. X*, 10. Non verò tangebat manu luxante, ſicut tangebatur Jacob *Gen. XXXII*, 32. (*Job XIX*, 21.) ſed blandè velut mulcente, & absq; dolore omni ſurſum verſus tollente, vide 1. *Reg. XIX*, 7. ubi angelus Eliam dormientem *tangit*, (in fontibus idem hîc eſt verbum וַיִּגַּע & tetigit, qvod & hôc locô,) *dicens: ſurge, comede*. Qvemadmodum verò Ezechiel de ſe in terram proſtratô ſcribit: *Venit ſpiritus* וַתַּעֲמִדֵנִי *& ſtare fecit me* עַל־רַגְלָי *ſuper pedes meos*: ita & hîc Daniel de angelô inqvit: *ſtare fecit me* עַל־עָמְדִי *ſuper ſtare meum* h.e. ſuper pedes meos, qvorum beneficiô ſtare poteram, vel corpus meum ſervare erectum. Redit eadem forma עָמְדִי qvæ v. 17. Non malè R. Salom. Ben Melech: *ſicut ſtans eram ab initiô*; qvi ipſe videtur copulam עַל־ accepiſſe *pro juxta* vel *ſecundùm*.

נגע

Poriſma.

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Audiamus promtè, reverenterq; Moſen, ne auditô Deô ipſô vel angelis præ terrore nobis pereundum ſit, velut id petebat Iſraël, *Exod. XX, 19.*

2. Ut h. l. poſt ſermonem angelicum in Daniele ſeqvebatur præ debilitate ſummâ ſenſuum alienatio ac ſopor; ita poſt cognitum Dei verbum apud impios gravior ſuboriri non rarò ſolet ſtupor, adeò ut [illegible] penitùs percipiant, *Jer. V, 3. ſeqq.*

3. Idem qvi proſternit, etiam erigit: facit id Deus tùm immediatè, tùm per legatos ſuos, ſive ſpiritus, ſive homines. Sic qvi per Nathanem [illegible]caverat mortis ſententiam, etiam per Nathanem abſolvit, [illegible] XII, 7, 13. qvi per Eſaiam Hiskiæ denunciaverat mortis [illegible] per eundem precanti ſignificavit vitæ prolongationem, [illegible] &c.

וַיֹּאמֶר הִנְנִי מוֹדִיעֲךָ אֵת אֲשֶׁר־יִהְיֶה בְּאַחֲרִית הַזָּעַם

Dixitq; mihi: Ego oſtendam tibi qvæ futura ſunt in no- VERSUS XIX.
[illegible] *maledictionis.)* En jam (6) interpretationem ipſam, & qvi[illegible] *hoc verſu,* in ſpecie *verſibus ſeqq.* Erectô enim ſibiq; [illegible] Daniele pergit angelus ipſummet excitare: הִנְנִי *Ecce me,* [illegible] qvi ſum Gabriel, *v. 16.* Ecce etiam munus meum præſens, qvod [illegible] מוֹדִיעֲךָ *ſcientem reddens te,* ſcil. ſum; ex ignorante ſa[illegible], ex hæſitante *ἀμετάπτωτον,* ex errante veritatis compo[illegible] objectum informationis, qvod ſunt *eventura in fine* [illegible]*ationis.* Sicut verò *v. 23.* meminit אַחֲרִית *finis regnorum,* & [illegible] *finis dierum;* ita vocem זַעַם *indignationem,* ſemel etiam [illegible]bet infrà, *cap. XI, 36.* ubi itidem de rege contra Deum ſe [illegible] proſperè agente, idq; donec conſummaretur זַעַם *indigna-* זעם
[illegible]propter & h. l. poſteriora imprimis tempora vult revelare [illegible] Deô ob ingrati populi facinora ſeverè indignante, gran[illegible] perſecutio perturbatura erat. Origo autem indignatio[illegible] partem cognoſci poterit ex concionibus Haggæi, Za[illegible] Malachiæ, qvi peccata ſuorum temporum non leviter taxa-

כִּי לְמוֹעֵד [illegible] *Qvoniam habet tempus finem ſuum.*
[illegible] cauſâ hæc adjiciuntur, qvaſi diceret: ne metuas, indignationis illud

Digitized by Google

illud tempus continuandum fore ſemper ac ſine fine: neqvaqvam: nam ut ſervituti Ægyptiacæ, ut captivitati Babilonicæ, ita perſecutioni etiam huic Antiochi furibundæ, qvæ in ſe eſt מוֹעֵד *determinatum tempus*, vel certa periodus, ſuus tandem aderit *finis*. Ita vocabulum מוֹעֵד (à rad. יָעַד *indixit* certum locum aut tempus,) etiam alibi legitur de certâ temporis periodô, v. g. Exod. IX, 5. *& poſuit Deus* מוֹעֵד *certum tempus, dicendo: cras faciet Dominus rem hanc, &c.* 2. Sam. XXIV, 15. *immiſit Dominus peſtem à mane* עַד מוֹעֵד *usq; ad tempus conſtitutum*: Pſ. CII, 14. *miſerearis, qvia tempus miſerationis ejus, qvia venit* מוֹעֵד *determinatum tempus*, &c. vide inferius *cap. XI, 27. 29. 35. & cap. XII, 7.* Qvanqvam verò vox מוֹעֵד in ſe jam includat terminum præfixum, nihilominùs majoris ſolatii ac evidentiæ cauſâ additur, qvòd triſti illi infauſtæq; periodo, qvæ meram velut indignationem Dei complectitur, nihilominùs certò ſit affuturus terminus multis multorum ſuſpiriis expetitus. Luth. Das Ende hat ſeine beſtimte Zeit. Mogunt. Denn die Zeit hat ihr Ende.

מועד

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Intereſt vel maximè Eccleſiæ, ſcire qvantum inſtet indignationis divinæ tempus, ne perpauci fideles, turbæ impiorum intermixti, animum deſpondeant penitùs, nullâ reſpirationis promiſſione factâ. Sic Abrahamo prædicebatur terminus ſervitutis poſteritatem preſſuræ, Iſraëlitis anni captivitatis, Chriſtianis perſecutionum periodi, (ut videre eſt paſſim in Apocalypſi,) æqvè ut & hîc angelus præcipuè ſe dicit intendere exitum indignationis.

2. Providus benignusq; eſt noſter Dominus in attemperandis conditioni piorum afflictionibus, ne vires eorundem exſuperent, &c. *1. Cor. X, 13.* ne demergantur in ſtultitiam, Pſ. LXXXV, 9. ne extendant ad iniqvitatem manus ſuas, *Pſ. CXXV, 3.*

3. Impœnitentium pœnæ poſt vitam hanc erunt infinitæ, Eſa. LXVI, 24.

4. Prædictio eventuum, tùm temporis adhuc inſtantium, adeò accurata atq; vera, confirmet nos de Dei præſcientiâ infallibili, regimine providô, Scripturâ verace, fidei principiô immotô, &c.

5. Reprimenda eſt noſtra impatientia ac fervor, dum prædictiones Dei amabiles è veſtigiô vellemus impletas, adeò ut *in deſiderio*, ut loqvi ſolent, *etiam celeritas ſit mora*; unde obſtrepimus & fremimus, ſi non

Digitized by Google

ſi non adſunt, qvæ opinati ſumus. Verùm diſcendum hîc eſt Dei מוֹעֵד *tempus præfinitum*, cui meritò ſubmittimus nos ac univerſa noſtra humillimè.

הָאַיִל אֲשֶׁר־רָאִיתָ בַּעַל הַקְּרָנָיִם מַלְכֵי מָדַי וּפָרָס׃

Aries, qvem vidiſti habere cornua, Rex Medorum eſt atq; Perſarum.) Potiùs: *aries, qvem vidiſti bicornem*, ſunt *Reges Medorum ac Perſarum*. Inchoat jam interpretatio ſpecialis, ſiſtens (1) Arietem, cui ſuprà *v. 2.* cornua tribuebantur bina, eademq; eminentia, qvanqvam inæqvaliter. Et qvi hîc vocatur בַּעַל *Dominus* binorum cornuum, ſuprà deſcribebatur h. m. לוֹ *ipſi* (ſcil. erant) *cornua*: de hôc vocis בַּעַל uſu conſuli poterit D. Glaſſius *L. 3. Philol. ſacr. tr. 1. can. 35.* Rationem verò cur Monarchia ſecunda comparetur arieti, *Theodoretus* adducit hanc; qvod ſicut aries ſuâ lanâ gravatur, & tàm propter lanam qvàm propter carnes neci datur, ita qvoq; regnum hoc nimiâ ſuâ opulentiâ qvaſi gravatum preſſumq; tandem corruerit. *Ruperti* apud Pererium rationes, cur ſuprà urſo, hic verò arieti comparetur, tanqvam ſubtiles nimis debileſq; nolumus commemorare. Fernandius *viſione 25. V. T. ſect. 2.* reſpectum putat habitum ad inſignes in Mediâ Perſiâq; arietes, caudis prægrandibus ac pingvibus, nec non cruribus præcelſis, ut ephippiis impoſitis freniſq; injectis ineqvitare ipſis ſoleant pueri. Dualitas cornuum expreſſè ſatis hîc exponitur de duplicitate regum, tùm Medorum, tùm Perſarum, qvi tamen in unô velut corpore vel capite concurrebant; cùm è diverſô cornu in hircô unicum, non niſi unum denotaret regem Græcum. *Hieronymus* qvidem & cum eô *Maldonatus, Hugo, Liranus, Dionyſius, Salianus, Comeſtor, Thomas atq; alii* ad duo referunt individua, Darii Medi ſcil. & Cyri, (cùm tamen hi duo reges ducentis ante Alexandrum M. annis deceſſerint, adeòq; ab ipſô victi fuerint hautqvaqvam:) *Theodoretus* verò ad duas regum Perſicorum familias reſpicit, qvarum una fuit Cyri, qvæ mox in filiô ejus Cambyſe extincta eſt; altera Darii Hiſtaſpis, in cujus ſucceſſoribus usq; ad Alexandrum M. permanſit regnum Perſicum. Verùm qvum præſens verſus Dualitatem expreſſè ſatis referat, ad duas gentes, *Medorum* videl. ac *Perſarum*, qvarum poteſtas in Monarchiâ hâc ſecundâ velut coaluit, meritò & nos in ſenſu hoc acqvieſcimus; qvem etiam probant *Pererius, Fernandius & Sanctius*. Qvod ipſum ulteriùs ex *v. 21.* corroboratur, ubi rex Græcorum ponitur pro Græcorum regnô; qvapropter & hîc duplex regnum non immeritò per du-

Digitized by Google

plex hocce cornu intelligimus. Qvorſum facit, qvod Medi; Perſæq; ſemper conjunctim fuerint poſiti, etiam regnante Ahaſverô, *Eſth. I, 3. 14. ſeqq.* it. *Dan. VI, 8. 12. 15.* Et licèt alia qvoq; Monarchiæ huic ſubfuorint regna, Medorum tamen & Perſarum fuerant & antiqviſſima & nobiliſſima præ cæteris, æqvè ut rex Hiſpaniarum, (qvæ *Fernandii* ſunt verba,) plurima licèt regna ſub ſe habens, unius tamen Caſtellæ, primi ac vetuſtiſſimi regni denominatione gaudet. Et contra duplicem illam *Theodoreti* familiam ſuperiùs memoratam, meritò obſervandum, Darium ultimum, ab Alexandrô M. victum, ex neutrâ fuiſſe familiâ; non enim, qvia regiô eſſet genere, ſed virtutis & fortitudinis cauſâ, cujus præclara ediderat ſpecimina, Perſarum ſuffragiô ad regnum fuit aſſumtus, referente Juſtinô *L. 10. ſub finem.* Ita Strabo qvoq; Darium ſtirpis regiæ fuiſſe negat, *Libr. 15. ſub finem fol. m. 506.*

וְהַצָּפִיר הַשָּׂעִיר מֶלֶךְ יָוָן

VERSUS XXI. שׂעיר *Porrò hircus caprarum rex Græcorum eſt.)* Succedit (2) animal alterum, qvod ſuprà hircus caprarum, hîc verò *hircus piloſus* appellatur; qvippe שָׂעִיר eſt à שֵׂעָר *pilus*; unde שָׂעִיר nonnunqvam pro Dæmone vel ſpectrô piloſô accipitur, *Eſa. XIII, 21. cap. XXXIV, 14. &c.* communiter verò pro hircô caprarum, veluti שְׂעִיר עִזִּים *hircus caprarum* occurrit, *Num. XV, 24. c. XXIX, 5. 19. 25.* Vide ſîs *Levit. IV, 23. 24.* ubi disertè princeps peccans jubetur pro ſe offerre hujusmodi hircum, ut qvi certô modô referebat etiam principis ſtatum & officium, vide item *Levit. IX, 3. 15. c. X, 16. c. XVI, 9. ſeqq. R. Salomon BenMelech* geminari ait voces Synonymas perſpicuitatis cauſâ, qvomodo *Exod. XXVI, 18.* נֶגְבָּה תֵימָנָה junctim ponitur pro *plagâ meridionali* vel *auſtrali.* Sic *cap. XXVII, 13.* קֵדְמָה מִזְרָחָה eſt *orientem verſus:* & qvidem h. l. vox צפיר tanqvam uſitatius Chaldæis exponitur per notius Ebræum שָׂעִיר *piloſus*, fermè ut ἀββᾶ ὁ πατὴρ, *Marc. XIV, 36. Rom. IIX, 15. Gal. IV, 6.* Confer & *Dan. XI, 40.* ubi verbum habetur וַיִּשְׂתָּעֵר *& tempeſtuoſiùs feretur*, &c. Hîc itaq; per hircum indicari dicitur *Rex Græcorum*, utpote ſecundùm *Maldonatum*, Perſicô rege fortior, qvomodo arietem robore antecellit hircus. *Pererius* addit, hircum eſſe ardentiorem nec non velociorem; it. capris aſſimilari Græcos ob animi mobilitatem, ſagacitatem, ingeniiq; acumen: juxta Plinium namq; capræ ſagacioris ſunt ingenii, acutioris viſus, nec non agiliores, qvàm oves. Jungi his poteſt, qvòd hircus loca

petat

Digitized by Google

petat ardua, inacceſſa ac præruptа, qvomodo Martialis *L. 13. Epigrammat. 99. ſcribit:*

Pendentem ſummâ capream de rupe videbis,
Caſuram ſpectes, decipit illa canes.

Ita noti conatus Alexandri penè incredibiles. Conjectura non neminis eſt, hôc hircô reſpectum habitum ad Macedonici regni originem, conditore Carano; qvi qvòd gregis caprarum ductu Edeſſam ſibi ſubjeciſſet, poſt Ægeam appellavit. Vide *Monarchias* Ludovici Godofredi *L. 1. fol. m. 56.* Verùm haut dubiè inter arietem & hircum collatio fuit inſtituta à Spiritu S. ita ut ad Macedonum aut Macedonici regni initia vix reſpexerit Spiritus S. Deniq; Javan Japhethi filius *Gen. X, 2. 1. Paral. I, 5.* pro more Scripturæ ponitur pro *Ionibus* ex Javan oriundis; qvi ipſi Iones tanqvam orienti notiores, pro univerſâ collocantur Græciâ; Vide ſis *Eſ. LXVI, 19. Ez. XXVII, 13. 19. Joël. III, 6. Zach. IX, 13. Dan. X, 20. & cap. XI, 2.* Plura de Javan & Ionibus, qvô nomine non ſoli Athenienſes & Athenienſium coloni, ſed & Achæi & Bœoti comprehendebantur, nec non Macedones, it. de coloniâ Ionum in Aſiâ, duodecim urbes extruente, &c, ſuppeditavit Bochardus *in ſuô Phaleg L. 3. c. 3. fol. 174.* Per *regem* verò non unicum intelligi individuum, ſed totum potiùs Græcorum regnum, apertè ſatis colligitur tùm ex antecedente *v. 20.* ubi per unum arietem innuebantur מלכי *reges* Medorum & Perſarum, tùm ex ſubſeqq. ubi per cornu dicitur intelligi rex primus; proindeq; ut differentia ſervetur debita inter hircum & hirci cornu, etiam nos per regem, totum veluti corpus Græcorum intelligimus, cujus corporis cornu erat modò dictus Alexander M. Addi ſuperioribus adhuc poteſt, eos, qvi cœtui certo præſunt, aut qvòqvô modô duces ſunt, appellari hircos, uti conſtat ex *Zach. X, 3. Eſa. X, 13. c. XIV, 9.* Cornel. à Lapide per hircum etiam opinatur natales Alexandri ſpurios fuiſſe indicatos, qvia mariti adulterarum dicantur hirci, &c. verùm id ineptum, cùm Alexander non per hircum, ſed per hirci cornu præfiguratus fuerit. Id qvod etiam diluit rationem de Jove Hammoniô cornutô, cujus filium ſe finxerit Alexander. Taceamus aliàs Cornelii rationes nimis longè petitas & incongruas. Intereà de titulô Alexandri M. apud Arabes, qvi eum vocant *Zurkarneben* pro *Dulcarnain*, bicornem, legi poteſt Schikardi *Taricb.* p. 71. Hottingeri *hiſt. Orient p. 73.* vide etiam D. Urſini *tom. 1. Anall. l. 1. n. 34.* ubi de ornatu Alexandri, qvando in conviviis nonunqvam ſumſit caſſidem

Digitized by Google

vel coronam cornibus præditam, & qvidem hircinis, veluti ex Pyrrho Alexandri æmulô probat, qvomodo ē diverſô *Ammonius Marcellinus l. 19.* refert de Perſarum rege, qvòd aureum capitis arietini figmentum interſtinctum lapillis geſtaverit pro diademate,&c.

וְהַקֶּרֶן הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר בֵּין־עֵינָיו הוּא הַמֶּלֶךְ הָרִאשׁוֹן׃

Et cornu grande, qvod erat inter oculos ejus, ipſe eſt Rex primus.) Inchoat jam ſpecialior Monarchiæ hujus Græcorum deſcriptio, ita ut recenſeatur (1) Rex ejusdē primus, qvi eſt Monarchiæ Medo-Perſicæ, Danielis tempore efflo reſcentis, debellator hîc prædicitur futurus, ita ut Perſæ non ab Indis, Armenis, Chaldæis, aliisve populis vicinis, verùm à Græcis remotioribus & ex Europâ adventuris, metuere hîc jubeantur ſibi. *Primus* hîc accipiendus eſt de eô, non qvi Græciæ imperavit, (nam & Philippus & alii præceſſerant,) ſed in relatione ad oppugnatum arietem, vel ad Monarchiam poſt debellatos Perſas. Plura de Alexandri M. ortu, educatione, ſucceſſione in regnô paternô, debellatione Illyrici, Thraciæ, Græciæ, Perſiæ,&c. adeòq; brevem Chronographiam tradit h.l. Pererius *pag. 492. ſeqq.* aſſignans imperio ejusdem annos XII. cùm aliis placeant anni X. XI. XIII. XIV.&c. Similia qvodammodò reperies apud Corn. à Lap. *ad verſ. 8. hujus cap.* Qvantopere etiam hôc ipſô Danielis vaticiniô ſibi Hieroſolymis oſtenſô exhilaratus fuerit Alexander M. adeò ut Deo ſacrificaverit, Pontificem ſummum honoraverit, hunc[q]; in Daniele regem Græcorum, qvi Perſarum everſurus eſſet imperium, ſe fore, fuerit interpretatus, legi poterit apud Joſephum *Lib. XI. antiqvit. Judaic. c. 8. fol. m. 386.* De cæterô, inſigne regum fuiſſe cornu, etiam apud profanos colligi poteſt è *Plutarchô*, qvi Pyrrhum dicit fuiſſe agnitum eximiâ criſtâ & cornibus hircinis: è Virgilii *l. 12. Æn. ubi* de Æneâ:

Enſemq; clypeumq; & rubra cornua criſtæ.

Poriſmata ex Verſu XX. XXI.

1. Officium Magiſtratûs eſt antecedere gregem, legibus & exemplô bonô eundem ducere, cornuum inſtar fortiter ac animoſè defendere,&c. velut hîc pictura arietis ac hirci, nec non utrobi[q]; cornuum, id clarè ſatis innuit.

2. De oculatâ prudentiâ, fortitudinis cornutæ comite, dictum jam ſuperiùs.

וְהַנִּשְׁבֶּרֶת

Digitized by Google

וְהַנִּשְׁבֶּרֶת וַתַּעֲמֹדְנָה · אַרְבַּע תַּחְתֶּיהָ

Qvod autem fractô illô ſurrexerunt qvatuor pro eô.) VERSUS XXII.

Regem primum nunc excipiunt (2) Succeſſores, iiq; tùm primi, tùm ex primis ortus. De *illis* notanda *tùm* tempus, qvando emerſerint, nimirùm cornu illô magnô per mortem demum confractô *v. 8. tùm* numerus, qvòd fuerint *qvatuor, tùm* duratio, qvod *ſteterint, tùm* locus תחתיה *illic, ubi illud* primum cornu ſteterat. Repetantur hîc dicta *v. 8.* facilioris nexûs cauſâ ſuppleri poſſet: *Et confractum* (qvod attinet,) *&* (qvod) *ſteterunt, &c.*

אַרְבַּע מַלְכֻיוֹת *Qvatuor Reges.*

Potiùs: *qvatuor regna.* Non enim ponitur in fontibus מְלָכִים ſed מַלְכֻיוֹת à ſingul. מַלְכוּת *regnum.* Adeòq; non tàm individua, qvàm diſtincta indicantur regna, per certas perſonas ſibi invicem ſuccedentes Monarchicè gubernata, ità ut à nemine aliô ſuperiore dependerent. *Qvaternarium* qvod ſpectat numerum, negari eqvidem non poteſt, poſt Alexandri M. mortem plures ex ejusdem magnatibus contendiſſe invicem graviter, adeò ut plus decem numerentur apud Juſtinum *L. 13.* Curtium. *Lib. 10.* Diodorum Siculum *L. 18.* Oroſium *L. 3.* Verùm res eò tandem redacta eſt, ut poſt conflictum qvindecim fermè annorum, mactatisq; qvindecim ad minimum ducibus, unà cum familiâ Alexandri, in qvatuor præcipuè partes diviſum fuerit regnum Alexandri, ita ut ſecundùm *Hieronymum* Ægyptum tenuerit Ptolomæus Lagi filius, Macedoniam Philippus, qvi & Aridæus, frater Alexandri, (pro qvô alii ſubſtituunt Caſſandrum,) Syriam & Babilonem, & omnia regna orientis Seleucus Nicanor, Aſiam deniq; minorem Antigonus. De cæterô, qvomodo Roxane vidua ex Alexandrô prægnans Statiram, qvam itidem Alexander duxerat, necaverit cum ſorore, inq; puteum præcipitaverit, qvomodo etiam occiſa fuerit Alexandri mater jam decrepita Olympias, it. ſoror, nec non filius infans Alexander cum Roxane, ut & filius alter Hercules ex Barſine natus, qvomodo præterea duces inter ſe conflixerint, qvindecim eorum crudeliter mactatis, pluribus perſeqvuntur ſcriptores rerum Alexandri ſuperiùs memorati. Ineptas *R. Saadiæ* nugas hîc non moramur, dum ait, *ſucceſſorem unum fuiſſe Romæ Romanum, alterum Alexandriæ Alexandrum, tertium Aridæum in Achaia, & qvartum Antiochum in Antiochia.* Parùm ſaniora ſunt *AbenEſræ* inventa, de qvatuor regnis, Româ, Ægyptô, terrâ Iſraëliticâ, & Perſiâ.

מִגּוֹי יַעֲמֹדְנָה *De gente ejus conſurgent.*

En partim originem, partim durationem atq; regimen. מִגּוֹי *de gente,* putà Alexandri anteceſſoris: nationis enim Græcorum dignitas hîc efflorescens cernitur, dum Monarchâ iſthôc extinctô non veterum fortè regum Armeniæ, Syriæ, Ægypti aut alterius proſapia revixit, paternas recuperatura ſedes, verùm conterranei potiùs Alexandri M. dignitatem à rege ſuô ſemel occupatam retinuerunt, defenderuntq; ſtrenuè, ita, ut *ſtarent,* videl. erecti, victores, Imperatores: notum namq; τὸ *ſtare* opponi ſeſſioni, aut cubitui ignavo, proſtrationi debellatorum, ſubjectioni ſupplicum, vid. ſuprà *v. 3. & 6.* de ariete *ſtante* juxta fluvium *v. 7.* nulla vis in ariete *ſtandi* coram hircô, it. *v. 23. ſtabit* rex truculentus c. XI, 2. 3, 4. 7. 8. 15, 16. 20. 21, c. XII, 5. nec non *Cohel. I, 4.* terra *ſtat,* h. e, perſtat, durat in ſeculum, *c. II, 9.* ſapientia mea *ſtetit,* h. e, perſtitit apud me. Qvoad formam Grammaticam qvæ ἀνδρόγυνος appellatur à Maſoretis, ob notam tàm maſculini qvàm fœminini generis, vid. Buxtorf. *theſ. Grammat. p. m. 115. & 192.* it. Hackſpanium *ad Lipman. p. 304.* qvi Conzenii inſcitiam ex Maſorâ refellit. Qvod *Maldonatus* ex voce מִגּוֹי conjicit, ſucceſſores hosce qvatuor fuiſſe Alexandri conſangvineos, adeoq; ex gente vel familiâ ejusdem, ſecundùm *1. Maccab. I, 9.* valdè lubricum eſt & infirmum.

(In the margin: עמד beside "runtq;"; מגוי beside "refellit".)

וְלֹא בְכֹחוֹ: *Sed non in fortitudine ejus.*

Limitatio hæc qvædam ſunt roboris ſucceſſorum modò memorati, ita ut in collatione ad cornu unicum confractum, longè inferiori gradu æſtimandi veniant hi heroës, utut in ſe pugnaces ſatis. Adeoq; licèt cornua hæc qvatuor itidem participaverint de חָזוּת *conſpicuitate v. 8.* adeò ut eminens *ſpectabilitas,* iisdem competeret æqvè ac Cornu unico *v. 5.* non tamen eidem fuerunt paria qvoad כֹּחַ *robur* vel עֹצֶם *fortitudinem* memoratam *v. 8.* ו h. l. ante negativum לֹא adverſativè ponitur pro *ſed,* ut *Pſ. LXXIIX, 7. Pſ. LXXXI, 12. Pſ. LXXXVI, 15. XCVI, 5. CXXXIX, 11. &c.* Syrus וְלָא בְחַיְלְהוֹן *ſed non virtute ſuâ;* poſuit aff. plur. pro ſing. contra fontes expreſſos.

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. Regna, utut potentiſſima, franguntur tamen ſuô tempore, ac in minuta ſua velut principia revertuntur. Præſertim hîc locum habet vulgatum illud: *qvod citò fit, citò perit;* & illud *Seneca* conſol. ad Marciam:

Digitized by Google

Marciam: *non durat nec ad ultimum exit, niſi lenta felicitas.* Non malè aliàs Alexandrum M. *Oroſius* vocavit *atrociſſimum totius orientis turbinem;* brevi namq; & furebat, & deſinebat.

2. In flore itaq; ac vigore hominis, etiam opulentiſſimi, ſapientiſſimi, potentiſſimi, fidendum eſt neqvaqvam; ante veſperam namqve mutari qveunt omnia: *Syr. XIIX, 26.*

3. Graviſſima ab inteſtinis diſſidiis oriuntur incommoda. Si in regnô, Eccleſiâ, familiâ, domô mutuæ ſeruntur foventurq; lites, qvid miri, ſi locô prioris fortitudinis mera ſubſeqvatur debilitas? ſi Magiſtratus Politicus diſcordiam alat cum miniſteriô, ſi collegia ac communitates acriter contendunt invicem de rigidô jure, nullusq; vult cedere, qvid miri, ſi diffluat prior autoritas, opulentia, ſucceſſus?

4. Succeſſores rarò adæqvant eminentiam anteceſſorum. *Cor majorum,* inqviunt Judæi de ſe, *erat inſtar portæ atrii, poſteriorum, ſicut foramen acûs. Si fuerunt priſci filii regum, nos ſumus filii hominum: Si ipſi fuerunt filii hominum, nos ſumus filii aſinorum: Melior eſt ungvis priorum, qvàm venter poſteriorum; melior eſt racematio veterum, vindemiâ recentiorum, &c.* Joma *fol. 9. col. 2.* Breſchith Rabba *ſect. 45. fol. 67. 1. Schabbath fol. 112. 2. fol. 9. 2.* Vide Pocok. *portam Moſis pag. 89.* Druſii *lib. 2. obſervat. c. 22.* Schickard. *Bechinat. Happeruſchim pag. 106.* Vide tamen Ludovicum Vivem *L. 1. de corruptis artibus pag. 29.* ubi refellit qvorundam dicterium; *nos ad priores collatos eſſe ut nanos in humeris gigantum;* qvanqvam admittat, nos illorum beneficiô altiùs eſſe evectos. Vid. omninò Pined. *ad Cobel. 7. f. 598.*

5. Summa mundanorum erga benefactores ſemper fuit ingratitudo: Alexandri namq; M. vidua, mater atq; liberi extincti ſunt ab iis, qvos ipſemet hic Alexander evexerat. Idem *Darius* interfectus conqveſtus eſt ante mortem victori Alexandro, uti refert *Cornel. à Lap.* ad v. 8.

וּבְאַחֲרִית מַלְכוּתָם כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים Versus XXIII.

Et poſt regnum eorum, cùm creverint iniqvitates.) Potiùs ſecundùm fontes: *Et in fine regni ipſorum, cùm conſummaverint prævaricatores.* Hactenùs de ſucceſſoribus Alexandri M. primis; ſeqvitur nunc de qvôdam ex primis ortô, eôdemq; Iſraëliticæ genti nimis infauſtô atq; durô, cujus cauſâ etiam ab Angelô Danieli deſcribitur eò liqvidiùs, ut Eccleſia ſcil. futuri iſtius temporis eò certiùs illinc habere poſ-

Digitized by Google

re poſſet & documentum & ſolatium. Qvoad hunc itaq; obſervanda veniunt (α) Tempus, qvod tàm ex parte regnorum, qvàm in populô Dei prævaricantium notatur. Qvoad illud dicitur: *In fine regni illorum*, h. e. elapſô ſpatiô benè multô, & circiter ſesqviſeculô â morte
אחרית Alexandri Magni. Vox אַחֲרִית idem eſt ac *poſterius, finis*: qvanqvam h. l. non terminus deſignetur præciſè ultimus regnorum horum, qvæ tenuerunt ſucceſſores Alexandri M. vel ac ſi Antiochus regum fuerit ultimus; Verùm ſeqviora ſaltem intelligimus hîc tempora, cùm diu jam regna illa perſtitiſſent; vel ſecundùm *Belgas*; cùm jam non parum decreſcere inciperent ob ſuccreſcentem indies Romanorum florentium vim ac victorias. *Aben-Eſra & Piſcator* vocem מַלְכוּתָם reſtringunt ad regnum ſuper populum Dei & terram ſanctam; qvanqvam ratio non ſit, cur ita coarctemus: imò res omnis erit liqvida, ſi אַחֲרִית de ſucceſſu ſaltem temporis tardiore, vel de longiore exponamus ſpatiô, qvomodo radix אָחַר eſt *tardavit*, & qvomodo אַחֲרֵי idem eſt ac *poſteà*; quâ ratione *Jobi XLII, 13.* אַחֲרִית *poſtremum* dicitur Jobi benedictum, non qvòd præciſè annô vel menſe ætatis ultimô talis ingruerit felicitas, verùm laxiùs ibi denotantur anni tentationem ſubſeqventes. Vide dicta *Cohel. VII, 10. Prov. XXIII, 18. cap. XXIV, 14. 20.* Sic ſuprà *v. 19.* locutus eſt angelus de eventuris בְּאַחֲרִית *in poſterioribus* indignationis diebus, & cap. X, 14. *qvid eventurum ſit populo tuo* בְּאַחֲרִית הַיָּמִים *in poſteriore ſpatiô dierum*; præciſè enim ultimum Judaicæ gentis nunc interituræ tempus intelligi neqvit. Facit huc, qvod poſt Antiochum Epiphanem adhuc regnum in ejus familiâ perſtiterit ad annos 120. ſupputante ſic *Polanô*. Præterea verò mentio etiam fit הַפֹּשְׁעִים *prævaricantium* videl. in Iſraële, qvomodo *AbenEſra* exponit: *Eò qvòd prævaricatorum Iſraëlis multi ſunt, ideoq; vendentur in manus Græcorum.* De qvatuor verò ſucceſſoribus eorumq; morte accipit *R. Saadia*, parùm ſanè convenienter. Et qvidem hôc ipſô vocabulô aliàs inſigniuntur illi, qvi ſcientes volenteſq; delinqvunt adverſus Deum, qvomodo Pſ. XXXVII, 38. וּפֹשְׁעִים legimus: *& prævaricantes exſcinduntur pariter.* Pſ. LI, 15. *docebo prævaricantes vias tuas*; Eſ. LIII, 12. *cum prævaricatoribus computatus eſt.* Vide ibid. cap. *XLVI, 8. cap. IIL, 8. cap. LXVI, 24. Oſ. XIV, 10. Ez. XX, 38.* expurgabo à vobis rebellantes & prævaricantes contra me. Alterum
תמם qvod ſpectat כְּהָתֵם *ſecundum conſummare*, videmus iterum præfixum כ articulum temporis involvere, ut ſuprà *v. 8.* כְּעָצְמוֹ *cùm invaleſceret ipſum.*

Digitized by Google

ipſum. Et qvidem infinitum hocce Hiphil verbi תָּמַם *complevit, completus fuit, &c.* reſolvi debet in finitum, pro ratione & exigentiâ contextûs: *cùm conſummaverint prævaricatores,* (prævaricationes ſcil. ſuas) h. e. qvando menſura ſcelerum erit impleta; hujusmodi phraſes occurrunt, *Gen. XV, 16. Matth. XXIII, 32. 1. Theſſ. II, 16.* Vocem פֶּשַׁע *prævaricatio,* qvam ſupplevimus, acceſſimus tùm ex participiô פּוֹשְׁעִים, tùm ex *v. 12.* ubi diſertè in eâdem hâc legitur materiâ. Alia exempla deficientis poſt verbum accuſativi obſervavimus *Cohel. VI, 3.* ſi genuerit centum ſcil. natos. *cap. VII, 15.* extendens ſcil. dies; *cap. XII, 5.* irritum faciet, ſcil. fœdus, *Prov. XI, 15.* figentes vel complodentes ſcil. manum, Lutherus reddidit: **Wann die Ubertreter überhand nehmen.** Locos verbi hujusce Hiphil הָתֵם *complere,* ſi lubet expendere, evolvi iidem poterunt *2. Reg. II, 4. 2. Sam. XX, 18. Job. XXII, 3. Eſa. XXXIII, 1. Ez. XXII, 15. cap. XXIV, 10.* & deniq; *Danielis IX, 24. Jacchiades* aliter accipit: *cùm Deus voluerit conſumere & abolere* לְכַלּוֹת *prævaricatores ex Iſraël in pœnam peccatorum ſuorum, exiſtet Antiochus, &c.* Veruntamen ad Deum hanc referre conſumtionis, vel conſummationis potiùs actionem, durum eſt, ſiqvidem nulla ejus hîc fit mentio. Qvoad flagitia interim Judæorum, qvomodo tàm laici qvàm clerici ritûs gentilium fuerint imitati, præputia aluerint, gymnaſia ethnica extruxerint, &c. legi poterit *1. Maccab. I, 12. ſeqq. it. v. 43. ſeqq. c. II, 15.* Syrus reddit מָא דְשַׁלְמוּ חוֹבָא *qvando abſolverint peccata;* Sed in textu non eſt פְּשָׁעִים ſed פּוֹשְׁעִים *prævaricantes.* פּשׁע

יַעֲמֹד מֶלֶךְ עַז־פָּנִים

Conſurget rex impudens facie.) Eſt hæc interpretatio cornu illius parvi, *v. 9.* adeoq; (β) regnum ipſi competens *ſtandi* verbô innuitur, יַעֲמֹד *ſtabit,* vel ſecundùm Vulgatum, conſurget, de qvô ipſô proximè. Duodecim verò annos præfuiſſe ipſum, adeoq; perſtitiſſe, docent Chronologi. (γ) Rex ipſe, communi ferè interpretum & Chriſtianorum & Judæorum conſenſu, eſt Antiochus Epiphanes; Nam qvanqvam *R. Saadia* de regnô Iſmaëliticô accipiat, per qvod Romanos intelligere ipſum, patet ex gloſſâ *verſus 24.* ubi populum Sanctorum ait oppugnatum eſſe per Titum Veſpaſianum; ſubjungit tamen paulò pôſt hanc noſtram de Antiochô ſententiam. Atq; hic ipſe deſcribitur (א) à ſuis attributis, ut ſunt (1) impudentia, vel ſævities intractabilis. hanc namq; innuit phraſis עַז פָּנִים *durus facie,* qvæ denuò legitur Devt. XXIIX, 50. *adducet Domi-* עמד עז פנים

nus gentem, cujus lingvam non intelliges, gentem duram facie, qva non curabit פָּנִים *facies, nec ſeni neq; juveni parcens.* Aliàs עַז idem eſt ac *fortis, durus, intractabilis*; ſicut de irâ *forti* legitur *Gen. IL, 7.* it. de populô ſorti, *Num. XIII, 28.* de leone forti, *Jud. XIV, 18. &c.* Hinc canes עַזֵּי נֶפֶשׁ *fortes appetitu* ſunt inſatiabiles, *Eſ. LVI, 11.* ita h. l. fortis durusq; vultu, eſt, qvi à truculentiâ ſævitieq; vultû torvô ſemel expreſſâ non patitur ſe abduci ad mitiorem formam. *Belga*; Styf van Aangeſichte/ *Luth.* ein Frecher. *Ditenb. & Mogunt.* eines unverſchämten Angeſichts.

וּמֵבִין חִידוֹת׃ *Et intelligens propoſitiones.*

חידות Alterum (2) hoc eſt attributum, videl. aſtutia & ſagacitas, חִידוֹת namq; ſunt ſermones, (uti deſcribit Majmonides *in portâ Moſis per Pokokium edita pag. 148.*) qvorum ſcopus in interiore parte, non in cortice habetur, &c. qvibus adde, qvæ diximus *Prov. I, 6.* Intelligentia igitur hujusmodi obſcurarum locutionum ſubindicat *tùm* animi ſagacitatem in elicendis arcanis atq; difficilibus, *tùm* aſtum, qvo qvis novit arcanos animi ſui ſenſus adeò involvere ſermonibus ſubdolis, ut nemo facilè fraudem ſubolfaciat, technasq; illas verſipellis hypocritæ evitare poſſit. *Lutherus* ein tückiſcher König. Ita מִרְמָה *fraudis* diſertè fit mentio inferiùs *verſ. 25. Jacchiades* hoc accipit de peritiâ artis Magicæ & Aſtrologiæ, it. de ſapientiâ incomparabili in reliqvis, qvod ipſum ſuo loco relinqvimus. Ditenb. & Mogunt. der ſich auff verborgene Dinge wohl wird verſtehen. Qvæ ſuperiùs jam poſita ſunt de ortu cornu hujus ex unô qvatuor cornuum ſubnatorum, præſupponuntur h. l. tanqvam in ſe ſatis indagabilia. Patet ſiqvidem ex hiſtoriis, Antiochum hunc Epiphanem originem duxiſſe ex Seleucô Nicanore vel Nicatore, rege poſt mortem Alexandri M. Aſiæ Syriæq; primô, poſt qvem octavô locô præfuit regimini Syriæ, qvippe ut *Helvicus* habet, Seleucô poſt regimen triginta annorum ſucceſſit filius Antiochus Soter, huic poſt regnum 21. annorum filius Antiochus Theos, qvem qvindecim expletis annis, excepit iterum filius Seleucus Callinicus, atq; hunc poſt annos 20. filius Seleucus Ceraunus, cui tertiô annô poſt ſuffectus frater, itidem Callinici filius, Antiochus M. cui poſt annos 37. rurſus ſucceſſit filius Seleucus Philopator, qvem deniq; poſt duodecennium alius Antiochi M. filius excepit, nimirum idem ipſe Antiochus Epiphanes à Prophetâ hîc deſcriptus noſtrô. Paulò aliter annorum numerum referunt *Euſebius, Joſephus, Appianus* aliiq;, qvos colla-

Digitized by Google

collatos vide apud Pererium *in Comm. h. l. p. 501.* Hic ipſe autem Rex *cornu puſillum* appellabatur ſuprà, ideò, qvòd minor eſſet natu, ad qvem regni dignitatem nemo forſan arbitratus eſt perventuram, utpote qvam frater natu major, ut vidimus, jam præoccupaverat, ac per annos duodecim regnum retinuerat; imò idem qvoq; Epiphanes diu Romæ vixerat privatus, datus à patre Romanis obſes, ut eſt *1. Maccab. I.* & apud Juſtinum *l. 34.* nihilominùs hoc ipſum cornu parvum adeò ſuccrevit poſtmodùm, ut nomen *Epiphanis*, h. e. nobilis atq; illuſtris, nanciſceretur, ob res ſcil. plurimas feliciter geſtas victoriasq; non paucas impetratas.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Qvando in Eccleſia creſcunt ſecuritas ac flagitia, non procul abeſt pœnarum perſecutionumq; omnis generis irruptio ac ruina. Exemplô ſit filiorum Dei licentia antediluviana, *Gen. VI, 4.* it. Iſraëlis profana impietas, *2. Reg. XVII, 7. ſeqq.* Chriſtianorum faſtidium ac defectio à pietate primâ *2. Theſſ. II, 9. ſeqq.*

2. Perſecutorum Eccleſiæ propria ſunt impudentia, ſævities, aſtus; ſicuti conſtat ex Pharaonis, Hamanis, Herodis, Neronis, Domitiani aliorumq; exemplis.

3. Impudentia nec non inflexilis faciei atq; mentis truculentia qvanta ſint vitia, it. ſimulatio ſubdola, circumventio adulatoria, &c. docebunt Ethici.

4. Abuſus datur etiam rerum optimarum; Adeòq; mirum non eſt, notitiam ænigmatum, qvæ aliàs à Salomone paſſim commendatur, in vitiô hîc poni.

5. *Eſſe certum peccatorum modum ac menſuram, Dei ipſius teſtimoniô comprobatur, & qvia unusqvisq; celeriùs vel tardiùs peccatorum ſuorum explet menſuram, ideoq; ſupplicium accelerat eò citius:* Ita Auguſtinus *de vitâ Chriſtianâ c. IV.* ubi tùm dicta, tùm exempla Scripturæ eam in rem profert: Vide etiam *Theodoretum in h. l.*

6. Qvàm ineptè *Sanderus* ex hâc ænigmatum notitiâ probare nitatur, Papam, mediocres grammatiſtas aut philoſophaſtros non æqvantem, non eſſe poſſe Anticriſtum, oſtendit Chamier, T. 2. Panſtr. l. 17. c. 12. §. 12. f. 376.

וְעָצַם כֹּחוֹ וְלֹא בְכֹחוֹ — VERSUS XXIV.

Et roborabitur fortitudo ejus, ſed non in viribus ejus.)

Tertium (3) hoc eſt attributum, videl. *robur.* Qvô ipſô exponitur, qvod ſuprà fuerat dictum de cornu hôc, qvod הִגְדִּיל *magnificatum fuerit*, vel creverit *v. 9. & 10.* ratione ſcil. potentiæ in debellandis aliis, augendoq; ſuô dominiô ſe exerentis; æqvè ut ſuprà *v. 8.* hocce עָצְמוֹ
עצם uſurpabatur de ipſô Alexandrô M. כְּעָצְמוֹ *cùm invaleſceret* ac roboraretur, putà tot victoriis, qvibus & opes & exercitum & ſubditos & famam augebat qvàm maximè. Dum autem additur: וְלֹא בְכֹחוֹ *& non*
לא בכחו *robore ipſius*, innuitur denuò, tantam eminentiam regi huic contigiſſe non ex meritô animiq; fortitudine verâ, qvali gaudebat Alexander M. heroesve alii, verùm fraudibus; qvippe de Epiphane commemoratur, qvòd patris necem in ſeditione procurârit, ut & fratris Seleuci, qvod & Seleuci filium hæredem verum anteverterit, ac regnum fraude præripuerit, qvòd dominatum ſibi in Judæos comparârit præcipuè Pontificum Judæorum perfidiâ, nec non apoſtatarum ad gentiliſmum ſubſidiis mutuisq; factionibus. (Videatur Joſephi *liber 10. antiqvit. Judaic. c. 6.*) it. qvod Eumenis & Attali Regum ope deductus fuerit in regni poſſeſſionem, qvippe qvi amicum ſibi hôc modô conciliare ſtudebant, cùm ob qvasdam offenſiones ſuſpectos haberent Romanos. Paulò aliter *R. Saadia & AbenEſra* hoc accipiunt, *non robore ſuô, ſed propter peccata Iſraëlis.* Confer *Eſ. X, 15.* de Senacheribô, qvi ſecuri aut ſerræ comparatur, qvæ à Deô trahitur, & qvidem ob populi peccata. Si conferamus verſum hunc cum *verſu 22.* ubi qvatuor Alexandri ſucceſſores dicuntur ſtetiſſe וְלֹא בְכֹחוֹ *ſed non in robore ipſius*, poſſet & h. l. ita ſumi, qvòd, qvamvis Antiochi robur valdè ſit ſumturum vires, nullatenus tamen perventurum ſit ad vires cornu iſtius unici atq; primi, ſed longè inferiùs ſubſtiturum. Atq; ſic *Jacchiades.*

וְנִפְלָאוֹת יַשְׁחִית

Et ſuprà qvàm credi poteſt, univerſa vaſtabit.) Fuerunt hucusq; regis attributa: Seqvuntur nunc (ב) ejusdem qvoq; ſucceſſus atq; facta. Ubi initiò grandis præmittitur pernicies autorem
שחת hunc agnoſcens יַשְׁחִית *corrumpet*, nimirùm *tùm* animas, inductis ſive blandiendo ſive comminando erroribus vitiisq; peſtilentiſſimis, *tùm* corpora, per bella ſtragesq; plures, nec non per tormenta confeſſoribus illata: imò corrumpet etiam regiones totas, urbes atq; pagos, incendiis, expilationibus, deportationibus, &c. Hujusmodi namq; corruptionem tùm moralem tùm Phyſicam verbô hôc Ebræô ſigni-

Digitized by Google

ſignificari, annotatum eſt *Prov. VI, 32. & c. XIIX, 19.* Modus inſuper corruptionis hujus colligi poteſt ex voce נִפְלָאוֹת qvæ propriè eſt pluralis participii fœminini verbi פלא, qvod in Niphal eſt *abſconditum, arduum* vel mirabilem eſſe; & qvidem fœmininum non modò neutraliter, ſed & neutrorum more adverbialiter hîc uſurpatur pro *mirabiliter;* æqvè ut *Jobi XXXVII, 5.* dicitur: *tonat Deus voce ſuâ* נִפְלָאוֹת *mirabiliter.* Similia exempla ſunt Pſ. LXXV, 3. *judicabo* מֵישָׁרִים *rectitudinibus,* h.e. rectiſſimè: Thren. I, 9. *deſcendet* פְּלָאִים h. e. *mirabiliter:* Pſ. CXXXIX. 14. נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי *terribilibus mirificatus ſum,* Luth. Daß ich wunderbarlich gemacht bin; vide infrà Dan. XI, 36. *contra Deum Deorum loqvetur* נִפְלָאוֹת *mirabilia* vel mirabiliter. Ita & h. l. *Polanus* reddit: mirificentiſſimè perdet. Mogunt. Er wird alles unglaublicher weiſe verwüſten. Luth. & cum eô Ditenb. wunderlich/ qvi poſterior addit, und mehr denn man glauben kan. *R. Saadia* tamen de accuſativô objecti hæc intelligit, videl. de *domô ſanctuarii* devaſtatâ; & ſub finem alterius ſententiæ ſuæ אדירי ארץ חמופלאים *magnatibus terræ mirabilibus.* Ita *Jacchiades* qvoq;: *Perdet mirabilia ſeu res magnæ æſtimationis, qvæ erant in ſanctuariô atq; apud ipſos mirabiles.* Res ferè recidit eodem: nimirum, digitus intenditur ad ſævitiem illam Antiochi immanem, qvâ ex Ægyptô redux urbem ſanctam militum permiſit truculentiæ, qvi totô triduô interfecerunt octoginta millia, vinctis qvadraginta millibus nec paucioribus venditis. Ablatæ inſuper lampades aureæ, arca & menſa aurea, &c.

וְהִצְלִיחַ וְעָשָׂה *Et proſperabitur & faciet.*

Corruptionem *ſecundò* comitatur felicitas, geminô indicata verbô, הִצְלִיחַ *proſperè & ex votô egit,* nec non עָשָׂה *fecit,* nimirum cogitata effectui dando, &c. qvomodo ambas haſce voces jam ſuprà habuimus *verſ. 12.* Datâ autem operâ videtur hôc Deus voluiſſe prænunciare, ne felix tanti Tyranni ſucceſſus qvenqvam in religionis pietatisq; veræ curſu turbet, dubiumve reddat, num forſàs penes fortunatum hujusmodi hominem ſimul etiam ſit Dei veri favor, ac proindè falſa ſit religio illa, qvam felix hicce victor impugnat ac proculcat. צלח

וְהִשְׁחִית עֲצוּמִים וְעַם־קְדֹשִׁים׃

Et interficiet robuſtos & populum ſanctorum.) Redit nunc angelus poſtliminiò velut ad corruptionem conciſiùs proximè propoſitam, adeòq; repetitô verbô הִשְׁחִית *corrupit, perdidit,* geminum addit שחת

Digitized by Google

addit objectum, tùm *robuſtos* putà populos vel exercitus, (vide de hac voce dictâ *Prov. XIIX, 18.*) tùm *populum ſanctorum*, h.e. Iſraëlitas, qvi numeroſitate eqvidem gentibus debellatis aliis hautqvaqvam comparandi, utut forti animô pugnatum nihilominùs ab iisdem poſteà fuerit ſub Maccabaicis ducibus. Sicut verò *Num. XVI, 3.* totus Iſraëlis

קדשים cœtus appellatur קְדֹשִׁים ſancti, (ſicut poſteri ſanctorum ſub initium vocabantur *filii Dei*, Gen. VI, 2.) ſicut etiam hinc indè ſancti jubentur eſſe Iſraëlitæ, *Levit. XI, 44. 45. cap. XIX, 2. c. XX, 7. 26. &c.* & ſicut etiam *cœtûs ſanctorum* mentio fit *Pſ. LXXXIX, 6. 8. Pſ. XXXIV, 10. &c.* ita h.l. titulus adhibetur *populi ſanctorum*, putà *Elohim*; qvomodo *Joſ. XXIV, 19.* legitur: qvoniam אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *Deus ſanctus ipſe eſt*: it. Oſ. XII, 1. *Juda adhuc dominatur cum Deô* וְעִם קְדֹשִׁים *& cum ſanctô* (vel apud ſanctum) *fidelis eſt*. Poſſet eôdem ſenſu reddi & h.m. *perdet populum* (h. e. magnum planè cœtum) *ſanctorum* vel fidelium. Vide *1. Maccab. I, 52. 60. 61.* Adeòq; ſicut ſuperiùs *v. 9.* cornu parvum dicebatur prævaliturum *contra meridiem & orientem*, ita hîc contra robuſtos: & ſicut illic ſubjungebatur הַצְּבִי *terra ſanctorum*; ita jam populus ſanctorum, qvi haut dubiè etiam ſuprà ſub exercitûs cœli ſtellarumq; ſchemate depictus fuit, *verſ. 10. & 12.* (Jacchiades per *Fortes* intelligit Iſraëlitas, per *populum verò ſanctorum* poſteros Aaronis vel ſacerdotes; at ſtrictè nimis.) Non multum ab hôc abit *Maldonatus*, qvi per *fortes* itidem Judæos dici opinatur, ut qvi ſuperari neqviviſſent, niſi receſſiſſet ab iis Dominus. Verùm ex collatione textuum modò citatorum jam patuit diverſum.

VERSUS XXV. וְעַל־שִׂכְלוֹ *Et ob intelligentiam ſuam.*

Felicitatis jam recenſetur (3) Conſeqvens, videl. ſuperbia, & qvidem ex proſperâ adeò & expeditæ aſtutiæ dolorumq; machinatione oriunda. Verba namq; verſûs hujus accipienda videntur h.m. *& ob intelligentiam ſuam, & eò qvòd dolus proſperè ſuccedet per manum ipſius, ideò efferet ſe corde ſuô*, &c. Vulgatam namq; & verſionem & connexionem, ut & LXX. tanqvam planè à fontibus recedentem non poſſumus hîc ſeqvi. Qva de cauſâ etiam Maldonatus ipſe ſic Ebræa reddit: *& juxta intellectum ejus dirigetur dolus in manu ejus*. Ita ſcil. ut poſte-

שכל rior copula ו redundet. Cauſa igitur elationis eſt שכלו *intellectus ejus*, h. e. mentis ſagacitas in inveniendis conſiliis, ſtratagematis, aliisq; difficilibus, promtitudo ac dexteritas, qvâ inſigniter pollet

præ

Digitized by Google

præ multis aliis, infatuarunt hunc hominem, ut infirmitatis ſuæ oblitus, Deo penè ſimilem ſe arbitretur. Vide sîs de hâc ipſâ voce שֶׂכֶל *Prov. III,4. c. XII,8. c. XIII,15. c. XVI,22. c. XIX,11.* item qvæ ſuprà *v. 23.* adfuerunt *de intelligentiâ ænigmatum*, qvæ ipſa h. l. planioribus declarantur verbis.

וְהִצְלִיחַ מִרְמָה בְּיָדוֹ

Et (qvia) *ſucceſſit dolus per manum ejus.*) Non multum diſtat hoc à proximè dictis; ſiqvidem vocabulum paulò nobilius pro tantò nebulone, vid. etiam שֶׂכֶל *intellectus*, reſtringitur hîc per מִרְמָה *fraudem*, qvod ſcil. egregiis animi dotibus inſigniter fuerit abuſus ad omnis generis vafriciem ac technas. Nam מִרְמָה (à רָמָה *projecit*, & in Piël רִמָּה *decepit*,) hujusmodi ſignificat aſtutam mali exeqvendi diſſimulationem, ut alter incautus nihil qvicqvam ejus perſentiſcat, imò optima qvæq; potiùs ſibi polliceatur, qvomodo Joram conqveritur de מִרְמָה *dolô* Jehu in regem ſuum perfidi, *2. Reg. IX, 23.* idemq; David paſſim de dolô lingvæ, *Pſal. XVII,1. Pſal. XXXIV,14. Pſ. XLIII,1. Pſ. L,19. Pſ. LII,6.* &c. Sic de lancibus doloſis, *Prov. XI, 1.* vide ibid. *c. XII,5.17.20. c. XIV,8.25. c. XXVI,24.* Aliàs ſangvinolentia & dolus ſororiô cohærent nexu, *Pſal. V,7. Pſ. LV,24.* De hôc autem dolô enunciatur, qvòd ſucceſſurus *ſit per manum ipſius*, h. e. ejusdem inſtinctu, machinatione, ordinatione, labore, &c. qvomodò aliàs *Eſa. LIII,10.* de Meſſiâ ſcribitur: *voluntas Domini* יִצְלָח *ſuccedet* בְּיָדוֹ *per manum ejus*, Gen. XXXIX,3. *Omnia qvæ faciebat Joſeph, Deus* מַצְלִיחַ *fortunabat per manum ejus*, &c. qvoad connexionem Grammaticam adhuc notetur, repetendam eſſe ex præcedente membrô particulam עַל *propter*, h. m. *& propter intellectum ſuum*, וְעַל אֲשֶׁר *& (ob id, qvòd) dolus ſuccedet*, &c. ita namq; præpoſitionem עַל conſtrui etiam cum verbis, conſtat ex *Eſa. LIII, 9.* עַל לֹא (pro עַל אֲשֶׁר) *eò qvòd non fecit injuriam*, &c.

וּבִלְבָבוֹ יַגְדִּיל *Ideoq; in corde ſuô extollet ſe.*

LXX. καὶ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται. En animi elationem modò memoratam. Pro more enim ſtoliditatis humanæ, fortunam proſperam comitatur faſtus ac elatio, ac ſi propriæ tribuendum ſit ſapientiæ viribusq;, qvod tamen ex merâ pendet permiſſione divinâ in ſe juſtiſſimâ ac ſapientiſſimâ. *Vav* reddimus *ideoq;* ut *Pſal. II,10. Pſ. XCI,14. Pſ. CVI,43. Pſ. CXVI,2. Pſ. CXIIX,7. Pſ. CXXXIX,17. Dan. III,2.* Verbum הִגְדִּיל

הגדיל הִגְדִּיל *magnum fecit*, vel, *magnus evaſit*, expendimus ſuprà *verſ.4.* Hîc reciprocè valet *magnum fecit ſeipſum, prægrandia ſibi ipſi tribuit*; vel neutralem ſolùm retinet ſignificatum, qvalem habuit in Kal, adeòq; idem valet ac *magnus fuit*. Similia exempla ſunt כָּרַת & הִכְרִית qvod in primâ & tertiâ conjugatione valet *exſcindere*, רָנַן & הִרְנִין *canere*, זָקֵן & הִזְקִין *ſeneſcere*, &c. In corde autem ſuô magnum eſſe, deſignat faſtuoſum ſpiritum, alios præ ſe omnes tanqvam humi repentes contemnentem, propriumq; caput ad nubes velut efferentem; qvomodo de Antiochô hôc ipſô refertur *2. Maccab IX, 8.* præ faſtu nimiô eundem mari imperare, monteſq; montibus imponere voluiſſe, imò ſe cœlum jam contingere putâſſe, &c.

וּבְשַׁלְוָה יַשְׁחִית רַבִּים

Et in copiâ rerum omnium occidet plurimos.) Ita rurſus *Vulgata*: Idem hîc repetitur effectum, qvod *v. 24.* jam adfuit iiſdem penè verbis, qvippe עֲצוּמִים & רַבִּים parum diſtant à ſe invicem: Solùm adjicitur medium corruptionis. videl. שַׁלְוָה *tranqvillitas*; qvippe vulpinando ſecuroſq; reddendo illos, qvos ſibi ſubjugare cogitabat, per ſimulationem amicitiæ, perq; blandimenta omnis generis alia peſtifera, maximam Iſraëli aliiſq; intulit cladem. *Jacchiadés* refert hoc ad רבים multos, ita, ut multi in tranqvillitate idem ſint, ac tranqvillè cum eô viventes, nihil mali ſibi ab eôdem metuentes, ob nullam ſcil. ipſi injuriam illatam. Maldonatus: *impunè, ſine ullô ſuô detrimentô, &c.* Vide dicta *Prov. I, 32.* שַׁלְוַת *tranqvillitas ſtultorum perdit ipſos*, cap. XVII, 1. *melius eſt fruſtum panis, cum qvô* שַׁלְוָה *tranqvillitas*, &c. idem infrà *c. XI, 21. 24.*

שלוה

וְעַל שַׂר שָׂרִים יַעֲמֹד

Et contra Principem principum conſurget.) Effectis conatibuſq; *v. 24.* commemoratis addendum venit novum ſuperioribuſq; longè atrocius, ipſiuſmet nimirùm Altiſſimi oppugnatio temeraria. Haut dubiè per *Principem principum* intelligitur non ſummus Pontifex ſecundùm *Grotium*, qvam ipſam interpretationem nimis argutam & infirmam antehàc pronunciaverat *Calvinus*; non Michaël, uti vult *AbenEſra*, ſed ſecundùm *Jacchiadem & R. Saadiam* הַקָּבָ״ה ſive is, qvi aliàs vocatur *Rex regum & Dominus dominantium*, 1. Tim. VI, 15. it. ſuprà v. 11. *princeps exercitûs*. Contra hunc ergò *ſtetit*, dum ejuſdem ſtatutis in populô Dei cognitis ac promulgatis palàm ſe oppoſuit, eadem illudendo

Digitized by Google

illudendo, abrogando, contraria ſanciendo, &c. Neq; ſolùm Deo ſe oppoſuit, qvantum ad ejus legem vel religionem, verùm etiam ratione miniſtrorum Eccleſiaſticorum, qvorum ſacrificia inhibuit, circumciſionem ſub grandi pœnâ abolevit, aram ſuillâ carne contaminavit, confeſſores hujusmet Principis principum trucidavit, alios ad apoſtaſiam, blasphemiasq; coëgit, &c. id qvod ſuprà ſtellarum deturbatione, ſacrificii abrogatione, templi deſtructione veritatisq; eliminatione fuit ſignificatum, *v.9.ſeqq.* Huc, qvod Jovis Olympii ſimulachrum in templum collocari adorariq; præ[illegible]erit, qvod ornatu vaſisq; ſacris templum expoliaverit ac libros ſacros combuſſerit, *2.Macc.VI,2.ſeqq.*

וּבְאֶפֶס יָד יִשָּׁבֵר׃ *Et ſine manu conteretur.*

Nunc tandem cornu vel tyranni hujus etiam detegitur (ק) finis ſeu [illegible], & qvidem verbô, *confringetur:* qvô haut dubiè ad figuram cornu reſpectus fuit habitus, cùm aliàs mors hôc modô deſcribi vix ſoleat. De voce אֶפֶס *defectus, nihil*, vide Prov. XIV,28. & cap. XXVI,20. *Absq; manu igitur confringi*, eſt, cœlitùs puniri, non interveniente poteſtate aut vindictâ humanâ, qvomodo ſuprà c. II,34.45. *lapis absq; manibus avelli*, dicitur, h.e. non interveniente ullô conſiliô aut ope humanâ, & qvomodo Sodom ſubverſa fuit, ita, ut nullæ debilitarentur ob eandem *manus*, Thren. IV,6. Qvapropter h.l. morbum intelligimus divinitùs immiſſum, ita ut partim mœrore metuq; animi, partim immenſis ac immedicabilibus corporis cruciatibus extinctum fuerit hoc hominis monſtrum. *AbenEſra* ait, Antiochum cecidiſſe מִן הַגָּג *de tectô, atq; ſic confractum mortuumq; eſſe.* Jacchiades verò ſcribit; *laboraſſe eum morbô gravi, & ad elephantis cujusdam barritum ejus currum ſubverſum eſſe, ita ut ceciderit in terram, & fracta fuerint ejus oſſa.* Qvicqvid ſit, remotâ hîc manu humanâ facilè colligitur manus Dei inviſibilis, qvippe nec Judæis neq; ullis aliis conceſſa fuit ea in Tyrannum hunc ultio, ut vel jugulare, vel venenô perimere potuerint tantam peſtem, qvomodo fortè Ehud jugulavit Eglonem, Jaël Siſeram, Samuel Agagum, &c. verùm gloriam hanc reſervavit ſibi Deus ipſe, æqvè ut Herodem, Pharaonem pluresq; ejus generis alios de mediô ſuſtulit. De difficultatibus circa antecedentia mortis, num ſpoliare voluerit templum Elimaidis, an Perſepolis, cujusnam fuerit illud templum, videl. non Veneris ſed Dianæ, it. de locô, montibus Mediæ, de mortis genere, an lapidum ictu interfectus, vel viſcerum morbô extinctus fuerit, &c. prolixior eſt h.l. Pererius. *p.510.ſeqq.*

Digitized by Google

qvæ ipſa ejus narrata cùm contradictiones librorum Maccabaicorum præcipuè concernant, de qvorum autoritate inter Orthodoxos con[illegible] ſtat ſatis, nolumus iisdem tempus terere. *L'Empereur* [illegible] *1. Maccab. VI. 2. Maccab. I. & c. IX. 5. 7. 28.* ter eum obiiſſe ludit, alle-gans illud *Virgilii* Lib. 8. Æn. v. 564.

Naſcendo cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat, terna arma movenda,
Ter letho ſternendus erat, &c.

Verſio *Syriaca* ſic exprimit: יְבַמְאַחַר אִידָא & è [illegible] *tur*; nimirum accepit voc. יַד non Ebræô ſed Syrô ſignificatu [illegible] *perinde ac ova franget eos manu ſuâ.* Secutus hîc eſt LXX viralis [illegible] ὡς ὠὰ ἐν χειρὶ συντρίψει, & *qvaſi ova in manu conteret*: qvæ [illegible] retuliſſe videntur non ad Antiochum hactenus deſcriptum, [illegible] De-um, cui ſe oppoſuerat: Hic enim tales inſtar ovi comminuit [illegible] ciones citra laborem.

Poriſmata ex Verſu XXIV. & XXV.

1. Non omnes, qvi emergunt, emergunt virtute atq; [illegible] rùm multi vel aſtu, vel virtute aliorum, vel ſævitie [illegible] Adeòq; felicitas ſucceſſuum neqvaqvam eſt bonæ cauſæ [illegible] apud privatas, nec apud Perſonas publicas. Qvorſum etiam [illegible] ſiæ veræ ſecundùm Papiſtas, felicitas ſcil. ſecularis ac victoria [illegible] plitudo.

2. Proprium fermè inſeparabile ſanctorum eſt *premi* [illegible] expugnentur, oppugnantur tamen; *2. Cor. IV, 8. ſeqq.*

3. De fraudulentiæ, adulationis, ſuperbiæq; vitiis [illegible] raliſtæ & explanatores Decalogi.

4. Ea regio, ea urbs, veram pulchritudinis aut [illegible] tur laudem, qvæ verò gaudet Dei cultu vel religione pura [illegible] *coris* nomine ſuprà vidimus deſignari terram ſanctam [illegible] cunditate & opulentiâ & mercimoniis & numeroſitate [illegible] cunditate excellere Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Per[illegible] riabimur nos nihilominùs de Dei inter nos verbô, verôq; [illegible] tô cultu.

5. Qvisq; ſtudeat ſanctitati illibatæ tàm qvoad fidem [illegible] tam atq; mores. Qvisq; ſciat, ſe ſtellam eſſe de cœli [illegible] primæ, ſaltem tertiæ vel ſextæ magnitudinis, aut etiam [illegible]

Digitized by Google

modò per vivam fidem verus ſit Dei filius. Caveat proin, ne terrenis implicetur, cœliq́ curſum atq́ curam deſerat, *Col. III, 1.*

6. Eſto, tyrannos conculcare corpus, modò anima inſtar ſtellæ radiet in cœlis, *Matth. X.*

7. Felicitas perſecutorum, & miſeria fidelium, tàm evidenter prædictæ, eò fortiùs amoliuntur ſcandalum, qvod aliàs circa fidei veritatem Deiq́; providentiam potuiſſet exoriri.

8. Perſecutio eſt inſtar venti vehementis, paleas à granis, hypocritas à fidelibus evidenter ſegregantis.

9. Contra Deum ipſum fremunt, qvi confeſſores ejus genuinos oppugnant: æqvè ut hîc Antiochus pugnabat contra Principem principum, &c. Sic Actor. IX, 4. *Saul, Saul, qvid me perſeqveris?*

10. Infauſtus utplurimum horribilisq́; ſolet eſſe perſecutorum exitus, dum abſq; manu pereunt: qvanqvam etiam verum non raro maneat illud Poëtæ:

Ad generum Cereris ſine cæde & ſangvine pauci
Deſcendunt reges, & ſiccâ morte Tyranni.

11. Non pauca ſunt, in qvibus Antiochus typum velut geſſit Antichriſti in Eccleſiâ N.T. qvod ex *Gregorio* obſervavit in h. l. *Pererius*: idem videre eſt etiam apud *Hieronymum, Theodoretum,* (ad Zach. XI.) *Fernandium* de viſionibus V.T. fol. 672. ſeq. *Corn. à Lapide, Liranum atq́ alios.* Ægrè qvidem *Sanctius* ad hanc typicam Antichriſti deſcriptionem accedit, nihilominùs ob Patrum autoritatem reprobare non audet. Nonnulla comparationis puncta ſtrictim recenſemus ex *Polano*, ut defectio à purâ religione comitem mox habuit Antiochum, ita filius perditionis præſtò erit veniente defectione à Chriſtianæ fidei ſimplicitate, *2. Theſſ. II, 3.* Porrò ut impudens atq; calidiſſimus fuit Antiochus; ita Antichriſtus Romanus Vicarium Chriſti ſe venditans, diſpenſandi contra ſacra poteſtatem ſibi arrogans, &c. Vide *cauſas Proteſtantium recuſati concilii Tridentini cauſa 8.* Ut robur Antiochi invaluit, ſed non robore ſuô; ita & Papæ robur per indulgentiam qvorundam Imperatorum, per regum nonnullorum ſubſidia, populorum ſuperſtitiones, &c. unde Abbas Urſpergenſis: *gaude mater Roma, qvia per malitiam hominum, non per tuam religionem orbem viciſti.* Alia plura de regum per Papas depoſitione, trucidatione, expoliatione, miſq; technis aliis reperies *ibidem*, ut & paſſim alibi apud ſcriptores de Antichriſtô, v.g. Lubertum, Sudlivium, Dölingium, D. Danhauerum

Digitized by Google

de Antichriſtô p. 262. ſeqq. Balduinum *de Antichriſtô p. 68. ſeqq. &c.* Joſephum Medum *de Apoſtaſiâ p. 98. ſeqq. &c.* Lege etiam B. Lutheri *reſponſum ad Librum Ambroſii Catharini defenſoris Sylveſtri Prieratis.* Oecol. *h. l. f. 108.*

12. Per ſacrificium juge neqvaqvam præfiguratum eſſe ſacrificium Miſſaticum docet Dorſcheus *de Miſſâ p. 107.*

וּמַרְאֵה הָעֶרֶב וְהַבֹּקֶר אֲשֶׁר נֶאֱמַר אֱמֶת הוּא

VERSUS XXVI. *Et viſio veſpere & manè, qva dicta eſt, vera eſt.)* Ad finem jam properat interpretatio angelica, adeòq; verſu hôc continetur tùm durationis *v. 14.* definitæ confirmatio, tùm Epilogus, vaticinii occluſionem exigens. *Viſio* disertè hîc ponitur pro verbis illis ſonoris, in viſione propheticâ à Daniele cognitis ac perceptis, velut & hîc è veſtigiô additur: *qvæ* נֶאֱמַר *dicta eſt*; de eâ enim in caſu rectô enunciatur, qvòd *ſit veritas*, i.e. infallibiliter ac ſuô tempore certò vera, ſecundũ ſingula ſic eventura. Emphaticè verò ponitur abſtractum pro concretô, veritas pro verô ac firmô, ſicut Pſ. XIX, 10. dicitur: *judicia Dei ſunt veritas*: Pſ. CXI, 7. *Opera tua ſunt veritas & judicium, &c.* Ais, at qvid opus, de hac temporis definitione ſolùm aſſerere, qvòd ſit veritas, annon idem ſuperioribus pari etiam modô convenit? Reſp. Veritatem hîc contradiſtingvi ſchematibus ac figuris, non figmentis aut mendaciis, adeòq; cùm aries, hircus atq; cornua deſignarent aliqvid aliud, qvàm qvod eſſe videbantur, ſeorſim de hôc ναχ... enunciatur, qvòd numerus ac temporis hæc ſpecies non de aliqvô aliô ſint intelligenda, qvàm de tot diebus, ex mane & veſperi velut conflatis. *Grotius* verum intelligit de clarô ac apertô, allegans *cap. II, 45.* verùm citrà neceſſitatem deſeritur propria vocis ſignificatio. *Jacchiades* hoc exponit de durationis occultatione, adeò ut penes ſolùm Deum, tanqvam veritatem ipſam, hæc veritas manere ipſive nota eſſe debeat; imò imperfectionis hinc argui vult interpretationes harum viſionum omnes, tàm aliorum qvàm ſuas, &c. Verùm ſic ipſe revelationis factæ finis prorſùs invertitur.

אמת

וְאַתָּה סְתֹם הֶחָזוֹן *Tu ergò viſionem ſigna.)*

Epilogus hic mandatum continet circa revelationem hanc obſervandum, qvod exigit occluſionem. Verbum namq; סָתַם propriè uſurpatur de obturatione vel occluſione fontium, qvi terrâ lapidibusq; explentur, ut uſui ampliùs eſſe neqveant, qvomodo conſtat ex *Gen. XXVI, 15.*

סתם

Digitized by Google

XXVI, 15. 18. 2. Paral. XXXII, 3. 4. 30. 2. Reg. III, 19. 25. it. de occluſione rimarum vel foraminum in muris, *Nehem. IV, 7.* Hinc סתום appellatur *occultum*, qvod perveſtigari aut cognoſci ſatis neqvit, *Ez. XXVIII, 3. Pſ. LI, 8.* Hôc locô innuitur occultatio, non qvidem qvalis eſt invidorum, qvi nihil communicare volunt horum, qvæ aſſecuti ſunt, ſed qvæ prudenter pro ratione perſonarum, temporum ac locorum celat ea, qvæ hîc & nunc ſcire alios non expedit. Adeoq; in literas qvidem conjecit viſa ea omnia Propheta noſter, & qvidem perſpicuè ac plenè ſatis; nihilominùs tamen occultare juſſus eſt ab angelô, ne profani tùm Chaldæi, tùm Judæi ipſi temerè ac intempeſtivè irruerent cum ſuô & Eccleſiæ damnô. Diſcrimen namq; omninò fuit inter ea, qvæ Prophetis revelata ſunt, ut è veſtigiô communicarent populo, v. g. de inſtantibus infortuniis per pœnitentiã averruncandis, & inter ea qvæ clam adhuc habenda, diſcipulisq; ſolùm idoneis communicanda erant, donec certum adveniret tempus, ubi patefieri debebat, adfuiſſe olim in populô Dei illuminatum Prophetam, *Ez. II, 5. c. XXXIII, 33.* Poſſumus huc referre etiam illud *Apoc. XXII, 10.* ubi Johannes prohibetur obſignare librum, qvia tempus propè, complementi ſcil. dictorum; hîc verò tempus iſtud adhuc longinqvũ. Ad hanc ipſam occultationem haut dubiè pertinet, qvod Daniel vaticinium hoc idiomate non Chaldæô, ut ſuperiora conſignaverit, verùm Ebræô, qvi Chaldæis, inter qvos Daniel degebat, erat ignotior; ut proinde Eccleſia Judaica κειμήλιον hoc ſervare ſibi poſſet eò meliùs reconditum; Conf. *Eſ. IIX, 16. Apoc. X, 4. Dan. XII, 4. & 9. Matth. VII, 6. Grotius* hoc accipit de incluſione, ut archetypum ipſum ſervari poſſit usq; ad eventum, & tunc cum eventu conferri, ut *Jer. XXXII, 14. c. XXXV, 32. Chryſoſtomus* ferè conſentit: διατήρησον, ἵνα μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διαφθαρῇ, h. e. *conſerva, ne tempore diuturnô corrumpatur.* Oecolampadius ſymbolicè intelligit: *Oſtendo, qvòd hanc prophetiam pauci capiant,* inſtar libri ſcil. ſignati, *Eſ. XXIX, 11.* verùm hæc ex circumſtantiis textûs colligi evidenter adeò non poſſunt, æqvè ut nec illa *Pinedæ* ſubtilitas, qvã *L. 5. de rebus Salomoneis c. 13.* ſcripſit: Danielem juſſum eſſe notis arcanis Prophetiam conſignare, ſicut Ægyptii ſcripſerunt, per characteres hieroglyphicos, qvod hodieq; faciunt Sinenſes. Qvâ ratione etiam liber *Apoc. V.* ſignatus fuerit ſigillis ſeptem, tanqvam ſeptem characteribus, qvod ipſum tamen ſuo relinqvimus autori.

כִּי לְיָמִים רַבִּים; *Qvia poſt multos dies erit.*

Rationem hæc exhibent mandati, qvia videl. eô ipſô ſtatim tempore non expediviſſet palàm hæc prodi, qvæ poſt trecentos vel qvadringentos ferè annos fuiſſent eventura; partim enim deluſâ fuiſſent, partim absq; fructu omni evanuiſſent, partim etiam Chaldæos tanqvam à faſtigiô ſuô vi vaticinii hujus aliqvando deturbandos, exacerbare in Prophetam hunc potuiſſent, &c. ἀλεξιφάρμακον, ante infectionis tempora præparatum in futuros uſûs, conſultiùs occluditur, qvàm propinatur: ſuô enim tempore vim ſuam exercebit ſatis. Præfixum (לְ) in voce לְיָמִים valet *poſt*, ut Gen. VII, 4. לְיָמִים *poſt dies adhuc ſeptem pluam, &c.* Vid. *Ezech. XII, 27.* ecce dicunt: Viſio, qvam hic videt לְיָמִים רַבִּים *eſt poſt* vel *in dies multos* eſt, *& in tempora longa iſte prophetat, &c.* Illuſtrari hæc ipſa qveunt collatis 70. annis captivitatis Babylonicæ jamjam finiendæ, cum miſeriâ illâ ſecuturâ ſub Antiochô poſt aliqvot demum ſecula, cujus ipſius longinqvitatis cauſâ hæc occultatio injungitur.

לְ ſign. poſt

Poriſmata ex Verſu XXVI.

1. Certa ac determinata eſt cuivis calamitati ſua duratio, æqvè ut hîc definiti erant dies, perſecutioni Antiochenæ jam olim aſſignati. *Cuncta enim fecit Dominus in menſurâ, &c.* Sap. XI, 22. *adeoq; neminem piorum tentari ſinit ultra vires,* 1. Cor. X, 13.

2. Repetitio rerum earundem, (ut h. l. durationis jam ſuprà traditæ,) non caret ſuô fructu; ſic namq; firmiùs inhærent communicata aliqvoties, ſic penitiùs inveſtigantur, qvæ inſpecta fuerant obiter, ſic confirmatur animus hæſitans, &c. Vid. Philip. III, 2. *eadem ſcribere vobis me eqvidem haut piget.* Abſit proin faſtidium, abſit deſiderium ſolius novitatis pruriginoſum. *Act. XVII, 21.*

3. Ex occluſione hâc neqvaqvam fluit ejusmodi Scripturarum obſcuritas, qvæ laicos arcere debeat ab earundem lectione. Eſto, in menſâ hâc opiparè inſtructâ adeſſe unum alterumve ferculum, his dentibus, huic ſtomacho minùs idoneum; propterea tamen haut abigendi ſunt tales convivæ à menſâ penitùs; imò obſignatio à *Sanctio* hîc intelligitur, non occultandi, ſed confirmandi cauſâ, qvomodo obſignantur edicta ſolennia, &c. qvanqvam hæc κατ' ἄνθρωπον ſolùm dicta velimus, à ſuperiore noſtrâ ſententiâ non diſcedentes.

4. Interim prudentia non tollitur debita, ſanctum canibus aut porcis

Digitized by Google

porcis neqvaqvam permittens, *Matth. VII, 6.* Conf. *Eſ. IIX, 16.* liga teſtimonium; obſigna legem, &c.

5. Promiſſa, minæ ac prædictiones, utut diu nonnunqvam differantur, aut longè abſint, propterea tamen ſuâ non deſtituuntur veritate, *Hab. II, 3.*

6. Non omnia omni competunt tempori, loco ac perſonæ. Ineptæ proin facit, qvi ſolatia inſtillat ſecuris, qvi comminationibus ulterius adhuc percellit timidos , qvi myſteria committit imperitis; æqvè ut ſtulta eſſet nutrix, carnem panemvè præbens infanti lactando, &c.

וַאֲנִי דָנִיֵּאל נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי יָמִים

Et ego Daniel langui & ægrotavi per dies.) *Qvarta* hæc & ultima capitis noſtri pars eſt : viſionis videl. communicatæ tradens conſeqvens, idq; triplex; 1. debilitationem, 2. conſvetorum negotiorum expeditionem. 3. admirationem. *Primum* geminis hîc effertur vocabulis נִהְיֵיתִי *fractus ſum:* ita namq; verbum hoc paſſivum radicis הָיָה qvandoq; accipi in ſignificatu שָׁבַר וְכָרַת *fractionis & exciſionis*, notavit R. Nathan *in concord.* R. Levi, Kimchi, & R. Salom. Ben Mel. ad h.l. (qvanqvam ordinarius ſignificatus *fieri*, negandus non ſit, uti patebit ex *Prov. XIII, 19.* & ſuprà *Dan. II, 1.*) R. Saadia exponit נצטערתי *dolore affectus ſum usq; adeò, ut ægrotarem. Jacchiades* itidem de confractione corporis per vehementem mentis in viſione intentionem. *Mogunt.* Ich ward krafftloß / *Luth.* & *Belga* : Ich ward ſchwach. Dieu *in anim. ad Dan. II, 1.* refert ad illum Ebraiſmum, ubi unum verbū qvandoq; alteri inſtar nominis inſervit: *factus ſum & ægrotavi*, pro factus ſum æger. Ita & Junius: *affectus fui ægritudine.* Senſui decedit nihil. Deinde ait וְנֶחֱלֵיתִי *& ægrotans factus ſum;* ita ſcil. ut aliqvandiu ad obeundas officii partes forem ineptus, inqve lectô cogerer decumbere; qvomodo aliàs חָלָה, qvod in Niphal hîc extat, uſurpatur de ægrotante Abiam filiô Jeroboami, *1. Reg. XIV. 1.* de Aſâ ſene, ex pedibus ægrotante, *c. XV, 23.* de Eliſâ ægrotante, *2. Reg. XIII, 14.* &c. Ægritudinis autem hujus duratio innuitur voce indefinitâ יָמִים *diebus*, ſcil. aliqvibus; ſi unus biduumve fuiſſet, dixiſſet יוֹם aut יוֹמַיִם qvapropter non parùm debilitatas colligimus vires, utpote ad qvarum reparationem prolixius reqviſitum fuit tempus. Similem debilitationis effectum poſt acceptam viſionem angelicam habebimus & infra c. X, 8.

Versus XXVII.

היה

חלה

וְאָקוּם

Digitized by Google

וָאָקוּם וָאֶעֱשֶׂה אֶת־מְלֶאכֶת הַמֶּלֶךְ

Cumq; ſurrexiſſem, faciebam opera regis.) Alterum hoc eſt, vigoris ſcil. qvaliscunq; recuperatio. *Surrexi*, ſcil. de lectô, & qvidem, ſecundùm *Sanctium*, eôdem, in qvô dormiens viſionem hanc tremendam acceperam, neq; ex eô tempore præ ſtupore ac infirmitate ſurgere potueram; *& feci negotium regis*, h.e. illa rurſus, qvæ commiſſa mihi erant, negotia publica tractavi, qvibus hucusq; fueram impar. Patet hinc, Danielem, utut inſtar penitùs ignoti apud Belſazarum fuerit commendatus ſuperiùs *cap. V, 12.13.* non tamen adeò penitùs ab aulâ fuiſſe alienum, qvanqvam longè humiliori fuerit in ſtatione, qvàm olim ſub Nebucadnezaris regimine, adeòq; penè privatus redditus. De מְלֶאכֶת *opere* vel *negotiô regis*, vide ſîs *1. Paral. XXIX, 7.*

וָאֶשְׁתּוֹמֵם עַל־הַמַּרְאֶה וְאֵין מֵבִין׃

Et ſtupebam ad viſionem, & non erat, qvi interpretaretur.) Ultimum hoc eſt conſeqvens, videlicet tacita vehemensq; admiratio,
שמם expreſſa verbô שָׁמֵם in Hithpaël poſitô, qvod R. *Saadia* intelligit de ſilentiô; qvòd ſi tamen conferamus reliqvos illos tres locos, in qvibus forma præſens occurrit, plus ſanè includi hîc ad oculum patebit, Eſa. LIX, 16. *vidit, qvòd non eſſet vir* וַיִּשְׁתּוֹמֵם *& obſtupuit, qvòd non eſſet, qvi intercederet*; c. LXIII, 5. אֶשְׁתּוֹמֵם *obſtupui, qvòd non eſſet, qvi fulciret.* Pſal. CXLIII, 4. *Defecit in me ſpiritus meus, in mediô mei* ישתומם *obſtupeſcit cor meum.* Qvapropter & hîc intelligimus ejusmodi commotionem animi, qvi magnitudine rerum viſarum adeò extra ſe velut raptus eſt, ut vix ſui ipſius reminiſcatur ſatis, nedum ut dijudicet res captum ſuum excedentes. *Lutherus*: Und verwunderte mich des Geſichts. Qvod deniq; additur וְאֵין מֵבִין non referendum hoc eſt ad interpretis carentiam, qvorſum *Vulgata* tendit, (cùm tamen diſertè hoc contraveniat verſibus *16.17.19. præced.*) verùm ad myſterii hujus communicationem, (*nemo intelligebat*, tàm ardua mihi debili fuiſſe modò patefacta,) deinde 2. ad ejusdem myſterii celationem: nemo intelligebat, qvod angelus me occultare juſſerat *v. 26.* imò 3. ad morbi originem: *nemo intelligebat*, me tantæ viſioni occaſione tantoperè debilitatum fuiſſe. forſàs etiam 4. nemo prorſus reſcivit, Danielem a[li]qvandiu decubuiſſe, cùm id clam habuerit. De conſtructione part[ic]ulæ hujus negativæ אֵין cum participiô, vide ſuprà *v. 4. & 5. Jacchi[ade]s* hoc refert ad ignorationem termini præfiniti, qvem

nemo

Digitized by Google

nemo etiam eruditiſſimorum vel in Iſraële præcipuorum intellexerit; verùm id ſaltem à Rabinô hôc dici ob difficultates circa Meſſiæ adventum Judæis inſolubiles, facilè docet inſpectio; cùm tamen alius hîc Prophetæ fuerit ſcopus, uti diximus. Imò qvid opus interprete, cùm Angelus officiô hôc jamjam fuiſſet functus? melius LXX. καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιών: qvem ipſum ſenſum etiam probat Maldonatus: *nemo ſciebat, cur obſtupeſcerem, &c.* ita qvoq; *Sanctius, Theodoretus & alii.*

Poriſmata ex Verſu XXVII.

1. Devota myſteriorum Dei contemplatio non eſt ſine inſigni virium qvoq; corporis mutatione. Videre hoc eſt in ſeriò pœnitentibus, iramq; Dei qvodammodò ſentientibus, qvantoperè illi conqverantur de invaletudine, *Pſ. XXXIIX, 3. ſeqq.* item, in viris meditabundis, qvoad alia profana fermè redduntur ſtupidi ac inhabiles, &c. Imò hæc ipſa debilitatio excitare in nobis debet humilitatem ſeriam, ne efferamur ob qvalecunq; revelationis lumen, ſed cum Paulô potiùs *in debilitate noſtrâ gloriemur*, 2. Cor. XII, 10. ſeqq.

2. Non paucæ corporis ægritudines ortum ducunt ex paſſionibus animi vehementioribus, ut ſunt ira, invidia, metus, conſternatio.

3. Et Deo & Magiſtratui ſuo vacavit Daniel, ut & nos reddamus Deo, qvæ Dei ſunt, nec tamen intereà omnem Magiſtratui ob id ſubtrahamus operam præſtandam, *Matth. XXII, 21.* adeòq; politica etiam obiri poſſunt negotia, imò gentilium Dominorum, citra tamen diſpendium pietatis debitæ, exemplô Danielis.

4. Parùm proficua aut ſalutaris cenſeri debet ea myſteriorum ſacrorum tractatio, qvam nulla prorſùs in animô ſubſecuta eſt commotio inſignior: Verbum namq; Dei eſt ignis, &c. *Jer. XXIII, 29.*

5. Qvandoq; publica cedere coguntur privatis incommodis vel inſirmitudini, ita ut cum Daniele cogantur viri, in politiâ & Eccleſiâ præeminentes, ob virium defectum ſanitatisq; curam, ſe ſubducere adminiſtrationi ac negotiis gravioribus, donec ſeqvatur reſtitutio.

CAP. IX.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

Inſignis hîc recenſetur revelatio de liberatione tùm particulari, unius nimirùm populi Iſraëlitici, eâq; corporali, è captivitate Babylonicâ, tùm de redemtione totius humani generis

universali, eâq; per Meſſiam peccata expiaturum, &c. qvæ futura erat ſpiritualis. In hâc ipſâ verò revelatione attendenda veniunt (1) Tempus *v. 1. & 2.* (2). Occaſio, videl. tùm attenta vaticiniorum per Jere[illegible] factorum expenſio, *v. 2.* tùm devota ad Deum precatio, *v.* [illegible] (3) Revelationis internuncius, Gabriel, *v. 20. 21. 22.* (4) [illegible] ipſa *v. 22. ſeqq.* ubi (α) exordium. *v. 22. 23.* (β) narratio [illegible] turorum *v. 24. ad finem.*

EXPLICATIO TEX[illegible]

אַחַת לְדָרְיָוֶשׁ בֶּן־אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ מִזֶּרַע מָדָי

CAP. IX. VERS. I. *In annô primô Darii filii Aſveri de ſemine Med*[illegible]
non parum referat, nôſſe, qvô temporis articulô & qvô [illegible]
qvidlibet contigerit; (aliter namq; ſe habent & modò g[illegible]
iam ingrata ſunt, qvæ vel æſtate vel etiam hyeme even[illegible]
in bellô, nec non qvæ pacis tempore inferuntur, &c.) [illegible]
Daniel hujus ſuæ viſionis diligenter annotavit tempus, [illegible]
ipſa contigerit poſt abrogatam jam Monarchiam prim[illegible]
ptivitas populi Iſraëlitici ſua habuerat primordia. Me[illegible]
ri primi, qvi ipſe haut dubiè numerandus eſt à ſub[illegible]
& cum eôdem Monarchiæ qvoq; Chaldaicæ, ſicut id [illegible]
traditum, *c. V, 30. 31.* qvô eôdem qvoq; locô jam actum [illegible]
jus perſonâ & ætate. Controverti etiam hîc ſolet à Chro[illegible]
ſimodè, tùm de numerô annorum, qvibus regnavit Da[illegible]
Johannes Annius Metaſthenem & Philonem ſecutus, [illegible]
Lucidus ponunt *duos*, alii ut *Sulpitius Severus* 18. *Pereri*[illegible]
unicum admittit; tùm de perſonâ *Ahaſveri*, cujus fili[illegible]
Darius. Eum namq; aliqvi opinantur fuiſſe mari[illegible]
in ſententiâ eſt Melchior Canus *Lib. XI. LL. Theol*[illegible]
menti 9. refutatus à *Pererio* exindè, qvod Ahaſverus [illegible]
diſertè appelletur Artaxerxes Rex Perſarum, in *fra*[illegible]
XIII, v. 1. & c. XVI, 1. qvod nomen non habuerint [illegible]
poſt Cyrum, qvem tamen Darius hic anteceſſit, &c. E[illegible]
maritum repudiat etiam *Jacchiades* Judæus. De voce [illegible]
vat idem *Pererius*, qvòd non ſit nomen proprium, [illegible]
idem valens ac *magnum caput*, ſive *magnus princeps*. [illegible]
rius appellatur *filius Ahaſveri*, h. e. magni princip[illegible]
qvomodo Turcæ Imperatorem ſuum appellant [illegible]

Digitized by Google

de sis *Pagnini Lexicon*, it. Joh. Tobiæ Majoris *disput. de angelis* §. 64. Ubi אחשור Perſis ait deſignare majeſtate præditum, & in ſummâ dignitate conſtitutum. Addimus conjecturam *Sanctii*, qvi Ahasveri nomen cenſet commune regum Medorum, qvomodo iſtorum, qvi vel primi regnum condiderunt, vel illud reddiderunt auctius, plerumq; nomen remanſit ſucceſſoribus, v.g. *Merodachi* regibus Babiloniæ, *Antiochi & Seleuci* regibus Syriæ, *Ptolomæi*, regibus Ægypti, *Aretæ* regibus Arabiæ, *Cæſaris* Imperatoribus Romanis. Atq; ſic Darius hic filius fuit Regis Medorum, qvales haut erant Darii alii, ex Perſis ſcil. poſtmodum oriundi. Adi etiam de nomine hôc Barthol. Mayerum *de* [illegible] *hebdom. pag.* 82. Nos ſepoſitis concertationibus, collatôq; nostro [illegible] cum *Eſræ I*, 1. 2. opinamur, annum primum Darii, nec non [illegible] primum Cyri exiguô diſſidere interſtitiô, utpote initium, qvod [illegible] Babilonici jam adveniſſe infert: vid. c. VI, 28. Levicu- [illegible] *Medorum* hîc idem valere ac *Medum*, qvod diſertè ha- [illegible] (ad differentiam ſcil. Darii Perſici, cujus annô ſecundô [illegible] fuit templum, *Eſr. IV*, 24.) deindè annum *unum* poni pro [illegible] qvè ut *cap. VII*, 1. *annô unô Belſazaris*. Sententiam cujusdam [illegible] Wilhelmi Langii de Dariô hôc Medô, qvod fuerit ipſe [illegible] yages Medorum rex, Cyri avus, refutat prolixius Wigman- [illegible] *log. pag.* 102. & *auctarii Chronolog. pag.* 94. De Dariô au- [illegible] gis F. accipiunt *Maldonatus* atq; alii. אחשור *unus pro primo.*

אֲשֶׁר הָמְלַךְ עַל מַלְכוּת כַּשְׂדִּים׃

[illegible] *imperavit ſuper regnum Chaldæorum.*) Potiùs: *quô* [illegible] vel qvi) *rex conſtitutus eſt ſuper regnum Chaldæorum*; paſſivum [illegible] Ebræum הָמְלַךְ, qvod qvodammodò deducere nos videtur [illegible] animitatem, qva huic ſuo ſocero regiam conceſſit digni- [illegible] qvam ipſemet ſolus arrogare ſibi potuiſſet, ſi voluiſſet; Imò [illegible] tio fit regni Chaldæorum, eximitur ſimul ſcrupulus, nonnul- [illegible] xans, de numerô annorum regni Darii, qvorum modò me- [illegible]; nimirùm qvi multos jam anteà annos rex fuerat in Mediâ, [illegible] nius anni rex poſtmodum evadere potuit regni Chaldæo- [illegible] ſi Darius hicce Medus fuit Aſtyages, ut nonnulli volunt, re- [illegible] ſecundùm *Herodotum* Lib. 1. annos 35, vel ſecundùm *Euſebium*

בִּשְׁנַת אַחַת לְמָלְכוֹ אֲנִי דָנִיֵּאל בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים

[illegible] *annô regni ejus ego Daniel intellexi in libris.*) Denuò re- Vers. II.

 petitur

Digitized by Google

petitur memoratum jam regni tempus, ne fortè confunderetur lector mentione annorum Belſazaris interjectâ *c. VII, 1.* & *c. IIX, 1.* qvaſi diceret; eôdem eô annô, qvô primordia adhuc durabant, vaſti [illegible] imperii Dario vetulo conceſſi, *(cap. V, 31.)* ego Daniel [illegible] qvoq; anhelare cœpi avidiſſimè populi mei huc usq; du[illegible]
בין ptivi ac depreſſi. Occaſio porrò deſiderii illius innu[illegible] *intellexi, intendi, attentè conſideravi.* Qvanqvam [illegible] הָבִין (à rad. בִּין) propriè tranſitivum ſit, *intelligere* [illegible] (uti vidimus *c. IIX, 16.* הָבֵן *intelligere fac hunc* [illegible] *hanc;*) qvandoq; tamen intranſitivum retinet ſignifica[illegible] בִּין in Kal idem valet ac *intellexit animumq; ad aliqvid* [illegible] *apprehendendum ſeriò applicuit;* cujusmodi locus evid[illegible] *XXIII, 1.* cum ſederis, ut edas coram dominante בִּין [illegible] *do conſidera, qvod ante te;* vide ibidem annotata. [illegible] הָבֵן *attende, ô fili hominis, qvia in finem, &c.* Obj[illegible] raſius, circa qvod attentio præſens occupata fuit, [illegible] *libri;* qvâ voce plurali (à סֵפֶר *enumeratio, recenſio* [illegible]) gnantur *literæ* ſeu *Epiſtola,* v. g. ſub nomine Achabi [illegible] *8. ſeqq.* it. literæ Jehu ad Samaritanos, *2. Reg. X, 1.* [illegible] kiam, *c. XX, 12. Eſ. XXXIX, 1.* Ahaſveri ad ſubditos [illegible] *10. &c.* Jeremiæ ad populum, *Jer. XXIX, 25.* it. *librorum* [illegible] *faciendi libros plures non eſt finis.* Qvô poſteriore ſen[illegible] hîc accipitur, ita ut Jeremiæ denotetur vaticinium [illegible] bus comprehenſum, inq; Babiloniam ſolenniter [illegible] atq; à piis religiosè ibidem aſſervatum.

[illegible]שֶׁר הָיָה דְבַר־יְהוָה אֶל־יִרְמְיָה הַנָּבִיא

Numerum annorum, de qvô factus eſt [illegible] *Jeremiam Prophetam.)* En objectum etiam [illegible] us, videl. non oracula fortè Ægyptios, Moabitas, [illegible] gentes concernentia, qvalia habentur *Jer. XXVII,* [illegible] merum annorum captivitatis & continuandæ & fini[illegible] ſtructionem vocum Ebræarum, qvam paulò neglecti[illegible] *tus,* hæc conſtitui poteſt ſeries: (conſideravi) [illegible] (eſſet) *annorum* (vel anni) *70.* (de) *qvô fuit verbum* [illegible] *am, ad complendum vaſtitatem Jeruſalemi.* vel: [illegible] *annorum ad complendum vaſtitates Jeruſ. ſint anni LX*[illegible]

Digitized by Google

bum Domini ad Jeremiam Prophetam. Sicut itaq; aliàs mentio fit *numeri dierum menſiumq;* vitæ humanæ, *Job. XIV, 5. c. XV, 20. Cohel. II, 3. c. V, 17. c. VI, 12. &c.* item numeri annorum ante vel poſt Jubilæum, *Levit. XXV, 15. 50. &c.* ita & hîc Daniel ſolicitus fuit de eâ annorum ſuppu[t]atione, qvam ipſemet Deus per Prophetam ſuum, ut ſeqvitur, in[ſt]ituere docuerat, inde à primâ abductione in captivitatem ad usq; il[l]ius ſolutionem admirabilem. Adeòq; reſpectus habetur ad Jeremiæ [v]aticinia, qvibus iræ divinæ certus veluti terminus præfixus fuerat, ita [ut] terræ Iſraëliticæ infelix concederetur per 70. annos qvies, qvam an[t]e pro ratione annorum Jubilæorum & Sabbaticorum concedere [noluerant]. Ita namq; legitur Jer. XXV, 11. 12. *ſervient gentes iſta [regi Ba]byloniæ 70. annis. Deinde erit, completis 70. annis, ut animadver[tam in regem] Babel & in gentem illam, dictum Domini, &c.* c. XXIX, 10. [illegible] *Babeli* (vel, in Babel) *70. anni, viſitabo vos & præſtabo [vobis verbum] illud optimum, reducendo vos in locum hunc.* Utut igi[tur] [illegible] qvodammodò coætaneus vel σύγχρονος fuerit Jeremias, [illegible] modernus ſcriptor deſpici potuiſſet, utut etiam alii in [illegible] Pſeudo-Prophetæ, nec non ſacerdotes Hieroſolymitani non [illegible] fuerint Jeremiam reddere ſuſpectum, (*Jer. XX, 1. ſeqq. cap.* [illegible] *ſeqq. c. XXIIX, 1. ſeqq. XXIX, 21. ſeqq.*) apud Danielem tamen [illegible] fuit ipſius autoritas, ut absq; hæſitatione ullâ ſtatueret, [qvod] Jeremias propoſuerat, ipſiſſimum eſſe Jehovæ verbum, im[mediat]e infallibiliter eidem communicatum, ac proinde & lectione [illegible] obſervatione digniſſimum. Plenioris lucis cauſâ ſuppleri [illegible] tùm vocula כִּי tùm præpoſitio עַל cum affixô, h. m. (intel[ligens] [illegible] *qvòd numerus annorum,* אֲשֶׁר עָלָיו (de) *qvo,* vel cujus cauſâ [illegible] *Domini, &c.* Utriusq; ellipſeos exempla alibi paſſim ob[via]. [Vaticinii] verò hujusmet Jeremiæ mentio fit etiam *2. Par. XXXVI,* [illegible] ſcil. eſſe Judæos in captivitatem abductos ſervos usq; ad re[gnum Pe]rſicum, *ut impleretur verbum Domini per os Jeremiæ, donec* [illegible] *terra Sabbatha ſua; cunctis diebus devaſtationis qvievit ad im*[*plendos*] *70. annos.*

[illegible] לְמַלֹּאות לְחָרְבוֹת יְרוּשָׁלַם שִׁבְעִים שָׁנָה:

[illegible] *ut complerentur deſolationis Jeruſalem LXX. anni.*)
[Vat]icinii vidimus autorem principalem, Jehovam, cauſam mini[ſterialem] Jeremiam Prophetam, modum, qvòd fuerit verbum Domi[ni] [illegible] porrò ejusdem definitur objectum, qvòd videl. ſint *anni,*

Digitized by Google

ratione numeri ſeptuaginta, ratione eventûs verò complementum, ſive terminatio vaſtitatis Hieroſolymitanæ. Sicut verò numerus LXX. in ſacris aliàs eſt ſatis celebris, dum LXX. animæ cum Jacobô dicuntur veniſſe in Ægyptum, *Gen. XLVI, 27.* dum LXX. Seniores cum Moſe aſcenderunt ad Deum, *Exod. XXIV, 1. 9.* dum LXX. diſcipulos elegit ſibi Chriſtus, tanqvam apparitores Evangelium promulgaturos, *Luc. X, 1. 17.* (taceo LXX. dies, qvibus Ægyptii luxerunt Jacobum, *Gen. L, 3.* it. LXX. annos curriculo humanæ vitæ aſſignatos, *Pſ. XC, 10.*) ita Deo etiam placuit, totidem annos tribuere vaſtitati terræ ſanctæ, æqvè ac devaſtata etiam Tyrus, poſt totidem annos reſtauranda dicebatur, *Eſa. XXIII, 15. 17.* Qvæ de ſeptiformi ſpiritûs gratiâ, nec non de decem Decalogi præceptis, (è qvibus numeris 7. & 10. multiplicatis conflatur ſeptuagenarius,) philoſophatur Bungus *de myſter. numer. pag. 547.* it. qvòd LXX. pro univerſô tempore collocentur in ſacris, *pag. 548.* & qvæ ſunt hujus generis alia, legi poſſunt ibidem prolixiùs ab eô, qvi ſpeculationibus hujuſmodi ſubtilibus delectatur. Qvæ verò ſcrupuloſiùs disqviri ſolent à Chronologis de LXX. horummet annorum tùm initiô, tùm fine, num ſub Joſiâ, Jojakimô, vel Zedekiâ ſupputationis conſtituenda exordia, &c. diſcuſſit Pererius *ad h. l. pag. 536. ſeqq. 540. ſeqq.* Tirinus *in Chronol. præfixâ operi Biblico c. 35.* & è recentioribus Wigmannus *Chronici ſacri p. 135.* nec non *auctariô ejusdem p. 20. & 132.* Ludovicus Capellus *in Chronicis (apparatui Biblico Anglicano inſertis fol. 18.)* & Cæleſtinus *in clave Davidis fol. 139. ſeqq.* Eventus deniq; ſub finem tot annorum expectandus, eſt conſummatio vaſtitatis Hieroſolymitanæ: לְמַלֹּאות *ad implendum devaſtationes*, h.e. ut finis adeſſet miſerrimæ illius conditionis, qvæ terram hanc deſertam à feris ac hominibus, (*Jer. XXXII, 43. c. XXXIII, 12. &c.*) hactenùs cuivis intuenti fecerat admirabilem. Verbum hoc Ebræum ſimili in materiâ adhibetur *2. Paral. XXXVI, 21.* factos eſſe Judæos in captivitate ſervos, לְמַלֹּאות *ad implendum verbum Domini*, &c. לְמַלֹּאות *ad implendum annos LXX.* Atq; ſic & h.l. complementum deſcribitur *deſolationum* & vaſtitatis omnigenæ, indicatæ per pluralem nominis חָרְבָּה

חרבות vaſtitas, qvâ ſcil. locô incolarum beſtiæ rapaces, locô urbium rudera, locô frugum ſpinæ & tribuli, unô verbô: mera horroris facies, obviam erat cuivis. Vide sîs de hôc vocabulô Ebræô *Levit. XXVI, 31. 33.* *urbes veſtræ erunt vaſtitas: Jer. XLIV, 2. c. XXVII, 16. Mal. I, 4.* iterum reſtaurabimus חֳרָבוֹת *deſolationes. Ezech. XXXVI, 10. c. XXXIII, 24. Eſa. LII, 9.*

Digitized by Google

LII,9. (lætamini חָרְבוֹת *vaſtitates Jeruſalem) c. LIIX,12. c. LXI,4. Jer. XLIX, 13. cap. XXV, 9: Eſr. IX, 9.* Ais: qvid ſibi vult præfixum ל ante nomen hôc? Reſp. index eſt Accuſativi, ſicut Pſ. CXXXV, 11. *interfecit* לְסִיחוֹן Sichonem: 2. Sam. III, 30. *occiderant* לְאַבְנֵר *Abnerum*, &c.

Poriſmata ex Verſu I. & II.

1. Singulares regnorum mundi viciſſitudines meritò ad ſobrietatem pias excitant mentes, easq; ad evolationem oraculorum divinorum compellunt; veluti hîc, debellatis Chaldæis Perſisq; dominantibus Danielem videmus expendere cœpiſſe Jeremiæ vaticinia.

2. *Librorum* maximè ſacrorum, magnum & inæſtimabile eſt pretium, qvibus ſtudium operamq; ſuam impendunt non modò rudiores, verùm & doctiſſimi & ſanctiſſimi, qvalis h. l. Daniel. Plures verò à pluribus fieri libros, de qvæſtionibus iisdem, diverſô ſtylô, non diverſâ fide, utile eſt, &c. ſecundùm Auguſtinum *L. 1. de Trinit. c. 3. & 13.* Vide ſîs etiam Pinedam *ad Cohel. XII, 12.* Interim probè tamen notandum, qvod monuit B. Lutherus *Tom. I. Jen. German. præfat.* multitudinem librorum præripere tempus meditandi in Scripturâ ſacrâ, ut tandem ſepeliatur lex ipſa, *it.* omnes libri deducere nos debent ad S. Biblia, ſicut Johannes Baptiſta deducebat ad Chriſtum, Wir müſſen Propheten und Apoſtel laſſen an dem Pulte ſitzen/ und wir hiernieder zu ihren Füſſen hören/ was ſie ſagen und nicht ſagen/ was ſie hören müſſen/ ꝛc.

3. Lectio Scripturæ ſit crebra, devota, attenta, qvibusvis legere valentibus commendanda. Si tantus Propheta, Daniel, in legendo, fuit aſſiduus, qvid faciendum nobis? inſtet Timotheus *1. Tim. IV, 13. &c.* Vid. Locus de Scripturâ ſacrâ.

4. Etiam Chronologica, qvalis h. l. numerus annorum captivitatis, attendi in ſacris debent diligenter. Non ſolùm enim moralia, qvæ immediatè faciunt ad praxin pietatis, merentur lectionem, verùm etiam myſteria, aliaq; à Deô revelata & intellectum hominis perficientia, pertinent ad lucem illam mentis, in qvâ non poſtrema imaginis divinæ portio conſtitit, &c. *qvi legit* (Danielis ſcil. vaticinia ſatis ardua) *attendat*, inqvit ipſemet Salvator, *Matth. XXIV, 15.*

5. Non exigua etiam miris temporum diſpenſationibus deprehenditur Dei ſapientia, utpote qvæ ſuô gerit tempore qvælibet, qvæ cuivis

rei

rei certum aſſignat ſpatium, unum eventum cum aliô miris connectit modis, v.g. finem LXX. annorum cum novâ LXX. hebdomadum revelatione, mortem agni Chriſti cum freqventiſſimâ Paſchatos ſolennitate, effuſionem Spiritûs S. cum feſtivâ Pentecoſtes celebratione, &c.

6. Putida eſt nonnullorum fabula, Scripturam V. T. in captivitate Babilonicâ interiiſſe penitùs, & poſtmodùm ab Eſrâ reſtitutam fuiſſe per illuminationem ſingularem: hauſtum hoc è *L. 4. Eſra c. XIV. 21. ſeqq.* verùm refutatum paſſim à noſtratibus hoc legi poterit, v.g. Brochmannum *Tom. 1. LL. de Scripturâ S. qv. 1. pag. 21. & part. 1. contra Bellarm. L. 2. pag. 29.* Gerh. *L. 2. Confeſſ. Cathol. p. 71.* Dorſchæum *part. 2. Theolog. Zachar. p. 81.* Calovium *Tom. 1. Syſtem. p. 724. &c.* Facit huc Jeremiæ ſcriptum, Danieli captivisq; aliis non infreqventer tritum. Cui ipſi Jeremiæ haut dubiè piorum qvoq; Prophetarum adjecta fuêre oracula. Proindè *B. Dorſchau* non malè conjicit l.c. reſtaurationem codicis ſacri adſcribi Eſræ qvoad confectionem ſolennis illius & ampliſſimi exemplaris, qvòd in ſanctuariô aſſervatum perierat in Hieroſolymæ incendiô, &c.

וָאֶתְּנָה אֶת־פָּנַי אֶל־אֲדֹנָי הָאֱלֹהִים

Versus III. *Et poſui faciem ad Dominum Deum meum.*) Fuit hucusq; occaſio vel antecedens revelationis unum, devota nimirùm vaticinii Jeremiani expenſio; ſeqvitur nunc *alterum*, ſeria ſc. Domini ad exeqvendum gratioſè promiſſa invocatio. In hâc attendimus (α) invocatum, qvi eſt אֲדֹנָי אֱלֹהִים *Dominus Deus*, is videl. qvi eſſentiâ Dominus eſt unicus, ſubſiſtendi autem modis אֱלֹהִים ſive perſonæ plures, Pater, Verbum & Spiritus S. *1. Joh. V, 7.* Copioſiùs de nomine hôc אֲדֹנָי tractat D. Calovius *Theolog. nat. & revelat. pag. 421. ſeqq.* & de אֱלֹהִים *pag. 408. ſeqq.* (β) Invocatio deſcribitur tàm qvoad præparationem, *poſui vultum meum, &c.* qvàm qvoad adjuncta: *in jejuniô, saccô & cinere*; nec non qvoad actum ipſum, *precatus ſum, confeſſus ſum, dixi, v. 3.* & deniq; qvoad verba formalia, *v. 4. ſeqq.* *Ponere autem vel dare faciem ſuam ad aliqvem*, eſt, ſeſe ad aliqvid ſeriò agendum coram aliqvô decenter componere, ad eundem & corpore & animô ſe conferre; qvomodo v.g. *1. Reg. IIX, 14.* dicitur de Salomone; *convertit faciem ſuam & benedixit univerſæ congregationi Iſraël*, 2. Reg. XII, 17. *Haſaël convertit faciem ſuam, ut aſcenderet contra Jeruſalem.* Conf. *Luc. IX, 51. 53. Jer. XLII, 15. 17. c. XLIV, 12.* Ita igitur & h. l. Daniel tùm ani-

אלהים

mum,

Digitized by Google

mum, tùm corporis qvoq; externum vultum dedit ad Dominum, h. e. converſâ Hieroſolymam verſùs facie, (*c. VI, 12.*) ad devotionem ſe compoſuit qvàm religioſiſſimè, ita ut attentè, humiliter & tanqvam in conſpectu ipſius Dei præſentiſſimi, intima cordis ſui effunderet deſideria. Oppoſita aliàs phraſis eſt: *obvertere alicui tergum & non faciem.* Licèt igitur Propheta aliàs qvotidiè ſuas ad Deum preces tribus funderet vicibus, hîc tamen peculiari ſe præparavit modô, jejuniô, cinere & ſaccô adhibitis, qvæ ſingularem promovere debebant devotionem.

לְבַקֵּשׁ תְּפִלָּה וְתַחֲנוּנִים *Rogare & deprecari.*

Potiùs: *ad inqvirendum* (eum) *oratione & deprecationibus*, vel, *ad qværendum orationem deprecationesq;* DEO acceptabiles. En (γ) finem modò dictæ attentionis, exorationem ſcil. ſupremi Numinis benignam. Sicut itaq; *qværere Deum*, eſt religioſè decenterq; illum colere, gratiam ejus cupidè exambire ad impetrandum ea, qvibus nobis opus eſt, *2. Paral. XII, 16. c. XX, 4. Oſ. V, 6.* ita & h. l. Daniel omnem animi intendit aciem, *ut qværeret Deum*, (hîc namq; Accuſativus repeti poteſt ex antecedentibus,) & qvidem בִּתְפִלָּה *oratione*, &c. Vel ſenſus eſt, תפלה Danielem ſolicitè deſideráſſe modum efficaciter orandi, ne honeſtis ſuis excideret deſideriis; qvô ſenſu LXX. reddiderunt: τȣ̃ ἐκζητῆσαι προσευχὴν καὶ δέησιν. Duæ autem voces orationem exprimentes vix exactè ſatis diſcerni poterunt, qvanqvam enim prior תְּפִלָּה originem ducens à פִּלֵּל *ſuppliciter oravit coram* פְּלִילִים, *judicibus*, includere פלל videatur tùm periculū, tùm ſupplicantis humillimos geſtûs opisq; cupidiſſimum animum: Poſterior verò תַּחֲנוּנִים deſcendens à חָנַן *gratioſus fuit*, deſcribat preces ad gratiam alterius impetrandam flebiliter תחנונים ac diligentiſſimè compoſitas; hîc tamen ut & alibi, eædem ambæ conjunguntur eum in finem, ut tantò intenſior, conſtantior humiliorqve orantis diligentia omnigenumq; ſtudium ſimul comprehēdantur. *Polanus* priorem vocem refert ad poſtulationem bonorum, poſteriorem ad ablationem malorum. Verùm ſine fundamentô. De voce תְּפִלָּה vide sîs *Pſ. XVII, 1. XLII, 9. XC, 1. & CII, 1.* De alterâ autem voce תַּחֲנוּנִים conſule notata *Prov. XIIX, 23.* תחנו׳ *deprecationes loqvitur pauper, dives autem reſpondet dura verba.* Moveri hîc ſolet dubium, qvid opus fuerit his Danielis precibus, cùm tamen Deus ex ſeſe promiſerit jamjam captivitatis ſolutionem? Reſp. 1. promiſſa Dei in-

Digitized by Google

cludunt ut plurimum certa media ex parte hominum, v.g. reſipiſcentiam, preces, &c. 2. Securitas impedit beneficentiam. 3. Peccata Judæorum captivorum continuata ad eum ipſum diem novam potuiſſent meruiſſe pœnam, adeòq; miſeriæ continuationem. Qvapropter cùm Danielem lateret, num promiſſio hæc captivitatis ſolvendæ eſſet abſoluta vel hypothetica, idcirco ſuô locô preces noluit intermittere.

בְּצוֹם וְשַׂק וָאֵפֶר׃ *In jejuniô, ſaccô & cinere.*

Habes hîc (δ) adjunctum precationis triplex, tùm abſtinentiam à nutrimentis, qvalis etiam infrà *cap. X, 3.* commemoratur; tùm vilitatem veſtimenti, indicatam voce *ſacci*; tùm defectum ornamenti, balſami pulverisq; odoriferi, ex *cineris* ſordidatione conſpicuum. De *jejuniô* tanqvam egregiô precum piæq; meditationis adjunctô, multis ſuppetunt Scripturæ textus egregii, v.g. *Joſ. VII, 6. 7: 2. Sam: XII, 16. Eſa. IIX, 21. c. IX, 5. ſeqq. cap. X, 1. Nehem. I, 4. c. IX, 4. Joël. I, 14. c. II, 17. Jon. III, 8. &c.* Saccum verò vel veſtimenta vilia jejunio ac precibus adhæſiſſe, patet ex *2. Sam. XII, 20. Eſth. V, 1. c. IV, 16. Jon. III, 6.* Plura de ejusdem ſacci conditione congeſſimus *tract. de Ebræorum luctu c. 12. §. 6. ſeqq.* Mens namq; altioribus intenta, deq; ſuâ tùm impuritate, tùm Dei offenſi majeſtate, nec non pœnarum imminentium gravitate qvadantenùs convicta, non poteſt non externam deteſtari veſtium pompam omnemq; nitidiorem cultum. Qvorſum etiam facit *cineris* aſperſio, de qvâ *in tractatu de luctu c. 9. §. 1. ſeqq.*

Poriſmata ex Verſu III.

1. In precibus ſingulari opus eſt devotione, tàm qvoad præparationem, *Cohel. V, 2.* qvàm ipſam inter orandum mentis elevationem *Pſal. XXV, 1. & LXII, 9.* (effunde cor.). Qvorſum illud antiqvorum: *Surſum corda!* Vide ſis Hildebrandum *de precib. veter. Chriſtian.* ubi de locis, tempore, modoq; precum varia.

2. Invocatio ſanctorum defunctorum tanqvam nullibi mandata, nullô exemplô idoneô probata, ſummo Numini contumelioſa, meritò à noſtratibus rejicitur; nobis interim unicum *Dominum Deum* ſecurè ad normam verbi expreſſam, invocantibus. Hâc de materiâ prolixiùs B. Hülſemannus *in man. Aug. Conf. p. 831.* Giſenius *tom. 6. Giſſenſ. Diſſ. p. 407.* Ægid. Hunnius *Tom. 1. Marpurg. p. 474.* Balduinus *Phoſph. p. 1149. & 1179.* Danhauerus *act. 1. Dramat. ſacr. p. 175. & Tom. 1. hodom. Papiſt.*

Digitized by Google

Papiſt.p.1091. Dorſæus *præfat.ſcrup.relig.p.191. ad 213. & in tractatu ipſô pag.51.ſeqq.* König *Caſ. Conſc.p.147.* Schlüſſelb. *tom.8. Catal. hær. p.60.ſeqq.* B. Höpffn. *Sax. Evang.p.206.* it. ex Calvinianis, Valckenier *idololatr. Papiſt.* p.134.*ſeqq.* Molinæus *novit. Pap.p.517.ſeqq.& tom.1. diſp. Sedan.p.255.334.385.* Ramburt. *tom.2. diſput. Sedan.p.599.614.628.* Rivetus *tom.1. Cathol.Orth.p.m.650.660. atq; alii.*

3. Jejunium non eſſe per ſe divinum cultum, ſed cultûs ſolùm adjunctum, multò minùs ſatisfacere pro peccatis veniamve delictorum promereri, ſed ſolùm peccatorum meditationem commodiùs promovere, diſcuſſum vide apud B. Höpffn. *Saxon. Evang.p.197.* Danhau. *tom.1.hodomor.Papiſt.p.743.* Cameron. *ſpicileg.p.52.* Dallæum *de jejun.p.119.154.330.* Non malè Drexelius *tom.2.operum fol.127.* Sicut nec miles ſine armis eſt aliqvid, nec arma ſine milite; ſic neq; oratio ſine jejuniô, nec jejunium ſine oratione. Ita orationis, qvam armat jejunium, meminit Chryſoſt. *homil.15. in Matth.* imò orantem in jejuniô binis ſcribit alis præditum, *hom.58.in Matth. XVII. & hom.71. ad pop. Antioch.*

4. Eadem ratio laborioſorum operum aliorum, qvalia ſunt cineris aſperſio, cilicii in cute geſtatio, humicubatio, & flagellatio, qvibus Papicolæ vires tribuunt ſatisfaciendi pro pœnis peccatorum temporalibus,&c. invitâ tamen veritate, veluti oſtenſum à Proteſtantibus v.g. D. Danhau. *l.c.p.1377.& tom.2.p.748.753.832.844.* Riveto *tom.1.Cath.Orthod.p.397. atq; aliis.*

5. Ex converſione vultûs verſus Hieroſolymam in V.T. neqvaqvam evincitur virtus locorum conſecratorum variisq; ſcatentium reliqviis. Vid. *Joh.IV,21.ſeqq.1.Tim.II,8.* it. qvæ de precibus inter nos & Pontificios aliàs diſceptantur; num in templô fuſæ efficaciores ſint domeſticis? apud B. Hutterum *in LL.CC.fol.975.* Menger. *informat. conſcient.p.696.* Balduin. *Caſ.Conſc.pag.250.ſeqq.* Hildebr. *de precibus p.33.ſeqq.*

6. Intereà nemò deſinat corpus ſuum contundere inq; ſervitutem redigere, ſi cum fructu Deum vult adorare; *1. Cor.IX,27. Actor.X,30. c.XIII,3. Eſth.IV,16. Jud.21.*

וָאֶתְפַּלְלָה לַיהוָה אֱלֹהַי וָאֶתְוַדֶּה וָאֹמְרָה

Et oravi Dominum Deum meum & confeſſus ſum & dixi.) VERSUS IV.
Nunc demum (s) ipſe orandi actus exponitur, ita ut repetatur obje-

 ctum

Digitized by Google

Jehova Elohim. ſtum adoratum ſub vocibus, *Jehovah Deus meus*, qvarum prior divinam exprimit eſſentiam eamq; unam, altera autem perſonarum pluralitatem cum monumentô ſimul fidei, indicatô per affixum (י) ſive per pronomen poſſeſſivum *meus*; Vid. *v. 4.* verbum התפלל in conjug. qvartâ, ubi communiter ſignificatus obtinere ſolet reciprocus, freqventativum fit, multiplicemq; gemituum ac votorum conglomerationem complectitur. Ita verbum התאוה ſignificat *avidè qvid multumq; appetere*, Coh. VI, 2. התהלך hinc inde ambulare; *Pſ. XXVI, 3. Pſ. XXXIX, 7. Pſ. XLIII, 2.* Alterum verò התודה (deſcendens à radice ידה *palàm projecit, confeſſus eſt,*) declarat ingenuam delictorum tàm privatorum, qvàm publicorum confeſſionem, veniæq; ſimul petitionem, qvomodo idipſum legitur *Levit. V, 5.* de confeſſione delinqventis perſonæ, reqviſitâ ad oblationem victimæ; *c. XVI, 21.* de Aarone nomine totius communitatis confitente delicta; it. *c. XXVI, 40. Num. V, 7. 2. Paral. XXX, 22. Nehem. I, 6. c. IX, 2. 3. Eſr. X, 1. & Dan. IX, 20.* (qvæ ipſa eſt plenaria locorum verbi hujus Hithpaël ſingulorum inductio.)

אָנָּא אֲדֹנָי הָאֵל הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא

Obſecro Domine Deus magne & terribilis.) Nunc ipſa precum ſeqvuntur verba formalia, ubi (1) invocatum denuò deſcribi videmus Numen, tàm à dominiô, qvando repetitur nomen *Adonai*, de qvô

אדני *v. 3.* tùm à robore, in voce הָאֵל qvam prolixiùs expendit Dn. D.

גדול Calovius, *Theol. nat. & revel. p. 398. §. 134. ſeqq.* tùm à magnitudine, non qvantitatis, ſed infinitæ bonitatis, virtutis, juſtitiæ, &c. uti cognoſci poteſt è Pſ. CIII, 5. ubi magnus dicitur benignitate: *Eſ. XXIIX, 29.* magnus conſiliô: *Jer. X, 6.* magnus potentiâ, *it. Joh. X, 29.* ubi major vocatur omnibus, & *1. Joh. IV, 4.* major totô orbe. Conf. *Pſal. IIL, 2. Pſ. LXXVII, 14. Pſ. XXCVI, 10. Pſ. VC, 3. Dan. II, 45.* tùm à di-

נורא gnitate; appellatur namq; הַנּוֹרָא *formidabilis*, qvem omnes creaturæ ſubjectiſſimâ revereri debent veneratione, utpote qvæ nihil ſunt penitùs ſine & extra ipſum, & ſine qvô ne ad momentum poſſent ſubſiſtere, &c. ubi notamus participium hocce paſſivum (verbi ירא *timuit*,) naturam induere adjectivi, *formidabilis*; cujusmodi occurrunt & alibi exempla, v. g. נֶחְמָד *deſiderabilis*, Prov. XXI, 20. נִבְחָר *eligibilis* c. XVI, 16. שָׂנוּא *odibilis*, c. XXX, 23. Vide ſîs Sanctii *Comment. in IV. Regum. fol. 423.* & Gatakeri *de ſtylô N. T. p. 199.* Idem hoc epitheton

Digitized by Google

ton נוֹרָא, qvod aliàs tribuitur loco venerando, *Gen. XXIIX, 17.* deſerto horribili *Devt. IIX, 15.* it. diei tremendæ, *Joël. II, 11. &c.* Deo legimus tributum & alibi, v. g. *Exod. XV, 11. c. XXXIV, 10. Pſ. XLVII, 3. Pſ. LXIIX, 36. Pſ. LXXVI, 8. Pſ. XCVI, 4. Devt. VII, 21. &c.* Non ſine inſigni autem emphaſi ה demonſtrativum tribus immediatè ſe excipientibus præponitur nominibus הָאֵל הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא q. d. *qvæſo Domine, qvi es ille unicus fortiſſimus, ille maximus, ille formidabiliſſimus, &c.* Grotius epitheton hoc ultimum refert ad contumaces; verùm qvanqvam Daniel meminerit ſimul ſeveri judicii divini, potiùs tamen venerationis videtur habuiſſe rationem, qvalis etiam cadit in filios, parentis ſui rationem habentes obſeqvioſè. De voculâ obſecrantis initiali אָנָּא *qvæſo*, vide ſis *Pſ. CXVI, 4. 16. Jon. I, 14. c. IV, 2.* it. Glaſſii *L. 3. Philolog. S. tr. 8. c. 1.*

שֹׁמֵר הַבְּרִית וְהַחֶסֶד לְאֹהֲבָיו וּלְשֹׁמְרֵי מִצְוֹתָיו׃

Cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te & cuſtodientibus mandata tua.) Ultimum hoc eſt invocati Numinis encomium à fidelitate, qvòd nunqvam recedat ex qvâdam ſive lenitate ſive tædiô, ſive deceptione à pacto ſemel initô, obliviſcaturve promiſſorum fœderalium, ſed conſtantiſſimus ſit in adimplendo, modò homines non deſerant malitioſè amorem Dei obſeqviumq; debitum. Idem hoc encomium Deo aſſignatur Devt. VII, 9. *ſcies, qvòd Dominus Deus tuus eſt Deus fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe & cuſtodientibus præcepta ſua usq; ad mille generationes: 1. Reg. IIX, 23. 2. Paral. VI, 14. Neh. I, 5. c. IX, 32.* Haut dubiè verò reſpectus habetur ad illa Dei promiſſa, qvæ facta tùm Noacho ac ejusdem poſteris, tùm Abrahamo cunctisq; fidem ejus imitantibus, de peccatorum propter Meſſiam condonatione gratioſâ, bonorumq; omnis generis collatione largiſſimâ: de qvibus pactis *Gen. IX, 13. ſeqq. c. XV, 18. c. XVII, 11. Jer. XXXI, 31. 2. Cor. III, 6. 14. Matth. XXVI, 28. Ebr. IX, 15. cap. XII, 24. c. XIII, 20. &c.* De veteri alioqvin novoq; fœdere egerunt Ægid. Hunn. *tom. 1. Marpurg. diſp. p. 324.* Gerlachius *tom. 2. diſp. p. 544.* Dorſcheus *tom. 1. Theolog. Zachar. p. 38. ſeqq.* D. Danhauerus *tom. 1. hodom. Papiſt. p. 1031.* & è Calvinianis Camero *operum fol. 544.* Grynæus *diſp. p. 239.* Cloppenb. *ſyntag. exerc. p. 22. 295. usq; ad 435.* Polyander *tom. 2. ſyntagm. p. 32.* Petrus Martyr. *in Lib. Judicum fol. 43.* Coccejus *de fœdere & teſt. Dei* (*integrô & peculiari tractatu anno 1654.*) it. *de ultimis verbis*

Digitized by Google

Moſis pag. 4. Cregut. *revel. arcan. pag. 435.* Molinæus *tom. 1. diſp. Sedanen. p. 536.* Ramburt. *ibid. tom. 2. p. 422.* Hornbeck *de independ. pag. 408. aliiq.* Fœderi autem dum è veſtigiò adhæret *Gratia*, tùm alibi tùm hic, deduci videmur ad illam lingvæ ſanctæ indolem, qvâ non raro poſterius ſubſtantivum adjectivi induit naturam, h. m. *fœdus & gratiam*, h.e. fœdus gratioſum, vel ſecundùm Cornel. à Lapide, *miſericorditer initum, aut miſericordiam pactam*, qvomodo Gen. XIX, 24. *ſulphur & ignis* ponitur pro ſulphure ignito, Jerem. XXII, 3. Pſal. XXXIII, 5. Pſ. LXXXIX, 15. Pſ. IC, 4. *Judicium & juſtitia*, pro judiciô juſtô, &c. De benignitate Deo propiori, qvàm eſt judicium & juſtitia ex mente Talmudiſtarum, vide ſîs h. l. *L' Empereur*. Qvanqvam verò divina Bonitas promiſcuè ac largiſſimè à cunctis ejusdem ſentiatur creaturis, hîc tamen ſpecialiter commendatur fidelitas erga homines, qvi fideles & ipſos ſe exhibent Deo ſuo decenter. Vocantur illi *diligentes eum*, dilectione ſcil. ex fide ſalvificâ oriundâ, qvâ toti nos rapimur ad benignum adeò in cœlis Patrem, eidemq́ue uniri exoptamus arctiſſimè & inſolubiliter. Præterea verò iisdem his Dei amatoribus adſcribitur *mandatorum obſervatio*, qvando ſcil. fides per charitatem operoſa *(Gal. V, 6.)* nihil in ſe deſiderari patitur, qvod ad ſinceram legum divinarum obſervationem ullô facit modô. Et qvanqvam in hâc ſuâ intentione bonâ impingant ſæpiùs, aberrent ac deficiant, mox tamen idipſum deprecatione corrigunt ſeriâ avidioriq́ue proficiendi ſemper ſtudiô. De Abrahamô amatore Dei vide *Eſa. XLI, 8.* it. de aliis Deum diligentibus, qvi deteſtantur malum, *Pſ. XCVII, 10. Pſ. LXIX, 37.* qvi redamantur à Deô *Prov. IIX, 17.* & cuſtodiuntur, *Pſ. CVL, 20.* Ita diligentes Deum & ſervantes præcepta ejus conjunguntur *Exod. XX, 6. Deut. V, 10. c. VII, 9.* &c.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Precatio non debet eſſe ſine ingenuâ indignitatis propriæ confeſſione, ita ut in ſolidum laus omnis maneat penes divinam gratiam. Oratio namq́ue niſi fuerit humilis, magis eſt irriſio, qvàm veneratio. Et qvanqvam cum Daniele inter aulicos proſperô, ob propriam ſortem tolerabilem non adeò adigaris fortè ad preces, precandum tamen nobis eſt nihilominùs ob fratrum paſſim diſperſorum miſeriam, ob ſcandala hinc indè nocentia, errores dominantes, cultum ſacrum corruptum vel penitùs ſublatum, &c.

2. Confeſ-

Digitized by Google

2. Confeſſio eſt vel privata vel publica, deprecans vel coram homine offenſô, vel totô cœtu, vel coram Deô: it. vel ordinaria, vel extraordinaria, &c. conſulatur locus de pœnitentiâ.

3. Non poſtremum devotionis excitandæ medium eſt debita attributorum Dei commemoratio, qvalia ſunt majeſtas, robur, dominium, formidabilitas, &c. qvis enim obdormiſceret facilè vel aliorſum raperetur, cujus mens paulò pleniùs aut fortiùs perculſa fuit tantô fulgore? qvi robur expendit Dei, non immeritò deprimitur humillimè ob imbecillitatem propriam, viresq; pauculas, non aliundè qvàm à Deô mutuas; qvi dominium hoc examinat abſolutum, is obſeqvioſiſſimè ſe ſubmittit, &c.

4. Dilectio Dei mandatorumq; obſervatio non eſt cauſa gratiam divinam promerens, verùm conditio ſolùm ſubjecti gratiam Dei conſeqventem porrò ſenſuri. Diligentibus autem Deum omnia cedunt in bonum. *Rom. IIX, 28.*

חָטָאנוּ וְעָוִינוּ וְהִרְשַׁעְנוּ וּמָרָדְנוּ

Peccavimus, iniqvitatem fecimus, impiè egimus, & receſſimus.) Poſt Dei compellationem honorificam ſeqvitur jam (2) Confeſſio ingenua, commemorans præterita tùm ſua ſuorumq; maleficia, *v. 5. 6. 7. 8. 10. 11.* tùm juſta Dei provocati ſupplicia *v. 12. 13. 14.* Vocavit hanc olim *Auguſtinus* confeſſionem tùm peccatorum vel fraudis, tùm laudis, qvando in *Pſalmum XXIX. tom 8. column. m. 156.* ſic ſcribit: *Confeſſio gemina eſt, aut peccati, aut laudis. Qvando nobis malè eſt, in tribulationibus, confiteamur peccata noſtra: qvando nobis benè eſt in exultatione juſtitiæ, confiteamur laudem Deo: ſine confeſſione tamen non ſimus.* Idem in Pſ. XLIV. (column. 1063.) *Confeſſio duobus modis accipitur in ſacris: Eſt confeſſio laudantis, & eſt confeſſio gementis. Confeſſio laudantis ad honorem pertinet ejus, qvi laudatur; confeſſio gementis ad pœnitentiam pertinet ejus, qvi confitetur. Confitentur enim homines, cùm laudant Deum; confitentur, cùm accuſant ſe, & nihil dignius facit lingva.* Eadem fermè habet laudatus Pater ſub initium Pſ. CXXXVII. column. 1577. ita Pſalmo CX. column. 1289. rurſus ait: *non ſemper confeſſio peccatorum eſt, ſed & laus Dei devotione confeſſionis exprimitur. Illa luget, hæc gaudet. Illa medico vulnus oſtendit, hæc de ſanitate gratias agit, &c.* Qvantum itaq; ad peccatorum confeſſionem attinet, videmus varia à Daniele accumulari vocabula, cùm varia etiam ac multorum omninò generum fuerint delicta hactenùs admiſſa. *Primum* eſt. VERS. V.

חָטָאנוּ.

Digitized by Google

חטאנו חָטָא *aberravit à ſcopô*, Jud. XX, 16. it. *peccavit* contra divinas humanasvé leges, adeoq́ꝫ à ſcopô honeſtatis pietatisq́ꝫ debitæ aberravit. Ita de delictis pincernæ piſtorisq́ꝫ regem offendentibus legitur *Gen. XL, 1.* qvàm plurimis autem in locis de delictis contra Deum promiſcuè, ſive per idololatriam, ad qvam in Prophetis communiter fermè reſtringitur hæc vox generalis, ſive per perjurium, murmurationem, &c. *Alterum* eſt עוינו עָוָה *curvus fuit, perverſè egit:* qvod ipſum verbum in Kal præter hunc locum ſemel adhuc legitur Eſth. I, 16. *perverſè egit Vaſthi regina,* mandatum ſcil. mariti contemtim poſthabendo. In Hiphil parem retinet ſignificationem *iniqvè agendi* vel *pervertendi,* legiturq́ꝫ *2. Sam. VII, 14. c. XIX, 20. c. XXIV, 17. 1. Reg. IIX, 46. 2. Paral. VI. 37. Pſ. CVI, 6. Job. XXXIII, 27. Jer. III, 21. & c. IX, 5.* (qvæ ipſa eſt locorum ſingulorum inductio.) *Tertium* eſt הרשיע à רָשַׁע *improbus fuit,* & in Hiphil, *improbum pronunciavit, tanqvam impium tractavit,* Prov. XVII, 15. 1. Reg. IIX, 32. &c. item ſimpliciter, ut in Kal, *impiè egit,* velut in locis parallelis occurrit Nehem. IX, 33. *tu juſtus es in omni, qvod ſuper nos venit, veritatem feciſti, nos verò* הרשענו *impiè egimus:* Pſ. CVI, 6. *peccavimus cum patribus noſtris* העוינו והרשענו, *deliqvimus, impiè egimus.* Confer 2. Paral. XX, 35. *Achab* הרשיע לעשר *impius fuit agendo.* Hinc R. Salomon B. Melech declarat: *impias fecimus actiones noſtras, ita ut actio tranſierit in aliud.* Referre poſſumus ad claſſem illorum, qvæ in Hiphil & Kal pari gaudent ſignificatu, qvalia ſunt רָנַן & הרנין *cantavit,* Pſ. XXXII, 11. זָקֵן & הזקין *ſenuit,* Prov. XXII, 6. פרח & הפריח *floruit,* חשה & החשה *tacuit,* &c. De literâ Vav ab initiô hujus vocis ſecundùm qvædam exemplaria redundante, ſecundùm alia neceſſariô, vide Buxtorfii *Anticr. pag. 488.* Qvartum eſt מרד מָרַד *rebellis fuit, Domini legitimi jugum protervè excuſſit, licentiosè ſecundùm proprium arbitrium vixit;* qvomodo hoc legitur de regibus Sodom viciniśq; cæteris deficientibus à Kedorlaomor, *Gen. XIV, 4.* de Jeroboamô rebellante contra Dominum ſuum, *2. Paral. XIII, 6.* De Zedekiâ rebellante contra Nebucadnezarem *c. XXXVI, 13.* de Hiskiâ contra regem Aſſur, *Eſ. XXXVI, 5. 2. Reg. XIIX, 36.* de reverſis ex captivitate Babilonicâ, *Nehem. II, 19. c. VI, 6.* Hinc de hominibus contra Deum datamq; ipſi fidem præfractè delinqventibus, novoq; Domino ſe ſubmittentibus, legitur idipſum *Num. XIV, 9. Joſ. XVI, 18. cap. XXII, 19. 29. &c.* adeoq; capitale exprimit apoſtaſiæ ſcelus, qvando qvis pactum cum Deô initum ſciens volensq; reſcindit, ac novum amplectitur

plectitur

plectitur imperium. Qvòd ſi jam exactiùs qvis urgeat diſcrimen inter voces hactenus expenſas, dicere qvidem poterimus, easdem ratione graduum ut & objectorum diſtingvi poſſe, dum qvædam de peccatis etiam ignorantiæ accipiuntur, qvædam verò de delictis ſolùm proæreticis, tùm qvædam lapſum, alia verò in lapſu ac aberratione perſeverantiam denotant malitioſam, &c. (qvorſum pertinet, qvod *Jacchiades* τὸ חָטָא ad peccata operum, τὸ עָוָה ad ſermones, τὸ הִרְשִׁיעַ ad cogitata, & τὸ מָרַד ad pervicaciam in tribus præmiſſis referat.) Verùm ſimpliciſſimum erit, congeriem ſtatuere vel ἐπιμονὴν Rhethoricam, qva commutatis ſolùm verbis in eôdem perſiſtit oratio, idqve majoris inculcationis gratiâ, ut pluribus velut ictibus expediatur, qvod non poterat unicô vel binis. Exempla paſſim in Pſalmis obvia, v. g. Pſ. CV, 23. *venit Iſraël in Ægyptum & Jacob peregrinatus eſt in terrâ Cham*, (ubi ſanè Iſraël & Jacob, Ægyptus & terra Cham, venire & peregrinari, planè conveniunt invicē:) vide etiam *Pſal. CVI, 6. CXXXV, 4. CXIV, 1. Prov. IV, 15. 24. c. XXVII, 2.* Ita Germanica etiam verba, **ſündigen und unrecht thun**/ parùm fortè diſſidebunt, qvanqvam non tàm ſint atrocia, qvàm **gottloß ſeyn und abtrünnig werden**/ qvomodo his verbis uti placuit Luthero. Neq; tamen Emphaſi carere videtur Polyſyndeton; *peccavimus & iniqvitatem fecimus, & impiè egimus & receſſimus*; (licèt ejus oblitus ſit *Vulgatus*,) ſiqvidem hôc modô copulæ peccatorum cohærentes commonefiunt peccantes, qvomodo concatenata ſoleant eſſe ſcelera, ita ut ſicut nullum infortunium ſolum, ſic neq; delictum.

וְסוֹר מִמִּצְוֹתֶךָ וּמִמִּשְׁפָּטֶיךָ׃

Et declinavimus à mandatis tuis ac judiciis tuis.) Qvintum nunc ſeqvitur verbum, & qvidem infinitum סור *recedere*, poſitum per Enallagen pro finitô, qvalia præceſſerunt: *receſſimus*, &c. qvô ipſô rurſùs proterva innuitur malitia, tergum obvertens Domino, atq; ab ejusdem ſtatutis totam ſe avertens ad ea, qvæ Deus inhibuit. Vide ſîs de hôcce verbô סור Pſal. XIV, 3. *unusqvisq; סָר declinavit, pariter fœtuerunt*, &c. Ezech. VI, 9. *cor eorum fornicans סָר receſſit à me*, Exod. XXXII, 8. סָרוּ *receſſerunt citò de viâ, qvam præcepi eis, fecerunt ſibi vitulum fuſilem*, &c. ubi ſimul comparationem videmus inſtitui inter hujusmodi delinqventes, & inter exorbitantes à viâ ſive homines ſive beſtias; qvæ vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum ſe vertunt, limites orbitasve præfixas non curant, ſata conculcant, imò per præcipitia ruunt, &c.

סור

 Per

Per *mandata* autem ac *judicia Dei* intelliguntur omnis generis leges ac inſtituta, in Moſe paſſim ac per Prophetas tradita, tàm in foro, qvàm cultu ſacrô ac morali diſciplinâ; veluti hæc duo vocabula ſæpiuſculè ingeminari videmus in Pſalmis, e.g. *Pſ. CXIX, 6.19.20.30.32.39.52.* &c. Adeoq; nihil ferè fuit in totô legum ſacrarum codice, qvod non infinitis modis violatum fuiſſet à degenere hâc Iſraëlis generatione. Enallages exempla qvi cupit, adeat Exod. IIX, 15. *vidit Pharao* וְהַכְבֵּד *&* *aggravare* (h.e. aggravavit) *cor ſuum*, Cohel. IIX, 9. *vidi* וְנָתוֹן *& dare* h.e. dedi: it. *c. IX, 11. Prov. XII, 6.7. c. XV, 22. Jer. III, 1. &c.*

Poriſmata ex Verſu V.

1. Ut peccata ſemper ſint concatenata, Satan curare ſolet qvàm maximè. Ex vitiô unô præcipitat in aliud, ex adulteriô in homicidium, ex libidine in Apoſtaſiam, ex avaritiâ in perfidiam, &c. Sicut nota ſunt exempla Davidis, Salomonis, Judæ atq; aliorum. Adeòq; gradatim creſcere ſolent zizania; ex ſcintillis tenuibus ingens tandem exoritur incendium; qvæ aberratio paucis priùs emendari potuiſſet greſſibus, poſteà ad aliqvot milliarium qvoq; augeri poteſt numerum, ex peccatis infirmitatis pedetentim enaſcuntur conſvetudines, poſt habitum ſeqvitur induratio, excœcatio, apoſtaſia, &c. Nemo ſubitò fit extremè malus.

2. Peccata non ſunt unius generis: utut enim omnia ex ſe & ſuâ naturâ ſint mortalia, h.e. meritoria mortis tùm corporalis tùm ſpiritualis, non tamen propterea peccatorum introducitur æqvalitas. Aliud eſt veniale eſſe ex ſuâ naturâ, aliud ex gratiâ: it. conſiſtere cum gratiâ ex ſe, &, ex gratioſâ non-imputatione ob deprecationem ex fide profectam: Aliud, actu excludere gratiam, aliud, meritô. Pater in filiô diſſimulat, qvæ in ſervô fuſte vindicat. Manus Pauli viperæ morſu tumeſcere debuiſſet, qvæ tamen illæſa manet ex ſupernaturali beneficiô, &c. Vide ſis Spanhem. *part. 3. dubior. Evang. p. 746. 804.* Jacobum Laurentium *de conſcient. Jeſuit. caut. p. 12. ſeqq.* & ex noſtratibus B. Meiſn. *Anthropol. p. 265. 284.* B. Höpffn. *p. 12. de Cœnâ p. 8.* B. Hülſemanni *Anti-Hagerum p. 322.* Qvomodo Judæi diſcernant peccata grandia & levia, vide ſis apud Hulſium *part. 1. Theol. Judaic. p. 274.* it. qvomodo ſtatuant, qvædam eſſe ſuâ naturâ venialia, apud Hombec. *contra Judæos p. 357.* de gradibus & inæqvalitate peccatorum egit Chamier *in locis commun. fol. 147.*

3. Con-

Digitized by Google

3. Confiteri nos decet ingenuè tùm noſtrô, tùm noſtrorum qvoqvè nomine, abſq; excuſatione, aliorum accuſatione, admiſſorum extenuatione, &c. Non enim operoſi aut prolixi nimis eſſe poſſumus in iniqvitatum commemoratione, velut hîc prolixior docet vocum congeries. Ita namq; noſtra promovetur magis confuſio, humiliatio, deprecatio, nec non de viribus propriis deſperatio, breviter, *ſalutaris ſecundùm Deum triſtitia*, 2.Cor.VII,9. Facit huc, qvod concilium Milevit. qvoq; *can.7.* (Anno 416. in Numidiâ Afr.) anathema dixerit Pelagianis docentibus, pro aliis potiùs qvàm pro ſe juſtos precari: *dimitte nobis debita noſtra:* qvorſum adducunt illud Jacob. III, 1. *in multis offendimus omnes.* Pſ. CXLIII, 2. *in conſpectu tuô non juſtificabitur omnis caro:* & deniq; hunc etiam adducunt noſtrum locum hiſce verbis: *undè etiam Daniel ſanctus & juſtus, cùm in oratione pluraliter diceret: peccavimus, &c. veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, qvemadmodum qvidam ſentiunt, hæc non de ſuis, ſed de populi ſui potiùs dixiſſe peccatis, poſteà dixit (v.20.) cùm confiterer peccata mea, &c.*

וְלֹא שָׁמַעְנוּ אֶל־עֲבָדֶיךָ הַנְּבִיאִים

Non obedivimus ſervis tuis Prophetis.) Ecce *ſextum* confeſ- VERSUS
ſionis punctum, nimirum *inobedientia.* Actus vitioſus vel privatio po- VI.
tiùs eſt *non audire*, h.e. aures vel penitùs à ſermone aliqvô avertere, & שׁמע
inſtar ſerpentis obdurare, *(Pſ.LIIX 5.)* vel audita ad animum nō admittere, multò minùs auditis ſe conformem gerere ac obedire: Sicut namqve apud Latinos *audire & obedire* unam agnoſcunt ſtirpem, ita Ebræis qvoq; ſimplex verbum *audire* qvandoq; conſtructum ſeqvente ל, ב vel אֶל־ vim habet compoſiti *obedire*, qvibus aliàs Ebræi deſtituuntur. Vid. Glaſſ. *L.3. Philol. ſac. tr.3. can.1. p.m.211.* Grandis itaq; & inexcuſabilis hîc proditur malitia, qvæ voluntatem Domini ſciens, noluit tamen facere, vel meliùs monenti locum dare, *Luc.XII,47.* Repudiati porrò ſunt *prophetæ* divinitùs, immediatè & extraordinariè illuminati, ſalutaria monentes, noxia prædicentes, ſincerè caſtigantes, &c. Atq; hi ipſi vocantur *Servi Dei*, ob functionem illam honorificam, qvâ non ſuô nomine fecerunt qvicqvam, ſed cuncta nomine mittentis Domini; qvâ etiam non ſuis velificati fuére commodis, verùm id expediverunt, qvod ſibi ipſis non rarò contumelioſum ac damniferum qvàm maximè. Ita verò prophetas titulô hôc cohoneſtatos olim patet ex *1.Reg.XIV,18. c.XV,29. c.XIIX,36. 2.Reg.IX,7. & 36. c.XXII,10.*

Digitized by Google

c. XXIV, 2: Eſr. IX, 11. Eſa. XX, 3. &c. Utut verò Danieli hæc Prophetarum deluſio non competat in perſonâ propriâ, puer ſiqvidem abductus eſt, pietatisq; ſemper amans, nihilominùs ſe populi peccatis includit, cùm ejusdem pœnis involutum ſe cerneret ſatis evidenter.

אֲשֶׁר דִּבְּרוּ בְּשִׁמְךָ *Qvi locuti ſunt in nomine tuô.*

Deſcribuntur h. m. paulò pleniùs repudiati hi viri venerandi, qvòd nimirùm tàm ratione autoris, qvàm rerum dictarum modiq; dicendi, diverſa planè fuiſſent meriti. Phraſis namq; *loqvi in nomine alicujus* involvit mittentem alium, cujus locô aliqvid annunciatur, cui opponitur *loqvi de ſuô, à ſemetipsô,* Joh. IIX, 44. Confer Devt. XIIX, 19. 20. *verba, qvæ loqvitur* (Propheta) *in nomine meô:* it. qvi Pſeudopropheta *auſus fuerit loqvi in nomine meô, qvod ego non præcepi, &c.* Involvitur etiam ſermonis Prophetici materiale, qvod erat *nomen Dei*, h. e. ea, qvæ de Dei tùm eſſentiâ, tùm operibus, tùm voluntate nominari conveniebat; it. formale, qvòd indiderit ori ipſorum verba ſua propria, qvibus uti tenebantur ad populum: *Sic dicit Dominus, Ego &c.*

אֶל־מְלָכֵינוּ שָׂרֵינוּ וַאֲבֹתֵינוּ וְאֶל כָּל־עַם הָאָרֶץ׃

Regibus noſtris, principibus noſtris (& patribus noſtris) omniq; populô terræ.) Seqvuntur jam repudiantes, & qvorum nomine hactenùs etiam plurali numerô uſus fuerat Daniel. Adeò tùm ſumi, tùm imi, tùm medioxumi coagmentantur, ne ulla Iſraëlitarum claſſis eximere ſe audeat à culpæ contradictione, qvomodo forſàs antehac in confectione vituli aurei exſors olim aliqvando manſerat tribus Levitarum. Proindè recenſentur (1) *Reges* tàm ex Davidicâ ſtirpe oriundi, qvorum ſanè aliqvi exemplum Salomonis Idololatrici ſunt imitati, v. g. Achas, Manaſſe, &c. qvàm ex Jeroboami poſteris & ſucceſſoribus, qvi partim vitulorum cultum unanimiter approbarunt, partim aliis qvoq; flagitiis fuêre dediti. Deindè (2) mentio fit *principum,* qvi regiô ſcil. ſtemmate gaudebant, vel in familiis etiam ſuis primatum erant nacti; qvalium fit mentio *Num. XXI, 18. Exod. XXII, 18, Nehem. V, 14. Prov. XXIIX, 2.* &c. His (3) ſubjunguntur *patres* vel majores, h. e. omnes indifferenter in lineâ aſcendenti, ut ſunt avi, abavi, atavi, tritavi, &c. adeò ſicut nomina præcedentium erant dignitatis, ita hoc eſt ætatis; qvomodo *Gen. XLVI, 34. c. XLVII, 3.* tùm Jacobigenæ, tùm *patres ipſorum* dicuntur fuiſſe paſtores, vid. Pſ. CVI, 6. *peccavimus cum patribus noſtris:* Jer. XIV, 20. *agnoſcimus, Domine*

Digitized by Google

mine, impietatem noſtram & iniqvitatem patrum noſtrorum; peccavimus tibi: Thren. IV, 29. *peccaverunt patres noſtri, & non ſunt ampliùs.* Neh. IX, 16. *ipſi & patres noſtri ſuperbè egerunt & induraverunt cervicem ſuam,* &c. Tandem (4) meminit etiam Daniel *populi terræ univerſi,* h. e. plebejorum generatim omnium, ut qvi majorum veſtigia premere ſolent communiter, juxta vulgatum iſtud: *Regis ad exemplum totus componitur orbis, Utq; ducum lituos, ſic mores aſtra ſeqvuntur. Qvalis rex, talis grex.* Eô ipſô autem, dum Prophetæ dicuntur allocuti non ſolùm plebejos, ſed & principes ac reges, colligi datur tùm Prophetarum παῤῥησία intrepida, tùm concionum ſive vaticiniorum promulgatio ſolennis, ne ullus prætendere potuerit ignorantiam qvalemcunq;.

Poriſmata ex Verſu VI.

1. Utut in hominis viribus nil qvicqvam ſit, per qvod ad Deum ſe valeat convertere, eſt tamen in eôdem nimis ingens pravitas, qvâ obicem alloqventi foris & intus Spiritui poteſt ſoletq; opponere. Nota ſunt Scripturæ & dicta & exempla, qvomodo cives Hieroſolymitani gallinæ glocitanti locum dare noluerint, *Matth. XXIII, 37.* qvomodo ſemper oppoſuerint ſe ἀντιπίπτοντες, *Act. VII, 51.* qvomodo neglexerint Dei de ſalute conferendâ conſilium, *Luc. VII, 30. &c.* Id qvod notandum contra invincibilem Calvinianorum gratiam, de qvâ Dannhauerus *hodomor. Calvin. p. 1878. & 1946.* Dorſcheus *diſp. 9. Pentadecad. th. 35.* J. T. Major *ad Act. VII, 51. & ad c. XVI, 13.* Seldius *Top. Calvin. pag. 408.* Calovius *Arminian p. 429.* D. Wellerus *AntiMaſſonii tom. I. pag. 336. ſeqq.*

2. Magna ſervorum Dei debet eſſe veneratio, utpote qvi non ſuô, ſed Dei nomine ad nos verba faciunt, qvi intrepidè emendant turpia, oſtendunt ſalutaria, &c.

3. Miniſtri boni virtus eſt, ἀπροσωπολήπτως alloqvi & infimum de plebe, & ſicubi opus, ipſummet regem, *Jer. I, 7. ſeqq. 2. Cor. X, 3.* ubi tamen impudentiam meritò improbamus Anabaptiſtarum turpemq; Qvakerorum modernorum ἀταξίαν.

4. Inexcuſabilis eſt Moſis ac Prophetarum contemtus, qvos etiam jamdudum mortuos audire tamen adhuc poſſumus, modò velimus: *habent Moſen & prophetas, hos ſi non audiunt,* &c. Luc. XVI, 29. 31.

Digitized by Google

לְךָ אֲדֹנָי הַצְּדָקָה *Tibi Domine juſtitia.*

VERSUS VII. *Sextum* hoc confeſſionis membrum complectitur Domini, tanqvam judicis, *juſtitiam*, ita ſcil. ut in iisdem illis actibus, qvibus hucusq; dura exhibuerat populo ſuo, nil aliud feciſſe dicatur, qvàm qvod juſtitiæ reqviſivit regula, unicuíq; ſcil. rependens ſecundùm ſuum meritum. Adeòq; pronomen לְךָ tibi poſſeſſivam induit ſignificationem, vel litera (ל) ut Grammatici loqvuntur, dominium notat, idemq; eſt ac *tuus* vel *tua*, qvomodo ſuprà *c. II, 20.* jamjam vidimus: לֵהּ *ipſius eſt ſapientia & fortitudo;* Sic Pſ. XXIV, 1. לַיהוָה *Domini eſt terra:* Pſ. L, 10. לִי *mea eſt omnis beſtia terræ:* Pſ. CXIX, 34. לְךָ *tuus ego ſum,* &c. ſicut itaq; Deus ſolus bonus eſt eſſentialiter, originaliter, perfectè, &c. ita ejus qvoq; eſt *juſtitia*, vel ita ipſe ſolus juſtus eſt, ut ipſamet ejus eſſentia nil ſit niſi juſtitia, ut nemo ita juſtus ſit, ſicut Deus, nec juſtitiam aliundè nanciſcatur, niſi à Deô, nemo etiam Dei juſtitiam in dubium vocare, vel qvocunq; modô accuſare poſſit, niſi qvi ipſummet negare Deum velit. Vide ſis de hâc Dei rectitudine, *Job. IX, 2 c. XXV, 4. 5. 6.* ſecundùm qvam bonis benè & malis malè facit. *Jud. V, 11. Pſ. IX, 9. Pſ. XLIIX, 11. Pſ. L, 6. LI, 6. LXXXIX, 15. & 17. Pſal. CXI, 3. CXIII, 6. Eſa. V, 16. c. XXVI, 9. c. LIX, 9.* Huc, qvòd juſtitia Dei nonnunqvam ponatur pro fide & conſtantiâ ejusdem in adimplendis tùm promiſſis tùm comminationibus, *1. Sam. XII, 7. Pſ. V, 9. Pſ. VII, 18. Pſal. XXII, 32. &c.* adeòq; fatetur Daniel, Deum nullius vel ſævitiei vel inconſtantiæ accuſari poſſe, qvanqvam triſtia ac acerba nimis fata ſuo hactenus populo per multos immiſerit annos. Qvoad phraſin confer *Deut. VI, 25.* וּצְדָקָה תִּהְיֶה לָּנוּ *juſtitia erit nobis, ſi obſervaverimus facere præceptum,* &c.

ל (margin: ל poſſeſſivum.)

וְלָנוּ בֹּשֶׁת הַפָּנִים כַּיּוֹם הַזֶּה

Nobis autem confuſio faciei ſicut eſt hodiè.) Jam *ſeptimò* excuſatô Deô, omnis culpa tantorum infortuniorum transfertur in homines, indicata *pudore faciei* ſeu erubeſcentiâ, qvæ præſupponit turpem mandati divini transgreſſionem, cujus agnitæ conſeqvens eſt ignominia ac ſui ipſius accuſatio, culpæq; per externos geſtûs coloremq; vultûs confeſſio, vide ſis Pſ. XLIV, 16. *omni die verecundia mea coram me eſt, & pudor faciei meæ operit me:* 2. Paral. XXXII, 21. *reverſus eſt Senacherib cum pudore vultûs in terram ſuam:* Eſr. IX, 7. *à diebus patrum noſtrorum fuimus in delictô magnô usq; ad diem hunc, ac propter iniqvitates*

Digitized by Google

qvitates noſtras traditi ſumus nos, reges noſtri & ſacerdotes noſtri in manum regum terrarum, in gladium, in captivitatem, in ruinam & in pudorem vultûs, &c. Sicut itaq; pudor aliàs ſecundùm Ariſtotelem eſt φόβος δικαίου ψόγου *timor juſtæ vituperationis*, vel ſecundùm alios, *dolor aut perturbatio animi orta ex malis vel præteritis vel præſentibus vel futuris, qvæ ad infamiam deducere videntur*; Sicut etiam pudoris ſedes in oculis deprehenditur qvàm maximè, qvippe qvi plerumq; demittuntur, (unde adagium: *in oculis pudor*;) imò rubor etiam tingit pingitq; faciem, dum ſecundùm *Gellium* L. 19. c. 6. *ex corde ſpiritus egrediuntur & calorem ſangvinemq; ſecum ducunt comites ad rem turpem depellendam & faciem purpureo ſangvinis velo occultandam*; ita & h. l. talis faciei pudor dicitur conſpicuus apud captivos Judæos, ut qvi coram Deo atq; angelis, imò coram honeſtis etiam hominibus, demiſſis oculis, fronte triſti, geniſq; rubicundis ſuam prodant impietatem antegreſſam, nec non comitem ejusdem ignominiam ac infortunia infinita. Neq; tamen Daniel humilitatis ſolùm causâ, ut vult *Jacchiades*, ſe pudefactis aſſociat concaptivis, ſed qvia reverâ ſe peccati connati & adhuc inhabitantis noverat reum, æqvè ut Paulus *Rom. VII, 24.* vide infrà v. 24. *Confitebar peccatum meum*. Additur ſimul determinatio temporis כַּיּוֹם הַזֶּה *ſecundùm diem hunc*, h. e. prout modernum adhuc ubivis teſtatur tempus: *Lutherus*: **Wie es denn jetzt gehet.** Ita phraſis hæc occurrit Gen. L, 20. *Deus cogitavit in bonum, ut faceret* כַּיּוֹם הַזֶּה *ſicut dies præſens* (docet:) it. *Deut. II, 30. cap. IV, 20. c. VIII, 18. c. X, 15. cap. XXIX, 28*, &c. כיום הזה

לְאִישׁ יְהוּדָה וּלְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַם וּלְכָל־יִשְׂרָאֵל הַקְּרֹבִים וְהָרְחֹקִים

Viro Juda & habitatoribus Jeruſalem & omni Iſraël, qvi propè ſunt, & his qvi procul.) Eſt hæc plenior declaratio pronominis modò poſiti (לָנוּ *nobis*,) ita ut ratione ſtemmatis mentio fiat *Judæorum*, (hi namq; collectivè indicantur per nomen ſingulare אִישׁ *vir Juda*,) ratione patriæ vel domicilii, *incolarum Jeruſalem*, qvi ſcil. temporibus Zedekiæ experti fuerant obſidionis miſerias; ratione gentis, *univerſi Iſraëlis*, h. e. decem tribuum, ante Judæos ac Benjaminitas dudum abductarum; & deniq; ratione loci præſentis, qvô aliqvi *propinqvi erant*, reſpectu ſcil. Babiloniæ, ubi hæ preces fundebantur, alii *remoti*, ob diſperſionem ſcil. de qvâ ſeqvitur. Mens Prophetæ eſt; neminem

minem à præſente & culpæ & pœnarum ignominiâ eximere ſe poſſe, undecunq; etiam ſe ortum dicat, vel ubicunq; etiam locorum degat, &c. Locum parallelum reperies Jer. III, 20. *jacemus in pudore noſtro, & operit nos ignominia noſtra: qvia Domino Deo noſtro peccavimus nos & patres noſtri à pueritiâ noſtrâ, &c.*

בְּכָל־הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר הִדַּחְתָּם שָׁם בְּמַעֲלָם אֲשֶׁר מָעֲלוּ־בָךְ׃

In univerſis terris, ad qvas ejeciſti eos propter iniqvitates eorum, in qvibus peccaverunt in te.) Adhuc perſonarum, qvarum nomine humillima hæc editur confeſſio, deſcriptio continuatur, ita qvidem, ut *Remoti* illi non ad certam fortè, ſive orientis ſive occidentis reſtringantur plagam, verùm ad *univerſas terræ provincias* atq; climata, per qvæ etiam jamdum diſperſi haut dubiè fuerunt Iſraëlitæ; æqvè ut hodiè nullum in orbe terrarum nominari poteſt regnum, ubi non Judæorum deprehendatur natio. Autor diſperſionis illius primarius eſt ipſe Deus, tanqvam judex juſtus, qvi ſuam h. m. adimplevit comminationem, *Deut. IV, 27. c. XXIIX, 64. &c.* Modus elicitur è ver-
נדח bô נָדַח *vibravit, depulit*; & in Hiphil הִדִּיחַ im-ex-pulit, v. g. oviculas ſubtimidas, *Jer. XXIII, 2.* aut capreolum pavidum, *Eſ. XIII, 14.* vide *Deut. XXX, 1. Jer. XXIII, 3. 8. c. XXIX, 14. 18. c. XXVII, 9. c. XXXII, 37. c. XLVI, 28.* it. qvæ diximus ad Prov. VII, v. 21. *blanditiis labiorum*
מעל *ſuorum perculit eum.* Cauſa deniq; expulſionis eſt מַעֲלָם *prævaricatio ipſorum*, qvâ proæreticè ac protervè divinis ſe ſubduxerunt, imò oppoſuerunt mandatis, ad inſtar Achanis ſacrilegi, *Joſ. XXII, 20. 1. Paral. II, 7.* Saulis *c. X, 13.* Uſiæ ſuffientis, *2. Par. XXVI, 18.* Zedekiæ deficientis, *Ez. XVII, 20.* viri depoſitum negantis, furantis, &c. *Levit. VI, 2.* adulteræ marito fidem frangentis, *Num. V, 12. 27. &c.* Emphaſeos cauſâ ipſum ſuperadditur verbū nomini ſuo verbali, pro more lingvæ ſanctæ: qvâ de indole Troſtius *Grammat. p. 144. n. 3.* Deniqve qvoad coſtructionem vocularum אֲשֶׁר שָׁם pro, *qvorſum*, conſuli poterit Buxtorf. Theſ. Grammat. *p. 410. 411.*

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Præcipuum creaturæ rationalis officium, laudem creatori referre tùm juſtitiæ, tùm bonitatis, nec non reliqvarum prærogativarum omnium, qvas aliàs admiramur ac magnifacimus in creaturis.

2. De jure ac juſtitiâ Dei vide ſîs Voëti *part. 1. diſp. ſelectar. pag. 339.* Sva-

Digitized by Google

339. Svarezii *opſc. fol. 311. ſeqq.* Dorſcheum *part. 2. Theolog. Zachar. p. 156. ſeqq.* Calov. *tom. 2. Syſtem. pag. 565. 585-590. & Arminian. p. 197.* ubi etiam disqviritur de condonatione peccatorum, an eadem fieri potuérit citra ſatisfactionem? &c. qvam ipſam controverſiam latiùs diſcuſſerunt, qvi Socinianam impugnarunt hæreſin.

3. Initium ſalutis eſt pudefieri ob malefacta. Qvamdiu namq; tegit homo, tamdiu retegit Deus: qvamdiu nos excuſamus, tamdiu Deus accuſat & condemnat. Si nos ipſos dijudicaremus, non judicaremur à Dominô, *1. Cor. XI, 31.*

4. Haut ultima contritionis veræ pars eſt, nobilitatem generis, (qvalis h. l. erat ſangvis Judaicus,) loci (Hieroſolymæ,) nec non prærogativarum aliarum deſpicere; imò earundem abuſum tantò acerbiùs deplorare.

5. Confeſſio legitima occupatur circa pudenda noſtra facinora, qvæ coram nobis debent eſſe ſemper, ita ut juſtus maneat Deus, etiamſi nos condemnet, *Pſ. LI, 5. 6.* ut juſta prædicemus judicia Dei, *Pſ. CXIX, 75. 137. Rom. III, 4. 26.*

6. Ex tali indignitatis & agnitione & confeſſione laudabili fluit patientia, adeò ut ſupplicia peccatis noſtris adhuc minora æſtimemus, proindeq; gravioribus adhuc ſuſtinendis nos ſubmittamus.

7. Pudeat nos frontis meretriciæ, *Jer. III, 4.* ante lapſum eqvidem primi parentes noſtri pudorem ignorabant, *Gen. II, 25.* Verùm peccatô perpetratô ignominia eosdem obruebat nimis, *Gen. III, 8.*

8. Perſecutionum non rarò origo fuit Chriſtianorum pietas langveſcens moresq; tàm Eccleſiaſticorum qvàm Laicorum vitiati, ut eſt apud Cyprianum *ſerm. de lapſis & L. 4. Epiſtolâ 4.* apud Euſebium *L. 8. hiſtor. Eccleſiaſt. c. 1.*

אֲדֹנָי לָנוּ בֹּשֶׁת הַפָּנִים

Domine nobis confuſio faciei.) Eſt hæc ingenua modò dictorum repetitio, cùm nunqvam ſatis recordari aut deprecari coram Deo qveamus noſtrorum delictorum deformitatem. Vide interim hujusmodi repetitiones *Levit. XIIX, 7.* de nuditate non retegendâ: *Amos V, 4. 6.* qværite me, &c. it. *Prov. XXXI, 4. 8. 9. Cohel. I, 2. Pſ. XXIV, 7. 9.* elevate portæ, capita, &c. *Pſ. XXIX, 1.* Date Domino, date, &c. De confuſione faciei jamjam dictum *v. 7.* VERSUS IIX.

Digitized by Google

לִמְלָכֵינוּ לְשָׂרֵינוּ וְלַאֲבֹתֵינוּ אֲשֶׁר חָטָאנוּ לָךְ

Regibus noſtris, principibus noſtris & patribus noſtris, qvi peccaverunt tibi.) Iterum nova pronominis לָנוּ *nobis*, ſubjungitur declaratio, & qvidem ratione dignitatis, ita ut ignominiâ dicantur conſtricti *Reges*, tanqvam ſuprema & à nullô aliô dependentia capita; *Principes*, tanqvam poſt reges proximi, ratione, & autoritatis, & opulentiæ, & jurisdictionis; & *Patres*, vel majores qvilibet, ſive qvi in qvâvis familiâ aut cognatione, præ cæteris ob ſenium atq; experientiam ſingulari pollebant prærogativâ. Simili modô *delicta patrum* confitebantur ac deplorabant Hiskias ac Joſias, *2. Reg. XXII, 13. 2. Paral. XXIX, 6. c. XXXIV, 21.* David, *Pſ. CVI, 6.* Jeremias, *c. XIV, 20. Thren. IV, 29.* Nehemias, *c. IX, 16.* Regibus adjunguntur etiam Sacerdotes tanqvam peccatorum complices, *Eſr. IX, 7. 34.* Ita *Reges, Principes ac Patres* in eôdem hôc peccandi ſtudiô conjunguntur *Jer. XLIV, 16.*

Poriſmata ex Verſu VIII.

1. Etiam reges atq; principes peccatorum vinculis conſtrictos ſe agnoſcere ac fateri tenentur.

2. Ut pro aliis precari, ita & deprecari veniam ac confiteri delicta aliena, licitum eſſe ac Deo non diſplicere, exemplum docet Danielis. Eſto, aliqvem maniâ laborantem exponere morbum ſuum medico nolle, propterea tamen amici ejusdem non delinqvunt, id locô ægri perficientes: ſic licèt principes cum Daniele captivi alii, aut etiam Seniores, hoc confitendi intermitterent officium, Daniel tamen ingratus Deo non fuit, ipſorum locô & nomine confeſſionem edens.

לַאדֹנָי אֱלֹהֵינוּ הָרַחֲמִים וְהַסְּלִחוֹת

Domino autem Deo noſtro miſericordia & propitiatio.) Ne
Versus IX. nimiùm augeretur in Daniele peccatorum turpitudo, ad deſperationem adigere apta ſatis nata, idcircò, anteqvam in confeſſione eorundem pergat *v. 9.* ſeipſum velut corroboraturus, interſerit hunc verſum, commiſerationem Dei inexhauſtam commemorantem, qvæ ſimul cauſa fuit, cur hactenùs in miſeriis ſuis non penitùs abſumti fuerint Iſraëlitæ, *Thren. III, 22.* Is ſiqvidem propitius cenſetur, qvi cum graviore poſſet plectere ſuppliciô, v.g. vivicomburiô, lapidatione, &c. commutat illud in ſecurim, deportationem, carcerem, &c. ita Deus qvoq;, cùm Judæos potuiſſet tractare duriùs inter barbaros magis

gis accrudeliores, mitigavit tamen pœnam, adeò, ut modò voluerint,
ſufferre eandẽ potuerint æqvanimiter. Ac proinde ſicut ſuprà *v.7.* Dei
dixerat eſſe juſtitiam; ita nunc eidem qvoq; aſſignat tùm *commiſera-*
tionem, intùs velut in pectore hærentem, tùm *condonationem*, verbis
factisq; erga miſeros deprecantes manifeſtatam. Adeòq; inferre vult
h. m. Domine, licèt fateamur meritò, juſtitiæ tuæ præſentia noſtra in-
fortunia ferenda eſſe accepta; recordamur tamen unà, te æqvè ipſamet
eſſe bonitatem, qvomodo tua qvoq; eſt, imò Tu ipſe eſt juſtitia. Hæc ut
impœnitentes non poteſt non plectere; ita tua qvoq; miſericordia non
poteſt non confitentibus dolentibusq;, qvales nos nunc ſumus, ignoſce-
re, ac bona ablata reſtituere. De voce plurali tantùm רַחֲמִים *com-* רחמים
miſerationes, vide dicta *c.I,9.* it. D. Calov. *Tom.2. Syſt. L. C. p.558.* Altera
סְלִיחָה *condonatio*, non occurrit niſi Pſal. CXXX,4. *Tecum condo-* סליחה
natio, ut timearis: Neh. IX,17. *Tu Deus condonationum, gratioſus, miſe-*
ricors, longanimis & multus gratiâ: & deniq; h.l. Pluralis vocabuli
hujus emphaſi non caret, ſiqvidem Deus non condonat ſemel aut par-
cè, verùm multipliciter, qvàm plurimis, imò graviſſima etiam faci-
nora; *Exod. XXXIV,7.* Verbum verò סָלַח ſignificat *offenſæ memoriam* סלח
deponere, pœnamq; vel vindictam promeritam planè remittere, imò ean-
dem in beneficentiam commutare, Exod. XXXIV,9. 1. Reg. IIX,30. cap.
XXXIV,36. ſeqq.

כִּי מָרַדְנוּ בוֹ׃ *Qvia receſſimus à te.*

Vel potiùs: *qvanqvam rebellaverimus contra ipſum*: ita namq;
particulam כִּי pro *qvamvis* uſurpari, docemur *Gen. IIX,21.* non male- כי
dicam, &c. כִּי *qvamvis figmentum cordis, &c.* Pſ. XXV, 11. *condona* *Qvamvis*
peccatum, כִּי *qvamvis ingens ſit illud.* Pſ. XLIV, 20. *non obliviſcimur*
nominis tui, כִּי *qvamvis contriveris, &c.* ita Prov. XXII, 22. *Lutherus*
qvoq; diſertè reddidit: Ob wol. Aliàs ſi propriam attenderimus vim •
cauſalem, dura, imò nulla erit conſeqventia: *qvia nos rebelles fuimus,*
ideò *tu es miſericors*; potiùs namq; inferendum eſſet: ideò tu,
tanqvam judex juſtus, plectere deberes porrò rigidiſſimè. *R. Salo-*
mon B. Melech cauſalem ſignificatũ tueri videtur, h.m. *qvia rebelles nos*
fuimus, ideò opus eſt, ut adſit apud Deum commiſeratio, &c: Aliter namq;
pereundum nobis foret infallibiliter. Qvod, qvamvis verum ſit, adhuc
tamen cauſalitas in univerſum omnis abeſt: Siqvidem à peccatô, ſive
magnô, ſive parvô, ratiocinari velle ad condonationem, nullam omni-
nò parit vel præ ſe fert conſeqventiam. Alii ſic emolliunt: *Tua eſt*

Digitized by Google

condonatio, qvia nos conſcii ſumus ac confitemur, *nos rebelles factos eſſe*, (vide ſis *Polanum.*) Verùm & Ellipſis & Tropus hîc, imò & illatio itidem dura: qvapropter in primâ noſtrâ interpretatione perſeveramus. Verbum ipſum מָרַד *rebellis fuit, defecit*, jam vidimus *v. 5.*

מרד

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Eſſentialiter Deo ineſt miſericordia, æqvè ut juſtitia, ſanctitas, ſapientia. Qvod notandum contra Socinianos, qvi miſericordiam non attributum eſſentiale, ſed affectum ſolùm in Deô eſſe aſſerunt; qvam itidem negant infinitam, ſtatuunt verò abſolutam, nullius pretii ſatisfactorii indigam, peccatis habitualibus poſt regenerationem præcluſam, &c. qvos refutatos vide à laudatô Dn. Caloviô, *Tom. 2. Syſtem. pag. 561. ſeqq.* ubi etiam de condonatione agitur *contra Socinum & Crellium*, ſtatuentes, Deum tanqvam pœnæ creditorem, cujus uſibus illa ſervire debeat, non poſſe dici, eam nobis χαρίζεσθαι, niſi ſuô jure & commodô, qvod ad ipſum ex pœnâ redire debebat, ſe privaſſet.

2. Condonatio Dei non excludit mediatoris ſatisfactionem: Gratuita interim eſt ac manet, qvantum ad ipſius reſipiſcentis merita aut paſſiones proprias. Qvod itidem *in locô de juſtificatione* contra Socinianos defenditur latiùs.

3. Nullum peccatum, poſtqvam peccata mundi expiavit Chriſtus, in ſe eſt incondonabile, exceptô peccatô in Spiritum S. qvô ſcil. malitioſè & perſeveranter gratiæ ejusdem operantis media excutiuntur, *Matth. XII, 31.* adeòq; licèt qvis rebellis fuerit, ut h. l. Iſraëlitæ, à miſericordiâ tamen ac condonatione non debet excluſum ſe reputare, vel turpiter deſperare.

וְלֹא שָׁמַעְנוּ בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ

Vers. X. *Et non audivimus vocem Domini Dei noſtri.*) Iterùm repetitur, qvod jam anteceſſerat *v. 6.* adeòq; ſicut multoties iterata ab Iſraëlitis fuit neqvitia ac contumacia, ita Daniel iterandam ſibi qvoq; duxit aliqvoties contumaciæ iſtius ingenuam confeſſionem. Novum verò qvodammodò objectum hîc ponitur, ſiqvidem v. 6. meminit *Prophetarum*, hîc verò mentio fit *vocis Dei* ipſiusmet; non qvod immediatè populum fuiſſet allocutus, ſicut olim in defertô, *Exod. XX, 1. Deut. IV, 7.* verùm qvòd novis inſpirationibus Propheticis vocem repetiverit ſemel promulgatam, atq; ſic per eosdem noviter eam applicuerit

placuerit certis perſonis earumq; factis & eventis. Vel pertinet hoc ad vocem Dei ſcriptô ſive literis communicatam, qvæ ipſa diebus Sabbathi aliisq; conventuum publicorum horis prælecta fuit creberrimè: *Act. XIII, 27. c. XV, 21.* Tacemus Sacerdotum commonefactiones, voce Dei ſive verbô ſcriptô communitas. Idem hocce שָׁמַע *audivit*, conſtructum ſeqvente ב, valere *obedivit, obtemperavit*, jamjam obſervatum eſt ſuperiùs.

לָלֶכֶת בְּתוֹרֹתָיו אֲשֶׁר נָתַן לְפָנֵינוּ בְּיַד עֲבָדָיו הַנְּבִיאִים

Ut ambularemus in lege ejus, qvam poſuit nobis per ſervos ſuos Prophetas.). Pertinent hæc tùm *ad vocem Domini*, cujus ſumma fuit לָלֶכֶת *ambulare, &c.* tùm *ad audientiam* denegatam: Contumaciter ſiqvidem recuſarunt ללכת *ambulare in legibus ipſius.* Sicut verò nil communius phraſi *via* aut *ſemitæ*, ita *ambulare in ſtatútis Dei* (pluralis namq; תוֹרוֹת *leges* non caret emphaſi, qvippe non ſufficit operam dare præcepto uni, neglectô alterô, verùm leges omnes tanqvam una copula vel catena continua ſimul ſunt attendendæ, &c.) eſt, omnes vitæ ſuæ actiones, inſtituta, ſermones ac conſilia diſponere ſecundùm verbi divini regulam aut limites præſcriptos. Vide *Exod. XVI, 4. 1. Reg. IIX, 25. 2. Reg. X, 31. 2. Chronic. VI, 16. Pſ. CXIX, 1. Jer. XXVI, 4. c. XXXII, 23. c. XLIV, 10. 23.* Sic ambulare in itineribus Dei, *Eſa. II, 3. Mich. IV, 2.* it. in itinere præceptorum Dei, *Pſ. CXIX, 35.* Sic alibi dicitur ambulare ſecundùm traditionem ſeniorum, *Matth. VII, 5.* Ipſa verò hæc ſtatuta determinantur porrò tàm ratione autoris principalis, qvi eſt *Deus*, qvàm ratione promulgationis ſolennis, qvòd *dederit ea* לְפָנֵינוּ *ante faciem* vel *in conſpectu noſtrô*, ut palàm ſcil. legi potuerint ab omnibus, itemq; ratione cauſæ miniſterialis, בְּיַד *per manum* (h. e. miniſterium vel operam, ut *Levit. XXVI, 46. Num. IX, 23. c. X, 13. &c.*) *ſervorum ejus, Prophetarum*; de qvibus itidem actum, *v. 6.* Qvomodo Midraſch Devteronomii ex textu hôc probet, etiam Prophetas & Hagiographa venire nomine תוֹרוֹת *legis*, qvàm tamen impii Iſraëlitæ de ſolô acceperunt Pentateuchô, (*Pſ. LXXIIX, 1.*) vide apud Raymund. *in pug. fid. fol. 420.* לפנים בּיד תורה

Poriſmata ex Verſu X.

1. Neglectus verbi, tàm legendi qvàm audiendi, exitioſiſſimum eſt peccatum, in ipſummet Deum ſermocinantem injurioſum. Si tergum qvis alloqventi obvertat ſuo parenti, præceptori, patrifamiliâs

aut principi, qvantoperè is culpatur meritò neglectus? At qvid omnis homo in relatione ad benignè compellantem è cœlis Deum?

2. Scriptura tanqvam (לְפָנֵינוּ) *in conſpectu noſtrô* poſita, obſcuritatis accuſari haut debet; ſiqvidem non altis obtecta involucris, ſed *ante faciem noſtram* plenè expoſita ſunt omnia, ſcitu, creditu, factuq́ neceſſaria: *2. Tim, III, 15.*

3. Non minùs *Dei vox* eſt, qvæ per virorum θεοπνεύστων innotuit miniſterium, qvàm qvæ immediatè cœlitùs eſt promulgata. Hinc, *qvi vos audit, me audit*, Luc. X, 16. Hinc Paulus meritò tanqvam Dei angelus exceptus fuit, *Gal. IV, 14.*

VERSUS XI.

וְכָל־יִשְׂרָאֵל עָבְרוּ אֶת־תּוֹרָתֶךָ

Et omnis Iſraël prævaricati ſunt legem tuam.) Octavum hoc dici poterit confeſſionis membrum, univerſalem denuò repetens populi Iſraëlitici transgreſſionem; ubi actus exprimitur verbô עָבַר *tranſiit, præteriit;* qvod aliàs propriè uſurpari ſolet de motu locali, qvomodo v. g. Jacob præteriit Pnuelem, *Gen. XXXII, 31.* qvomodo Iſraëlitæ tranſierunt per Jordanem, *Joſ. IV, 22. &c.* Poſtmodùm verò adhibetur etiam ad moralia, qvando qvis limites præceptorum vel fœderis excedit, adeòq́ vel in exceſſu vel in defectu peccat, ut *Joſ. VII, 15.* ſacrilegus Achan עָבַר *tranſiit* fœdus Domini. *1. Sam. XV, 34.* peccavi, *qvia* עברתי *transgreſſus ſum os Domini & verba tua*, Oſ. VI, 7. עברו *transgreſſi ſunt fœdus:* cap. IIX, 1. *transgreſſi ſunt fœdus meum*, it. *Eſ. XXIV, 5. Eſth. III, 3. Num. XXII, 8. c. XXIV, 13. &c.* Undè colligimus, comprehendi delicta omnis generis, tàm involuntaria, qvàm voluntaria, tàm per incogitantiã, qvàm ex proæreſi patrata, æqvè ut viator ſemitæ ignarus nonnunqvam aberrat à præfixô ſcopô, adeoq; *prætergreditur* viam unicè tenendam; aut ſicut ovis frutices herbasq́ ſectans *prætergreditur* veſtigia gregis iſtius, qvem ſeqvi debebat, ac pedetentim per incuriam fertur in avia: ſic eqvus ferociens ac indomitus *prætergreditur* viam atq; orbitas malitioſè repugnando, &c. Objectum deniq; transgreſſionis hujus eſt *lex Domini*, i. e. qvicqvid de voluntate Dei tùm temporis fuit revelatum. Adeoq; ſicut *maledictus dicitur, qvi movet terminum proximi ſui* in confiniis ſcil. agrorum, hortorum, fundorumq́ aliorum poſitum, *Deut. XXVII, 17.* ita maledictionem meretur multò magis, qvi transgreditur terminos ſtatutorum divinorum.

וסור

וְסוּר לְבִלְתִּי שְׁמוֹעַ בְּקוֹלֶךָ

Et declinaverunt nec audiverunt vocem tuam.) Parùm hoc differt ab antecedentibus; infinitum namq; סוּר *recedere*, (qvod per Enallagen pro finitô ponitur, qvale anteceſſit, *receſſimus*, æqvè ut *v.5.*) parùm diſcrepat à verbô *transgredi*. Porrò לְבִלְתִּי *absq; audire*, vel, qvò minùs audiremus, itidem coincidit cum eô, qvod jam adfuit *v.6. & 10.* Confer. Prov. XXIIX,9. *qvi declinat aures ſuas, ne audiat legem*, h.e. qvi legem audire detrectat, &c.

וַתִּתַּךְ עָלֵינוּ הָאָלָה וְהַשְּׁבֻעָה

Et ſtillavit ſuper nos maledictio & deteſtatio.) Fuit hactenùs commemoratio maleficiorum. Seqvuntur jam ſupplicia promerita, ita tamen, ut ſubinde rurſus malefi.ia ſimul inſpergantur. Generatim igitur mentio fit (α) אָלָה *maledictionis* vel execrationis, qvâ infauſta qvæq; violatoribus legis divinæ prænunciantur non modò, ſed ut certò ac infallibiliter eosdem feriant, invocatô ſimul ſupremi vindicis nomine, veluti provocantur atq; adiguntur; Vide sîs *Levit. XXVI, 14. ſeqq. Deut. XXVII,15. c. XXIIX,15. c. XXIX,12.14.18. 20.21. & c. XXX,7.* Ita mentio fit *Num. V,21.23.27.* execrationis, adulteræ delictum inficianti denunciandæ. Plura hâc de voce notavimus *Prov. XXIX,24.* Additur (β) שְׁבוּעָה *juramentum* vel *adjuratio*, qvando invocatô nomine divinô transgreſſoribus ſevera indicitur pœna vel vindicta, uti fieri ſolebat à voventibus, qvi ſeipſos votum violaturos tali ſubjiciebant ultioni, *Num. XXX,3. Levit. V,4. Jud. XXI,5. Cohel. IX,2.* it. à confœderatis, *Nehem. VI,18.* (qvô in textu tales paciſcentes appellantur בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה *Domini juramenti:*) *Joſ. IX,20. 2.Sam. XXI,7.* ab iis, qvi adjurant alios, ceu fiebat à Saule, populum, ne ederet, obteſtante, *1. Sam. XIV,27.* ab Aſſa, juramentô religionis populum conſtringente, *2. Paral. XV,15.* ab Abrahamô ſervum ſuum obligante, *Gen. XXIV,3. &c.* Et qvod præcipuè ad rem facit præſentem, à ſacerdote fœminam adulterii ſuſpectam adjurante, *Num. V,21.* ubi eadem hæc bina noſtra vocabula conjungi deprehendimus: *adjuravit Sacerdos fœminam eam* בִּשְׁבֻעַת הָאָלָה *juramentô execrationis, dicatq;: faciat te Dominus* לְאָלָה וְלִשְׁבֻעָה *execrationem & juramentum in medio populi tui;* h.e. puniat te exemplariter, adeò ut qvi execrationem aut juramentô ſeu alios vult ſubjicere aut devincire, tuô ad id utatur nomine vel exemplô. Sic Eſ. LXV,15. *relinqvetis nomen veſtrum* לִשְׁבוּעָה *in juramentum, &c.*

E qvi-

E qvibus colligere datur facilè, *juramentum* h. l. metonymicè poni pro inſignibus illis infortuniis, qvalia juramento annecti ſolent communiter, ad eò magis obſtringendum adjuratos; æqvè ut in imprecationibus tales nominari ſolent plagæ, qvæ obruerent hominem ejusdem generis mala promeritũ. Et ſicut *Imprecatio* fieri utplurimùm ſolet ob præterita, ita *juramentũ* ob futurã promiſſi violationem prohibendam mala iſtiusmodi complectitur. Reſpectus verò habetur haut dubiè ad comminationes in lege paſſim extantes, qvas Deus eidem annexuit, (prout docent immediatè ſeqventia,) nec non per Prophetas ſubindè repetivit; it. additas obteſtationes, qvas pii reges adhibuerunt ad populum in pietatis obſeqviô conſervandum, ne per apoſtaſiam ad vomitum vel idololatriam denuò redirent; cujusmodi juramenta religionis fuêre præſtita, urgente Moſe, *Devt. XXIX, 10. ſeqq.* Joſuâ, *Joſ. XXIV, 25.* Aſsâ, *2. Paral. XV, 14.* Jojadâ, *2. Reg. XI, 17. 2. Paral. XXIII, 16.* Nehemiâ, *Nehem. X, 29.* &c. De hisce verò imprecationibus & juramentis dicitur, qvod (γ) *ſtillaverint ſuper Iſraëlitas*: ubi verbum

נתך תִּתַּךְ idem eſt ac *effuſus fuit copiosè atq; undiq;* qvomodo id legitur *Job III, 23.* וַיִּתְּכוּ *& effuſi ſunt rugitus mei inſtar aqvæ*: it. de irâ Dei (h. e. plagis ex irâ profectis) ubertim & cum impetu effuſâ, *2. Paral. XII, 7. c. XXXIV, 25. Jer. XLII, 18. c. XLIV, 6.* In Niphal idem hocce verbum uſurpatur de effuſione pluviæ, *Exod. IX, 33. 2. Sam. XXI, 10.* de præcipitatione ignis, *Nah. I, 6.* indignatio ejus *effuſa eſt* qvaſi ignis, it. de liqvatione metalli, qvando illud fit fuſile vi ignis, *Ezech. XXII, 20. 21. &c.* Unde elicitur, talem hîc denotari plagarum immiſſionem, qvæ fuit inſtar imbris diuturni, inceſſabilis, copioſi, omnia penetrantis, corrumpentis, aut inſtar ignis devaſtantis, dolores inferentis, &c.

אֲשֶׁר כְּתוּבָה בְּתוֹרַת מֹשֶׁה עֶבֶד־הָאֱלֹהִים׃

Qvæ ſcripta eſt in librô Moſis ſervi Dei.) Pertinent hæc ad divinam veritatem & juſtitiam eò meliùs aſſerendam, ne opinetur aliqvis, hujusmodi mala vel immerentes vel ignaros obruiſſe: imò verò diſertè illa omnia, & qvidem jamdudum ante aliqvot ſecula determinata fuerant in prognoſticô Moſaicô *Levit. XXVI. Devt. XXVII. XXIIX. XXIX. XXXII.* qvod non nudè recitatum forte fuit, ita ut verborum ſonus in aëre evanuerit, verùm in literas redactum, adeò ut qvilibet Iſraëlita domi id relegere & potuerit & debuerit: Confer *Thren. II, 17.* De *Moſe Dei ſervô* vide *Pſ. CV, 26. Ebr. III, 5. Joſ. I, 1. 2. 7. 13. 15.* Ejus dicitur

Digitized by Google

tur lex, non tanqvam autoris principalis; verùm tanqvam cauſæ miniſterialis, qvantum ad promulgationem primam ac ſolennem.

כִּי חָטָאנוּ לָךְ: *Qvia peccavimus.*

Etiam hoc jamjam confeſſus fuerat Propheta *v. 5.* nihilominus iteratur idem ob innocentiæ aut excuſationis ſpeciem removendam omnem. Additur tamen hîc objectum offenſum, *Tibi,* (qvod Vulgata omiſit,) ideò ſcil. ut judici huic ſuus tribueretur debitus honor, non potuiſſe ſcil. eundem aliter tractare ſubditos adeò temerarios; qvi toties tàm turpiter priſtinam repetiverint pravitatem, æqvè ut David ſimilibus fermè utitur verbis Pſ. LI, 6. *tibi ſoli peccavi, &c.*

Poriſmata ex Verſu XI.

1. Utut in Iſraële ſemper aliqvi remanſerint pii, ingemiſcentes ob peccata publica *1. Reg. XIX, 10. 18. Ezech. IX, 4.* non tamen ob id deſiit denominatio fieri à potiori, ita ut *totus Iſraël* dictus ſit tranſiiſſe mandatum Domini, &c.

2. Excedente unâ ove, ovium ſeqvuntur plures: ita delinqvente uno, ut plurimum exemplo iſtô abripiuntur alii, adeò ut non rarò murmurationem unius Korachi approbet & Dathan & Abiram, & unà cœtus etiam ingens qvàm maximus, *Num. XVI, 1. ſeqq.*

3. Nimis certa eſt comminationum divinarum adimpletio, utut ad tempus eædem oblivioni videantur datæ omnes. *Tarditatem moræ* ut plurimùm *compenſare ſolet Deus gravitate pœnæ,* qvemodo hîc ſatis diu atq; horribiliter deſtillavit maledictionum divinarum nimbus. Et ſicut is, qvi aggerem undis oppoſitum diu perfodit, tandem iiſdem obruitur deſubitò ac inevitabiliter: ità qvi peccatis indies dat operam, facit ut tandem non ſtillatim, ſed agminatim irruant plagæ immedicabiles ac infinitæ.

וַיָּקֶם אֶת־דְּבָרָיו אֲשֶׁר־דִּבֶּר עָלֵינוּ

Et ſtatuit ſermones ſuos, qvos locutus eſt ſuper nos.) VERSUS XII.
Continuatur adhuc divina in comminando veracitas, qvòd non in ventum dictæ fuerint ſuperiores minæ, qvinimò *ſtare fecit* ipſas, h. e. è verbis fecit res, ne nudis larvis aut inanibus terriculamentis perterrefacere ſuos putaretur Dominus. Adeòq; præter potentiam, innuitur etiam in dictis conſtantia, excludens omnem animi levitatem: qvippe ut aliàs Deus conqveritur de Saule, *1. Sam. XV, 11.* verba mea non הֵקִים קוּם

Sſſſ *ſtabili-*

ſtabilivit, h.e. non executioni dedit, qvæ præceperam, idq; vel ſtudiô lucri, vel placendi populo, vel ex mei vilipendiô, &c. ita viciſſim ipſemet ait, ſe *ſtare facere* vel confirmare ſuum verbum, qvando vel promiſſionem vel comminationem ipsô factô adimplet, ut *1. Reg. VI, 12. Jer. XXXIII, 14. (XXXIV, 18.) Eſa. XLIV, 26.* &c. Sanctius ℞ ſtatuere opinatur verbum eſſe militare, qvando ex armamentariis producuntur arma vel tormenta hoſti opponenda; qvâ ratione *Act. VII.* dicitur μὴ στήσεις *ne ſtatuas illis hoc peccatum*, & Devt. XXXII. (ponere debuit *Pſ. L, 21.*) arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. Verùm ibi alia eſt vox, fatente ipſomet Sanctiô אערכה ordinabo: qvapropter in priore noſtrâ perſiſtimus expoſitione. Diverſitas lectionis in voce דבריו annotata à Maſorethis, exigui eſt momenti; ſive enim legamus in plur. ſecundùm conſonantes & ſcriptionem textualē Ketif דְּבָרָיו *verba ipſius*, ſive in ſingulari ſecundùm puncta & lectionem marginalem & Keri, דְּבָרוֹ *verbum ejus*, nihil decedet negotio præſenti.

וְעַל־שֹׁפְטֵינוּ אֲשֶׁר שְׁפָטוּנוּ

Et ſuper principes noſtros, qvi judicarunt nos.) Verbum ſtabilitum deſcribitur porrò à ſubjectis illis, qvibus id deſtinatum fuit, videl. non promiſcuæ ſolùm plebi, indicatæ per voculam עָלֵינוּ *ſuper nos*, verùm etiā magnatibus, qvibus *judicandi* divinitùs conceſſa fuerat autoritas; qvales erant tùm judices illi, qvi Monarchicum Reip. ſtatum anteceſſerant, (nam & illi appellabantur שׁוֹפְטִים *judices, Jud. II, 18. 19. &c.)* tùm qvi à regibus ipſis conſtituti poſtmodùm fuerunt per ſingulas civitates atq; tribus, *2. Paral. XIX, 6. 8. Devt. XIX, 18. &c.* Adeòq; nemo excipere potuit vel prætendere ſuam ſive tenuitatem ſive præeminentiam; qvibuslibet ſine diſcrimine intimaverat Deus ſuam voluntatem tàm benefaciendi, qvàm delinqventes puniendi, modò eandem non ſusq; deq; habuiſſent univerſi. Per Polyptoton verbali nomini ſuum additur verbum, (*ſuper judices, qvi judicarunt,*) qvod ipſum שָׁפַט *judicavit*, non præciſè de ſententiæ dictione, litigantes invicem dirimente, intelligendum eſt; verùm de univerſô Magiſtratûs officiô, qvod ſynecdochicè h. m. innuitur per unicum judicandi actum: vide *Jud. III, 10. c. IV, 4. c. X, 2. 3. Ruth. I, 1. Prov. XXIX, 14. c. XXXI, 9. &c.*

לְהָבִיא עָלֵינוּ רָעָה גְדֹלָה

Ut ſuperinduceret in nos magnum malum.) Memoratis ſubjectis, qvibus verbum illud Dei communicatum fuerat, nunc etiam

verbi

Digitized by Google

verbi objectum vel materia, eôdem comprehenſa exponitur, qvod eſt (γ) *malum ingens ſuperinducendum;* putà non culpæ, ſed pœnæ, qvale erat devaſtatio bellica, libertatis ablatio, Reip. extinctio, in captivitatem abductio, &c. qvod ipſum malum deſcribitur porrò à magnitudine ceu ſeqvitur.

אֲשֶׁר לֹא־נֶעֶשְׂתָה תַּחַת כָּל־הַשָּׁמַיִם כַּאֲשֶׁר נֶעֶשְׂתָה בִּירוּשָׁלָםִ

Qvale nunqvam fuit ſub omni cœlo, ſecundùm qvod factum eſt in Jeruſalem.) En incomparabilem pœnarum gravitatem, usq; adeò, ut nulla provincia, nullumq; regnum ſive Europæum, ſive Aſiaticum, ſive Africanum ſimile poſſit proferre exemplum, ubi poſt tantam dignitatem præviam tàm horrenda invaluiſſet miſeria, qvoad bellum, famem, peſtem, deportationem, &c.

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Veracitas atq; conſtantia Dei omni laude noſtrâ ſuperior: *non eſt enim Deus qvaſi homo, ut mentiatur,* &c. Num. XXIII, 19. 1. Sam. XV, 26. 2. Sam. VII, 28. Rom. II, 29. 2. Tim. II, 13. Pſ. LXXXVII, 11. & LXXXIX, 37.

2. Qvantacunq; etiam principum aut judicum in terris ſit poteſtas, non tamen impedire illa poteſt minarum Dei executionem. Experti idipſum ſunt Achab, Jeſabel, Joram, Achas, Nebucadnezar, Belſazer, &c.

3. Qvo major homini vel urbi aut regioni antehac contigit gratia, eò gravior utplurimum ingratitudinem ſeqvi ſolet vindicta. Comprobat id hodièq; exemplum Judæorum; imò Chriſtiani qvoq; Aſiatici & Orientales, nec non Græcia univerſa, lamentabili ſuô nos excitare poſſunt exemplô, ne & noſtrâ ingratitudine erga verbum revelatum anſam demus ſimili vindictæ.

כַּאֲשֶׁר כָּתוּב בְּתוֹרַת מֹשֶׁה אֵת כָּל־הָרָעָה הַזֹּאת בָּאָה עָלֵינוּ

Sicut ſcriptum eſt in lege Moſis, omne malum hoc venit VERSUS
ſuper nos.) Adhuc infortuniorum præſentium cum minis præceden- XIII.
tibus urgetur congruentia, ita ut nullius vel ſævitiei excedentis, vel infidelitatis incautos obruentis, aut non ſatis præmonentis, ſuſpectus haberi debeat Deus. Notetur, voculam אֵת, qvæ accuſativi aliàs ſolet

eſſe nota, h. l. nominativo præmitti; hujusmodi exempla aliàs obſervantur *1. Sam. XVII, 34. Ez. XXXVI, 27. c. XLIV, 3. Jer. XXXIIX, 4. Cohel. IV, 3.* Imò facit huc obſervatio Lud. de Dieu *ad Act. X, 36.* vocculam אֶת־ in hujusmodi conſtructionibus valere הוּא *hic hæc hoc*; ut *Hagg. II, 5. Zach. VII, 7. c. IIX, 17. 2. Reg. IX, 24.* ita Rabinis freqvens eſt אוֹתוֹ הַדָּבָר *ipſummet hoc verbum* vel *negotium*.

וְלֹא־חִלִּינוּ אֶת־פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ

Et non rogavimus faciem tuam Domine Deus noſter.) Utut Prophetæ nunc totus ferè ſit in exponendis, qvæ premebant, malis, inſpergit tamen, ut ſuprà notavimus, ſubinde peccatorum merentium repetitionem, inter qvæ computabatur meritò turpis precum ac converſionis neglectus. Adhibetur verò verbū חלה qvod in Kal eſt *agrotare*, in Piel autem *lamentabiliter* (ægrorum more) *ingemiſcere conqveri ac rogare*, vultum alicujus ad commiſerationem ac veluti ægritudinem flectere, precibus fatigare; veluti per inductionem hoc probavimus ad *Prov. XIX, 6. multi* יְחַלּוּ *precantur faciem principis.* Proindeq; deteſtanda hæc in malô fuit obfirmatio ac pervicacia, qvâ tot miſeriis flecti tamen haut potuit duriſſima prævaricantium cervix, qvinimò pertinaciter tergum obverterunt Domino, qvævis alia citiùs inveſtigantes opitulationum media, qvàm reconciliationem cum Deô offenſô. Coincidit hoc cum illô Jeremiæ c. V, 3. *percuſſiſti eos, & non doluerunt: conſumſiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam; duriores fuerunt facies eorum petrâ, renuerunt reverti.* it. Amos IV, 6. ſeqq. *dedi vobis munditiem dentium, & non eſtis reverſi ad me: prohibui à vobis imbrem, nec tamen reverſi eſtis ad me: percuſſi vos ariditate & rubigine, &c.*

לָשׁוּב מֵעֲוֹנֵנוּ *Ut reverteremur ab iniqvitatibus noſtris.*

En contumaciæ progreſſum: nimirum proſcripta fuit tùm humilis deprecatio, ut vidimus, tùm cordis à malô averſio, tùm debita ad veritatem revelatam attentio. De verbô שׁוּב *reverti*, copioſiùs agi ſolet in locô de pœnitentiâ vel converſione peccatoris, qvomodo propriè deſignet motum localem, vel mutationem loci prioris; hinc transfertur ad moralem mentis cordisq; humani innovationem, ubi terminus à qvô eſt iniqvitas hactenus probata & exercita; (ſicut & hîc videre eſt,) terminus verò ad qvem eſt Deus; qvomodo hîc etiam è veſtigiô fit mentio veritatis divinæ, ad qvam attendere debuiſſent compuncti. Verùm nihil horum fuit in Iſraëlitis deprehenſum, qvin præfractô

fractô potiùs animô perrexerunt in flagitiis inveteratis , tàm contrà primam, qvàm ſecundam tabulam, indulgendo ſuperſtitioni, idololatriæ, pejerationibus, injuſtitiæ, libidinibus, &c.

וּלְהַשְׂכִּיל בַּאֲמִתֶּךָ׃ *Et cogitaremus veritatem tuam.*

Eſt hæc turpiſſima incuria, qvâ ſusq;deq; habetur divinum verbum revelatum, tàm qvoad credenda , qvàm facienda ac fugienda, tàm qvoad promiſſa, qvàm comminationes, earundemq; adimpletionem. Similem vide ſis negligentiam Job. XXXIV, 27. ubi de impiis, qvòd cunctas Dei vias non הִשְׂכִּילוּ *attendant:* Pſal. CVI, 7. *Patres noſtri in Ægyptô non* הִשְׂכִּילוּ *attenderunt mirabilia tua.* Jer. X, 21. *paſtores obbruteſcentes Deum non qvæſiverunt, ideòq; non* הִשְׂכִּילוּ *intellexerunt, &c.* Confer Devt. XXXII, 29. *utinam ſaperent!* יַשְׂכִּילוּ *intelligerent hoc! attenderent finem ſuum!* שׂכל

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Unum in precibus ac hymnis bis ter aut pluries repeti tautologicum eqvidem cenſetur hominibus profanis & extra periculum conſtitutis, ubi omnia rationis noſtræ regulis ac legibus artis adaptare contendimus, & qvæ huic minùs conveniunt, reſecamus; verùm longè aliter ſentiunt verè contriti, miſeri, imò dulcedine etiam divinâ poſt liberationem perfuſi; ibi namq; id, qvod vel maximè cor occupavit, freqventiùs per os redundare ſolet, *Matth. XII, 34.* uti repetitiones illæ Pſalmorum creberrimæ, Spirituq; plenæ ad oculum evincunt.

2. Unumqvodq; infortunium, ſive publicum ſive domeſticum, excitet nos ad collationem ejusdem cum comminationibus legalibus, adeò, ut excutiamus vitam & noſtram & noſtratium, num vel ingratitudine vel profanatione divini nominis ac irreligioſitate vel pertinaciâ adverſùs parentes ac ſuperiores, vel delictô aliqvô aliô tale qvid provocaverimus, divinamq; veritatem ad executionem ſuarum comminationem velut exſtimulaverimus *Thren. III, 40.* Nihil enim fit fortuitò, Deô non ordinante, *Amos III, 7. Matth. X, 29.*

3. Optimum in morbis miſeriisq; aliis eſt remedium, ante omnia *faciem qværere* precibusq; fatigare *Domini*: Id intermittens reprehenditur puniturq; Aſa, in morbô non Dominum, ſed medicos expetens. *2. Paral. XVI, 12.* ſi nos ipſos judicaremus, non judicaremur à Dominô, *1. Cor. XI, 31.*

4. De converſione à peccatis integrum huc referre poteris aut examinare locum *de pœnitentiâ.*

5. Si qvicqvam mentis noſtræ meretur aciem ſedulamq; ac devotam meditationem, eſt id profectò *divina veritas*, in verbô comprehenſa, ut eandem hîc & nunc ſobriè applicemus, errores mentis corrigamus, conſvetudines moresq; pravos emendemus, &c.

6. Multi afflictionibus non redduntur meliores, ſed pejores atq; duriores, ſicut h. l. Iſraëlitæ: *qvò percutimini ampliùs, augetis apoſtaſiam, Eſa. I, 5.*

VERSUS XIV. וַיִּשְׁקֹד יְהוָה עַל־הָרָעָה וַיְבִיאֶהָ עָלֵינוּ

Et vigilavit Dominus ſuper malitiam & adduxit eam ſuper nos.) Sicut hactenùs aliqvoties Dei & veritas & juſtitia fuêre commendata, ita nunc ejusdem in puniendo etiam affertur *alacritas*, qvippe qvæ juſtitiæ adjunctum eſſe ſolet, qvando judex, inſuper habitis omnibus obſtaculis ac difficultatibus, promtè nihilominùs pergit exeqvi, qvód ſemel juſtè eſt decretum, adeòq; qvò ſomnolentiores ſunt peccatores ad reſipiſcendum atq; emendandum, eò alacriorem ſe judex exhibet ad dignè affligendum, &c. Verbum שָׁקַד *vigilavit*, aliàs ſolet eſſe cuſtodum, urbes, vineas, exercitum aut locos alios ſibi commiſſos indeſinenter obſervantium, *Pſ. CXXVII, 1. Eſr. IIX, 29.* Hinc adhibetur ad indefeſſam in aliqvô negotiô expediundô induſtriam & alacritatem: Vide *Jer. I, 12.* שֹׁקֵד *vigilo ego ad exeqvendum verbum meum* (inſtar מַקֵּל שָׁקֵד *baculi amygdali*, qvæ arbor antevertit reliqvas ſuis floribus, uti h. l. annotavit *R. Saadia.*) c. XXXI, 28. *ſicut vigilavi ſuper ipſis ad evellendum, deſtruendum, ſubvertendum, &c.* c. XLIV, 27. *ecce ego* שֹׁקֵד *vigilo ſuper iis in malum & non in bonum, & abſumetur omnis Judæus*, &c. Unde ſimul colligitur apertè ſatis, minùs convenienter *Vulgatum* hîc poſuiſſe *malitiam*, qvæ communiter in ſenſu morali vitia aliàs deſignare ſolet, cùm tamen h. l. ſermo ſit de malô pœnæ, æqvè ut *v. 12. & 13.* Vide sîs *Jon. III, 10. & Syr. XI, 29.* De *adductione* ejusdem mali itidem jam actum *v. 12.* Confer Thren. I, 14. *vigilavit jugum iniqvitatum mearum.* 2. Pet. II, 3. *qvorum judicium non ceſſat vel pigratur.* Obſervanda hîc ſimul venit populi peccatis ſecurè indormientis negligentia, & Dei tanqvam juſti judicis indefeſſa ad ulciſcendum vigilantia, qvâ nunqvam dormit impiis, ſicut nec aliàs ad defendendum pios dormit unqvam, *Pſ. CXXI.*

Digitized by Google

כִּי צַדִּיק יְהוָה אֱלֹהֵינוּ עַל־כָּל־מַעֲשָׂיו אֲשֶׁר עָשָׂה

Juſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, quæ fecit.) Redit Propheta ad Dei juſtitiam, jam ſuprà commendatam *v. 7.* & qvidem applicatur iſtud attributum *ad cuncta Dei opera*, qvæ tàm ab initiô mundi per ſingulas ætates atq; ſecula, in omnibus orbis partibus ac regnis perpetravit, qvàm etiam ſpecialiter, qvæ hactenùs evenerant in terrâ ſanctâ circa Dei populum, miſerè prorſus perditum atq; in captivitatem abductum. Iterum verbum verbali ſuo jungitur, *(facta, qvæ fecit,)* ut ſuprà v. 12. *judices, qvi judicarunt.* Et qvidem præpoſitio עַל idem eſt ac *in*, ut Pſ. LXXIV, 13. *fregiſti capita draconum* עַל *in aqvis*, Pſ. CXLII, 4. *cùm conturbatus eſt ſpiritus meus* עָלַי *in me*; Vide etiam *Pſ. XLII, 5. 6. Pſ. LV, 11. CVII, 5. Coh. V, 1. cap. VII, 9.* & qvæ annotavit Arnoldus Bootius *animadv. ſacr. p. 128.*

וְלֹא שָׁמַעְנוּ בְּקֹלוֹ׃ *Non enim audivimus vocem ejus.*

Iterum reditur ad obluctationem deteſtandam, qvâ populus ad conciones adeò crebras, ſeveras ac paternas, penitùs tamen obſurduit, ſicut iiſdem verbis expoſitum hoc aliqvoties, *v. 6. 10. & 11.* Similem verſiculi clauſulam vidimus *commate XI.*

Poriſmata ex Verſu XIV.

1. Utut Dei longanimitas ſatis diu differat nonnunqvam pœnas, maturè tamen *vigilantem* ſe oſtendit, poſtqvam tot beneficiis homines facti ſunt *ἀναπολόγητοι*, *Rom. II, 4.*

2. *Vigilantia* Dei torporem & incuriam excutiat judicibus circa plectendos & è terrâ viventium eliminandos prævaricatores, *Pſ. CI, 8.* Imò qvivis privatus *vigilet* circa corrigendos mores proprios, ne expergiſci & vigilare ad id cogatur Dominus, *Pſ. LXXIIX, 65*: qvò diutiùs tu dormis in ſceleribus, nec ſobrius vis reddi (*Eph. V, 14. 2. Timoth. II, 26. Rom. XIII, 11.*) eò graviùs diutiùsq; miſeriarum flagra continuat expergefaciens Deus.

3. Juſtitiam tribuamus Deo non ſolùm in genere, ſed & in iis ipſis, qvibus nos premit infortuniis acerbis; ſicut h. l. *in univerſis ſuis factis* Deus à Daniele *juſtus* prædicatur, id namq; eſt, die Straffe ſeiner Sünde ihm gefallen laſſen/ ſecundùm gloſſam marginalem Lutheri, *Levit. XXVI, 41.* Ita Imperator Mauritius violentam nunc ſubiturus mortem

mortem unà cum ſuis ingeminavit illud Pſalmi CXIX, 137. *juſtus es Domine, & juſta judicia tua!* apud Zonar. *tom. 3. annal. fol. m. 97.*

VERSUS XV. וְעַתָּה אֲדֹנָי אֱלֹהֵינוּ *Et nunc Domine Deus noſter.* Fuit hucusq; peccatorum confeſſio indè à *v. 5.* Accedit nunc Propheta (3) ad pœnarum deprecationem, ita tamen ut, adhuc ſubindè peccati confeſſionem inſpergat, ne vel minima innocentiæ præſumtio ſubnaſci poſſet precantibus. Temporis apponitur mentio, *Et nunc* dum videl. tempus eſt beneplaciti, vel dum maximè urgere videtur neceſſitas, dum promiſſa etiam tua interpellant, &c. *Pſ. LXIX, 14. Pſ. CII, 14. Eſa. IL, 8.* Titulus, qvò denuò compellatur Deus, petitur tùm à dominiô, tùm à divinâ majeſtate, tùm à particulari confœderatione; qvandoqvidem Daniel appellat eundem *Deum noſtrum*, qvi & beneficiis & promiſſis & fiduciâ Iſraëli peculiariter velut proprius erat factus: vide eundem titulum *v. 9.* Simul verò delitéſcit hîc argumentum ab æqvô; qvaſi diceret: Si *Dominorum* eſt, defendere ſuos ſervos ſubditosq; contra injurias aliorum, etiam tu *Domine* defendes nos & exaudies jam oppreſſos ſervos; tuum eſt recordari fœderis contracti & cum majoribus noſtris dudum initi ac confirmati, adeòq; nos tandem aliqvando liberabis reſipiſcentes. Abſolutus es in omnes & omnia *Dominus*, facere *potes*, qvicqvid vis; absq; omni igitur difficultate liberatorem qvoq; noſtrum Te nunc oſtendes. Pertinet huc mentio operis planè admirandi ac notabilis videl. eductionis ex Ægyptô, ut ſeqvitur.

אֲשֶׁר הוֹצֵאתָ אֶת־עַמְּךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם בְּיָד חֲזָקָה

Qvi eduxiſti populum tuum de terrâ Ægypti in manu forti.) Meminit hujusce beneficii præ cunctis cæteris, utpote qvod fundamentum velut erat vel initium Reip. ex gente Iſraëliticâ formandæ, imò qvod plurima complectebatur miracula, omnem naturæ vim longiſſimè excedentia; qvod ipſum pluribus exponunt priora Exodi capita. Imò hoc etiam ſubeſſe artificii obſervavit *Sanctius*, ut cùm aliqvid à Deô poſtulant ſancti, ſimile jam olim ab eodem præſtitū opus commendent, ut *Jer. XXXI, 20 Bar. II, 11.* Utut ergò Moſi, tanqvam anteſignano, id operis tribuerint fortè Ægyptii ac nationes vicinæ, hic tamen id omne uni atq; ſoli tribuitur Deo. Ejus erat *educere*, nimirum tempeſtivè, ſecurè, unâ vice, mirabiliter, hilariter, &c. Educti vocantur *populus ejus*, ob peculiarem, qvam Deus cum Jacobi poſteris inierat confœ-

Digitized by Google

confœderationem, dum eosdem Sacramentô circumciſionis ſibi ſegregaverat è nationibus mundi cæteris, revelatione voluntatis ſuæ tàm legalis qvàm Evangelicæ beaverat, ſtatutis peculiaribus conſtrinxerat, &c. Terminus à qvô eſt *terra Ægypti*, comparata aliàs ob ſervitutem duram fornaci ferri, domui mancipiorum, &c. de qvâ regione, ſi lubet, conſulere poteris Kircheri *tom. 1. Oedipi fol. 2.* Cœleſtini *clavem David. fol. 249.* Bochardi *Phaleg.* alioſq; Geographos. Eductionis modus colligitur è *manu forti*, h.e. ex operandi modô, omnem naturæ vim excedente, & qvam nulla avertere aut inhibere potuit humana manus, poteſtas aut ſagacitas. De manu Dei, è qvâ eripere poteſt nemo, vide *Deut. XXXII, 39.* in qvâ eſt robur & potentia, *1. Paral. XXIX, 12.* qvæ mutare poteſt omnia *Pſ. LXXVII, 11.* Tacitè autem ſimul inferre vult Daniel: qvi tantum robur olim adhibuit ad liberandum ſuum populum ex regnô Ægyptiacô, is nunc qvoq; non denegabit robur ſimile ad liberandum eundem ſuum populum ex regnô Babilonicô, vide ſîs de hâc eductione *Levit. XXII, 33. Pſal. LXXVII, 8. Pſ. LXXXI, 11. Eſa. LXIII, 10. Exod. XXXII, 11. Nehem. I, 10.*

ותעש לך שם כיום הזה

Et feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc.) Erat hocce conſeqvens miraculoſæ liberationis modò dictæ, fama nimirum auguſtiſſima per totum celebrata orbem de hôc opere incomparabili & nunqvam antehâc auditô, deq; Iſraëlis Deô, qvem antehâc ignoraverant regnorum reliqvorum incolæ, variis variorum Numinum idololatriis faſcinati. *Nomen* ponitur pro famâ & celebritate, qvomodo Deus Davidi inqvit 2. Sam. VII, 9. *feci tibi nomen magnum, ſicut eſt nomen magnorum in terrâ:* ita Jer. XXXII, 20. *poſuiſti ſigna & prodigia in terrâ Ægypti, &c. & feciſti tibi nomen, ſicut* (eſt) *hodiernô die, & eduxiſti populum tuum Iſraël è terrâ Ægypti ſignis & prodigiis, & manu forti, & brachiô extentô.* Eadem ferè leguntur qvoq; Nehem. IX, 10. Confer qvoad phraſin *facere ſibi nomen*, pro, famam extendere factis, *2. Sam. IIX, 13. Eſ. LXIII, 12.* Additur adhuc determinatio temporis: *Sicut hodiernô hôc die*, ad exprimendam miraculorum iſtorum & veritatem & ſingularitatem. Qvæ enim ſunt fallacia, illa brevi deteguntur ſpatiô, ſuâq; expirant vanitate; & qvæ intra aliqvot annos aut ſecula ſuam obtinuerunt celebritatem, deprimuntur tamen aut vileſcunt, ſi vel ſimilia eveniant, vel etiam majora. Cùm itaq; eductioni ex Ægyptô

Digitized by Google

nondum ſimile qvid, nedum excellentiùs contigerit per univerſum orbem, ideòq; dicitur hæc fama Dei *hodiernô* adhuc durare *die*. Phraſin hanc ſeu nomen יוֹם dies cum præfixô ſimilitudinis כּ ſi lubet, lege & expende *in Gen. L, 20. Deut. II, 30. c. IV, 20. c. IIX, 18. c. X, 15. c. XXIX, 28.* Iterum illatio hinc poteſt fieri ad negotium præſens: qvi olim famam ſibi adeò nobilem comparavit liberando ſuum populum, is idem deprecanti illi largietur tempore præſenti; at Deus olim famam, &c. E

:חָטָאנוּ רָשָׁעְנוּ *Peccavimus, iniqvitatem fecimus.*

Redeunt jam ſuprà poſita *v. 5.* nimirùm qvia nunqvam ſatis recordamur noſtrorum delictorum atq; ſcelerum, imò qvò fideliùs & ſinceriùs nos vulnera retegimus, eò promtiùs feliciùsq; medelam adhibet ſummus in cœlis medicus. Conf. *Pſal. XXV, 11. CVI, 4. ſeqq.* Evidens ſimul hîc obſervatur exemplum unius ejusdemq; ſignificatûs verbi tàm in Kal רָשָׁעְנוּ qvàm in Hiphil הִרְשַׁעְנוּ iniqvè egimus: vide sîs Glaſs. *L. 3. Philol. ſacra tract. 3. c. 27.*

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Beneficiorum utut antiqviſſimorum, recens tamen apud nos ſemper debet eſſe memoria; ſicut hôc locô eductionis ex Ægyptô.

2. Cùm *Dominum* habeamus bonum, idcircò cum *Ambroſio* ſimus parati eidem, qvandocunq; vult, mori, imò confidamus qvoq; eundem ſuppetias laturum, qvando & ubi fuerit opus. Ita *Ambroſius* moriturus: *non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere: nec mori timeo, qvoniam bonum habemus Dominum.* Vide Baron. *T. 4. annal. nec non vitam Ambroſii.*

3. *Dominium* Dei abſolutum noſtram confirmet fidem de auxiliô, promtitudine, cùm ſuperabundanter facere qveat, qvàm qvæ petimus &c. *Eph. III, 20.* Accedat inſuper memoria fœderis gratuiti in Chriſtô, *1. Pet. III, 21.* qvô factus eſt *Deus noſter*, arctiùs nimirùm qvàm qvô aliàs modô Deus eſt creaturarum reliqvarum omnium, vide *Pſ. XXXIII, 12. & CXLIV, 15.*

4. Sicut redemptio ex captivitate corporali confortavit populum qvoad ſperandam redemtionem ſimilem novam; Ita nos qvoq; confirmet redemtio per Chriſtum ex miſeriâ ſpirituali per paſſionem jam facta, de certò ſubſecuturâ etiam redemtione ultimâ, ac æternâ, adeò ut cum *Paulô* gloriemur, Rom. V, 8. ſeqq. *commendat ſuam erga nos charitatem Deus, eò, qvòd cùm adhuc eſſemus peccatores, &c.*

5. No-

5. Nomen Dei glorioſum tutò in precibus Deo qvoq; obvertimus, ne illud à gentibus contemni patiatur nos deſerendo, *Ex. XXXII, 12. Pſ. CXV, 1.* imò nobismet etiam ipſis ubiq, in noſtris tàm actionibus qvàm paſſionibus in memoriam revocamus, ne illud per nos deturpetur, *1. Cor. X, 31. Rom. II, 24. Pſ. L, 16. ſeqq.*

6. Ubi abundavit peccatum, ibi ſuperabundavit gratia, *Rom. V, 21.* Qvò freqventiores ſumus in delictis noſtris deplorandis atq; accuſandis, eò confidentiores eſſe poſſumus in precibus de impetratâ gratiâ. Exemplum eſſe poteſt publicanus, *Luc. XIIX.*

אֲדֹנָי כְּכָל־צִדְקֹתֶךָ יָשָׁב־נָא אַפְּךָ וַחֲמָתְךָ מֵעִירְךָ יְרוּשָׁלַםִ הַר־קָדְשֶׁךָ

Domine in omnem juſtitiam tuam avertatur obſecro ira tua & furor tuus à civitate tuâ Jeruſalem, & à monte ſanctô tuô.) Verſus XVI. Verius: *Domine ſecundùm omnes juſtitias tuas, &c.* En petitum *primum,* qvod eſt miſeriarum amolitio. Innuitur ea averſione indignationis divinæ: ubi obſervanda (α) avertendum, videl. אַף *ira* & חֵמָה חמה *excandeſcentia* divina; qvæ ipſa diſcerni poſſunt tanqvam minus & majus, ſiqvidem plus eſt incaleſcere totum, (à יָחַם *incaluit,*) qvàm אָנַף *indignari,* ob læſionem omnis generis. Qvanqvam differentia hæc fortaſſe non obtineat ubivis, vide *Prov. XV, 1. 18.* it. *cap. VI, 34.* ubi de voce חֵמָה *excandeſcentiâ.* Per ἀνθρωποπάθειαν verò hujusmodi affectus in ſacris Deo aſcribi, ita ut ab omni imperfectione depurgandi ſint iidem, qvanqvam veriſſimè & infinitâ ratione Deus juſtiſſimus peccato iraſcatur, &c. notatum paſſim à Theologis: v. g. Aretio *Tom. 3. probl. pag. m. 531.* Riveto *in Pſalmos pag. 11.* Voiſin *Theolog. Jud. pag. 243.* Gerh. *Exeg. tom. 1. Locorum pag. 853.* Dorſcheo *part. 1. Theol. Zachar. p. 256.* Vide Maimonidis *L. 1. More nev. cap. 36.* Hîc itaq; Metonymicè ira & indignatio ponuntur pro ſuppliciis, ex irâ juſtâ inflictis. (β) Averſio innuitur verbô שׁוּב *reverti, abire;* è qvô ſanè inferri neqvit vel minima in Deô mutatio, qvippe cujus ne umbra qvidem in ipſô habet locum, *Jac. I, 17.* Verùm mutatio univerſa fit in homine hominisq; ſorte, qvæ diſponente Dominô fit alia ac nova: Conſule *Eſ. XII, 1.* יָשֹׁב *avertitur ira tua, & conſolaris me,* Jer. XXIII, 20. cap. XXX 24. *non revertitur ira Domini, donec fecerit & expediverit cogitata cordis ſui:* Num. XXVI, 4. *ſuſpende eos* (primates) *Domino coram ſole,* וְיָשֹׁב *ut avertatur ardor iræ Domini ab Iſraël, &c.* (γ) Terminus

à qvô averſionis, eſt tùm *Jeruſalem*, appellata *civitas Dei*; (ratione prioris ſcil. ſegregationis ad cultum publicum, ratione gratioſæ inhabitationis, defenſionis, locupletationis, &c. *Pſ. XLVI, 5. XLIIX, 4. 9. Pſ. LXXXVII, 3, Pſ. CI, 8. Eſ. VL. 13. c. LX, 14. Eſr. I, 3. ſeqq.*) tùm *mons ſanctitatis Dei*; h. e. mons Zion, in qvô templum olim extructum, ubi theatrum fuerat divinarum laudum cultûsq; nobiliſſimi, cujus locô nunc ſqvalor merus, ſentes, vulpes, feræq;, locô obambulantium ſacerdotum ululatus locô Muſicæ, &c. Adeòq; titulus hic adhibetur ratione antiqvi juris, non ratione præſentis ſtatûs; ſiqvidem utrumq; tàm urbs, qvàm mons templi, unà cum ædificiis atq; incolis ſuis horribiliter hucusq; indignationem Dei perpeſſa fuerant, adeò, ut non immeritò emerſionem è tot plagis ac deſolationibus exoptet Daniel cum piis reliqvis. Poſſet etiam *mons ſanctitatis* pro ipſâmet accipi urbe Jeruſalem, tanqvam in montanis ſitâ, *Joſ. X, 5. 6. Pſ. LXXXVII, 1. Pſal. CXXV, 2. CXXXIII, 3*, qvô etiam modô mons ſanctus accipitur à nonnullis, *Zach. IIX, 3.* & alibi, idq; eò, qvia deeſt copula inter Jeruſalem & inter montem. Verùm non opus eſt prolixiores nos eſſe ſuper re momenti non adeò magni. Sufficiat, electionem Dei benignam ſemel factam, qvâ hanc civitatem, hunc montē ſibi olim peculiariter adaptaverat, egregium in precibus ſuppeditare argumentū ad continuandum illum inchoatum ſemel favorem. (δ) Cauſa impulſiva averſionis eſt: *omnimoda* vel infinita *Dei juſtitia*: בְּכָל־צִדְקֹתֶיךָ *ſecundùm omnes juſtitias tuas*; h. e. ſicut à mundi primordiis te ſemper erga qvosvis in humanô genere reſipiſcentes exhibuiſti benignum, æqvum ac in promiſſis conſtantem: ita nunc qvoq; ſimilem nobis oſtende benignitatem, iramq; tuam, ſicut paſſim per Moſen Prophetasq; alios promiſiſti, clementer à tuô populô ac terrâ averte. Redit hìc, qvod obſervatum

צדקה: ſuperiùs de uſu vocis צְדָקָה *juſtitia*, eam ſcil. pro *benignitate* qvandoq; uſurpari. Hìc namq;, ſi rigidam attenderimus retributionem, qvâ cuivis ſecundùm ſua rependitur merita, ſanè contra ſemetipſum provocaſſet ulteriùs Daniel vindictam divinam. Ita porrò pro *fide* etiam atq; *in promiſſis veritate* acceptam videbis hanc vocem, Pſ. V, 9. *duc me propter juſtitiam tuam*: Pſ. XXXI, 2. *propter juſtitiam tuam eripe me*; Pſ. LI, 16. *eripe me à ſangvinibus, lingva mea decantabit juſtitiam tuam, &c.* Confer Neh. I, 8. 9. *recordare verbi &c. cùm converſi ad me obſervabitis præcepta mea; ſi depulſi fuerint ex vobis ad extremitatem cœli, &c.* Pſ. CXLIII, 1. *exaudi me propter juſtitiam tuam*. Dum verò pluralis

ralis hîc adhibetur, additâ ſimul univerſalitatis notâ, *(ſecundùm omnes juſtitias tuas,)* haut dubiè infinitum illum gratiæ theſaurum complecti voluit Daniel, ex qvô tot ac tanta profluxerunt beneficia tot hominibus, per tot ſecula, per tot orbis partes, in tot periculis malisq; deſperatis, mirabiliter collata; confer Pſ. CIII, 6. *Dominus facit* צְדָקוֹת *juſtitias & judicia qvibuslibet oppreſſis*, it. *Jud. V, 11. 1. Sam. XII, 7. Mich. VI, 5.* Addi poſſunt, qvæ de uſu numeri pluralis ob excellentiam multiplicem ac incomparabilem attulimus, Prov. I, 20. c. IX, 1. *Sapientiæ cantant, &c.* Patet hinc qvantum à verô ſenſu abeat Vulgata: *In omnem juſtitiam tuam avertatur ira:* haut dubiè pro כ legit ב contra Prophetæ mentem atq; manum. Longiùs adhuc abscedunt LXX. *ἐν πᾶσιν ἡ ἐλεημοσύνη σου, in omnibus miſericordia tua eſt;* qvanqvam in Anglicâ editione recentiſſimâ nunc legatur: *ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου: in omni miſericordiâ tuâ avertatur furor tuus.* Syrus tamen retinuit lectionem כ, reddendo אֵיךְ *ſicut* vel *ſecundùm omnem juſtitiam tuam.* Arabs verò planè aliam facit connexionem h. m. *impiè egimus o Domine in omnes miſerationes tuas: Avertatur jam ira; &c.* Sufficit nobis, interpretes hos juſtitiam de miſerationibus intellexiſſe; qvæ omninò etiam reqviruntur in plurali numerô, ſi ſolida in nobis naſci debet fiducia; ſiqvidem innumera noſtra peccata ſpem in nobis bonam hautqvaqvam admittent, niſi iisdem infinitam qvoq; oppoſuerimus Dei benignitatem.

כִּי בַחֲטָאֵינוּ וּבַעֲוֺנוֹת אֲבוֹתֵינוּ יְרוּשָׁלַםִ וְעַמְּךָ לְחֶרְפָּה לְכָל־סְבִיבוֹתֵינוּ׃

Propter peccata enim noſtra & iniqvitates patrum noſtrorum Jeruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum.) Ut cauſa movens ex parte Dei adducta modò eſt benignitas, ita nunc ex parte hominum ſupplicantium adducitur miſeria; expreſſa voce חֶרְפָּה *ignominia.* Hîc iterum obſervanda (α) ignominiam paſſi, nempe *Jeruſalem & populus Dei,* qvorum utrumq; vocabulum involvit gratiam fœderalem ac beneficia priora. Adeòq; ignominia genti huic illata eventualiter redundat in Deum ipſum, ac ſi hunc ſuum populum ex ignominiâ eripere neqveat, uti hoc olim Deo obvertebat Moſes, *Num. XIV, 15. 16.* Confer *Thren. I, 8. 9. 11. cap. II, 15. ſeqq. c. III, 14. Pſ. XLIV, 14. Pſ. LXXXIX, 42. 51. Pſal. LXXIX, 4.* Qvò major autem antehac fuit utriusq; dignitas, eò gravior nunc eſt חרפה

à qvô averſionis, eſt tùm *Jeruſalem*, appellata *civitas Dei*; (ratione prioris ſcil. ſegregationis ad cultum publicum; ratione gratioſæ inhabitationis, defenſionis, locupletationis, &c. *Pſ. XLVI, 5. XLIIX, 4. 9. Pſ. LXXXVII, 3, Pſ. CI, 8. Eſ. VL. 13. c. LX, 14. Eſr. I, 3. ſeqq.*) tùm *mons ſanctitatis Dei*; h. e. mons Zion, in qvô templum olim extructum, ubi theatrum fuerat divinarum laudum cultûsq; nobiliſſimi, cujus locô nunc ſqvalor merus, ſentes, vulpes, feræq;, locô obambulantium ſacerdotum, ululatus locô Muſicæ, &c. Adeòq; titulus hic adhibetur ratione antiqvi juris, non ratione præſentis ſtatûs; ſiqvidem utrumq; tàm urbs, qvàm mons templi, unà cum ædificiis atq; incolis ſuis horribiliter hucusq; indignationem Dei perpeſſa fuerant, adeò, ut non immeritò emerſionem è tot plagis ac deſolationibus exoptet Daniel cum piis reliqvis. Poſſet etiam *mons ſanctitatis* pro ipſâmet accipi urbe Jeruſalem, tanqvam in montanis ſitâ, *Joſ. X, 5. 6. Pſ. LXXXVII, 1. Pſal. CXXV, 2. CXXXIII, 3.* qvô etiam modò mons ſanctus accipitur à nonnullis, *Zach. IIX, 3.* & alibi, idq; eò, qvia deeſt copula inter Jeruſalem & inter montem. Verùm non opus eſt prolixiores nos eſſe ſuper re momenti non adeò magni. Sufficiat, electionem Dei benignam ſemel factam, qvâ hanc civitatem, hunc montē ſibi olim peculiariter adaptaverat, egregium in precibus ſuppeditare argumentū ad continuandum illum inchoatum ſemel favorem. (δ) Cauſa impulſiva averſionis eſt: *omnimoda* vel infinita *Dei juſtitia*: כְּכָל־צִדְקֹתֶיךָ *ſecundùm omnes juſtitias tuas*; h. e. ſicut à mundi primordiis te ſemper erga qvosvis in humanô genere reſipiſcentes exhibuiſti benignum, æqvum ac in promiſſis conſtantem: ita nunc qvoq; ſimilem nobis oſtende benignitatem, iramq; tuam; ſicut paſſim per Moſen Prophetasq; alios promiſiſti, clementer à tuô populô ac terrâ averte. Redit hîc, qvod obſervatum ſuperiùs de uſu vocis צְדָקָה *juſtitia*, eam ſcil. pro *benignitate* qvandoq; uſurpari. Hîc namq;, ſi rigidam attenderimus retributionem, qvâ cuivis ſecundùm ſua rependitur merita, ſanè contra ſemetipſum provocaſſet ulteriùs Daniel vindictam divinam. Ita porrò pro *fide* etiam atq; *in promiſſis veritate* acceptam videbis hanc vocem, Pſ. V, 9. *duc me propter juſtitiam tuam*: Pſ. XXXI, 2. *propter juſtitiam tuam eripe me*; Pſ. LI, 16. *eripe me à ſangvinibus, lingva mea decantabit juſtitiam tuam, &c.* Confer Neh. I, 8. 9. *recordare verbi &c. cùm converſi ad me obſervabitis præcepta mea, ſi depulſi fuerint ex vobis ad extremitatem cæli, &c.* Pſ. CXLIII, 1. *exaudi me propter juſtitiam tuam.* Dum verò pluralis

צדקות:

Digitized by Google

ralis hîc adhibetur, additâ ſimul univerſalitatis notâ, (*ſecundùm omnes juſtitias tuas,*) haut dubiè infinitum illum gratiæ theſaurum complecti voluit Daniel, ex qvò tot ac tanta profluxerunt beneficia tot hominibus, per tot ſecula, per tot orbis partes, in tot periculis malisq; deſperatis, mirabiliter collata; confer Pſ. CIII, 6. *Dominus facit* צְדָקוֹת *juſtitias & judicia qvibuslibet oppreſſis*, it. *Jud. V, 11. 1. Sam. XII, 7. Mich. VI, 5.* Addi poſſunt, qvæ de uſu numeri pluralis ob excellentiam multiplicem ac incomparabilem attulimus, Prov. I, 20: c. IX, 1. *Sapientiæ cantant, &c.* Patet hinc qvantum à verô ſenſu abeat Vulgata: *In omnem juſtitiam tuam avertatur ira:* haut dubiè pro כ legit ב contra Prophetæ mentem atq; manum. Longiùs adhuc abscedunt LXX. *ἐν πᾶσιν ἡ ἐλεημοσύνη σου in omnibus miſericordia tua eſt;* qvanqvam in Anglicâ editione recentiſſimâ nunc legatur: *ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου: in omni miſericordiâ tuâ avertatur furor tuus.* Syrus tamen retinuit lectionem כ, reddendò אֵיךְ *ſicut* vel *ſecundùm omnem juſtitiam tuam*. Arabs verò planè aliam facit connexionem h. m. *impiè egimus ô Domine in omnes miſerationes tuas: Avertatur jam ira; &c.* Sufficit nobis, interpretes hos juſtitiam de miſerationibus intellexiſſe; qvæ omninò etiam reqviruntur in plurali numerô, ſi ſolida in nobis naſci debet fiducia; ſiqvidem innumera noſtra peccata ſpem in nobis bonam hautqvaqvam admittent, niſi iisdem infinitam qvoq; oppoſuerimus Dei benignitatem.

כִּי בַחֲטָאֵינוּ וּבַעֲוֺנוֹת אֲבֹתֵינוּ יְרוּשָׁלִַם וְעַמְּךָ לְחֶרְפָּה לְכָל־סְבִיבֹתֵינוּ׃

Propter peccata enim noſtra & iniqvitates patrum noſtrorum Jeruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum.) Ut cauſa movens ex parte Dei adducta modò eſt benignitas, ita nunc ex parte hominum ſupplicantium adducitur miſeria; expreſſa voce חֶרְפָּה *ignominia.* Hîc iterum obſervanda (α) ignominiam paſſi, nempe *Jeruſalem & populus Dei*, qvorum utrumq; vocabulum involvit gratiam fœderalem ac beneficia priora. Adeòq; ignominia genti huic illata eventualiter redundat in Deum ipſum, ac ſi hunc ſuum populum ex ignominiâ eripere neqveat, uti hoc olim Deo obvertebat Moſes, *Num. XIV, 15. 16.* Confer *Thren. I, 8. 9. 11. cap. II, 15. ſeqq. c. III, 14. Pſ. XLIV, 14. Pſ. LXXXIX, 42. 51. Pſal. LXXIX, 4.* Qvò major autem antehac fuit utriusq; dignitas, eò gravior nunc eſt חרפה

 ſucce-

ſuccedens deſpectus, ſi (β) expenderimus *ignominiam* ipſam voce חֶרְפָּה expreſſam, qvâ tùm maledicta, tùm malefacta, turpesq; omnis generis geſtus comprehenduntur, qvibus obrui ſolent deturbati à priori honorum faſtigiô. Emphaſin vocis evolutam vide *Prov. VI, 33.* Facilè autem colligitur è collatione præſentis Judæorum inter Chriſtianos ſtatûs, cum ſuperiore illâ inter Babilonios vitâ, qvantis illi ſannis, ſcommatibus, injuriisq; omnis generis fuerint expoſiti, dum nemo libenter cum recutitô converſatur, nemo ejus gerit curam, &c. (γ) Perſonæ ignominiam inferentes vel opprobriorum etiam ſpectatores ſunt, *omnes in circuitô noſtrô*; h. e. non modò victores Chaldæi, verùm nationes etiam circa Palæſtinam cæteræ nobis illudunt, v. g. Syrorum, Arabum, Philiſtæorum, Ægyptiorum, &c. Nomen
סָבִיב סָבִיב *circuitus, ambitus,* qvandoq; naturam induit præpoſitionis *circa,* ut notatum alibi. Adeoq; reddi hîc poteſt: *omnibus circuitibus* vel *vicinitatibus noſtris,* vel *omnibus* (qvi) *circa nos*: res recidit eodem: Vide *Pſ. XXVII, 6. XLIV, 14. LXXIX, 4. Nehem. V, 17. c. VI, 16. Thren. I, 8. cap. II, 15. 16. c. III, 14.* Ingens verò malum æſtimari debet meritò vilipendi inter eos, qvi te antehac formidarunt, modisq; omnibus tuam ambierunt gratiam. (δ) Origo deniq; hujusmet ignominiæ nominatur tùm *peccata noſtra,* tùm *iniqvitates patrum* vel majorum *noſtrorum.* Noluit nimirùm Daniel ſe ſuosq; coætaneos excuſare, culpâ in ſuperiores ſolos rejectâ, ad morem eorum, qvi patres dicebant comedisse omphacem, vel uvas acerbas, filiis verò obſtupefactos eſſe dentes, *Jer. XXXI, 29. 30. Ez. XIIX, 2.* qvin imò ingenuè conjunxit poſteros cum majoribus, utpote, qvi infortuniis vix evaſerant probiores, verùm peccata potiùs peccatis cumulaverant. Diſtinctionem inter חֲטָאִים *peccata,* & עֲוֹנוֹת *iniqvitates,* qværere, ſupervacaneum haut dubiè fuerit, cùm in eôdem lutô hæſiſſe videamus utrosq; delinqventes. Eô ipſô igitur, dum culpam libenter meritoq; in ſe omnē ſuſcipiunt hi deprecantes, tantò major gloria reſultat in Dei bonitatem, ſi gratiam is ſuam ſuperabundare nunc oſtenderit, atq; illos, qvi deſerti erant apud omnes, qvi ludibrio etiam erant qvibusvis incircumciſis, miraculoſè in priſtinam reſtituere voluerit libertatem.

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Deus affectuum in ſe eſt expers, utut propter debilitatem noſtram condeſcendat nobis pueris balbutientibus, iratumq; ſe noſtrô

more

Digitized by Google

more ſiſtat, cùm tamen absq; ullâ perturbatione eſſentia Dei in ſe ſit limpidiſſima ac ſereniſſima.

2. Iram intereà Dei, in plagis acerbiſſimis conſpicuam metuere diſcamus ex aliis, eorumq; ſapiamus exemplô, ne propriô noſtrô jumentô accerſamus nobis malum ſtolidiſſimè.

3. Factus ſemel membrum populi Dei, portionemq; civitatis ejus nactus, ſedulò hanc tueatur dignitatem, ne cum Judæis ſtultâ ſemetipſum ſpe lactet, ac ſi templum Domini disperdi neqveat, *Jer. VII, 4.*

4. Pœnæ peccatis majorum debitæ, non raró in unam coëunt aciem cum peccatis poſterorum, adeòq; liberi patiuntur ob peccata parentum, ipſimet tamen hautqvaqvam innocui. Vide *Exod. XX, 5. Thren. V, 7.*

5. Grande ſupplicium eſt, opprobriis exponi aliorum, dum os contra nos dilatatur, *Pſ. XXXV, 21. 22. Pſ. XXXIIX, 17. 18. Pſ. XLII, 4. 11. Pſ. LXIX, 21.* (opprobrium frangit cor meum) *Pſ. LXXIV, 10. 18. 22. Pſ. CXXIII, 3. 4.* Id qvod ipſimet noſtro obtigit Salvatori *Pſal. XXII, 7. ſeqq. Matth. XXVII, 39.* Vide igitur, ne honore abutaris præſente, ne ignominiam tuapte concilies impietate.

וְעַתָּה שְׁמַע אֱלֹהֵינוּ אֶל־תְּפִלַּת עַבְדְּךָ וְאֶל־תַּחֲנוּנָיו

Nunc ergò exaudi Deus noſter orationem ſervi tui & preces ejus.) Seqvitur jam petitum *ſecundum*, qvod eſt exauditio. Iterum præmittitur adverbium temporis *Et nunc*; rebus ſcil. noſtris adeò miſerè ac deſperatè ſe habentibus, &c. vide ſuprà *v. 15.* Actus deſideratus eſt *auditio*, שְׁמַע *audi*, h. e. percipe benignè, patienter ſeu conſtanter nec non cum effectu. Notum namq; τὸ *audire* tanqvam ſimplex, uſurpari pro compoſitô, qvô Ebræi carent, *exaudire*; veluti id paſſim in Pſalmis obſervatum, v. g. *Pſ. XVII, 6. Pſ. XXVII, 7. Pſ. XXXIX, 2. Pſ. XXX, 11. Pſ. LIV, 4. Pſ. LXIV, 2. &c.* Adeòq; Daniel removere h. m. voluit rigorem Dei debitum, qvô potuiſſet ſupplicantes à facie ſuâ mox depellere, (ceu faciunt erga imorigeros ſubditos ſeveri Magiſtratus,) eosdemve locô gratiæ poſtulatæ gravioribus adhuc ſuppliciis ſubjicere. Auditionis objectum eſt *Oratio* Danielis *ſupplex & deprecatio flebilis*, de qvâ utrâq; ſuprà *v. 3.* Locô pronominis *(meam)* Daniel adhibet periphraſin, *(ſervi tui,)* pro more ſcil. lingvæ ſanctæ, qvæ humilitatis causâ ſic loqvi conſvevit, uti conſtat ex Jud. XV, 18. *dediſti per manum ſervi tui* (h. e. meam) *ſalutem magnam*: 2. Sam. VII, 19. *de domô ſervi*

Versus XVII.

שמע

tui

tui (h.e. meâ;) v. 27. *aurem ſervi tui*, h.e. meam. 1. Reg. IIX, 28. *ad precationem ſervi tui*, h.e. meam, &c.

וְהָאֵר פָּנֶיךָ עַל־מִקְדָּשְׁךָ הַשָּׁמֵם

Et oſtende faciam tuam ſuper ſanctuarium tuum, qvod deſertum eſt.) *Tertium* hoc eſt petitum, intuitus nimirum ſanctuarii gratioſus. Adeòq; ab auribus progreditur Propheta ad oculos vel vultum divinum. *Illuminare autem vultum ſuum* ſuper aliqvem, eſt ſerenis eundem oculis ac fronte intueri, ſtatum ejus accuratè perpendere, eidem abblandiri, hilaremq; reddere ipſo factô. Vide ſis *Prov. XVI, 15.* באור פני *in lumine vultûs regu vita*, h. e. qvando rex ſerenâ facie ac ſine rugatâ fronte aliqvem intuetur, colligi illinc poteſt favor ac propenſio. Ita Pſ. LXVII, 2. *leva ſuper nos lumen vultûs tui*, Pſal. IV, 7. *lucere fac faciem tuam*: it. *Pſ. XXXI, 17. Pſ. LXXX, 4. Pſ. XLII, 6. Num. VI, 25. 26.* Cùm itaq; facies cœli hactenùs nimis diu fuerit nubiloſa atq; tempeſtuoſa, nunc demum Propheta exoptat ſerenitatem priſtinam; & qvidem *ſuper ſanctuarium devaſtatum*, h. e. ſuper templum, in meros cineres redactum, omniq; freqventatione indignum hactenùs habitum, *Conf. c. IIX, 11.* it. *Ezech. XXIII, 38. 39. c. XXIV, 11. XXIIX, 18. Eſa. LXIII, 18. Thren. II, 7. c. I, 10. Amos. VII, 9. Pſal. LXXIV, 7.* Epitheton שָׁמֵם *deſolatum* involvit abſentiam ornatûs priſtini omnimodam, & è diverſô præſentiam ignominioſarum horridarumq; rerum omnis generis. Semel adhuc præſens nominis noſtri forma legitur *Thren. V, 18.* ſuper monte Zion שֶׁשָּׁמֵם *qvi deſolatus, vulpes deambulant in ipſô:* & in fœmininâ formâ itidem ſecundùm maſoram margin. & concordantias ſemel Jer. XII. 11. *luxit contra vel apud me* שְׁמֵמָה *deſolata.* Qvapropter ſicut Deus reſpexit filios Iſraël in Ægyptô, *Exod. II, 25.* dicens: *Videndo vidi afflictionem populi mei* cap. III, 7. ita & hîc orat Daniel, ut ſimilem comprobare velit ſolicitudinem benignam, poſtqvam diu adeò occultaverat faciem, ſurdumq; velut ſe præbuerat.

לְמַעַן אֲדֹנָי׃ *Propter temetipſum.*

Potiùs ſecundùm fontes: *propter Dominum*, videl. Meſſiam, qvi eſt Dominus Davidis & noſter, *Pſal. CX, 1.* Dominus Eliſabethæ, *Luc. I, 43.* Thomæ, *Joh. XX, 28.* imò Dominus abſolutus, *Luc. II, 11.* Dominus dominantium, *Apoc. XVII, 14. cap. XIX, 16.* Dominus tùm ratione creationis, *Joh. I, 3. Col. I, 16. ſeqq.* tùm ratione redemtionis: ſiqvidem *non ſumus noſtri juris, verùm pretioſè emti*, *1. Cor. VI, 19. 20. Act. XX, 28. Tit. II,*

14. 1. Pet.

Digitized by Google

14. *1. Pet. I,18.* tùm ex jure hæreditatis, *Pſ. II,7.8. Ebr. I,2. Joh. XVII,2.* tùm ratione connubii, qvippe ſicut maritus caput atq; Dominus eſt uxoris, ſic ipſe noſtri, *Gen. III,16. Eph. V, 22.25. ſeqq.* Sunt eqvidem è Judæis, v.g. *R. Moſe* citatus ab *AbenEſra*, itemq; *R. Saadia*, exiſtimantes, per Dominum hunc indicari Abrahamum, eò qvòd hic omnium primus Deo hunc dederit titulum אֲדֹנָי *Gen. XV, 8.* verùm indigni hi ſunt refutatione. Vide tamen ſi placet Hornbeckium *contra Judæos p. 392.* ubi plura hujus generis dicta affert atq; vindicat, qvoad pluralitatem perſonarum Deitatis. Et qvanqvam non negemus, qvandoq; nomen ipſum poni locô pronominis primæ vel ſecundæ perſonæ, (v.g. non dabis ſanctum tuum, h.e. me, *Pſ. XVI,10.* fuit inter illos *Daniel*, h.e. ego, *Dan. I,6.* pono *coram Joſuâ*, h.e. corā te, *Zach. III,9.* qvemadmodum præcepit *Dominus Moſi*, h.e. ego tibi, *Num. XXVII,11. &c.*) hîc tamen locum non habet iſta obſervatio, præſertim cùm ex aliis textibus abunde conſtet, nonniſi propter Meſſiam exaudiri apud Deum preces noſtras; Joh. XIV,13. *qvicqvid petieritis in nomine meô*, i.e. *propter me*, &c. Epheſ. III,12. *in Chriſtô habemus acceſſum & confidentiam*: 1. Tim. II,5. *unus eſt mediator Dei & hominum*, Ebr. XIII,15. *per Chriſtum offeramus hoſtiam laudis Deo*, &c. Qvapropter cùm eadem in V. & N. T. fuerit [illegible] divini ſalutisq; impetrandæ ratio, *Act. XV, 11.* idcircò & h.l. propter Filium Dei rogat Daniel, eôdem modô, ut & David Pſ. LXXX,15. [illegible] *vitem tuam* וְעַל בֵּן *idq; propter Filium, qvem roboraſti tibi:* [illegible] ipſe filius dilucidiùs deſcribitur v. 18. *ſit manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, ſuper filium hominis, qvem roboraſti tibi*; qvem ipſum Pſalmi locum de Meſſiâ acceperunt qvoq; *Chaldæus*, וְעַל מַלְכָּא מְשִׁיחָא [illegible] *regem Meſſiam; Auguſtinus, Junius, Belga.* &c. Ita *Pſ. LXXXIV,10.* [illegible] orat Eccleſia: *adſpice ô Deus & intuere faciem Meſſiæ tui.* Ita [illegible] Pſ. LXXII,17. expreſsè habet: *benedicentur propter juſtitiam* [illegible] (Meſſiæ ex v. 1.) *omnes gentes:* adeòq; merita ejus exauditionem [illegible] promoventia evidenter confirmat. Utut igitur *Vulgatus* hîc [illegible] ſit verſionem LXXviralem ἕνεκέν σου κύριε, qvalia etiam habet Arabs, (paulò ſecius *Syrus* מְטוּל שְׁמָךְ מָרְיָא *propter nomen tuum Domine;*) Nos tamen fontibus inhæremus meritò, ita ut [illegible] nitatur dignitate ac meritô ejus Domini, qvi eſt juſtitia noſtra, *Jer. XXIII,5.* qvi cùm idem ſit & invocatus, & is, propter qvem [illegible] petitur, idcircò inferiùs *v. 19.* ne multiplices putentur Domini ac Dii, diſertè ponitur לְמַעַנְךָ אֲדֹנָי *propter teipſum, ô Deus, &c.*

Nomen ponitur loco pronominis.

Digitized by Google

Grotius Judaizans defendit Vulgatam, (*propter temetipſum*) cui opponimus rationes jam adductas, nec non Reformatos alios condatiores. Hackſpanius *in not. h. l. contr. Jud.* argumentum pro divinitate meritisq; Meſſiæ peti ex hôc textu firmum negat, contra Socinianos tamen N. Teſtamentum admittentes, affirmat: qvem vid. *Part.* 875. *ſeqq.*

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Precum exauditio prærequirit precantium [illegible] veram, qvalis h.l. innuitur voce *ſervi*, it. תַּחֲנוּנִים *ſupplica*[illegible] *lis*, &c. Ac proindè miſerè decipiuntur, qvi propriæ confi[illegible] tati vel innocentiæ. Qvanqvam enim ad juſtitiam ſuam [illegible] videamus ſubindè Davidem, Nehemiam atq; alios, fit ta[illegible] relatione ad calumnias obtrectantium, ubi non inficia[illegible] bere poſſe juſtitiam cauſæ, licèt non perſonæ.

2. Ut caligo ac nebuloſa aëris tempeſtas creaturis [illegible] rorem ac ſegnitiem, alacres autem eaſdem facit coeli ſe[illegible] Eccleſiam qvoq; exhilerat unicè, efficaciſſimè ac jucund[illegible] tas divini vultûs, h. e. favor in Chriſtô operoſus.

3. Sanctuarii calamitas plus noſtros percellat [illegible] qvàm rei familiaris anguſtia, aut privatum damnum [illegible] nielem videmus imprimis urſiſſe miſerum templi ſtatum [illegible] vaſtata palatia, hortos, vineas, &c. Vide *Pſ. LXXIV, 2.* [illegible]

4. In Chriſtô ſunt omnes Dei promiſſiones [illegible] 2. *Cor. I, 20.* Neceſſaria proindè cuivis oranti debita medi[illegible] tia. Et qvanqvam textui noſtro videatur contrariari dic[illegible] *Joh. XVI, 24.* ac ſi ſcil. hactenùs non oratum fuiſſet in nom[illegible] aliud tamen eſt loqvi de Apoſtolis adhuc rudibus, aliud [illegible] virisq; ſanctis, qvalis h. l. Daniel; imò aliud eſt orare in [illegible] ſiæ in *Jesu* vel abſtractô, aliud in *[illegible] Jesu* vel relation[illegible] ſonam Jeſu Nazareni, qvòd hic & nullus alius ſit promiſſ[illegible]

הַטֵּה אֱלֹהַי אָזְנְךָ וּשֲׁמָע

VERSUS XIIX. *Inclina Deus meus aurem tuam & audi* [illegible] pheta in rei ejuſdem deſideriô, benevolâ ſcil. preca[illegible] ut eadem & res & verba repetantur ob deſiderii [illegible] tiamq; exprimendam. Utut enim alii frangantur [illegible]

Digitized by Google

te moræ, atq; ex impatientiâ remittantâ devotione, pii tamen nil qvicqvam moram illam curant, ſed auditionem expetunt eò flebiliùs. Vide ſis *de auriuminclinatione*, 2. Reg. XIX, 16. *inclina aurem tuam & audi*, it. *Pſ. XXXI, 3. Pſ. LXXI, 2. Pſ. LXXXVI, 1. Pſ. LXXXIIX, 3. CII, 3. Eſa XXXVI, 17. Prov. IV, 20.* Nimirum, ſicut medicus aurem arrigit ægroto propiùs, qvando præ debilitate non clarè ampliùs poteſt eloqui paſſiones: qvomodo judex carcerem præteriens captiviq; illinc vociferationes aut gemitûs percepturus meliùs, adhibere ad clathra ſolet aurem; ita pii qvoq; ſimilem à Deô expetunt commiſerationis affectum & effectum.

פְּקַח עֵינֶיךָ וּרְאֵה שֹׁמְמֹתֵינוּ

Aperi oculos tuos & vide deſolationem noſtram.) Sicut verſu antecedente uterq; ſenſus, tàm auditus, qvàm viſus connectebantur; ita ſimilem & hîc deprehendimus denuò copulam. *Apertio oculorum* præſupponit qvandam ſive dormitionem, ſive conniventiam, ſive vultûs ad alia magis placentia aut neceſſaria adverſionem, *Job. XXVII, 19. Prov. XX, 13.* Conf. *1. Reg. IIX, 29. 52. 2. Paral. VI, 20. 40. c. VII, 15. Nehem. I, 6. Zach. XII, 4. Pſ. XXXIV, 16.* Nota Maſoretica oſtendit, qvibusdam in codicibus imperativum hunc habuiſſe (ה) Paragogicum, legendumq; eſſe פְּקְחָה aperi: Qvædam verò exemplaria legiſſe ſine illô (ה) parag. פְּקַח ſine ullâ ſignificatûs diſcrepantiâ; objectum cernendum nominatur *deſolationes Iſraëliticæ*: ubi שֹׁמֵמָה ſignificat deſolatam, qvomodo *Eſa. LIV, 1.* dicitur, *plures ſunt filii* שֹׁמֵמָה *deſolatæ*, (ſive ſterilis ac infœcundæ, ſicut paulò antè vocabatur,) *quàm maritatæ*; Thren. I, 13. *dedit* vel fecit *me deſolatam.* In plurali occurrit [illegible] ut hæreditate obtineas hæreditates deſolatas, Ez. XXXVI, 4. [illegible] *Deus torrentibus & vallibus*, לֶחֳרָבוֹת הַשֹּׁמֵמוֹת *deſertis* [illegible] *& urbibus derelictis, &c.* Vide etiam Eſa. IL, 19. & cap. LXI, 4. Haud dubiè igitur reſpectus hîc habetur ad patriam Judæorum undiqvaqve devaſtatam, qvoad urbes, pagos, vineas, agros, hortos, piſcinas: diruta jacebant ædificia tàm publica qvàm privata, ſpinis obſiti horrebant agri, &c. adeò ut ſine commiſeratione vix poſſent conſpici prætereuntibus. Horum ergò intuitu moveri debebat Deus, utpote qvi autor eſt & amator vitæ, ordinis ac ubertatis, cùm è diverſo [illegible] eſſet ſolitudines, ac boni omnis inverſionem, &c.

וְהָעִיר אֲשֶׁר־נִקְרָא שִׁמְךָ עָלֶיהָ

Et civitatem, ſuper qvam invocatum eſt nomen tuum.) A genere procedit ad ſpeciem: & ſicut aliàs copula *Vav* ſolet deſignare id, qvod è genere modò nuncupatô eſt eminentius, (v.g. Joſ.II,1. *inſpicite terram iſtam &* (præcipuè) *Jericho*, 1. Reg. XI,1. *mulieres peregrinas &* (præcipuè) *filiam Pharao*. Oſe. VII,1. *Ephraim & Samaria*. Joël IV,1. *Juda &* (præcipuè) *Jeruſalem*, Pſ. XIIX,1. *è manu inimicorum & Saulis*: 2. Sam. XIX, 9. *inimicorum &* (præſertim) *Philiſtæorum*, &c.) Ita qvoq; h.l. poſt deſolationes præcipuè meminiſſe voluit iſtius urbis, qvæ, qvò majore antehâc gaviſa fuerat dignitate, eò nunc profundiùs jacebat deturbata & extremè horrida; proindeq; tantò magis commiſerante Dei conſpectu, (qvi repetendus eſt ex præced.) indigebat. Dignitas elicitur è titulô, qvòd antehac non tam à rege terreſtri, qvàm ab ipſô cœli terræq; Dominô, peculiariter appellata fuerit *Civitas Domini*, Pſal. III, 2. Pſ. CI,8. &c. id namq; vult phraſis Ebræa, qvâ *vocari ſuper aliqvem* dicitur *ejus nomen*, à qvô is denominatur, v. g. Gen. III, 16. *vocetur nomen meum & nomen patrum meorum* בָּהֶם *de eis, vel ſuper eos*, h.e. appellentur nomine meô aut cenſeantur ad familiam meam pertinere, æqvè ut filii mei, immediatè à me geniti, Ephraim Jacobi, Manaſſe Jacobi (non Joſephi) filius: *Eſa. IV,1.* ubi ſeptem mulieres à virô apprehenſô id ſolum petunt: *Vocetur nomen tuum ſuper nos*, h. e. vocentur tuæ uxores, qvomodo à Cajô vocatur Caja, à Salomone Sulamitis; it. à Publiô ſervus ejusdem Publipor, à Marcô Marcipor, &c. Sic Devt. XXIIX,10. *videbunt omnes populi terræ, qvòd nomen Domini* נִקְרָא עָלֶיךָ *vocatum ſit ſuper te*, (vel, qvod non ſine cauſâ voceris populus Excelſi,) *& timebunt te*: it. *2. Paral. VII, 14. Eſ. LXIII, 19. Jer. XIV, 9. c. XV, 16. Amos IX, 12.* & ſpeciatim de urbe ſanctâ *Jer. XXV, 29.* nec non de templô *cap. VII, 10. c. XXIV, 15. 1. Reg. IIX, 43. 2. Paral. VI, 33.* & de arcâ fœderis, *2. Sam. VI, 2.* Vis inferendi igitur erit h.l. hujusmodi: qvi hoc honoris indulſit olim civitati Jeruſalem, ut pro ſuâ eam agnoſceret, ſanctumq; ſuum nomen illi tanqvam ſuæ, cognominationis, vel diſcriminis cauſâ concederet, is etiam honorem hunc & ſuum & civitatis ſuæ, vel tandem aliqvando curabit ac reſtituet: atqvi tu Domine hoc honoris, &c. E.

præcipuè

כִּי לֹא עַל־צִדְקֹתֵינוּ אֲנַחְנוּ מַפִּילִים תַּחֲנוּנֵינוּ לְפָנֶיךָ

Neq; enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam.) Continuatur adhuc petitum ſecundum atq; tertium

tium, *v. 17.* inſtitutum: & ſicut jam aliqvoties propriæ meminit indi-
gnitatis, ita & hìc ejusdem non tàm Deum qvàm ſe commonefacit de-
nuò, qvò omnis laus in meram Dei tandem redundet gratiam. Habe-
mus itaq; hìc (α) Orantes, *nos*, h. e. non ego ſolus atq; unus Daniel,
verùm unà mecum captivi cæteri, noſtram abnegare hactenus didici-
mus probitatem propriam: & ſicut piorum eſt intercedere pro aliis,
ita abſonum qvoq; non eſt, aliorum in ſuis precibus allegare commer-
cium perloqutiones plurales, utut de uniuscujusq; expreſſò conſen-
ſu non adeò infallibiliter conſtet, neq; etiam expreſſè ab iisdem juſſi
[illegible]s talia ipſorum nomine proferre. (β) Oratio ipſa effertur h. m.
[illegible] facimus deprecationes noſtras, h. e. inſtar libelli ſupplicis hu-
[illegible] pedes tuos deponimus, qvomodo eadem hæc phraſis oc-
[illegible] etiam *Jer. XXXIIX, 26.* מַפִּיל *cadere faciens, vel deponens ſu-*
[illegible]em meam corã rege, ne detruderet me in domum Jochanan, &c.
c. XLII, 9. miſiſtis me ad Deum לְהַפִּיל *ad deponendum deprecationem*
[illegible], coram ipſô; vide ibid. v. 2. & c. XXXVI, 7. תִּפֹּל *cadat qvaſi*
[illegible] noſtra vel locum obtineat *apud te, & intercede pro nobis,*
[illegible] Qvorſum referri poſſunt geſtus ſupplicantium, qvô ad pedes im-
plorati devolvebantur, os ſuum in pulvere ponentes, & de terrâ velu-
ti murmurantes. Confer Eſr. IX, 6. *Deus meus, confundor & erubeſco*
levare faciem meam ad te, &c. qvorſum etiam pertinet publicanus,
[illegible] (γ) Adoratus eſt ipſe Deus, in cujus conſpectu (לְפָנֶיךָ
[illegible] tuâ) liberrimè exponenda ſunt omnia, & qvi accuratiſſi-
[illegible]ecta habet verba noſtra ſingula, *Pſ. CXXXIX, 4.* (δ) Cauſa
[illegible] ponitur tùm κατ' ἄρσιν, *non ob juſtitias noſtras*, tùm κατὰ θέ-
[illegible] miſericordiam tuam, &c. in ſubſeqventibus. Per *juſtitias* intel-
[illegible] omne illud, qvod commendari aliàs tanqvam legi confor-
[illegible] virtuoſum potuiſſet ſive in Daniele, ſive in ipſius coætaneis, ſi-
[illegible] majoribus etiam jam defunctis; qvâ ratione etiam Eſaias in ne-
[illegible] ſimili talibus utitur verbis, c. LXIV, 5. *qvaſi pannus menſtruo-*
[illegible] juſtitiæ noſtræ. Senſus proinde eſt: non ob ullam juſtitiam
[illegible]; imò nec ob easdem univerſas cumulatim ſumtas, petimus
[illegible] verùm, &c. (Vide, ſi lubet Gatakeri *Cinnum p. 339.* ubi obſer-
[illegible] ponit, pluralem etiam diminutionis cauſâ poni, *non ob juſti-*
[illegible] noſtrarum ullam, Eſ. XXVII, 11. *non eſt populus intelligentia-*
[illegible], h. e. nil qvicqvam intelligit, &c.) Et qvanqvam *Jer. LI, 10.* ita
[illegible]vuntur Judæi è Babiloniâ liberati ac reduces; *Produxit Dominus ju-*

Digitized by Google

ſtitias noſtras; venite enarremus in Sion opus Domini, &c. non tamen ibi reſpectus habetur ad Deum, ſed ad hoſtes Babylonicos, qvorum læſio Judæis illata, erat iniqviſſima, & qvorum [illegible] nocentes. Qvicqvid ergò horum fuerit, diſertè [illegible] tam hîc in precibus vult omnem juſtitiam humanam [illegible] tineant ac evehantur *juſtitiæ Dei* jamjam commen[illegible] *ſecundùm omnes juſtitias tuas recedat ira tua*, &c. [illegible] *mine, eſt juſtitia, noſter autem pudor faciei.*

כִּי עַל־רַחֲמֶיךָ הָרַבִּים *Sed in miſerationi*[illegible]

Meminit harum jamjam v. 9. *Domini Dei no*[illegible] *nes & condonationes*. Qvò igitur novô exemplô hæc [illegible] teſcat ac celebretur benignitas commiſerans, & qvidem [illegible] *ta atq; magna*, idcircò intuitu ejusdem petit ſe ac ſuos [illegible] tur autem uſus voculæ כִּי adverſativus, *ſed*, cujus exempla [illegible] v. g. *Pſ. XXXVII, 20. Pſ. XIV, 5. Pſ. XXII, 10. Pſal. X*[illegible] *CXV. 1. Pſ. CXIIX, 17. Cohel. II, 10. cap. VI, 2. c. IX, 11.* [illegible] phaſi caret [illegible] voci רַבִּים præfixum, ob juſtitias [illegible] *gnas atq; multas* imò *maximas*, vid. Buxtorf. *L. 2.* [illegible] *c. 5. reg. 1.*

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Optimum in miſeriis & precibus eſt ſolatium, [illegible] per nos eſſe Dei nomen, vel nos nuncupatos ſemel atq; [illegible] *filios, Dei populum, oves*, &c. id qvod nobis obtigit [illegible] baptiſmali, *Joh. I, 12.* ubi deſiimus eſſe filii iræ ac Diabo[illegible] [illegible]iô Deus ſe paſſus eſt vocari Deum noſtrum, qvomodo [illegible] tur Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Ex qvâ ipſâ qvoq[illegible] ne dependet futura ad gloriam reſuſcitatio, oſtend[illegible] Salvatore, *Matth. XXII, 32.* Ut taceamus privilegia [illegible]

2. Maximum exauditionis obſtaculum eſt pr[illegible] meritorumq; opinio, *Luc. XIIX, 11.* adeoq; ſi meritis [illegible] porale qvidem obtineri poteſt beneficium, v. g. red[illegible] qvomodo ſalus æterna tribui poterit iisdem? vid. [illegible] *de B. O. §. 90.* Impudens proinde os eſt Schoppii [illegible] *indulgent. c. 40.* Danielem qvidem ſatisfeciſſe, ſed pro[illegible] factionem ſibi non attribuere. Veriùs *Auguſtinus* [illegible]

Digitized by Google

Sanctos indignitatem ſuam non ex animi humilitate, ſed ex rei veritate agnoſcere.

3. Fundamentum fiduciæ ac ſpei ſalvificæ immotum, eſt infinitus commiſerationum divinarum theſaurus, vide *Pſ. XXV, 6. Pſ. LI, 3. Pſ. LXIX, 17. & Pſ. CXLIII, 1. 2.*

4. Ineptiæ ſunt meræ, qvando invocatio ſanctorum à Papicolis nonnullis elicitur è dictô, Gen. XLIIX, 16. *invocetur ſuper eos nomen meum;* uſum namq; phraſeos hujus apertè ſatis præter textûs alios oſtendit h. l. noſter Daniel; conſule, ſi lubet, B. Gerhardi *Exegeſin pag. 571. & Confeſſ. Cathol. tom. 3. pag. 598. ſeqq.* Dorſchei *ſcrup. rel. pag. 33. ſeq. & Apol. contra Calix. p. 99.* D. Mülleri *Anti-Janſ. §. 694.* D. [illegible] *tom. 1. Hodom. Papiſt. p. 926. & 1149.* D. Hülſem. *Anti-Hageir. pag. 930. 940. 980. &c.*

5. Utut exempla in ſacris extent ſanctorum ad innocentiam ſuam provocantium, v. g. Pſ. LXXXVI, 2. *ſerva animam meam, qvia ſanctus ſum.* 2. Reg. XX, 3. *recordare, me* (Hiskiam) *ambulaſſe coram te fideliter,* &c. Nehem. V, 19. *recordare mei, Deus mi, in bonum, qvicqvid fecerim erga populum iſtum, &c.* non tamen id factum opinione meriti, ſed vel in relatione ad calumnias adverſantium, vel ad conſcientiæ trepidantis contra Satanæ technas communitionem, 1. Joh. III, 21. vel ad [illegible] ὑποκρίσεως amolitionem &c. Hinc diſertè Nehemias delabitur tandem ad unam Dei gratiam, c. XIII, 22. *etiam hoc recordare mei, Deus mi, & parce mihi pro multitudine benignitatis tuæ.*

אֲדֹנָי שְׁמָעָה אֲדֹנָי סְלָחָה אֲדֹנָי הַקְשִׁיבָה וַעֲשֵׂה אַל־תְּאַחַר

19. *Exaudi Domine, placare Domine, attende (Domine) & fac, ne moreris.)* Clauſulam videmus precum ſatis calidam ac vehementer inſtantem. Et qvidem Anaphora, vel trina nominis *Adonai* repetitio, (ubi tamen Vulgatus malè omiſit tertiam vocem, *Domine,*) nobis Chriſtianis indubium eſt myſterii Trinitatis Symbolum; qvam in rem videri poſſunt, qvæ de trinâ nominis divini in benedictionis Eccleſiaſticæ formulâ repetitione prodidit olim B. Gerhardus *part. 2. diſp. A*[illegible]*pag. 1147. ſeqq.* Qvæ verò de congerie vocum fermè parium, item de repetitione earundem jamjam diximus *v. 17. & 18.* iterare [illegible] opus non habemus. De verbô סָלַח *condonavit*, dictum [illegible] v. 9. Præter auditionem verò petitur ſimul *attentio*, ne obiter [illegible]oriè velut percipere velit ſupplicationis ſuæ contenta atq; argumen- VERSUS XIX. סלח

Digitized by Google

argumenta, ſed cum accuratô examine; qvali voce crebriùs etiam uti conſvevit David in ſuis precibus, *Pſ. V, 3. Pſ. XVII, 1. Pſ. LXI, 2. & CXLII, 7.* Qvæ ipſa nos commonefaciunt vacillantis noſtræ fidei, dum in anguſtiis vix verè credit, Deum noſtri curam gerere conſtanter atq; ſeriam, qvâ de cauſâ etiam toties attentio rogatur. Attentioni inſuper eidem proximè annectitur *τὸ facere* עֲשֵׂה *fac*, videl. illud, qvod facere tu ſolus potes, qvod facturum te promiſiſti, qvod facturum etiam te confidimus indubiè. Hujusmodi namq; amplitudinem ſenſûs infert locutio indefinita vel omiſſio accuſativi, dum negotii nullius faciendi diſertè meminit Propheta, (fac, ne moreris,) & qvidem vi præcedentium verborum deſideratus fuit intuitus devaſtati ſanctuarii atq; civitatis benevolus, v. 17. 18. Qvapropter & hîc omne, qvod intuitum illum comitari aut ſeqvi debebat, *faciendum* rogatur, idq; ſine morâ. Nimirum noverat Propheta, Dei beneficia non raro inhiberi hominum maleficiis vel delictis; idcircò licèt & illô tempore talia exiſterent ſatis multa, nihilominùs petit Daniel gratiæ ſuper delictorum merita triumphum, nec non ſpei nimioperè deficientis inſtaurationem. Sicuti itaq; *Devt. XXIII, 21. & Cohel. V, 3.* homini votum facienti dicitur, אל תאחר *ne tardes reddere illud*, it. Exod. XXII, 29. *plenitudinem tuam & lacrymam tuam* [illegible] תאחר *ne tardes* aut procraſtines; ita viciſſim pii in precibus ſuis ad Deum dicunt, Pſ. XL, 18. & Pſ. LXX, 6. *Deus mi, ne tardaveris:* Confer Habac. II, 3. *ſi moram fecerit* (viſio) *expecta eam, qvia veniendo veniet, & non* יאחר *tardabit*. Et Eſa. XLVI, 13. *ſalus mea non tardabit*. Hîc itaq; ſine dubiô reſpectus fuit habitus ad prædictum à Jeremiâ liberationis Babilonicæ terminum, de qvô *v. 2.* ne eundem protrahere ulteriùs velit Deus, prout meriti qvidem fuerint peccantes Judæi, verùm ut veritatis Propheticæ compleatur robur, ne eandem carpere præſumant gentiles, ſcandalumq; ſimul patiantur Judæi infirmiores.

לְמַעַנְךָ אֱלֹהַי *Propter temetipſum Deus meus.*

Sicut *v. 17.* Deum rogavit Propheta *propter Dominum,* (Meſſiam,) ita hôc locô Deum *propter Deum,* h.e. ſemetipſum vel per propriâ ſanctitatis, benignitatis veritatisq; gloriam compellat, qvomodo *Pſal. LVII, 6. 12.* dicitur, *auxiliare nobis Deus ſalutis noſtræ propter honorem nominis tui, & eripe nos expiationemq; fac de peccatis noſtris propter nomen tuum.* Confer Pſ. LXXIX, 9. 10. 13. Pſ. LXXXIII, 19. Pſ. IC, 3. CXV, 1. *non nobis Domine, ſed nomini tuo da gloriam.*

Digitized by Google

כִּי שִׁמְךָ נִקְרָא עַל עִירְךָ וְעַל עַמֶּךָ׃

Quia nomen tuum invocatum eſt ſuper civitatem (tuam) & ſuper populum tuum.) Etiam hæc ratio jam adhibita fuit *v. 18.* qvæ nihilominùs hic ob valorem ſuum non immeritò repetitur, ita qvidem, ut civitati ſimul adjiciatur *Populus*, videl. Iſraëliticus, qvippe qvem gentes appellare conſveverant *populum Jehovæ*, æqvè ut Epheſii vocati fuêre, *cultores Dianæ*, &c.

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Precum ſeriarum γνώρισμα haut obſcurum eſt, ſi affectus ſubindè incaleſcant magis, adeò ut verborum ornatus aut tautologiæ evitatio non adeò curentur, ſed ſubindè iterentur urgentia, ut h. l. Rhetorica enim cœleſtis non verborum nitorem, ſed cordis reqvirit deſideria. Acceptiſſima eſt hoſtia, ſi nihil ex belluinis vitiis faſtuq; carnali vivum ſuperſit; ſi cor exinanitum fuerit penitùs, ſi detractâ pelle carnalium ornamentorum nuda exponantur cordis deſideria, &c.

2. Non malè opis acceleratio petitur, ubi divina ſubeſt gloria, evidensq; extat promiſſio, ſicut h. l. de ſolvendæ captivitatis periodô. Imò pii gloriam Dei ſui magis appetunt, qvàm ſalutem propriam; idqve non verbis hypocriticis, ſed ſeriò, inſtigante illos intùs Dei Spiritu. Qvi ſuum ſolùm honorem qværit, non verò divinum, vel qvi ſuum primariò, Dei ſecundariò, is confuſioni ſe immergit adhuc altiùs: vita enim noſtra tum demum invenitur, qvando propter Dei honorem amittitur, *Matth. X.*

וְעוֹד אֲנִי מְדַבֵּר וּמִתְפַּלֵּל וּמִתְוַדֶּה חַטָּאתִי וְחַטַּאת עַמִּי יִשְׂרָאֵל

Cùm adhuc loqverer & orarem & confiterer peccata mea & peccata populi mei Iſraël.) Fuit hucusq; *ſecundum* Capitis noſtri membrum, videl. revelationis occaſio vel antecedens tùm vaticinii expenſio, tùm ad Deum precatio: Seqvitur nunc membrum *Tertium*, revelationis videl. internuncius, ubi notanda, (α) Tempus adventûs, qvod erat finis ſeu clauſula effuſarum hactenus precum. *Adhuc enim loqvens, &c.* h. e. nondum plenè concluſeram ſupplicationem hucusqve recenſitam, & ecce, precum finis connectebatur cum revelationis novæ exoptatæ exordiô. Aliqvot autem verbis deſcribitur rurſus ora- VERSUS XX.

Digitized by Google

tio, tùm participiô מְדַבֵּר *loqvens*, qvô ipſô articulatus certorum verborum ſermo innuitur, tùm מִתְפַּלֵּל *orans*, qvô petitio rerum neceſſariarum, tùm מִתְוַדֶּה *confitens*, qvô propriæ indignitatis commemoratio exprimitur, prout jamjam vidimus *v. 4.* Et ne qvis Danielem tanqvam virum pium, ſanctum atq; inculpatum, ab hacce peccatorum labe immunem forte æſtimaret, diſertè hîc meminiſſe voluit etiam *peccati ſui*, videl. tùm connati, tùm actualium, inde à pueritiâ contra primam ac ſecundam tabulam, contra leges tàm morales qvàm ceremoniales, modò per ignorantiam, modò proæreticè commiſſorum.

וּמַפִּיל תְּחִנָּתִי לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהַי עַל־הַר קֹדֶשׁ אֱלֹהָי׃

Et proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei pro monte ſanctô Dei mei.) Etiam hoc ad deſcriptionem precum adhuc pertinet, veluti phraſin hanc vidimus *v. 18.* ita tamen ut ſimul addatur, cujus cauſa vel imprimis inſtiterit tàm flebiliter tantus Propheta, nimirùm עַל *pro* vel *propter montem Dei ſanctum*, h. e. propter locum cultui ſacro deſtinatum, nunc verò nullam ſanctitatis ſpeciem ſuperſtitem habentem. de qvô *monte ſanctitatis* vide v. 16.

Eoriſmata ex Verſu XX.

1. Fluit hinc certa precum humilium ac devotarum exauditio, juxta promiſſum, *Levit. XXVI, 40. Deut. XXX, 1. Jer. XXIV, 12. 1. Reg. IIX, 46. Pſ. L, 15;* adeòq; precum ſimul confirmatur valor, *Jac. V, 16. Eſ. XXX, 19. c. LXV, 24. Pſ. CXLV, 18. 19. Jon. II, 2.*

2. In precibus præter ſermonem mentalem adhiberi etiam poſſe ac debere oralem, docemur hôc *loqvendi* verbô: imò ſocordia, confuſio, frigiditasq; tantò meliùs arcentur, qvantò ſtudioſiùs ſingula perpenduntur verba, qvæ coram tantô rege fundimus.

3. Viri etiam juſtiſſimi, (ut Daniel *Ez. XIV, 14. c. XXIIX, 3.*) excipi à communi peccatorum illuvie neq; volunt neq; poſſunt. *Id qvod* obſervandum contra *Origenem*, qvi perfectionem, qvalis in Adamô ante lapſum, poſſibilem, nec non fomitis peccati extinctionem ſtatuebat, docente Danhauerô *act. 1. Dram. p. 354.* Hujusmodi perfectionem ſeculô XIV. etiam Begvardi ſomniabant, referente Hottingerô *part. 3. hiſtor. Eccl. p. 955. ſeqq.* & ante eos etiam Donatiſtæ ac Pelagiani, qvi contendebant, filios Dei in hâc vitâ perfectos atq; à vitiis im-

mun-

Digitized by Google

munes eſſe debere; qvibus tamen ſæpiùs præſentem noſtrum textum oppoſuit Auguſtinus v.g. *tom, 7. L. 2. contra Epiſtolam Parmeniani, c. 12. & L. 2. contra literas Petiliani c. 105. it. de unitate Eccleſiæ c. 14. de peccat. meritis c. 7.* &c. Parùm cautiores ſunt Pontificii, qvippe qvi magnam à peccatis immunitatem ſuis aſſignant Sanctis, adeò, ut ſecundùm Svarezium, (recenſente Corn. à Lap. *ad Prov. XXIV, 16.*) pii poſſint aliqvô tempore eſſe puri ab omni veniali peccatô; qvod *Soto* reſtringit ad ſpatium dierum; alii ad tres vel qvatuor horas; imò Svarez cenſet, aliqvos valdè perfectos poſſe totâ deinceps vitâ vivere ſine peccatô veniali planè voluntariô, &c. vide ib. de Mariâ Oigniacenſi, de Abbate Pambô, &c. Ita de Ludov. Gonzagâ refert Andr. Pinto Ramirez *[illegible] fol. 503.* nihil in ipſô carnis reſpirâſſe, totum ab hominibus [illegible], in terris adhuc cœleſtium ſpirituum choris viſum commora[illegible] ipſum, ſe inter novem angelorum choros miniſtraturum [illegible] hymnos cantaturum, &c. De Arminianorum ſanctitate ac perfectione qvodammodo poſſibili videatur D. Calovii *Armin. p. 454.*

[illegible] Cuncti hi peccaminoſum confundunt Danielem, qvi propria [illegible] peccata, & qvidem ſeriò, à qvibus tamen ſe immunes hi [illegible] ineptè præſumunt.

[illegible] Nulla proindè ſanctorum ſunt merita, qvippe qvi peccatorum propriorum orare veniam habent opus. *Pſ. XXXII, 6.*

[illegible] Salus Eccleſiæ in precibus noſtris locum obtineat primum, ſic[illegible] *montis ſancti* præcipuè curam geſſit Daniel. Atq; ſic & nos me[illegible] Eccleſiæ per univerſum orbem afflictiſſimæ, tàm ratione [illegible], qvàm hominum, tàm qvoad vim apertam, qvàm ma[illegible] clancularias, &c.

וְעוֹד אֲנִי מְדַבֵּר בַּתְּפִלָּה׃

(*Adhuc me loqvente in oratione.*) Pertinet & hoc ad tempus VERSUS XXI.
[illegible]tionis, nec non precum actum, ita ut denuò repetatur *loqvendi* [illegible] haut dubiè, ad tantò certiùs liqvidiùsq; exprimendum ora[illegible], qvod Dei benignitas qvodammodò neqviverit precum [illegible] clauſulam, ſed angelum miſerit internuncium, precum ſonô [illegible] adhuc durante. Et qvidem verba illa non in literas relata eſſe, [illegible] adjicere forſas voluit Daniel, ſuperveniente ſcil. angelô, no[illegible] *AbenEſra.* De voce תְּפִלָּה *oratio,* dictum eſt *v. 3.*

וְהָאִישׁ גַּבְרִיאֵל *Ecce vir Gabriel.*

Digitized by Google

En (β) Internuncium ipſum, qvi ratione formæ, in qvâ apparuit, appellatur האיש *vir ille*, ratione nominis proprii dictus *Gabriel*, ratione notitiæ jam contractæ, dicitur, qvòd eum *jam viderit*, &c. Viri nomẽ adhibetur non ob diſcrimen ſexûs aut naturam exprimendam, verùm ob apparentiam externam, dum non ſub ſchemate leonis, aqvilæ, pueri aut ſenis, ſed viri, præſentem ſe exhibuit hîc ſpiritus cœleſtis; eâdem ratione ſicut Abrahamo & Lotho hujusmodi apparuerunt viri *Geneſ. XIIX, 2. 16. c. XIX, 5.* (ubi tamen adhibetur nomen אֲנָשִׁים *hominũ*,) ita angelus dicitur pro איש *viro Dei* habitus à Simſonis matre, *Jud. XIII, 6.* Conferetiam *Ezech. IX, 6. Dan. XII, 7. Luc. XXIV, 4. Act. I, 10.* Sine dubio verò ſub habitu hôc indicata fuit virilis prudentia, robur integerrimum, alacritas in expediendo, & qvæ reliqvæ virorum eſſe poſſunt virtutes aut encomia. De Gabriele porrò repetantur dicta *c. IIX, 16.* videri etiam poſſunt, ſi cui vacat, *Corn. à Lap.* ad h. l. ſubtilitates, num Gabriel fuerit ex Hierarchiâ infimâ, & non de Seraphinis, vel num Archangelus fuerit? &c.

אֲשֶׁר רָאִיתִי בֶחָזוֹן בַּתְּחִלָּה

Qvem videram in viſione à principio.) Recordatur hic Propheta lineamentorum, ſtaturæ habitusq; cæteri, in apparente hôc angelô obſervatorum olim ſub regimine Belſazaris, *c. IIX, 16.* Adeòq; ſicut illîc divina ſubfuit veritas, ita & hîc eandem, tùm veritatem, tùm gratiam potuit præſumere, ſibiq; polliceri.

מֻעָף בִּיעָף נֹגֵעַ אֵלַי *Citò volans tetigit me.*

Eſt hic (γ) Internuncii adventus, volatu ſcil. factus, qvi innuitur
מעף participiô Hophal מֻעָף *volare factus* (ab עוּף *volare*,) adeòq; formæ huic virili adjectæ fuerunt alæ; (an binæ, qvatuor, aut ſex, ut *Eſ. VI, 2. Apoc. IV, 8.* non additur,) ad docendum nos de angelicâ in expediendis Dei mandatis celeritate ac diligentiâ promtiſſimâ; qvem in modum etiam Cherubim ſiſtuntur alati; *Exod. XXV, 20. 1. Reg. VI, 24. 27. c. IIX, 6. 7. Ez. X, 5. 16. &c.* Unde Chryſoſtomus *περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου* fieri hoc cenſet per *συγκατάβασιν*, qvia deſcribuntur, non qvales ſunt naturâ, ſed prout faciliùs à ſimplicibus intelliguntur & concipiuntur: it. *alæ ſignificant altitudinem naturæ*; & Gabriel volat, *ut diſcas, eum ex ſuperis ac altiſſimis ſedibus ad homines deſcendiſſe.* Hieronymus *ad cap. VI. Eſ.* alas dicit habere angelos, *propter velocitatem, & celerem in cuncta diſcurſum, ſive qvia ſemper in altioribus commorantur.* Simili modò

alas

Digitized by Google

alas etiam tribui legimus ventis, *Pſal. XIIX, 11. Pſ. CIV, 3.* [illegible] *Pſal. CXXXIX, 9.* &c. ita in Avoth c. 36. ſcribitur: *Tria ſunt Dæmonibus communia cum angelis, quòd alati ſint, quòd præſciant futura, & quòd ab unô mundi extremô ad alterum celeriter ſe transferant.* Illuſtrari hoc poſſet factô Ælii Veri Cæſaris, qui curſoribus ſuis tùm Noti, Boreæ, aliorumque ventorum nomina imponebat, tùm alas etiam apponebat, ut eſt apud *Spartianum.* Meliori hoc qvadrat jure in curſores vel apparitores cœleſtes. De volatu angelicô, vide inſuper *Apoc. IIX, 13. cap. XIV, 6.* Ita de oculis volantibus agit Salomon *Prov. XXIII, 5.* qvô ipſo in textu ſemel adhuc obſervatur forma verbi hujus Hiphil הָתָעִיף *an volare facies oculos tuos, &c.* ſicut & h. l. unicè legitur forma Hophal: *volare factus*, juſſu ſcil. divinô. Præterea verò ad volatûs alacritatem exprimendam additur בִּיעָף *in* vel *cum defatigatione*; id qvod ob feſtinationis additur vehementiam, notante *AbenEſrâ*; qvomodo ſcil. properanter exeqvens mandatum, anhelans & laborante ſpiritu perfert juſſa ad alium. Forma nominis יְעָף (à rad. יָעֵף *defatigatus fuit*,) alibi non extat, legitur tamen adjectivum יָעֵף *laſſus, defatigatus*, Eſa. XL, 29. c. L, 4. adeò ad formam nominis יְקָר *honor*, diceretur etiam *laſſitudo*: qvanqvam radix etiam ſtatui poſſit eadem עוּף *volare*, ad formam nominis יְקוּם *ſubſtantia*, à verbô קוּם *ſtare*: imò verba [illegible] primam radicalem (י) & mediam (ו) qvandoq; invicem commutare ſignificatum, eſt in apricô, e. g. טוֹב & יָטַב *bonum eſſe*, דּוּר & [illegible] *expectare*, פּוּץ & יָצַק *fundere*, &c. qvâ ratione ſenſus h. l. foret: *volare factus cum volatu*, h. e. celerrimè advolans. Ita gaudere gaudio, tremere tremore, clamare clamore, eſt, vehementer gaudere, contremiſcere, vociferari. Syrus reddit פרח מפרח *volavit volatu* [illegible] *volavit & venit*, &c. LXX. nudè reddunt πετόμενος *volans*, [illegible] daher. (*d*) Terminus adventûs elicitur è verbis *tetigit me*: [illegible] innuunt vel attactum manu factum, qvomodo luctator [illegible] femur Jacobi, *Gen. XXXII, 32.* & qvomodo *Dan. X, 10.* Pro- [illegible] ait: *manus* נָגְעָה בִּי *tetigit me* (obſtupefactum ac proſtratum,) נגע
[illegible] *ſimilitudo hominis tetigit labia mea, & operui os meum*; it. 1. Reg. XIX, 7. *angelus* נֹגֵעַ *tetigit ipſum, dixitq; ei, ſurge, ede, &c.* vel ac- [illegible] corporis approximatione factum, ita ut ex aëris ſuperiore vel- [illegible] ad Danielem ſe demiſerit deorſum, eidemq; ſe aſſociaverit [illegible] ferme, ſicut Jer. LI, 9. dicitur, נָגַע אֶל *pertigit ad cælos uſq; judicium* [illegible], Mich. I, 9. עַד נָגַע *pertigit ad portam populi mei uſq; ad Jeru-* [illegible]

ſalem: Exod. XIX, 12. qvisqvis חנגע *tetigerit vel pervenerit* … *tem*, Gen. XX, 6. *non conceſſi tibi* לנגע *ut appropinquares* … III, 6. ויגע *& pertigit verbum hoc ad regem Ninive*. … textibus colligitur, promiſcuè præpoſitiones … hocce uſurpari; hîc verò commodiſſimum videtur … plecti acceptionem de corporis vel perſonæ angelicæ … tione, cùm Gabriel orantem de geniculis Danielem … tangere non habuerit opus; niſi fortè dixeris, manu … ſalutâſſe hunc Dei Prophetam, fermè ſicut Jehu … ſ. m. ſibi tetigerunt mutuò, 2. *Reg*. X, 15. qvanqvam hoc … nonnihil videatur.

כְּעֵת מִנְחַת־־עָרֶב׃ *In tempore ſacrificii veſp*…

Articulatiùs adhuc deſcribitur tempus, qvod gen… poſitum fuerat in antecedentibus, (*dum orarem*,) … rat: *Eô tempore, qvô offerunt Mincha, horâ ſcil. diei profeſti* … AbenEſra hoc cenſet adjectū propterea, *qvòd Propheta* … *junaverit ac fleverit, qvomodo ſcriptum de jejuniis*. Belgæ … ei intelligunt qvadrantem, qvô ſtante templô offerre co… lud ſacrificium. De Minchâ vel *oblatione veſpertinâ* … XVI, 15. *præcepit Rex Achas Sacerdoti, dicendo: ſuper altare* … *cende holocauſtum matutinum & Mincham veſpertinam* … *nus manuum mearum ſit ut Mincha* vel munus *veſpertinum* … *ſedebam ſtupens usq; ad Mincha*, ſeu ſacrificium *veſpertinum* … *Mincha* vel ſacrificiô *veſpertinô ſurrexi de afflictione* … Mincha מִנְחָה (à Rad. inuſ. מָנַח *donavit*, qvæ Arabib… tata eſt; non à נָחָה *duxit*, vel נוח *qvieſcere*, … Grammaticorum,) generatim eſt *donatio*, ſive pro… erat ſacrificium ex rebus inanimatis, & qvidem qv… crudô, ex placentis coctis in furnô, ex frixis in … craticulâ: de cujus ſacrificii reqviſitis & ritibus plura … *revel. arcan. p. 734. 735*. it. Menoch. *Reip. Ebr. l. 2. c.* … ſacrificium per ſe, an alterius additamentum? an … cujus expenſis? qvô locô reſiduum comedendum … Sufficiat nobis hocce ſacrificium unoqvoq; die ma… tum fuiſſe, uti patet ex *Num. IV, 16. cap. XXIIX 3.* … *hem. X, 34. Exod. XXIX, 41.* adeòq; ſicut circa temp… ſuum Elia in Carmel peragebat ſacrificium, 1. …

Digitized by Google

etiam circa Mincham matutinam miraculum aqvæ contingebat tempore Eliſæ, 2. *Reg. III, 16. ſeqq.* ita & hîc notabili revelatione condecoratum fuit idem illud oblationis tempus, à Deô olim conſecratum: fortaſſe, qvia circa veſperam peragenda erat ſuô tempore oblatio Meſſiæ in cruce, de qvâ ſeqvetur: Ita *Ammonius*. Qvoad præfixum (כ) notamus, illud h. l. non ſimilitudinis eſſe, ſed idem valere ac, circa, circiter, ut Gen. XIIX, 10. כָּעֵת חַיָּה *circa hoc tempus vitæ redibo*; Ruth. I, 4. *conſideruntibi* כְּעֶשֶׂר *circiter decem annos.* כ *circa*

Poriſmata ex Verſu XXI.

1. Dilatio auxilii non minuit precum efficaciam; utut enim Daniel antehac pro liberatione populi ex captivitate oraverit ſatis fervidè, non tamen propterea fruſtraneæ fuerunt eæ preces, qvanqvam ad hunc ultimum usqve annum, & ultimam veluti horam veſpertinam dilata fuerit apparitio angelica. Utut ſub ictum ultimum cadat demum arbor aliqvandiu ſecuribus petita, non tamen propterea ictus antecedentes fuerunt ſupervacanei; Conf. *Pſal. LXXVIII, 2. ſeqq.*

2. Grates debemus Deo magnas pro angelorum miniſterio etiam inviſibili: taceo angelorum Eccleſiaſticorum vel miniſtrorum verbi officium ſenſibile.

3. Meminerimus, per qvos anteà profecimus: velut h. l. Daniel prioris per angelum informationis factæ non dememinit. Conf. 2. *Tim. III, 14.*

4. Volatus angelicus nos debitæ admoneat alacritatis & ad obedendum promtitudinis.

5. Fructu non caret ſuô, tempora cultûs publici ſolennia obſervare, etiam ubi a cœtibus publicis excludimur, v. g. ob itinera, carceres, morbos, &c. Sicut h. l. Daniel non oblitus eſt minchæ ſive oblationis veſpertinæ.

וַיָּבֶן וַיְדַבֵּר עִמִּי וַיֹּאמַר

(*Et docuit me & locutus eſt mihi; dixitq;*) Nunc demum (ל) VERS. XXII. incipit officium, angelo divinitùs injunctum, qvod eſt intelligentem facere Prophetam, inq; alloqviô planô at perceptibili. Idem adhibetur hîc verbum, qvod in ſimili adfuit negotiô, *c. IIX, 16.* ubi vox ad Gabrielem: הָבֵן *intelligentem fac*, vel doce hunc viſionem præſentem.

דָּנִיֵּאל עַתָּה יָצָאתִי לְהַשְׂכִּילְךָ בִינָה

(*Daniel, nunc egreſſus ſum, ut docerem te, & intelligeres.*)

Qvartum

Quartum hoc eſt capitis noſtri membrum, revelatio ſcil. ipſa. Pars hujus *prima* eſt Exordium, hôc & ſeq. verſu; *altera* eſt narratio *v. 24. ad fin.* In exordiô profertur (α) legationis angelicæ finis, communicatio ſcil. intelligentiæ. *O Daniel,* (en, perſpecta angelo Prophetæ nomenclatio accuratè:) *nunc exii,* non eqvidem ſeparatione aliqvâ à Dei vultu factâ, (*Matth. XIIX, 10.*) ſed tibi ſolùm appropinqvando viſibiliter, idq; eô fine, *ut intelligere te facerem,* (vide notata de verbô הִשְׂכִּיל *v. 13.*) בִּינָה *intelligentiam,* circa futura ſcil. Dei opera, aliis hactenùs prorſùs incognita, tibi verò in uſum Eccleſiæ nunc detegenda. De voce hâc Ebræâ actum *c. I, 20. & c. IIX, 15.*

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. Intellectûs noſtri illuminatio, ſive fiat per angelum inviſibilem, ſive per viſibilem, ingentis beneficii locô habenda meritò.

2. Sermo eſt medium communicandi arcana ſummeq; ſcitu neceſſaria: qvapropter alacres nos eſſe decet ad audiendum, *Jac. I, 19.* Sicut è diverſô ad colloqvendum, etiam cum vilioribus, (ſicut h. l. angelus non detrectat loqvi cum homuncione:) promtos eſſe decet omnes, qvibus divinitùs collata docendi dexteritas, ne ſint invidi, datâ operâ obſcuri, ambitioſi, difficiles, &c.

3. Egreſſio angelica nos qvidem docet de mutatione τοῦ ποῦ angelici, adeò ut angelus, qvi nunc adeſt in Babel, non poſſit eſſe ſimul eôdẽ momentô Romæ, Epheſi aut alibi; ſed opus habeat *egreſſione;* interim hoc non evincitur, manſionem angelicam, undè egrediuntur, eſſe cœlum empyreum, uti confinxerunt Papicolæ.

בִּתְחִלַּת תַּחֲנוּנֶיךָ יָצָא דָבָר

VERSUS XXIII. *Ab exordiô precum tuarum egreſſus eſt ſermo.)* Nunc porrò (β) de legationis angelicæ origine, qvæ eſt verbum Dei egrediens: Et qvidem בתחלת תחנוניך *in initiô precum tuarum,* hactenùs ſcil. à te fuſarum. De voce תחנונים *preces flebiles,* dictum ſuperiùs v. 3. ubi tamen temporis præcipuè determinatio, non verò precum meritum aut valor in ſe exprimitur, ac ſi priores cunctæ Danielis orationes fuiſſent langvidæ præ his & elumbes; verùm, qvia nunc demum inſtabat tempus, providentiæ divinæ viſum congruum, qvô fieret ſolennis hæcce revelatio, ideòq; dicitur *verbum exiiſſe,* ab ore ſcil. divinô, & qvidem ad Gabrielem angelum, injungens ipſi, qvæ jam ſeqvuntur.

Qvoad

Digitized by Google

Qvoad phraſin confer *Pſ. XIX, 5.* & *Rom. X, 18.* exivit ſonus eorum in omnem terram : it. Eph. IV, 29. *Sermo putridus non egrediatur ex ore veſtrô.* Confer etiam *Eſ. XLV, 23. c. XLIIX, 3. c. LV, 11. Matt. IV, 4. c. XV, 11. 18. Jud. XI, 36. Luc. IV, 22. Jac. III, 10. Num. XXX, 3. cap. XXXII, 24. Deut. IIX, 3. c. XXIII, 23. Jer. XLIV, 17. Eſth. VII, 8.* de edictô principis ſeu de Auguſti mandatô exeunte, vide *Luc. II, 1.* Cui non abſimile eſt adeò verbum hoc compraeſens.

וַאֲנִי בָּאתִי לְהַגִּיד כִּי חֲמוּדוֹת אָתָּה

Ego autem veni, ut indicarem tibi, qvia vir deſideriorum es.) Pertinent & hæc ad legationis finem, qvi eſt confirmatio Danielis in fide, ne ob dilatam hactenus gratiam opinaretur, ſe parum à Deô curari cum ſuis precibus, verùm certò crederet, ſe Deo ſuo eſſe inſigniter gratum & acceptum. Id namq; vult phraſis: *Tu* (es) *deſideria*, h. e. *tu es vir deſideriorum*, ſive deſiderätiſſimus, amabiliſſimus, inſigniter Deo charus: veluti plenè hæc ipſa legitur phraſis, c. X, 11. 19. *Daniel* אִישׁ חֲמֻדוֹת *vir deſideriorum.* Similis fermè locutio de *ſuppellectile deſideriorum*, h. e. concupiſcibili, 2. Paral. XX, 25. *de cibô deſideriorum*, h. e. delicatô ac opiparô, *Dan. X, 3.* ſic agri חֶמֶד *deſiderii*, h. e. amabilis, Eſ. XXXII, 12. *vinea deſiderii*, Amos V, 11. *juvenes deſiderii*, Ez. XXIII. 6. 12. 23. De cæterô ſimilem vocis אִישׁ Ellipſin obſervavimus paſſim in *Proverbiis*, v. g. c. XIII, 6. c. X, 18. c. XXVI, 28. (vir) *labiorum fallacium*, c. XII, 27. (vir) *deſidiæ*, c. XVII, 4. vir *fraudis*, c. XVII, 20. c. XII, 12. Pſ. LV, 21. Pſal. CIX, 2. 4. Pſ. CXX, 7. Atq; ſic etiam [illegible]: *Vir Deo amabilis*; melius ſanè qvàm ſenſu alterô, *deſiderans ſcire ſecreta divina*, vel ſecundùm Cornel. à Lapide, ſummè expetens reſtitutionem populi captivi, nec non deſtructi templi inſtaurationem, qvem ſenſum videtur intendiſſe Syrus רְגִיג אַנְתְּ *qvia cupidus* (es) ubi idem habetur רְגִיג *cupidus*, qvô etiam utitur Syrus Phil. [illegible] *cupio* diſſolvi. LXX. disertè hîc interſerunt nomen ἀνὴρ, (æqvè ac Vulgatus *vir*,) ἐπιθυμιῶν *deſideriorum tu es*: ita & Arabs. Optimè [illegible]*erus*: denn du biſt lieb und werth. Huc illud *Ez. XIV, 14. 20.* de Daniele inter triumviros Deo chariſſimos relatô.

וּבִין בַּדָּבָר וְהָבֵן בַּמַּרְאֶה :

[illegible] : *Tu autem* (ergò, ſecundùm aliqvot exemplaria,) *animadverte ſermonem, & intellige viſionem.)* Nunc demum (γ) ſeqvitur [illegible]tionis reqviſitio expreſſa verbô eôdem, licèt ſub duplici repetitô [illegible]

Digitized by Google

formâ: [Hebrew] namq; & [Hebrew] eſt futurum 1. Hiphil modò ſine, modò cum
[Hebrew] characteriſticâ poſitô, deſcendens à verbô בין intelligere ...
ſignificatu modò tranſitivô, modò intranſitivô, vid. ...
5. 16. 17. 23. 27. c. IX, 2. Objectum verò circa qvod hæc oc...
telligendi induſtria, eſt tùm *verbum hoc*, tùm *viſio hæc*, ...
interpretatione ſuâ propediem inſinuanda. Præfixum V...
lativum habet ſenſum: *idcircò, itaq;*, ut ſuprà *c. III, 2.* ...
annotatum. Generatim verò qvoad reſponſionem ...
ſcrupulus moveri poſſet; qvomodo petitum Danieli...
urbe & reſponſum angeli de mittendô Meſſiâ ac de...
urbe ſanctâ, conveniant? Verùm reſpondet *Pererius*, (1) ...
urbis præcipuè adhæſiſſe exhibitionem Meſſiæ, de qvô ...
c. VII, 13. Ideoq; (2) plus Deus dedit ac revelavit, qvàm ...
tiit. (3) ſub typis ac figuris non rarò digreſſio fit ad anti...
ratum, ut 2. *Sam. VII, 13.* &c.

Poriſmata ex Verſu XXII...

1. Ut ardua eſt tentatio, num apud Deum ſi... ſertim ſi ſigna gratiæ aliqvandiu compareant nulla neq; ... intrinſecùs; ita ingens eſt ſolatium, ſe eſſe *virum* (vel ... *deriorum*, h.e. diligi in Chriſtô, ceu id ex communi ... ad ſe ſpeciatim accommodat Paulus citra angelicam ... *Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, Gal. ... nielem imiteris qvoad humilem peccatorum deploratio... propter Dominum (Meſſiam,) implorationem, ſi aſſ... nis aliisq; pœnitentiæ exercitiis, ſi juſtitiæ ſtudeas in ... ficii, (ut *Dan. c. VI, 4.*) religionis itidem ſervans, ſecurè ... concludere, te gratum eſſe Deo tuo & acceptum.

2. Nullius pretii apud Deum ſunt hominum me... enim in Chriſtô, vel prout fide inſerti ſumus illi, inq... manemus, prout Chriſtum in Baptiſmô induimus, ad... facti per eum, *Joh. I, 12. Gal. III, 26.* interim remunera... gratioſum ac largiſſimum non diffitemur Dominum. ...

3. Hominum odiis atq; ignominiis omnium op... divinus favor atq; æſtimium. Eſto, Danielem à Chald... ſum atq; deſpici, amatur tamen à Deô ſuô atq; angelis, ...

4. Attentione opus in omni verbô divinô, præci...

Digitized by Google

qvod intellectum illuſtrare debet qvoad futura. Si Daniel excitandu fuit, qvantâ nobis opus erit induſtriâ, qvi planè torpemus, appetitu cibi cœleſtis caremus, mentemq; aliis onuſtam curis gerimus.

שָׁבֻעִים שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ עַל עַמְּךָ וְעַל עִיר קָדְשֶׁךָ ·

Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper urbem ſanctam tuam.) Exordiô finitô ſubjungitur jam pars *altera*, narratio ſcil. eventuum futurorũ. Hæc ipſa verò eſt tàm generalis, *v. hôc 24.* qvàm ſpecialis, ſecundùm diſtinctas annorum claſſes, *v. 25. 26. 27.* Habemus itaq; in narratione generali (1.) Temporis ſpeciem, qvæ eſt *hebdomas*, qvâ voce שָׁבוּעַ deſignatur (α) ſpacium ſeptem dierum, qvod inde à creationis opere inter homines obſervatum non ſine cauſâ credimus; unde etiam in *Coſri pag. 26. edit. Buxtorf.* legitur: *An unqvam audiviſti de populô aliqvô, qvi de hebdomadâ diſſentiat, cujus principium ſit à die primô & finis in Sabbathô?* & pag. 89. *poſt ſex dies creationis Adam incepit vocare dies nomine ſuô; & poſtqvam deinceps terra fuiſſet repleta incolis & multiplicata, numerare perrexerunt dies, prout Adam conſtituerat. Unde nulla eſt inter homines diſſenſio de ſeptem diebus ſeptimanæ.* Atq; hujusmodi ſeptimanæ propriè dictæ fiet mentio inferiùs *c. X, 23.* qvando Daniel ait, ſe jejunaſſe tres שבעים ימים *ſeptimanas dierum*, it. feſti שָׁבֻעוֹת *hebdomadum*, Exod. XXXIV, 22. Deut. XVI, 9. 10. 16. Initium hujusmodi ſeptimanæ apud Judæos eſt dies Solis, apud Chriſtianos dies Lunæ, apud Turcas dies Saturni. Deinde (β) datur etiam hebdomas, velut *Raymundus* loqvitur, *ſeptena* annorum ſeptem, *Levit. XXV, 8.* ubi referuntur ſeptimanæ ſeptem, poſt qvas celebrandum erat jubilæum, nempè annô qvinqvageſimô, fermè ut Varro apud *Gellium L. 3. c. 10.* dixit, ſe jam duodecimam annorũ hebdomadam ingreſſum eſſe, &c. qvæ ipſa qvoq; acceptio haut dubiè eſt hujus loci. Nam LXX. ſeptimanæ dierum, qvæ unum conſtituunt annum nondum cum dimidiô totô, nimis ſunt anguſtæ, ſeptimanæ autem jubilæorum aut etiam ſeculorum, qvas nonnulli fingunt hîc Judæi, nimis ſunt extenſæ, imò *modico illi* Prophetico, Hagg. II, 7. nec non eventibus hîc prænunciatis, (ut ſunt devaſtatio templi, abrogatio ſacrificiorum, &c.) prorſus etiam contrariæ. Id qvod qvadrat qvoq; in ſeptimanas decenniorum, hoc eſt annos 4900. qvos commentus eſt *Origenes*, nec omninò repudiat *Euſebius*, vide ſis Galatini *Lib. 4. A. C. V. cap. 14.* Qvapropter remanent

VERSUS XXIV.

ſeptimanæ annorum, qvæ conficiunt annos 490. eosq; haut dubiè ſolares, velut id docet Raymundus, *part. 2. pug. fid. cap. 5.* Polanus *in comment. hujus loci, pag. 810.* Mayerus *de LXX. hebdom. pag. 51.* Graſerus *in ultimis verbis pag. 98.* it. Corn. à Lap. Salmero, Svarez atq; alii. (*Lunaris annus* eſt duratio, qvâ luna duodecies cum Sole congreditur, eſtq; ſolari anguſtior undecim diebus, uti vult h. l. *Polanus* p. 810. ex Scaligeri *L. 1. de emend. temp. Solaris* verò ſive *tropicus* eſt, qvô Sol totum Zodiacum permeat, vid. Tyrin. *Prolegom. Chronol. cap. 5. & 10.* Petit. *obſerv. p. 368.* & Calviſii *Iſag. Chronol. cap. 12.*) Atq; ſic de ſeptimanis annorum etiam *R. Saadia*, *R. Moſe*, *R. Salomon Jarchi*, R. Men. B. Iſraël *term. vitæ p. 168.* R. Abarbinel, R. Jacchiades. Aſſcribo hîc verba *R. Jacobi Abendana* è ſpicilegiô ad R. Salomonem Ben Melech: *hebdomades hæ LXX. ſunt ſeptimanæ annorum qvadringentorum nonaginta, iidemq; ſine dubiô à devaſtatione primi ad devaſtationem templi ſecundi, qvia LXX. anni fuêre captivitatis Babilonicæ, & qvadringenti viginti anni, quibus futura erit domus ſecunda in ſtructurâ ſuâ; atq; ſic majores noſtri expoſuêre in Seder olam.* Vide Galatinum l. 4. *A. C. V. c. 14. f. 159.* it. de hebdmadibus annorum Scaligerum *L. 7. de emend. temp. fol. 314. & L. 5. fol. 204.* Mirum Johannis Jacob Hainlini computum, qvi è 7. hebdomadibus menſem, & è talibus ſeptem menſibus conficit annum, (qvi h. m. 343. dies continet,) refutarunt jamjam Chronologi moderni. De ſeptimanis ſeculorum vel millenariorum, vid. Franzium *de ſacrif. Diſp. X. θ. 83.* (2) Numerus porrò ſeptimanarum eſt *ſeptuaginta*, qvi & ipſe obſervationem meretur ſingularem, ſiqvidem, ut captivitas Babilonica determinata hactenùs fuerat annis ſeptuaginta, ita nunc ſepties ſeptuaginta anni vel ſeptimanæ annorum ſeptuaginta nominantur novæ, intra qvod tempus venturus erat Meſſias, juſtitiam reparaturus, imò & cultum veterem unà cum civitate ac politiâ Judæorum aboliturus; ut ſcirent pii cum Daniele, minimè acqvieſcendum eſſe in inſtante hâc liberatione corporali è Babel urbisq; reparatione, cùm eadem reparatio non ſolùm anguſtiis multis ſit involvenda, *v. 25.* verùm deſtructionem brevi pòſt metuere habeat novam. Proindè ſpes omnis defigenda erat in liberationem Meſſiæ, ut qvæ unicè ſalutaris, perpetua, nunqvam ab hoſte intervertenda, imò, qvi Hieroſolymam inſtauraturus erat cœleſtem, de qvâ *Pſ. XV, 1. Apoc. XXI, 2.* Sicut itaq; ob Sabbatha antehac violata nec non transgreſſiones reliqvas, terra Iſraël ſuum nacta fuerat

Digitized by Google

rat Sabbatiſmum per 70. annos captivitatis, *2. Par. XXXVI, 21.* ita nunc decem dicuntur ſucceſſuri anni jubilæi novi, (490. ſc. ann. ſeu ſeptimanæ annorum ſeptuaginta,) ubi libertate qvalicunq; & qviete gaviſuri ſint Iſraëlitæ hactenùs exules, qvos annos Jubilæus excipiet ſub Meſſiâ verus ac perennis, *Eſ. LXI, 2.* Alia ſcrupuloſa de numerô hôc LXX. ſuppeditabit Bungus *de numer. myſt.* adde Capelli *Chron. Sac.* (*appar. Bibl. Angl. f. 24.*) qvi primam ἑπτηκοντάδα obſervat annorum captivitatis Babilonicæ; 2. Septuaginta rurſus ponit annos à ſolutâ captivitate ad mandatum Artaxerxis Longimani de reſtaurandis Hieroſolymis; 3. Septuaginta hebdomadas annorum præſentes ad Chriſti mortem; 4. à Chriſti nativitate ad everſionem urbis. Imò hæ ipſæ LXX. hebdomadæ *Calendarium aliqvod* eſſe debebant *provinciale*, (ut loqvitur Joſephus Medus *de Apoſt. ult. temp. pag. 124.*) *illud complectens tempus, qvô cultus legalis atq; Reſpubl. Judaica durare debuit, indè à reſtauratione templi usq; ad finalem ejus deſtructionem*, &c. Qvâ de causâ etiam, ut idem ſubjungit autor, *ultimum tempus* appellatum poſtea fuit illud, qvod ſub finem LXX. harum ſeptimanarum ſecutum eſt, *Matth. XXIV, 11. 1. Joh. II, 18. 1. Pet. IV, 7.* Adde Graſeri obſervat. *in ultimis verbis pag. 104.* ubi qvingentorum aut circiter annorum numerum vel periodum populo Dei ſub utrôq; fœdere fatalem ferè fuiſſe ſcribit, v. g. circa eductionem ex Ægyptô, mutationem regiminis Ariſtocratici in Monarchicum. (3) Poſt numerum ſeqvitur numeri determinatio vel decretum, in voce נֶחְתַּךְ *deciſum eſt;* qvæ ipſa forma Niphal eſt à חָתַךְ *decidit*, nec uſpiam alibi in ſacris occurrit, æqvè ut nec ullum aliud vocabulum indè deductum. In uſu tamen eſt hocce verbum apud Chaldæos, idemq; valet ac *ſcindere, de-in-ex-cidere*, v. g. Eſth. IV, 5. juxta edictum oris ejus מִתְחַתְּכִין *deciſa erant negotia regni*: indè חִתּוּכִין *partes, portiones.* Confertur à nonnullis cum Ebræô גָּרַע *ſuccidit*, ab Avenariô cum נָתַךְ *liqvavit*, ut ſit idem ac, *liqvidò pronunciavit.* R. Nathan. in concord. exponit de גזרה *deciſione;* Sic & R. Salomon *in Obel moëd*, & Kimchi *in librô radicum*, ut & *Aben-Eſra.* Sufficiat, exactam hîc deſcribi deciſionem certi annorum numeri, qvalem haut dubiè indicare etiam voluerunt LXX. ſuô συνετμήθησαν. Syrus habet נִתְתַּבְּרוּן *morabuntur* & qvaſi *qvieſcent;* qvod non adeò qvadrare videtur cum ſignificatu communiter receptô. Qvoad conſtructionem verbi ſingularis cum nomine plurali, (*ſeptimana deciſa eſt,*) notamus enallagen, non ſine emphaſi adhibitam, qvaſi diceret, חתך

ceret,

ceret, unaqvæq; hebdomadum peculiari Dei conſiliô ſuis applicata eſt eventis futuris, adeò ut univerſæ hæ ſeptimanæ apud Deum providiſſimum rationem videantur habere unius ſeptimanæ, qvomodo aliàs apud Deum diei unius rationem habent mille annorum, *Pſ. XC, 4.* Non tamen negamus, alia qvoq; reperiri exempla absq; hujusmodi emphaſi, v. g. hi ſunt filii Jacob, qvi יֻלַּד *natus eſt*, pro, qvi editi ſunt, *Geneſ. XXXV, 26.* & qvæ alia afferuntur plura à Glaſſiô *L. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 52.* ubi addere poteris Wyſſii *Dialect. p. 208.* it. Gatack. *Cinnum pag. 341.* Non verò opus habemus, ſolicitè de Vulgati mente disqvirere, qvid ſit *abbreviatæ ſunt*, an inde elici debeant anni lunares tanqvam ſolaribus breviores, ut ſuprà meminimus, &c. (qvâ in ſententiâ fuere *Africanus* apud Hieronymum, *Theodoretus, Albertus, Dionyſius Carthuſianus, Beda, Rupertus, Pererius, p. 731. Torniellus, Salianus, Gordonus, L'Empereur* pag. 198. &c.) videat qvi vult Raymundum *part. 2. pug. fid. cap. 3.* Haut dubiè fluxit hæc verſio è LXX. *συνετμήθησαν, conciſæ & in unam ſummam contractæ ſunt*, qvod ipſum in commodum pertrahitur ſenſum à *Corn. à Lapide* h. m. *pauca ſeptimanæ definitæ ſunt usq; ad Chriſtum, cùm Deus longè plures potuiſſet ſtatuere.* Satis obſcurè *Dietenbergius*: Siebentzig gekürtzte Wochen ſind beſtimmt Mogunt. Siebentzig Wochen ſind abgekürtzt über d. v. Meliùs *Münſterus*, determinatæ ſunt, *Vatablus & Junius*, deciſæ ſunt, *Lutherus*, ſind beſtimbt/ qvam ipſam vocem retinuerunt qvoq; *Piſcator, Tigurini & Belgæ*, eſtq; ipſa velut ſenatoria, qvando collectis votis vel ſuffragiis (durch Stimmen) aliqvid decretum eſt. Unde ſimul colligimus *tùm* decernentem Deum, *tùm* deciſionis indeterminationem vel abſolutam poſitionem, cum à nullâ ſuſpendatur conditione, ſive probitatis ſive improbitatis Iſraëliticæ, *tùm* certos deciſi temporis terminos; de qvibus ultimis nimium qvantum diſceptatur inter autores, tàm veteres qvàm modernos. *Hieronymus* pluribus recenſet mentem Africani, Euſebii, Pamphili, Hippolyti, Apollinarii Laodiceni, Clementis Alexandrini, Origenis, Tertulliani & Ebræorum, cum hâc tamen proteſtatione: *periculoſum eſt, de magiſtrorum Eccleſiæ judicare ſententiis, & alterum præferre alteri: Dicam, qvid unusqvisq; ſenſerit, lectoris arbitrio relinqvens, cujus expoſitionem ſeqvi debeat.* Nos inferiùs *v. 25.* hâc de terminorum conſtitutione agemus, qvantum Deus concedet vires, eâdem tamen uſuri modeſtiâ, qvâ vidimus modò gaviſum Hieronymum. Qvi vult, conſulere poterit Graſeri *ultima verba p. 96. ſeqq.*

qvi

Digitized by Google

qvi prolixiſſimus eſt de hâc hebdomadum abbreviatione. (4) *Subjectum*, cujus reſpectu tempus hoc determinatum fuit, eſt *partim* populus Danielis, *partim* civitas ipſius ſancta. Notandum verò angelum Danielis verba velut invertere, ita, ut cùm Daniel dixiſſet *v.15.16.19.* ad Deum: *eduxiſti populum tuum*, &c. nunc angelus hanc Danielis phraſeologiam immutat, appellando non populum Dei, ſed populum Danielis, *(deciſæ ſunt ſuper populum tuum:)* ſic cùm Daniel dixiſſet Deo v. 16. *diſcedat ira tua ab urbe tuâ & à monte tuô ſanctô*, nunc angelus ad Danielem retinet hujusmodi loqvendi modum: *ſuper urbem ſanctitatis tuam.* Qvod ipſum qvodammodò convenit cum illô Dei ſermone ad Moſen Exod. XXXII, 7. *populus tuus*, (non ampliùs aut in hôc ſaltem punctô meus,) *corrupit*, &c. Adeòq; Tertullianus *contra Judæos*, Euſebius *L. 8. demonſtr: Evang.* Theodoretus & Hieronymus hinc colligunt: divinam indignationem, qvòd Iſraëlitæ Danielis tempore indigni adhuc fuerint tàm ſplendidâ denominatione à Deô deductâ ac ſolùm Danielis appellentur populus, &c. Qvanqvam id approbare non audeat *Sanctius*, cùm Deus ſuam jam remiſerit iram, novamq; nunc polliceatur gratiam, &c, adeòq; amoris in Danielem cauſâ ita loqvi opinatur angelum. Danielis interim populus appellatur non ratione dominii aut jurisdictionis, ſed ratione communis tùm ſangvinis, aut ſtemmatis, tùm cultûs vel religionis, ſiqvidem Daniel & Iſraëlitæ unum conſtituebant corpus ſpirituale. Deinde affixum in voce קדשך reddendum eſt in accuſativô, *ſuper civitatem ſanctitatis tuam*, h. e. ſuper civitatem tuam ſanctam: qvantum enim abſurdum emergat, ſi reddatur *ſuper civitatem ſanctitatis tuæ*, nemo non videt: qvid enim aut qvalis eſt ſanctitas Danielis, ut illinc denominationem capiat Jeruſalem? plura de hôc idiotiſmô, ubi nomini poſteriori additum affixum, pertinet ad nomen prius, vide Glaſs. *Phil. ſacra L. 3. tract. 3. can. 8. §. 2.* Flacius *part. 2. clavis tt. 3.* Arnold. Boot. *L. 4. animadverſ. c. 2. §. 12.* Gadaker. *de ſtylo N. T. p. 103.* Civitas ſancta ſimul vocatur ea, qvæ talis antehac fuerat, licèt nunc, cùm angelus hæc proferret, eſſet devaſtata; imò qvæ talis etiam denuò futura erat ob cultum ſcil. divinum; vide *Pſ. XLIIX, 2. Nehem. XI, 1. 18. Eſa. XLIIX, 2. c. LII, 1. Matth. IV, 5. c. XXVII, 53. Jer. XXXI, 40.* Atq; hæc ipſa ſanctitas non erat inhærens, nec in ſanctitate civium fundata; ſed relativa, ob præſentiam divinam, &c. *Eſa. II, 3.* Confer Spanhemii *part. 3. dubiorum Evangel. dub. 60. pag. 266.* Proindè cùm Daniel qvàm maximè fuerit ſollicitus de ſuis

conter-

conterraneis, nec non de ſanctuariô, idcircò angelus reſponſum eidem refert de his ipſis, qvid ſperare habeat impoſterum de utroq; habitaturumq; illic eſſe Danielis populum, item, qvàm diu hæc duratura ſit Respubl. donec vaſtatio ſubſeqvatur totalis, exhibitô tamen ante eandem priùs Meſſiâ, &c.

לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְחָתֵם חַטָּאוֹת וּלְכַפֵּר עָוֺן

Ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniqvitas.) Seqvuntur (5) Eventus intra determinatum ſpatium ſperandi, qvi ſolatium ſimul præbere debebant contra inſtantem denuò abolitionem Reipubl. Judaicæ, it. qvi precibus Danielis pro delictorum veniâ conceptis, *v. 5. & 19.* reſpondere poterant, videl. *tùm* qvoad mali exterminationem, *tùm* qvoad boni adductionem, vel tàm qvoad bona privativa qvàm poſitiva. Et qvidem qvoad mala eliminanda mentio fit (α) הַפֶּשַׁע *prævaricationis*, qvæ eſt gravior à Dominô ſupremô defectio, eaq; malitioſa, pertinax, horrenda; qvomodo jam vidimus c. IIX, 13. *qvousq; viſio hæc circa ſacrificium juge, & circa* הַפֶּשַׁע *prævaricationem devaſtantem?* & v. 12. *exercitus traditus eſt unà cum jugi ſacrificiô* בְּפָשַׁע *ob prævaricationem. AbenEſra* deſcribit; qvando qvis egreditur vel eximit ſeſe è poteſtate Magiſtratûs, illiq; ſe opponit, *ut 2. Reg. III, 7. 1. Reg. XII, 19. &c.* Qvoad hancce prævaricationem præmittitur cohibitio; לְכַלֵּא *ad cohibendum.*
Radix כָּלָא idem eſt ac, *cohibuit, clauſit*, (unde etiam כֶּלֶא *carcer*)
כלא qvomodo *Pſ. CXIX, 101.* dicitur *ab omni ſemitâ malâ* כָּלָאתִי *cohibui pedem meum*, 1. Sam. XXV, 33. *beata tu* (Abigail) *quæ* כְּלִתִנִי *cohibuiſti me, ne ſangvinem funderem, &c.* Cohel. IIX, 8. *nemo potens eſt* לִכְלוֹא *ad cohibendum ventum.* Gen. IIX, 2. וַיִּכָּלֵא *& cohibitus fuit imber*, &c. Huic ſignificatui ſi inhæſerimus, prævaricatio comparabitur monſtro alicui horrendo, indomito ac ſævienti, qvod includendum erit ac *cohibendum* à Meſſiâ, ne ulteriùs ſuas continuet violentias in miſerâ Iſraëlis aut omnium hominum gente, eandemq; penitùs peſſundando, malisq; tàm culpæ qvàm pœnæ, tùm temporalis tùm æternæ involvendo; vel cohercebitur peccatum, ne nos reſipiſcentes inqve Meſſiam credentes, accuſare coram Deô pergat. Hoc Scriptura aliàs vocat peccatum *poſt tergum abjicere, vel in profundum maris demergere, Mich. VII, 19. Eſ. XXXIIX, 17. Pſ. XXXII, 1. 2. Pſ. LI, 11.* Hinc Lutherus & Tigurini: der Sünde wird gewehret werden: *Belga*, om de O-

vertre-

Digitized by Google

vertretinge te ſluyten; Sic & *Piſcator*, daß er verſchlieſſe. *Dietenb.* wird ein Ende nehmen. *Mogunt.* damit die Vbertretung auffhöre. Verùm cùm non rarò verba finita לה & לא ſuas commutent ſignificationes, ita & h.l. *R. Salomon Ben Melech* annotat, א poſitum loco ה, adeoq; radix foret כָּלָה *conſumſit, finivit;* id qvod inde etiam qvodammodo confirmatur, qvod כָּלָא in Piel nuſpiam occurrat in ſacris, ſed ſolùm in Kal & Niphal; verùm כִּלָּה adhibetur crebriùs v. g. de conſummatione colloqvii, *Gen. XIIX, 33.* cùm כִּלָּה *abſolviſſet loqvi cum Abrahamô*: de conſummatione iræ, *Thren. IV, 1.* Sic *Gen. XLI, 30.* וְכִלָּה *& abſumſit fames terram;* Joſ. XXIV, 20. *malefaciet vobis* וכלה *& abſumet vos,* Eſ. XXVII, 10. *ibi paſcet vitulos & וכלה abſumet ramos ejus.* 2. Sam. XXI, 5. *vir, qvi* כִּלָּנוּ *abſumſit nos.* Confer *Thren. II, 22. Oſ. XI, 6. Zach. V, 4. Jer. V, 3. Eſ. XLIX, 4.* (fruſtra כֹּחִי כִּלֵּיתִי *abſumſi vires meas*) *Ez. VI, 12. c. VII, 8. c. XIII, 15. c. XX, 8. 21.* (*conſummabo iram meam*) *Exod. XXXIII, 4.* E qvibus locis patet, conſummationem prævaricationis non inferre finem peccandi talem, ut nulla ampliùs in orbe poſt illud tempus à qvôqvam admittatur transgreſſio, qvomodo conſummatô ſermone ſermo nullus auditur ampliùs; &c. Verùm ejusmodi relativa deſignatur abrogatio, ut ratione reatûs ſui peccatum nocere porrò neqveat, qvomodo v. g. *conſumti* vel interfecti hoſtes nocere neqveunt ampliùs, utut ipſorum ſuperſint poſt cladem & cadavera & animæ: ita licet ex factô fieri neqveat infectum, utut prævaricatio in ſe ſemper ſit ac maneat maledicta, ratione reatûs tamen abſumitur, ne prævaricantis perſonæ poſthac noceat eamq; damnet. Idem fermè videbimus paulò poſt in voce לְכַפֵּר *ad expiandum.* Faciunt cum expoſitione hâc LXX. συντελεσθῆναι, *Aqvila,* τελέσαι, Syrus לְמַשְׁלָמוּ *ad conſummandum,* ita & Arabs: *ut abſumantur.* Flaminius annotat, in qvibusdam exemplaribus & apud *Theodôretum* antecedere τοῦ παλαιωθῆναι τὸ παράπτωμα, καὶ, &c. *ut antiqvaretur delictum.* Qvæ verſio videtur manaſſe è verbô בָּלָה *inveteratus fuit.* R. Salomon hanc prævaricationis conſummationem intelligit de luitione ſcelerum plenariâ per captivitatem Romanam, qvam excipiet reſtitutio juſtitiæ antiqvæ, nec non unctio arcæ, altaris cæteræq; ſuppellectilis ſacræ, eventuræ operâ regis Meſſiæ: Conf. Thren. IV, 22. תַּם עֲוֹנֵךְ *completa eſt iniqvitas tua.* Verùm qvid de plenariâ hujusmodi ſatisfactione humanâ ſentiendum ſit, nôrunt etiam per Dei gratiam tirones: imò experientia opinionem hanc confutat

Digitized by Google

ſatis. Vide Graſerum ſuperiùs laudatum pag. 141. Alii *conſummationem prævaricationis* cum Chryſoſtomô, Theodoretô & Euſebiô malunt accipere de impletione menſuræ peccatorum per abominabilem ſcil. Meſſiæ interfectionem: (*Confer Matth. XXIII, 32. Gen. XV, 16*) Verùm alium hîc eſſe ſcopum, docet peccati expiatio; qvæ ſeqvitur. Plura contra Judaicam textûs hujus depravationem ſuppeditabit D. Müllerus *Judaiſm. pag. 323. 338.* & Graſerus *alt. verb. p. 116.* qvi & faſtigium prævaricationis Judaicæ, & peccati ablationem connectit. Porrò (β) producuntur etiam חַטָּאוֹת *peccata*, h. e. omnis generis aberrationes à normâ legis, ſive voluntariæ ſive involuntariæ, ſive committendo, ſive omittendo, corde, ore, geſtibus, aut opere ipſô, contra proximum, aut peccantem ipſum admiſſæ; vid. *v. 20.* ubi Daniel *ſe peccatum ſuum & peccatum populi ſui* confeſſum fuiſſe ſcribit. De hiſce verò peccatis adhibetur verbum variantis lectionis, dum nonnulla exemplaria legunt per ח, ut Radix ſit חָתַם *obſignavit*, qvæ infrà occurret c. XII, 4. *obſigna verba hæc, &c.* alii verò codices referunt per ת locô ח, qvorſum etiam collimant puncta in textu (ֵ) & (ָ) לְהָתֵם *ad abſolvendum*, (priori enim modô legendum eſt לַחְתֹּם), adeòq; radix conſtituenda תָּמַם *conſummavit*, *abſolvit*, cujus infinitum in Hiphil ejuſdem planè formæ habuimus *c. IIX, 23.* כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים *qvando conſummaverint prævaricantes*, (*prævaricationem ſuam, &c.*) Qvorſum accomodari etiam poſſet locus Thren. IV, 22. תַּם *abſolutum eſt peccatum tuum, ô filia Zion*; & Pſal. CIV, 35. יִתַּמּוּ *finientur* (abſumentur) *peccatores de terrâ, impiorum ſuperſtes erit nemo.* Ezech. XXII, 15. *diſpergam te in gentibus, & diſſipabo te in terris,* וַהֲתִמֹּתִי *& abſumam impuritates tuas à te.* Lectionem hanc poſteriorem amplectitur Vulgatus, *finem accipiat:* Syrus וַלְמַגְמָר *& ad abſolvendum vel conſummandum:* Aqvila: τοῦ τελειῶσαι τὴν ἁμαρτίαν. Dietenberg, mit aufhören. Priori verò modô legerunt LXX. σφραγῖσαι *ad obſignandum*; qvô etiam modô Arabs nec non Lutherus, Piſcator, Tigurini, zu verſiegeln. Sic apud Tertullianum *adv. Judæos*, qvoad usq; inveteretur delictum, & ſignentur peccata, & exorentur injuſtitiæ. Locutio h. m. videtur petita ab iis rebus, qvæ in nullius venire debent conſpectum, nec unqvam redire; fermè ut ſepulchrum Salvatoris obſignabatur, *Matth. XXVII, 66.* nec non ſpelunca leonum, *Dan. VI, 17.* Vocat hanc peccati obſignationem aliàs Paulus deletionem Chirographi *Coloſſ. II, 14.* Utrôvis legatur modô, indicari videmus peccatorum

חת

finem,

Digitized by Google

ſinem, non ut non ſint, ſed ut non imputentur, iis nimirum, qvi decenter ſe gerunt ordini divino; æqvè ut in V. T. ſacrificia etiam typica non proficua erant promiſcuè qvibusvis offerentibus, ſed ſolùm reſipiſcentibus feriò ac credentibus, ita Meſſiæ qvoq; expiatio, de qvâ mox evidentiùs. Confer de peccatorum in ſepulchrô Meſſiæ defoſſione *Eſa. LIII, 9. it. c. XLIII, 25. Pſ. XXV, 7.* Deniq; (γ) mentio etiam fit עָוֹן *iniqvitatis*, qvâ voce omnis comprehenditur *curvitas* ac illegalitas, ſicut videre licuit *v. 13. & 16.* nec non *Prov. V, 22.* Adeòq; licet פֶּשַׁע referre poſſimus ad prævaricationem Protoplaſtorum primam, חַטָּאוֹת ad peccata qvævis actualia, עָוֹן ad labem connatam originariam, (qvanqvam alii, ut Jacchiades, hæc referant ad peccata tùm cogitationum, tùm operum, tùm ſermonis;) ſimpliciùs tamen dici poterit, tot hîc accumulari vocabula, ut tota peccatorum humani generis colluvies eò meliùs comprehenderetur, qvippe qvæ per Meſſiæ gratiam exterminanda erat univerſa, tanqvam per capitis ſerpentini conqvaſſatorem. Atq; ſic etiam egregium videmus hîc adhiberi verbum לְכַפֵּר *ad expiandum*, qvod ipſum merè eſt ſacrificiale, ſignificans ejuſmodi obliterationem, qvâ omnis è mediô tollitur, vel inviſibilis qvodammodo redditur prior turpitudo atq; deformitas, ſicut id prolixiùs oſtenſum fuit ad *Prov. XVI, 6.* Confer ſi lubet Graſeri *ultima verba pag. 126. ſeqq. Franz. de ſacrif. diſp. 15. θ. 79. ſeqq.* Calovii *Socinian. prof. p. 561. ſeqq.* Qvápropter ſicut ſangvis victimarum typicus expiabat ſuô modô peccatum in V. T. admiſſum, adeò ut coram Deô judice non ampliùs maneret veluti conſpicuus reatus ſive culpæ ſive pœnæ, ut mors etiam & ſangvis fuſus mortem peccatoris promeritam, ac paſſiones reliqvas arceret, iratumq; placaret Numen; & ſicut qvoq; ſacerdos ſummus ſemel in annô expiationem faciebat peccatorum inferendo ſangvinem in ſanctuarium, *Exod. XXX, 10. Levit. XVI, 15.* ita & h. l. de Meſſiâ expiatore vel ἱλασμῷ ac ſacerdote unicô ac verô intelligi hoc debet, qvòd intra illud LXX. hebdomadum ſpatium peccata populi velit ἱλάσκεσθαι, ſemetipſum offerendo pro nobis victimam, &c. *Epheſ. V, 2. Ebr. II, 17. c. IX, 12. 1. Joh. II, 2.* adeòq; pacem inter Deum atq; homines reſtaurare. Apponimus hîc, qvæ habentur in *lexicô Chaldaô Aruch voce* כפר *fol. m. 76.* כל מקום שהוא אמר הריני כפרת. זהו פירושו הריני במקומו לסבול עונותיו כלומר שעונותיו מקבל עלי להיות כפרה: h. e. *ubicunq; dicitur, ecce me in expiationem, ibi ejus expoſitio eſt, en me in ejus locum, ut portem iniqvitatem ejus, qvaſi diceres,*

iniqvitates ipſius in me recipio ad expiandum. Ita de reô ad mortem condemnatô dicere ſolebant Judæi: *ſit mors* ejus כַּפָּרָה *expiatio* pro ipſô & pro univerſô Iſraële. De gallô gallinaceô in feſtô expiationis, qvem *Kappura* vocant, videri poterit Buxtorf. *Synagog. Judaic. c. 20. p. 357.* Adeòq; expiatio eſt, qvâ qvid datur pro alterô, ut is noxæ eximatur, qvô depenſô ſecundùm æſtimationem ejus, cujus intereſt, liber fit is, qvi anteà obnoxius. Atq; hôc modô expiatio etiam iniqvitatum facta per mortem Meſſiæ, *Eſa. LIII, 10. Rom. IIX, 3.* qvam angelus non ſine cauſâ pollicetur hôc locô Danieli, poſtqvam typica & umbratilis ſacrificiorum ceſſatio per templi deſtructionem fuit tandem confirmata. Vide plura apud Graſerum *l. c. p. 110. ſeqq. & p. 126.* ubi de voce כפר.

וּלְהָבִיא צֶדֶק עֹלָמִים *Et adducetur juſtitia ſempiterna.*

Hactenùs de bonis privativis: ſeqvuntur nunc etiam poſitiva, qvorum *primum* eſt, juſtitiæ æternæ reſtitutio. Vix meliùs textum hunc declarabimus, qvàm adductione vaticinii alteriùs, videl. Jerem. XXIII, 5. 6. & c. XXXIII, 15. 16. ubi *de germine juſtô* ex proſapiâ Davidis, cujus nomen *Jehova juſtitia noſtra*. Qvapropter ſicut lapſu Adami deperdita fuerat omnis juſtitia concreata, *Eph. IV, 24.* ita nunc eadem *juſtitia ſeculorum*, (primorum vel antiqviſſima ac primæva, qvæ per ſingula mundi ſecula opus fuit ſalvandis univerſis atq; ſingulis, *Act. IV, 12. c. XV, 11. Apoc. XIII, 8. c. XIV, 16. Ebr. XI, 4. ſeqq*, imò qvæ in omnem etiam æternitatem ſuâ gaudebit perpetuitate, æqvè ut ab æternô ante jacta mundi fundamenta decreta fuit;) reducenda promittitur, prout Meſſias eandem ſanctiſſimâ ſuâ obedientiâ, tàm activâ qvàm paſſivâ, promeriturus, cunctisq; credentibus applicaturus erat; ita *Ebr. IX, 12.* dicitur invenisse *αἰώνιον λύτρωσιν redemtionem æternam*, qvomodo Iſraël *ſalute æternâ* per Dominum ſalvandus dicebatur *Eſ. XLV, 17.* Sic ibidem v. 24. 25. *tantummodò in Dominô omnis juſtitia & robur*, &c. Eſ. LIII, 11. *cognitione ſui juſtificabit juſtus ſervus meus multos, qvorum iniqvitates ipſe bajulaverit*. Juſtitia igitur Meſſiæ, in perfectâ ejus obedientiâ conſiſtens, qvatenùs eſt qvalitas ipſi inhærens, pro cauſâ redemtionis reputatur meritò; qvatenùs verò in judiciô divinô æſtimatur ut vicaria pro aliis præſtita ſufficientiſſimè, & qvæ hominibus applicari debet, eatenus eſt fructus redemtionis; deniq; qvatenùs actu applicatur credenti per fidem, eatenus eſt cauſa formalis juſtificationis. *Affert* hanc juſtitiam Meſſias tùm promerendo, *Gal. IV,*

4. 5. *tùm*

Digitized by Google

4. 5. tùm per Evangelium annunciando, tùm per fidem obſignando virtute Spiritûs S. Vide omninò Graſerum ſæpiùs laudatum p. 146. 151. (לדבק extrinſecùs applicando.) Aniliter *Jacchiades* hanc juſtitiam intelligit de tabulis domûs æternæ, qvæ defuerint in æde ſecundâ.

ולחתם חזון ונביא *Et impleatur viſio & prophetia.*

Alterum hoc eſt bonum poſitivum, promiſſorum ſcil. per Prophetas factorum realis adimpletio, indicata *obſignandi* verbô. Et qvidem τὸ חתם (undè חותם *ſigillum*,) ſignificat aliqvid certô charactere ſive confirmare, ſive aliis, ne reſciſcant, occludere; qvomodo de fonte ſignatô legitur *Cant. IV, 12.* it. de reconditô apud Deum atq; obſignatô in theſauris ejus, *Deut. XXXII, 34. Dan. XII, 4. 9.* de epiſtolâ obſignatâ, qvæ eâ de cauſâ legi neqvit, *Eſ. XXIX, 11.* Conf. *Job. IX, 7.* ſtellas *ſignat*: c. XIV, 17. *obſignata eſt* velut in faſciculô prævaricatio mea, *c. XXXVII, 7.* manum qvorumvis hominum *obſignat* vel occludit, (ne videl. operari qveat pro lubitu: vide Amamæ *Antib. Bibl. l. 3. pag. 679. &* Tarnov. *exerc. p. 113.* contra nugivendulos Chiromantas.) Ita de obſignatione, qvæ fit confirmationis cauſâ, occurrit *Neh. X, 1. 2.* vide *Jer. XXXII, 10. 11. 44.* ubi de contractu obſignatô; *Eſ. IIX, 17.* de lege obſignandâ, it. *Eſth. IIX, 8. 10. & 1. Reg. XXI, 8.* ubi de mandatis regiis ſigillô munitis: Hîc itaq; non occultatio, verùm confirmatio haut dubiè intelligenda venit, ita ut ipſâ reali præſtatione rerum promiſſarum, ſigillô velut infallibili muniatur veritas vaticiniorum atq; vatum V. T. nec nõ ſimul finis imponatur hujuſmodi doctrinæ generi, qvod in obſcurioribus conſiſtebat ſive viſionibus ſive vaticiniis, qvæ obſignatæ nonnunqvam epiſtolæ videbantur ſimillima. Qvorſum illud *Matth. XI, 13. omnes Prophetæ & Lex usq; ad Johannem*: Et Joh. I, 45. *qvem deſcripſit Moſes in lege, & Prophetæ, invenimus Jeſum*, &c. V, 39. *ſcrutamini Scripturas, qvia teſtimonium ferunt de me.* Ita Syrus h. l. ולמשלם חזוא ונביא *ad complendam viſionem & Prophetas*, LXX. σφραγίσαι. Afferri hîc poſſet, qvòd Judæi verbô hôc utantur de abſolutô & publicè comprobatô opere, v. g. tot ac tot annos præteriiſſe לחתימת המשנה à completô ſeu abſolutô Miſchna, h. e. tot à tot à completo Talmud, &c. Confer *Job. VI, 27.* Ita ſigillantur ad finem deducta diplomata, teſtamenta, epiſtolæ, panni, &c. notante *Corn. à Lapide.* Ita vaſa etiam plena olim annulô obſignabantur heroum, qvomodo Cicero, *mater*, inqvit, *lagenas etiam inanes obſignabat; ne dicerentur inanes aliqvæ fuiſſe, qvæ furtim eſſent exſiccata*, & vulgus Hiſpa-

חתם

Digitized by Google

norum etiam, notante Sanctiô, *ſigilligatos* vocat favos in alveolis, qvi ſic perfecti ſunt, ut nihil deſiderent, nec addi iis qvicqvam poſſit. Horſum formulæ N. T. freqventes: *ἵνα πληρωθῇ*, &c. Res obſignandæ ſunt tùm חָזוֹן *viſio*, (de qvâ *cap. I, 17. c. IIX, 1. 2. 13. 15. 17. 26. c. IX, 21.*) tùm וְנָבִיא *Propheta* h. e. Metonymicè prophetia vel vaticinium ſecundum *Vulgatum*, qvâ etiam ratione *Lutherus* Propheceyh / it. *Arabs* Prophetia: Sic in *codice Complutenſi*, teſte Flaminiô, *προφητεία*. Non tamen per ſingularem hunc collectivè ſumtum, indiſcriminatim ſingulæ hîc intelligi debent viſiones, qvales v. g. de regnorum mutationibus exhibitæ tùm Danieli, tùm Prophetis aliis, verùm iſtæ, qvæ inter cæteras eminebant ſingulariter, Meſſiamqve ceu caput omnis boni, concernebant exhibendum: *1. Pet. I, 11. Act. X, 43.* Poſtqvam igitur ſol plenô adfuit in mundô jubare, obſignatæ non immeritò fuerunt viſionum præcedentium ſcintillantes ſtellæ. Huc illud morientis noſtri Salvatoris *τετέλεσαι consummatum eſt*, Joh. XIX, 30. *Jacchiades* hæc accipit de effuſione Spiritûs Prophetici, *Joël III, 1.* qvi ipſe defuerit in templô ſecundô. Qvam ineptè *Abarbinel* defectum Prophetiarum opponat noſtro Meſſiæ, qvi non obſignare, ſed aperire debuiſſet, pluribus pertractat Müllerus *Judaiſm. pag. 340.* ita contra *Aben-Eſram*, qvi de ſublatione doni prophetici qvædam hîc affert, revellit Graſerus *l. c. pag. 184.*

: וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים *Et ungatur Sanctus Sanctorum.*

Tertium hoc eſt poſitivum bonum, non qvidem tempore poſterius præcedentibus, verùm eorum omnium fundamentum, ac proin ultimô qvoqve locô, utpote nobiliſſimum, poſitum: ab hâc ſiqvidem unctione pendet peccatorum abolitio, juſtitiæ reparatio, &c. In hôcce autem bonô addenda ſunt tùm ungendum, tùm unctio. Ungendum vocatur *ſanctitas ſanctitatum*, h. e. id qvod peculiariter ſegregatum à rebus cunctis aliis, qvod exemtum è cenſu profanorum omnium, qvod Deo peculiariter dicatum; qvâ phraſi (*ſanctitas ſanctitatum*) deſignantur aliàs res inanimatæ, nec non animatæ omnis generis, cultui divino qvomodocunqve deſtinatæ, v. g. ſuffitus ſacer, *Exod. XXX, 36.* Mincha, *Levit. II, 3. 10. c. VI, 10. c. X, 12.* panis propoſitionum, *Levit. XXIV, 9.* anathemata, *c. XXVII, 28.* altare *Exod. XXIX, 37.* ſanctuarium inſimum, ubi arca fœderis repoſita, *Exod. XXVI, 33. Num. IV, 4. 19. 1. Reg. IIX, 6. &c.* itemqve vaſa templi alia ad cultum ſacrum in-

Z z z 3 ungenda

Digitized by Google

ungenda, *Exod. XXX, 26. 29.* nec non victimæ oblatæ pro delictô, peccatô, &c. *Levit. VII, 2. 6. c. VI, 18. 22. c. X, 17. c. XIV, 13. Num. XIIX, 9. 1. Paral. XXIII, 13.* Qvoad dicendi modum ſimiles apud Ebræos occurrunt phraſes, v. g. *Canaan erit ſervus ſervorum*, Gen. IX, 25. ita *rex regum, Deus Deorum*, Dan. II, 37. 47. De profanis autoribus vide sîs Pfuchen. *de ſtylô N. T. pag. 121.* nec non Gatak. *de ſtylô N. T. pag. 239.* Hôc in locô accipitur ſecundùm *Rabbi Salomonem* de ſanctô ſanctorum templi tertii, à fictitiô Judæorum Meſſiâ adhuc inungendô: Verum falſò, ſicuti id pluribus evincit D. Müllerus *Judaiſ. p. 319.* nec non Graſerus *in ultimis verbis pag. 195. atq; alii:* Nonnulli è Chriſtianis intelligunt ſanctuarium templi veteris, prout illud unà cum victimis ac univerſô cultu ſuô conſummandum erat aut conſecrandum per oblationem victimæ unius atqve veræ, h. e. per mortem Meſſiæ ipſiusmet, utpote per qvam illud omnem ſuam impetravit efficaciam ac valorem, &c. Ita Graſerus *l. c. p. 194.* ſecundùm *2. Cor. I, 20.* Alii cum *Piſcatore* de ſanctuariô cœleſti, qvod ingreſſu ſuô aperuit & conſecravit nobis redemtor glorioſus, *Ebr. IIX, 1. c. IX, 24. c. X, 19. Rom. IIX, 34. Joh. XIV, 2. 1. Joh. II, 1.* Coccejus *ad Ebr. c. IX, §. 22.* nec non *in reſponſis Judaicis p. 313. 317.* intelligit de Eccleſiâ N. T. inunctâ Spiritu S. tùm extraordinariè, tùm ordinariè: qvi ipſe tamen in commentariô ad *Hagg. II, 6.* aliter exponit, de unctione ſcil. Chriſti inchoatâ in incarnatione & continuatâ in effuſione Spiritûs S. ſuper Eccleſiam liberatam, &c. Communiter tamen ferè de ipſô Meſſiâ interpretantur hæc Chriſtiani tàm veteres qvàm moderni, v. g. Hieronymus, Theodoretus, Tertullianus (*lib. cont. Judæos*) Galatinus (*L. 4. arcan. Cath. verit. c. 18.*) Pererius, Lutherus, Helvicus (*diatr. de LXX. hebdom. p. 120.*) Lud. Capellus *Chron. ſacr. fol. 24. (in apparatu operis Biblici Anglicani,)* Grotius: imò multi etiam Judæi, fatente Man. B. Iſraël *de term. vitæ p. 175.* ita ſentit qvoq; Abarbinel & Luſitanus citante Müllero *in Judaiſ. pag. 316. 321.* (Confer Raym. *pug. fid. fol. 228. ſeqq.*) idq; non immeritò, ſiqvidem angelus Gabriel *Luc. I, 35.* eôdem loqvitur de ipſô modô: τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ, ita & Petrus ipſum vocat juſtum & ſanctum, *Act. III, 14.* Confer *1. Joh. II, 20. Apoc. III, 7. Marc. I, 24. Luc. IV, 34.* (tu es Sanctus Dei,) *Act. II, 27. c. IV, 27. 30. c. XIII, 35. Ebr. VII, 26.* Adeoq; Meſſias eſt ſanctitas ſanctitatum, h. e. ſanctiſſimus, tùm eſſentialiter, tanqvam proprius Dei filius, *Eſa. VI, 3. (Joh. XII, 41.) Eſ. XLI, 14. 20.* adeoq; ſanctitatem habens non aliundè, ſed ex ſeipſô,

ex ſeipſô; non aliqvatenùs, ſed omninò & infinitè, imò immutabiliter: tùm ratione humanæ naturæ τῷ λόγῳ unitæ perſonaliter, tùm qvoad officium, cui deſtinatus eſt è cunctis Adamigenis ſingulariſſimè, *Joh. XVII, 19. Eph. V, 2. Ebr. VII, 27. c. IX, 28. c. X, 10. 12. 14.* tùm qvoad beneficium, qvô eſt ſanctificatio noſtra, *1. Cor. I, 30.* Facit huc, qvòd Chriſti humanitas tabernaculo olim inunctô confertur, *Ebr. IX, 11. c. IIX, 2. Joh. II, 19. 21. Coloſſ. II, 9. Unctio* ipſa aliàs inſerviebat ad conſecrationem confirmationemq; ſive rerum ſive perſonarum certarum, qvando uſu certô peculiariter deſtinabantur. Et qvidem de oleô ſacrô, de formâ unctionis, aliisq; ſcitu dignis, agit Raym. *in pug. fid. fol. 247.* Pinto *de Chriſt. crucif. fol. 480.* (docens, extra Dei populum nullibi unctos fuiſſe reges & ſacerdotes, &c.) Rivetus *ad Pſal. II, 6. & Pſ. XLV, 8.* Joh. de Mey *comm. Phyſ. Lib. 1. ad Exod. XXX, 23. m. p. 124.* Waltherus *exerc. Bibl. p. 95. ſeqq.* D. Dorſcheus *Pentad. diſp. 2. §. 7.* Vide, ſi lubet, etiam Polyd. Vergil. *L. 5. de rer. invent. c. 3.* & Pancir. *L. 1. de rebus memor. p. m. 560.* Hîc itaq; cùm de Meſſiâ, intra LXX. hebdomadum ſpatium ungendô angeli agant verba, meritò intelligimus exuperantiſſimam Spiritûs S. omniumq; ejus donorum collationem præter menſuram, ſeu veram, & realem communicationem divinæ Majeſtatis τοῦ λόγου, per qvam Chriſtus, qvâ homo à Patre in tempore, adeòq; ipſiſſimô unionis perſonalis articulô πρὸς τὴν κτῆσιν, & in exaltatione πρὸς τὴν χρῆσιν, ad officium mediatoris pleniſſimè inſtructus eſt, Confer *Pſal. XLV, 8. & Act. X, 38.* Neq; tamen excludimus ſolennem in Baptiſmô ad officium inaugurationem, qvando à Patre palàm declaratus eſt mundi reſtaurator, *Matth. III, 17. Eſa. LXI, 1. Luc. IV, 18.* Utut enim tempore diſtent invicem conceptio, Baptiſmus & in cœlum aſcenſio, ſufficit tamen nobis, generatim hôcce verſu tradi illa, qvæ intra LXX. hebdomadum decurſum expectanda erant. Qvod ipſum qvoq; diluit argutias *R. Mittelburgenſis*, ac ſi in fine demum ſeptimanæ ſeptuageſimæ Meſſias fuiſſet ungendus, &c. De qvô D. Müllerus *Judaiſm. p. 352. ſeqq.*

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. Certa cujvis rei, perſonæ, regno divinitùs eſt conſtituta periodus, *Job. XIV, 5. 13. c. XXIIX, 26. Pſ. XXXIX, 6. &c.*

2. Poſt LXX. annos calamitatis ſeqvuntur LXX. annorum hebdomadæ libertatis: ita abundantior reſipiſcentibus concedi ſolet felici-

Digitized by Google

tas, modò eandem rectè ſemper collocarent. Imò ipſimet hi anni 490. ſunt potiùs novum qvaſi reſipiſcentiæ ſpatium, à Deô Iſraëlitis deciſum, æqvè ut primo mundo conceſſi erant ãni 120. qvâ de cauſâ etiam ejusmodi ſpatium *tempus viſitationis* vocatur, *Luc. XIX, 44.* ob ingratitudinem itaq; adverſus Meſſiam præviſam deciſum etiam ſimul fuerat populi excidium: vide Junii *Tom. II. operum fol. 890.*

3. Curam qviſq; gerat concivium ſuorum; qvomodo & h. l. *Danielis populus* appellantur Iſraëlitæ, eò qvòd tam inſtanter pro iisdem, tanqvam pro peculiô ſuô, apud Deum interceſſerat. Ita pro Zione murisq; Jeruſalem ſolicitus qvoq; fuit David *Pſ. LI, 20.* benefac pro bonitate tuâ Zioni, &c.

4. Peccata non ſunt unius generis, utut naturâ ſuâ qvælibet ſint mortis meritoria; datur namq; prævaricatio malitioſa ac proæretica, dantur peccata vel aberrationes aliæ, datur iniqvitas vel naturæ corruptio. *videatur locus de peccatô.*

5. A peccatis non liberamur, niſi per Meſſiam: hujus eſt *abſumere, abolere, expiare* peccata, adeò, ut nulla ſit condemnatio iis, qvi ſunt in Chriſtô Jeſu, *Rom. IIX, 1. 34.*

6. Juſtitia coram Deô valens eſt æterna ac perfecta, adeòq; non inhærens homini, ſed imputata, *Rom. IV, 5. Pſ. XXXII, 2.* eodem modô, ut Chriſto verè imputata fuêre peccata hominum, adeò ut tractaretur tanqvam peccatorum peſſimus, *2. Cor. V, 21.* Id qvod contra Papiſtas notandum, qvi juſtitiam ideò *æternam* dici cenſent, qvia hîc inchoëtur per gratiam, & in cœlô perficiatur per gloriam, ut habet h. l. *Corn. à Lapide.* Huc reſurrectio Chriſti propter juſtitiam noſtram, *Rom. IV, 25.*

7. Chriſtus non juſtificat nos per eſſentialem Deitatis ſuæ in nobis habitantis juſtitiam, qvâ nos ad juſta facienda impellit, ſicut Andr. Oſiandri errorem hunc rejecit formula Concordiæ *artic. 3.* Vide sîs Crotii *tom. 1. Weigel. p. 556.* Brochman. *Tom. II. Locor. de juſtif. quæſt. 21.* & Schlüſſelburgii *L. 6. Catal. hæret.* neq; etiam peccata in juſtificatione extirpantur, ſed teguntur, veluti contra Pontificios id demonſtrarunt Winckelmannus *tom. II. diſpp. Marpurg. p. 220.* D. Danh. *tom. II. hodomor. Papiſt. p. 263.* B. Höpffnerus *diſp. IV. Anti-Mejer.* Graſerus *in ult. verb. p. 155.* (ubi contra *Pererium* oſtendit, qvot modis Chriſtus ſit noſtra juſtitia,) p. 163. (ubi de diſcrimine juſtitiæ Moſaicæ & Chriſtianæ.)

Digitized by Google

8. Poſt Chriſtum exhibitum obſignataſq; viſiones non expectandæ ſunt revelationes articulorum fidei novæ, *Ebr. I, 1.* proinde noſtra præ hominibus V. T. facilè æſtimari poteſt felicitas, *I. Pet. I, …*

9. Qvâ ratione adumbratus olim fuerit Meſſias per tabernaculum, arcam fœderis, menſam ſanctam, lychnuchum, … holocauſti, pluribus inter cæteros perſeqvitur Polanus, … addens inſuper, unctionem corporis myſtici ſeu … propheticum, *Joël. II, 28. 2. Cor. I, 21. 1. Joh. II, …* & ſacerdotale, *Apoc. I, 6. 1. Pet. II, 9.* Huc etiam … plex: in domô paternâ & clàm, *1. Sam. XVI, 14.* in … dâ, *2. Sam. II, 4.* & deniq; ab omnibus tribubus Iſraël … *c. V, 3.* ita Chriſtus qvoq; unctus fuit tùm in primâ … in inauguratione ad officium, *Matth. III, 16. Act. X, 38.* … in aſcenſione in cœlum, & ſeſſione ad dexteram Patris.

10. Subtiliſſima eſt conſeqventia, qvam … Corn. à Lapide: *Hinc,* (qvia Chriſtus eſt ſanctitas … *manus Pontifex vocatur ſanctiſſimus Dominus, vel ſua …* *repræſentat Chriſtum, tùm qvia hoc titulô admonetur, …*

VERSUS XXV. וְתֵדַע וְתַשְׂכֵּל *Scito ergò & animadverte* …

Fuit narratio generalis, ſeqvitur nunc etiam ſpecialis … ut denuò poſtuletur debita attentio, idq; verbô … vel *ſcito,* (futurum namq; ſecundum non raro ponitur … Indicativus pro Imperativô, ceu patet ex Decalogô … *intelliges* vel *intelligito:* ne ſcil. fruſtrà ad te videar … 22. præceſſerat, *egreſſus ſum* לְהַשְׂכִּילְךָ *ad erudiendum* … attentionis poſtulatio adfuit *v. 23.* וּבִין *intellige igitur* … *& attende viſionem hanc.* Cùm verò ardua hæc eſſet … ſecundùm noñullos initium ſeptimanarum harum … potuerit obſervare, ideò repetendum duxit angelus … dium, itaut omnes ingenii nervi intenderentur, neq; … obiter dictum prætermitteretur. *Lutherus:* … Huc Chriſti monitum, *Matth. XXIV, 15.* …

… לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלַםִ עַד־מָשִׁיחַ נָגִיד
… שָׁבֻעִים שִׁבְעָה

Ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur … *Chriſtum ducem hebdomades ſeptem.)* In …

madum ſpeciali mentio fit (1) *hebdomadum ſeptem*; ita ut ſimul addatur terminus *à qvô*, exitus ſcil. mandati; nec non *ad quem*, qvi videtur eſſe dux Meſſias exhibitus, vel coram populô ſuô præſens; verùm hâc ratione ſeqveretur, Meſſiam hebdomade ſeptimâ editum, nacturum eſſe ætatem annorum qvadringentorum triginta qvatuor, utpote qvi poſt 62. ſeptimanas trucidandus dicitur: id qvod nec ipſis placere poteſt Judæis. Qvapropter hæcce verba, *(usq; ad Chriſtum ducem,)* copulanda putamus cum *ædificandi* verbô, hôc ſenſu: ut Jeruſalem ædificetur, (& ædificata maneat,) usq; ad Meſſiam ducem, effluent ſeptimanæ ſeptem, imò inſuper etiam ſexaginta duæ, &c. Adeoq; non opus eſt, cum Gordonô Huntlæô Judæos accuſare falſationis accentuum, ita ut propter appoſitum hîc accentum Athnach faciliùs detorqvere potuerint textum ad Zorobabelem; qvod ipſum tamen qvàm ineptum ſit, dudum oſtendit D. Glaſſius, *Lib. 1. Phil. S. Loc. 64. pag. m. 141.* cui de accentuum diſtinctivorum vi qvandoq; imminutâ addi poteſt Hackſp. *l. 2. miſcell. c. 5. §. 12. p. 225.* Aliâ ratione nodum hunc ſolvere conatur Joſephus Scaliger *l. 6. de emend. temp. fol. 605. de epilogiſmô hebdomadum Danielis*, & cum eô Calixtus *in Oratione de LXX. hebd.* (citante D. Königii *ẟικα.* *locô 9. §. 27.*) nimir. partitionem hanc hebdomadum fortuitò & ſine certâ cauſâ ab angelô eſſe adhibitam, & nihil in ſe habere ſenſûs arcanioris, ſed arbitrariam eſſe, qvomodo *Ez. VL, 12.* Mina dicitur conſtitiſſe *ſiclis 20., viginti qvinq; ſiclis, qvindecim ſiclis*, hoc eſt, ſiclis ſexaginta. Ita h. l. ait eventum non reſpondere diſtributioni hîc factæ, cùm in ultimam hebdomadam locetur paſſio Chriſti & excidium Hieroſolymæ, qvæ invicem triginta & ſeptem annis differant. Similia ferè legimus apud *Hieronymum*. Verùm his ipſis Scaligeri inventis jamjam pluribus reſpondit Franzius *diſp. 10. de ſacrif. θ. 14. ſeqq.* qvem vide. Trajectionem verborum, qvam D. König ſtatuit l. c. *ab exitu verbi Jehova usq; ad conſummationem templi & urbis ſunt ſeptimanæ ſeptem, & usq; ad Meſſiæ manifeſtationem ſeptimanæ ſexaginta duæ:* ceu nimis duram, nondum ſeqvi poſſumus. Intereà qvoad primam hanc periodum non immeritò attendimus terminum, à qvô, videl. *exitum verbi de reſtitutione, &c.* ubi ſanè prolixiſſimi eſſe poſſemus, ſi recitare placeret omnium interpretum ſententias, nimioperè invicem diſſidentes, ſicut etiam ex parte meminimus ſuprà autorum apud *Hieronymum*. Qvantum ad verba textûs, מוֹצָא, (à יָצָא *egreſſus fuit*,) idem eſt ac *exi-*

Digitized by Google

rus, *egreſſus*, v. g. aqvarum Gihonis, vel unde aqvæ fluunt manales, *2. Paral. XXXII, 30.* it. argenti, *Job. XXIX, 1.* graminis, *cap. XXXIIX, 27.* eqvorum, unde illi accerſebantur à Salomone, *1. Reg. X, 28.* communiter fermè uſurpatur de ſermone, ut qvando mentio fit *egreſſus labiorum*, h. e. ſermonum, qvi ex ore voventis procedunt, *Num. XXX, 13.* it. *egreſſus oris Domini*, vel qvicqvid os Domini dicendo procreat, *Devt. IIX, 3.* vide etiam *cap. XXIII, 24. Jer. XVII, 16. Pſ. LXXXIX, 35.* it. qvæ præceſſerunt *v. 23.* hujus noſtri capitis: *ab exordiô precum tuarum* יָצָא דָבָר *egreſſum eſt verbum.* Atq; ſic & h. l. *exitus verbi* idem eſt ac, promulgatio vel emanatio certæ alicujus ſententiæ, cujus argumentum eſt & ſcopus Hieroſolymæ reſtitutio. Id namq; docent tùm bina verba vel actiones, *reducendi & ædificandi*, tùm objectum, circa qvod illi actus verſabuntur, qvod eſt *Jeruſalem*, tùm duratio illius inſtaurationis, videl. *usq; ad Meſſiam ducem.* Proinde ſingularitatem hîc ridemus Jac. Tirini, qvi *Chron. ſac. fol. 44. in appar. Bibl.* exitum hunc accipit de fine ſermonis, non qvô jubeatur ædificari, ſed qvô reipſâ ædificata extet urbs ſancta: adeòq; initium ſupputandi petit à dedicatione novæ urbis, *Neh. XII, 42.* videl. annô Artaxerxis XXIII. Verbum
שׁוּב לְהָשִׁיב *ad reducendum*, (à radice שׁוּב *redire, reverti,*) LXX. reddidêre τῦ ἀποκριθῆναι *ad reſpondendum*, haut dubiè reſpectu habitô ad phraſin, qvâ *reducere* vel reponere *verbum*, *eſt reſpondere*, ſicut oſtenſum fuit, *Prov. XIIX, 13.* מֵשִׁיב דָּבָר *referens* vel reponens *verbum anteqvam audiat*, &c. Hôc tamen locô pro ſubjectâ materiâ haut dubiè exprimit reverſionē civium *Hieroſolymitanorum*, (imò & conterraneorum cæterorum,) in patriam, qvomodo hôcce הֵשִׁיב legitur de Abrahamô *reducente* Lothum & concaptivos cæteros è manu hoſtium, *Gen. XIV, 16.* de Davide, *reducente* abactas ab Amalekitis fœminas, *1. Sam. XXX, 19.* de rege Babel, captivos reſtituente patriæ ſuæ *Jer. XLII, 12.* vide *2. Paral. VI, 25. 1. Reg. IIX. 34. Jer. XII, 15. c. XVI, 15. c. XXIV. 6. c. XXIIX, 6. c. XXIX, 10. c. XXX, 3. c. XXXII, 37. c. XXXIII, 11. c. XXXIV, 22. Joël. III, 1. Zach. X, 10.* *Belgæ* referunt ad reſtitutionem vaſorum ſacrorum è templo in Babel translatorum; qvæ tamen ellipſis nimis dura. Videatur Graſerus *l. c. pag. 215.* ubi reductio & vaſorum & hominum abductorum in patriam conjungitur. *Raupius* de edictô inhibitoriô ædificationis accepit ab Artaxerxe dato, ita ut הֵשִׁיב *ſit retrò agere*, ut *Eſ. XXXIIX, 8. &c.* qvod & ipſum ſuis non caret difficultatibus. Alterum בָּנָה *ædificavit*, denotat ædium hactenùs dirutarum reparationem,

Digitized by Google

nem, ita ut facies civitatis nova exſuſcitetur, è ruderibus Hieroſolymæ deſertis. Objectum tùm reducendum tùm reſtaurandum eſt, *Hieroſolyma*, ſpectata complexim tàm ratione civium ſuorum, qvàm ædificiorum: ad illos namq; ſpectabat reductio, ad hæc reparatio. Adeoq; non opus eſt ex v. 24. cum *Pagnino* repetere עַמְּךָ *populum tuum*, cùm nihil freqventiùs ſit hâc Metonymiâ, qvâ civitas pro ſuis uſurpatur incolis. Nonnullis placet per idiotiſmum Ebræis conſvetum, ita interpretari: *ad reducendum & ædificandum*, h. e. ad iterum vel denuò ædificandum, ita ſcil. ut prius verbum adverbiaſcat, qvomodò mox ſubjungitur h. l. תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה *revertetur & ædificabitur*, h. e. *iterùm ædificabitur*: qvod ipſum licèt alii impugnent, ac ſi in Hiphil verbi [illegible] itemq; interveniente copulâ non habeat locum: obverti tamen poteſt textus 2. *Sam. XV*, 25. וְהֱשִׁיבַנִי וְהִרְאַנִי *redire faciet me & videre faciet eam*, pro, iterum mihi ipſam oſtendet, &c. Qvicqvid tamen ejus ſit, non apparet, qvomodò firmum ex idiotiſmô hôc petatur argumentum pro edictô regiô, *ſecundâ vice* iteratô, idq; ſub Dariô Nothô: aliud namq; eſt iteratio ædificationis, aliud iteratio edicti: illa hîc habetur, hæc non item. Progredimur ad terminum, qvousque urbs hæc reſtituta ſit duratura, videl. עַד מָשִׁיחַ נָגִיד *usq; ad Meſſiam ducem*. Hunc Judæi aliqvi, ut *R. Salomon*; (latè refutatus à *Polano p. 87. ſeqq.* & Graſerô *ult. verb. pag. 93. & 254.*) & *Jacchiades* (impugnatus à Conſt. L'Empereur *pag. 183.*) voluerunt eſſe *Cyrum*, Eſa. XLIV, 28. & XLV, 1. Alii cum *R. Levi Ben Gerſon* trahunt ad *Joſuam* ſummum Pontificem, vel populi Ducem Zorobabelem; nonnulli ut ad *Eſra* ad *Nehemiam*. Euſebius *L. 8. demonſt. Evang.* refert ad principes, qvi poſt reverſionem ex Babel præfuerunt populo, h. e. ἀρχιερεῖς Pontifices, qvos Chriſtos (ſive Meſſias) Scriptura cognominat, qvorum princeps fuit Joſua, & qvi fuerunt usq; ad adventum Domini: (qvamqvam in templô ſecundô neminem ungi potuiſſe ob defectum olei ſacri, largiatur Abarbinel *ad Exod. XXX.*) Qvi de rege Agrippâ accipiunt, refutantur à Graſerô *pag. 255.* Verùm & communiſſimum & veriſſimum eſt, de ipſô Salvatore humani generis *Jeſu Chriſtô* Nazareno hoc interpretari, utpote ad qvem duravit Jeruſalem per Nehemiam reſtaurata, qvi ipſe etiam Hieroſolymis poſtmodum exciſus eſt, & propter hanc exciſionem urbs iſta unà cum Republ. devaſtationi poſtmodùm fuit expoſita. Atq; ſic *Meſſiæ* nomen (qvô aliàs tùm ſacerdotes *Levit. IV, 3. & 5. & 16. c. VI, 15. &c.* tùm reges uncti inſigniuntur,

rus, *egreſſus*, v. g. aqvarum Gihonis, vel unde aqvæ fluunt manales, *2. Paral. XXXII, 30.* it. argenti, *Job. XXIX, 1.* graminis, *cap. XXXIIX, 27.* eqvorum, unde illi acceſſebantur à Salomone, *1. Reg. X, 28.* communiter fermè uſurpatur de ſermone, ut qvando mentio fit *egreſſus labiorum*, h. e. ſermonum, qvi ex ore voventis procedunt, *Num. XXX, 13.* it. *egreſſus oris Domini*, vel qvicqvid os Domini dicendo procreat, *Deut. IIX, 3.* vide etiam *cap. XXIII, 24. Jer. XVII, 16. Pſ. LXXXIX, 35.* it. qvæ præceſſerunt *v. 23.* hujus noſtri capitis: *ab exordio precum tuarum* יצא דבר *egreſſum eſt verbum.* Atq; ſic & h. l. *exitus verbi* idem eſt ac, promulgatio vel emanatio certæ alicujus ſententiæ, cujus argumentum eſt & ſcopus Hieroſolymæ reſtitutio. Id namq; docent tùm bina verba vel actiones, *reducendi & ædificandi*, tùm objectum, circa qvod illi actus verſabuntur, qvod eſt *Jeruſalem*, tùm duratio illius inſtaurationis, videl: *uſq; ad Meſſiam ducem.* Proinde ſingularitatem hîc ridemus Jac. Tirini, qvi *Chron: ſac. fol. 44. in appar. Bibl.* exitum hunc accipit de fine ſermonis, non qvô jubeatur ædificari, ſed qvô reipſâ ædificata extet urbs ſancta: adeòq; initium ſupputandi petit à dedicatione novæ urbis, *Neh. XII, 42.* videl. annô Artaxerxis XXIII. Verbum

שוב להשיב *ad reducendum*, (à radice שוב *redire, reverti*,) LXX. reddidêre τοῦ ἀποκριθῆναι *ad reſpondendum*, haut dubiè reſpectu habitô ad phraſin, qvâ *reducere* vel reponere *verbum, eſt reſpondere*, ſicut oſtenſum fuit, *Prov. XIIX, 13.* משיב דבר *referens* vel reponens *verbum antequam audiat*, &c. Hôc tamen locô pro ſubjectâ materiâ haut dubiè exprimit reverſionē civium *Hieroſolymitanorum*, (imò & conterraneorum cæterorum,) in patriam, qvomodo hôcce השיב legitur de Abrahamô *reducente* Lothum & concaptivos cæteros è manu hoſtium, *Gen. XIV, 16.* de Davide, *reducente* abactas ab Amalekitis fœminas, *1. Sam. XXX, 19.* de rege Babel, captivos reſtituente patriæ ſuæ *Jer. XLII, 12.* vide *2. Paral. VI, 25. 1. Reg. IIX. 34. Jer. XII, 15. c. XVI, 15. c. XXIV, 6. c. XXIIX, 6. c. XXIX, 10. c. XXX, 3. c. XXXII, 37. c. XXXIII, 11. c. XXXIV, 22. Joël III, 6. Zach. X, 10.* *Belgæ* referunt ad reſtitutionem vaſorum ſacrorum è templo in Babel translatorum; qvæ tamen ellipſis nimis dura. Videatur Graſerus *l. c. pag. 215.* ubi reductio & vaſorum & hominum abductorum in patriam conjungitur. *Raupius* de edictô inhibitoriô ædificationis accepit ab Artaxerxe dato, ita ut השיב *ſit retrò agere*, ut *Eſ. XXXIIX, 8. &c.* qvod & ipſum ſuis non caret difficultatibus. Alterum בנה *ædificavit*, denotat ædium hactenùs dirutarum reparatio-

nem,

Digitized by Google

nem, ita ut facies civitatis nova exſuſcitetur è ruderibus Hieroſolymæ deſertis. Objectum tùm reducendum tùm reſtaurandum eſt, *Hieroſolyma*, ſpectata complexim tàm ratione civium ſuorum, qvàm ædificiorum: ad illos namq; ſpectabat reductio, ad hæc reparatio. Adeoq; non opus eſt ex v. 24. cum *Pagninô* repetere עַמְּךָ *populum tuum*, cùm nihil freqventiùs ſit hâc Metonymiâ, qvâ civitas pro ſuis uſurpatur incolis. Nonnullis placet per idiotiſmum Ebræis conſvetum, ita interpretari: *ad reducendum & ædificandum*, h. e. ad iterum vel denuò ædificandum, ita ſcil. ut prius verbum adverbiaſcat, qvomodo mox ſubjungitur h. l. תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה *revertetur & ædificabitur*, h. e. *iterùm ædificabitur*: qvodipſum licèt alii impugnent, ac ſi in Hiphil verbi [illegible] itemq; interveniente copulâ non habeat locum: obverti tamen poteſt textus 2. *Sam. XV*, 25. וְהֱשִׁיבַנִי וְהִרְאַנִי *redire faciet me & videre faciet eam*, pro, iterum mihi ipſam oſtendet, &c. Qvicqvid [illegible]us ſit, non apparet, qvomodo firmum ex idiotiſmô hôc petatur argumentum pro editô regiô, *ſecundâ vice* iteratô, idq; ſub Dariô Nothô: aliud namq; eſt iteratio ædificationis, aliud iteratio edicti: illa hîc habetur, hæc non item. Progredimur ad terminum, qvo[illegible] hæc reſtituta ſit duratura, videl. עַד מָשִׁיחַ נָגִיד *usq; ad Meſſiam ducem*. Hunc Judæi aliqvi, ut *R. Salomon*, (latè refutatus à *Polano* p. 887. *ſeqq.* & Graſerô *ult. verb. pag.* 93. & 254.) & *Jacchiades* (impugnatus à Conſt. L'Empereur *pag.* 183.) voluerunt eſſe *Cyrum*, Eſa. XLIV, 28. & XLV, 1. Alii cum *R. Levi Ben Gerſon* trahunt ad *Joſuam* ſummum Pontificem, vel populi Ducem Zorobabelem; nonnulli ut [illegible] *Eſra* ad *Nehemiam*. Euſebius *L. 8. demonſt. Evang.* refert ad principes qvi poſt reverſionem ex Babel præfuerunt populo, h. e. ἀρχιερεῖς & Pontifices, qvos Chriſtos (ſive Meſſias) Scriptura cognominat, qvorum princeps fuit Joſua, & qvi fuerunt usq; ad adventum Domini: [illegible] qvam in templô ſecundô neminem ungi potuiſſe ob defectum olei ſacri, largiatur Abarbinel *ad Exod. XXX.*) Qvi de rege Agrippâ accipiunt, refutantur à Graſerô *pag.* 255. Verùm & communiſſimum & [illegible]iſſimum eſt, de ipſô Salvatore humani generis *Jeſu Chriſtô* Naza[illegible] hoc interpretari, utpote ad qvem duravit Jeruſalem per Nehemiam reſtaurata, qvi ipſe etiam Hieroſolymis poſtmodum exciſus eſt, [illegible] propter hanc exciſionem urbs iſta unà cum Republ. devaſtationi poſtmodùm fuit expoſita. Atq; ſic *Meſſiæ* nomen (qvô aliàs tùm ſacerdotes, *Levit. IV, 3. & 5. & 16. c. VI, 15. &c.* tùm reges uncti inſigniuntur,

tur, *1. Sam. XII, 3. 5. c. XXIV, 6. 10. c. XXVI, 9. 11. 16. 23. 2. Sam. I, 14. 16. c. XIX, 22. Thren, IV, 20. Pſ. LXXXIV, 10. Pſ. LXXXIX,* … *CXXXII, 10. 17. Pſ. XX, 7. Pſ. XXIIX, 8. Pſ. XIIX, 51. &c.*) … benedicto tributum, legimus *Pſ. II, 2. 2. Sam. XXIII, 1.* … *IV, 25. &c.* Idq; ob unctionem ſingulariſſimam, de qva … facta *v. 24.* Confer ſi placet Graſer. l. c. *p. 226.* qvi … tæ *v. 17.* expreſſo ſatisfactum ſimul conjicit ab … Meſſiæ *κατ' ἐξοχὴν* dicti adventum ipſi expoſuit, vide … tur verò eidem præterea titulus adhuc alius honori … *teceſſor*, qvô ipſô tum majeſtas, tùm officium compre… poteſtate *antecedat* alios, nec non etiam præſentem … ſiſtat ſemper ſuo exercitui aut ſubditis, qvos inſtar … atq; regit; veluti vocem hanc evolvimus *Prov. IIX,* … Qvod ipſum ad officium Chriſti Regium, Sacerdotale … accomodatu erit facillimum. Vide ſis *Eſa. LV, 4.* … *Mich. V, 2.* Refutationem intereà Judæorum reperies … rum *Judaiſ. p. 321. 342. 343.* & Raymund. *in pug. fid.* … *p. 230.* adjectivè interpetatur, usq; ad Meſſiam *præſ*… vim vocis haut exhaurire videtur. Pateſcit itaq; … dam commendari *emanationem edicti* vel ſcientiæ, de … ubi tamen inevitabilis hæc enaſcitur qvæſtio; de … ſententiâ hæc debeant intelligi? ſiqvidem aliqvi … qvâ Deus per Prophetã annunciari curavit ſuum de … tione decretum; qvomodo ſentiunt *Liranus,* … *blus & Galatinus L. 4. arcan. Cathol. verit. c. 15.* … Dei promittente ſolutionem captivitatis LXX. anno… niâ annô qvartô regis Zedekiæ, *Jer. XXIX.* qvâ ratione … *lianus & Origenes* hunc exitum verbi retulerunt ad … Darii Medi, juxta *v. 1. & 23. hujus cap.* Alii verò … qvi de edictô humanô ſive regiô, qvorum qvatuor … Cyri, cujus edictum extat, *2. Paral. XXXVI, 22. 23.* … *V, 13. & c. VI, 3.* (2) Darii Nothi, *Eſr. VI, 1. ſeqq.* … (3) Artaxerxis, qvi annô regni ſui ſeptimô iterum … populum reverti ex Babel, *Eſr. VII, 8. 9.* (4) Ejusdem … ſui 20. Nehemiam dimiſit cum poteſtate reſtaurandi … Ab *annô Cyri primô* numerandum cenſet Beroaldus … *ſat. concent. bibl.* nec non apud Hieronymum …

mens Alexand. L. 1. ſtrom. Graſer. *ult. ver. p. 203.* D. Dan. *Hodoſ. p. 607.* Pareus *in orat. de LXX. hebdom. & elen. contra Calviſ.* Wichman. *Chronolog. l. 1. p. 165. 183.* it. Piſcator, Genebrardus, Maldonatus, Morgaus, Joh. Haslerus, Iſa. Genius, Aman. Weberus, Belgæ, L'Empereur *p. 189.* (qvi 49 años deputat reparationi templi, & poſteà 62 hebdomadas vel años 434. ab annô ſeptimô Artaxerxis ad Chriſti mortem.) Ad edictum *annô ſecundô Darii Nothi* reſpiciendum hîc cenſent Polanus p. 886. & 914. nitens dictô *Eſr. IV. 24.* qvippe à qvô annô usq; ad everſionem Hieroſolymæ fluxerunt anni præciſè 490. Alii inſuper urgent phraſin h. l. poſitam, de edictô ſecundâ vice iteratô, (*ad iterandum ædificationem Hieroſolymæ:*) item qvòd anteà non editum edictum de extruendâ urbe, ſed ſolùm de ædificandô templô; qvòd ab hôc Darii edictô ad platearum reſtaurationem effluxerint 49. anni, vel ſeptem hebdomadæ angelicæ (*Nehem. XIII, 16.*). Ita Scaliger *de emend. temp. l. 6.* B. Mayerus *de LXX hebd. p. 12. ſeqq. & p. 58. nec non 85.* it. Lutherus, Caſvillius, Bohemius, Ubbo Emmius, Jac. Martini *L. 3. Elohim c. 21. p. 92.* Alſtedius *in prac. theol. p. 521.* Cramer. *claſſe 5. Sch. Proph. p. 150. ſeqq.* König *circ. locorum, locô 9. §. 22. ſeqq.* (qvi principaliter Dei verbum per Hagg. & Zach. promulgatum intelligit, cui ſubſervierit poſteà edictum Darii Nothi.) Hulſius *Theol. Jud. p. 545.* Oecolampadius, Grotius, Qviſtorpius atq; alii; qvæ tamen ſententia refutatur à Vorſtiô *exerc. Acad. p. 151.* & Wichmannô *Chron. p. 179.* Ab *annô ſeptimô Artaxerxis* (non Mnemonis, ſed) Longimani ordiuntur computationem *Centuriatores Magdeburgenſes* centur. 1. fol. 349. *Funccius, Bucholzerus, Lanſingius, Helvicus, Angelocrator, Corn. à Lapide, Geſnerus, Calovius* (annot. ad Grot. v. 80. ſeqq.) &c. qvippe à qvô ad paſſionem Chriſti præciſè ſunt anni 490. Ita qvoq; *Jac. & Lud. Capelli* fratres *in appar. Bibl. Angl. fol. 24.* (Notetur ex ſententiâ Pererii *p. 596.* nullum aut veterum aut recentiorum hôc modô hebdomadas inchoâſſe.) Impugnant verò hanc ſententiam Vorſtius *l. c. p. 157.* & Wichmannus *l. c. p. 177. ſeqq.* Ab annô *Artaxerxis Longimani 20.* inchoat, referente Hieronymô, *Africanus*, it. *Chryſoſtomus, Theodoretus, Dionyſius Carthuſianus, Beda, Rupertus, autor hiſtoriæ Scholaſticæ, Zonaras, Antonius Galatinus* citante *Pereriô*, qvi hos ipſos allegat anteſignanos, refutatus tamen à Barthol. Meyerô *l. c. pag. 111. ſeqq.* nec non à Wichmannô *Chron. p. 175. ſeqq.* (ubi aliæ exceptiones plures allegantur.) Qvanqvam hanc ipſam ſententiam tueantur etiam Joh. Lucidus,

Lucidus, *L.7. de emendat. temporum*, Thom. Lydiat Anglus *l. de emend. temp.* ad A. M. 3553. Petavius *L.12. de doctrinâ temporum c. 32.* Melanchthon, Foxius, Cœleſtinus à Monte Marſano *in clave David fol. 144.* Vorſtius *exer. Acad. p. 150: 158.* Wilh. Langius, Torniellus, Salianus, Gordonus, Jacobus Pinto *L. 5. de Chriſtô cruc. tit. 1. locô 4. §. 3.* Thomas, Hugo, Sanctius, (qvi tamen ultimus proximam ab annô ſeptimô Artaxerxis ſupputationem improbare non audet,) prætereaq; nonnulli alii. De initiô ſecundùm nonnullos ab annô ſecundô Darii Longimani legi poterit Wichmannus *pag. 178: it.* à primô annô Darii Medi ſecundùm Helvigium, Wichm. l. c. p. 182. ſeqq. De fine LXX. hebdomadum ſub excidium urbis & templi videatur König *loc. 9. §. 6.* Hornbeck. *contra Jud. p. 168.* Junius, Tertullianus, Sulpitius, &c. vel in paſſione & morte Chriſti, ſecundùm Cramerum *Scholâ Proph. cl. 5. p. 145.* Liranum, Burgenſem, Lucidum, Mercatorem, Funccium, Bucholzerum, Perkinſium, Cloppenburgium, (*Syntag. exercit. p. 602.*) vel tertiô cum dimidiô añô poſt Chriſti mortem, ſecundũ Wigmannum *p. 197.* vel añô tertiô ante urbis everſionem, ſecundùm *Scalig.* Vide Chronologorum diſceptationes alibi diſcuſſas prolixiùs. Ais, qvid itaq; ex commemoratis modò opinionibus nunc eligendum erit? Fateor, graves eſſe & autores & rationes, pro ſingulis adductis temporum punctis; adeòq; repetere hîc poſſem qverelas de obſcuritate hujus vaticinii, qvas protulit Origenes *tract. 29. in Matt.* nec non Auguſtinus *Epiſt. 80. & L. 18. de C. D. c. 34.* vel etiam Hieronymi verba ſuper textu hôc: *ſcio, de hâc qvæſtione* (LXX. hebdomadum,) *ab eruditiſſimis viris variè diſputatum, & unumqvemq; pro captu ingenii ſui dixiſſe, qvod ſenſerat. Qvia igitur periculoſum eſt, de magiſtrorum Eccleſiæ judicare ſententiis, & alterum præferre alteri, dicam qvid unusqvisq; ſenſerit, lectoris arbitrio derelinqvens, cujus expoſitionem ſeqvi debeat.* (vindicias pro hâc ſuâ modeſtiâ ſcripſit Hieronymus ipſe *præfat. comment. c. XI. in Eſaiam.*) Verùm placet ſimplicitas B. Franzii *diſp. 10. de ſacrif. §. 57. ſeqq.* (approbata etiam D. Müllero *Judaiſm. pag. 307.*) qvi, ſi non in particulariſſimô, tamen in proximô certitudinem oſtendiſſe contentus eſt, adeòq; jubet à morte Meſſiæ, (qvæ in fine 69. hebdomadum eventura hîc prædicitur) retrorſum numerare annos 483. in Chronicô aliqvô correctô, qvô pactô devenietur in verum principium hebdomadum harum. deinde ab eôdem immotô terminô paſſionis annumerari vult alios ſeptem annos, unde emerget finis harummet ſeptimanarum: addit tamen theſi 69. idem

hîc

hîc evenire, *qvod accidat ipſi diei, ſeptimanæ, menſi & anno nativitatis, imò & paſſionis Chriſti*, ubi, (licèt res ipſa certa ſit & evenerit,) diverſiſſimæ tamen Doctorum ſententiæ reperiuntur. Hôcce conſiliô obſervatô, ſecundùm *Helvici Chronologiam*, (qvæ ſanè multis magniſq; viris commendatur,) *exitus verbi de reparatione Hieroſolymæ* incidet in annum Artaxerxis Longimani ſeptimum: qvæ ipſa qvoq; eſt Funccii ſupputatio, qvam tanqvàm paucioribus laborantem difficultatibus, donec certiora videamus, intereà ſeqvemur, ſentientes cum *D. Calovio*, prout *in annot. ad Grotium* hæcce cuncta expreſſit operoſiùs, dubiisq; ſatisfecit adverſantium. Sufficiat verò contra Judæos, tempus hocce præfinitum jamdudum præteriiſſe, ac proindè Meſſiam ab iiſdem fruſtrà porrò expectari. Cauſas intereà diſſenſionum enumeratas lege apud Dn. D. Müllerum *de Judaiſ. cap. 10. pag. 303. ſeqq.* cujusmodi ſunt defectus hiſtoricorum Perſicorum, nominum regibus Perſiæ tributorum varietas, &c. imò diſcrepantiam ipſorummet Judæorum mutuam non immeritò ipſis exprobrat laudatus *Autor, p. 306.* Plura de Chronologicis hiſce difficultatibus qvi deſiderat, adire poteſt Scaligerum ſuperiùs laudatum, Bohemi *Chronol. deductionem*, Reuſneri *append. Iſagog. hiſtor. Epoch. 10* Bodinum *de Rep.* Galatinum *L. 4. arcan. Cathol. verit. c. 14.* Torniellum & Salianum *in annalibus*. Calviſii *Iſagogen Chronologicam cap. 42.* & Pererii *Commentarium pag. 715.* ubi ordine diverſas interpretum ſententias recenſet. Poſt terminum à qvô, exitum ſcil. verbi de reparandâ urbe ad Meſſiam usq;, ſeqvitur nunc ipſum temporis ſpatium determinatum, *ſeptem* ſcil. *ſeptimanæ*, qvæ ipſæ, ſecundùm hypotheſes ſuprà poſitas conſtituunt annos IL. Atq; hoc jubilæum veluti ſpatium numeratur ſeorſim, qvippe qvod deputandum erat diuturnis ac multiplicibus ædificantium moleſtiis, ſiqvidem multa ſubinde intercurrebant obſtacula, qvò minùs Iſraëlitæ reduces intra annum, biennium, qvinqvennium aut decennium [illegible] urbem recuperare poſſent ſatis tuta aut pauliſper idonea. *Porrò* duo præcipuè dicit contigiſſe intra hasce hebdomadas; videl. tùm urbis munitionem, tùm Eſtheræ ac Mardochæi ſub finem earundem [illegible]ionem, qvâ de causâ etiam angelus hocce tempus poſuerit ſeorſim. Sufficiat, *Hieroſolymam* intra has ſeptem ſeptimanas recuperaſſe tùm nomen, tùm rem *urbis*, cùm hactenùs mera ibi fuiſſet vaſtitas ac ſolitudo.

וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב וְחָרוּץ וּבְצוֹק הָעִתִּים׃

Et hebdomades LXII. erunt, & rurſum [illegible] *& muri in anguſtiâ temporum.*) Septenarium primum [illegible] (2) ex-
cipiunt aliæ hebdomades LXII. qvæ ſeptenarios continerent [illegible]
modò unica adhuc adjecta eſſet ſeptimana; qvæ abro[illegible]
rum eventibusq; aliis, ut mox patebit, aſſignanda fuerit. [illegible]
riodô notanda veniunt (α) ædificatio, (β) ædifica[illegible]
tionis adjunctum. (α) Actus effertur verbô gemino [illegible]
ædificabitur, h. e. ſecundùm idiotiſmum Ebræis uſitat[illegible]
cabitur. Sicut Pſal. LXXIIX, 41. dicitur: *reverſi ſunt* [illegible]
iterum tentarunt: Pſal. VI, 11. *revertantur erubeſcant* [illegible]
rùm erubeſcant, Pſal. LXXI, 20. *reverteris vivificabis* [illegible]
vivificabis me, &c. Minùs commodè *Graſerus* pag. [illegible]
fermè ut LXX. καὶ ἐπιστρέψει καὶ οἰκοδομηθήσεται. [illegible]
continuatio etiam his ſexaginta duabus ſeptimanis [illegible]
dubiè, qvia motuum bellicorum in terrâ hâc recipro[illegible]
laboribus his carere, vel primâ ſeptem ſeptimana[illegible]
contenta eſſe: Perpendantur ſolùm tempora Antiochi [illegible]
libris Maccabæorum referuntur. (β) Objectum eſt [illegible]
רחוב *muri*. & qvidem רְחוֹב, (à rad. רחב *latus*, *vel amplus* [illegible]
let denotare urbis locum, ubi intra ædificia utrinq; [illegible]
troq; commeant cives; ubi colligi poteſt civium [illegible]
2. *Paral. XXXII, 6. Neh. IIX, 1. 3.* qvi locus ducit qvando[illegible]
bis portam, *Neh. IIX, 17.* vide ſis *Prov. I, 20. c. V, 16.* [illegible]
Plateæ igitur dum ædificandæ dicuntur, facilè colligitur [illegible]
alteriusve caſulæ hinc & illinc tumultuariò conge[illegible]
moné fieri, verùm de continuatâ domuum ſerie ex [illegible]
ſanè opus plures omninò reqviſivit annos, cùm ſpa[illegible]
profundisq; ruderum aggeribus horrida, non ita fa[illegible]
ſuos reperiant ſive emtores ſive reſtauratores. Si[illegible]
platea, non pro unicâ, ſed pro plateis pluribus Synecdoch[illegible]
qvod nemo facilè ibit inficias. Alterum vocabulum [illegible]
חרוץ *aurum*, & *ſedulum* hominem denotat, (vide *Prov.* [illegible]
verò communiter fermè redditur *foſſa excisa*, Belg[illegible]
foſſæ; ita qvoq; *Polanus* & alii; & qvidem ex uſu [illegible]
modicô. Verùm uti pro *mutilô* aliàs uſurpari ſolet, ([illegible]
&c.) & qvidem vi radicis חָרַץ *præciſit*, *mutilavit* [illegible]

Digitized by Google

in totô codice ſacrô pro foſſâ, ita & hôc locô commodiſſimè accipietur de ruderibus vel mutilis laceriſq; mœnibus ac ædificiis publicis, qvibus competit *ædificandi* verbum, qvod in foſſis locum vix habere videtur. Horſum fortè reſpexit Vulgatus, reddens: *muri*, & LXX, τεῖχος, ita & *Arabs* ac *Luth*. Mauren. *Syrus* verò habet שׁוּקֵיה וּפְלַטְיָתָה *vicos ejus atq; plateas ejus:* (ubi poſteriùs פְּלַטְיָן videtur eſſe Græco-Latinum, *platea.*) (γ) Ædificationis adjunctum eſt adverſitas non una, id qvod colligitur è verbis וּבְצוֹק הָעִתִּים *& qvidem in contractione temporum.* Ubi צוֹק, qvæ forma nominis hîc ſolummodò extat, deſcenditq; à rad. צוּק *arctari, arctè adhærere*, haut dubiè coarctationem innuit, libertati atq; amplitudini ſereniori oppoſitam; vide sîs Prov. I, 27. *cum venerit ſuper vos* צָרָה *anguſtia* וְצוּקָה *& coarctatio:* it. de cognatô מָצוֹק 1. *Sam.* XXII, 2. omnis vir מָצוֹק *anguſtiæ* vel variis debitorum atq; aliis calamitatibus concluſus; it. Pſal. CXIX, 143. צַר *anxietas* וּמָצוֹק *& anguſtia invenerunt me:* Pſal. XXV, 17. *eripe me* מִמְּצוּקוֹתָי *ex anxietatibus meis:* Confer *Pſal.* CVII, 6. 13. 19. 28. *Job.* XV, 24. *Zeph.* I, 15. (*dies anxietatis & anguſtiæ*: ita h. l. inverſè: anxietas temporum:) *Deut.* XXVIII, 53. 55. 57. *Jer.* XIX, 9. Haut dubiè igitur prædici h. m. Iſraëlitis debuit, poſt captivitatem ſolutam datamq; ædificandi licentiam, non tamen ſperandam fore omnigenam felicemq; in patriâ libertatem, omni metu vacuam, neq; etiam in redemtione hâc, tanqvam primariâ, acqvieſcendum nunc eſſe; verùm ædificandum fore inter hoſtilitates, concuſſiones, metumq; omnis generis; qvâ de cauſâ etiam reduces è Babel non deſpondere debeant animum, ſi cum tot adverſis viderint colluctandum ſibi fore; ſicut id abundè comprobavit eventus, *Eſr.* III, 2. *ſeqq. c.* IV, 1. *ſeqq. cap.* V, 3. *Nehem.* IV, 2. *ſeqq.* (ubi v. 16. 18. de armaturâ laborantium:) de ſcommatibus lege *Neh.* III, 34. 35. it. de Cyri interitu improviſô, Cambyſis ἀσωτίᾳ pluribusq; ædificantium impedimentis, Graſerum *l. c. p.* 279. Qvod aliqvi breve temporis ſpatium, intra qvod excitati muri, intellectum volunt, ut *Hugo, &c.* id à ſignificatu vocis alienum qvivis videt. Iterum à fontibus hîc abeunt LXX. καὶ ἐκκενωθήσονται οἱ καιροὶ *& evacuabuntur tẽpora*; qvos ſeqvitur etiam Arabs: fortè τὸ צוֹק deduxerunt à radice יָצַק *effudit, effundendo evacuavit.* Non multum abit Syrus וּבְנִיצָא לְשׁוּלָמָא *ad finem temporis.* Verùm acqvieſcimus in ſuprà dictis, ſenſumq; retinemus à Lutherô expreſſum: Wiewol in kümmerlicher Zeit. *Vav* per *qvamvis* commodè reddi, patebit *ex Prov.* XXVI, 24. *Coh.* IX, 16. *Oſe.* III, 1. *c.* XI, 7.

צוק

1 qvamvis

[illegible] XCIX, 8. Pſ. CXLI, 6. &c. Singularis circa verborum horum con-
ſtructionem eſt Coccejus (*in ult. verb. Moſ. §. 264.*) & in anguſtiâ [illegible]
qvædam tempora, qvem vide, qvomodo per ה probet [illegible]
qva, ex *Gen. IIX, 7. 8. c. IX, 24.* &c. Adde ipſummet [illegible]
ubi vertit: *in arctô temporum*, vel *in arctô* erunt [illegible]
cens, dubium relinqvi, utrum ea tempora includantur [illegible]
nis, an ab iis excipiantur, qvod ait etiam ænigma [illegible]
ſcrutationi, ita ut terminus Chronologicus datâ [illegible]
involvatur, &c. vid. ipſummet l. c.

Poriſmata ex Verſu XXV.

1. Si apud tantum Prophetam opus fuit tot [illegible]
debitam attentionem, qvidni & noſtræ id magis [illegible]
cordiæ, ſomnolentiæ, incuriæ? Inſtandum itaq; [illegible]
2. Tim. IV, 2.

2. Ad myſteriorum Dei perceptionem opus eſt [illegible]
ſcultatione, verùm etiam nervorum ingenii, omni[illegible]
qvantum revelatum eſt; imbibamus perfectè, ſecun[illegible]
la, qvorum ne unicum prætermittendum tanqvam [illegible]
cundùm ſenſum genuinum, ſecundùm uſum atq; ap[illegible]
tem, &c. idnamq; monet angelus h. l. *ſcito, intellige*[illegible]

3. Tempora exactè qvidem definivit Deus, [illegible]
nobis nec ſupputari poſſe, neq; cunctis ſatisfieri [illegible]
moneſacere nos debet depravationis per peccatum [illegible]
viſſimæ; nam in certiſſimis etiam eventis, (ut [illegible]
mors, it. mundi creatio &c.) incertiſſimi tamen [illegible]
nandæ fuerint non ſolùm temporum minutiæ, v. g. [illegible]
etiam circa menſes atq; annos, ut ſuprà monitum. [illegible]
ſint ſimplices, tempus Meſſiæ definitum jam exiſſe [illegible]
hôc exhibitô gaudeant & illi obſeqvantur, utut [illegible]
imere vel ſibi vel aliis neqveant in hâc infirmit[illegible]
ult. verba p. 209. ſeqq. ubi probat, vaticinium hoc [illegible]
pus N. T. ſatis ſuperq; fuiſſe cognitum.

4. De *Meſſiæ* unctione, officiô, perſonâ, dig[illegible]
noſtrum hîc non eſt agere operoſè; conſ[illegible]
Didactica & Polemica circa hunc articulum [illegible]

5. Ædificatio domuum ac urbium [illegible]

Digitized by Google

incolis proficua ac neceſſaria; (*Amos IX, 14. &c.*) Deo benefico, media ac vires concedenti, gratô ſemper pectore transſcribi debet unicè.

6. In terris his nulla ſperari debet ſecuritas continua ac abſoluta: nam etiam reſtitutâ captivis libertate, ſuccedunt tamen novæ *temporum anguſtiæ:* Ita pacem etiam publicam comitantur nihilominùs incommoda domeſtica varia: reſtitutâ poſt morbum ſanitate corporis, exoriuntur infirmitates aliæ novæ: ſuperatis non rarò tentationibus graviſſimis, ſcrupuli tamẽ ſubindè ut ſuccedentes nos divexa. Optimum verò in his ac aliis difficultatibus eſt, ſcire Chriſtum eſſe *ducem* noſtrum, qvi ſuas antecedit oviculas, ipſisq; ſemper præſtò eſt, *Joh. X, 5. Act. III, 15. c. V, 31. Ebr. II, 10. c. XII, 2.*

7. Ut inſtaurationem urbis atq; templi infeſtarunt Ethnici, Samaritani, falſi fratres, Pſeudoprophetæ: ita hodieq; ſtructuræ Eccleſiaſticæ non parùm obſunt Antichriſtiani, tàm ab oriente, qvàm ab occidente: it. Samaritani Syncretiſtæ, fratres falſi, &c.

ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו

Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus, qvi eum negaturus eſt.) Orditur nunc (3) ultima periodus poſt ſeptem ac ſexagintra duas hebdomadas affutura; adeòq; diſtincta recenſentur ſeptimanæ ultimæ eventa, qvorum *primum* Meſſiæ exciſio. Ais: ubi verò ejusdem nativitas? Reſp. eadem præſupponitur, non verò certô temporis articulô hîc alligatur. Ædificata namq; urbs Jeruſalem durare debebat ad Meſſiam usq; natum, vi verſiculi antecedentis: nunc itaq; producitur id, qvorſum cuncta V. T. ſacrificia, propediem abroganda, collimaverant, videl. mors Meſſiæ cruenta atq; victimalis. Et qvidem (α) *Meſſias* hic denuò nominatus non eſt Herodes Agrippa, circa tempora deſtructæ Hieroſolymæ occiſus, ſecundùm *R. Salomonem*, (qvem latiùs refellunt Polanus, *p. 895.* Pererius *p. 608.* Müllerus *Judaiſ. p. 332.* atq; alii.) neq; etiam ſummus templi ſacerdos, præſente ſacerdote verô, Jeſu redemtore, cum typis ſuis abolendus, ſecundùm *Euſebium Pamphilum*; ſed ipſemet Jeſus noſter Salvator unicus, jam ſuprà nominatus: Hujus (β) mors prædicitur violenta, ſub verbô *excidetur*, qvod aliàs propriè de arboribus ſecuri ſucciſis legitur, *Jud. VI, 30. 2. Reg. XIIX, 4. Jer. X, 3. c. XXII, 7. c. XLVI, 23. Deut. XIX, 5. c. XX, 20. 2. Paral. II, 7. 10. 1. Reg. V, 6. VI, 36. 12. Eſa. XLIV, 14. &c.* itemq; de amputatione capitis, *1. Sam. XVII, 51. c. XXXI, 9. 2. Sam. XX, 22.* præputii, *Exod. IV, 25.* laci- VERSUS XXVI.

Digitized by Google

niæ veſtimenti, *1. Sam. XXIV, 5. 11.* manuum, *cap. V, 4.* hinc transfertur ad totalem alicujus è populô ſuô extirpationem, *Exod. XII, 15. c. XXX, 33. 38. Levit. XVII, 4. 9. Gen. XIV, 17. &c.* vide, ſi lubet, Prov. II, 22. *impii de terrâ* יִכָּרֵתוּ *excindentur.* It. *Pſal. XXXVII, 28. 34. 38. Job. XIV, 7.* E qvibus evidenter colligitur Meſſiæ tùm mors, ſeu vitæ omnimoda ablatio, tùm mortis violentia, tùm adhærens ignominia, qvâ meritô ſuô exciſus putari potuit, &c. id qvod omnium optimè declarari poterit ex Eſ. LIII, 8. *abſciſſus eſt de terrâ viventium:* & qvæ totô illô capite referuntur de extremâ Meſſiæ exinanitione; cui addi poteſt *Pſ. XXII.* LXX. qvos & *Arabs* ſeqvitur, it. Tertullianus *contra Judæos*, nec non Auguſtinus *in Gen. ad Catech. c. XII.* habent ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα *destruetur unctio*, videl. Pontificalis, qvæ cum Hircanô interfectô deſinet, ſecundùm *Theodoretum*. Sed diſertè Syrus habet נֶתְקְטֵל *interficietur* מְשִׁיחָא *Meſſias.* Ad hanc ipſam Meſſiæ exciſionem, à propriô procurandam populô, pertinet textus Eſ. IIX, 14. *erit in rupem offenſionis, &c.* qvô de ſcandalô ipſimet conſuli poterunt Gemariſtæ ad *codicem Sanhedrin*. Plura de verbi כָּרַת tradit Graſerus *ult. verb. p. 299.* Mortis porrò hujus (γ) adjunctum qvoddam innuitur verbis: וְאֵין לוֹ *& non ipſi*, de qvibus tot fermè ſunt ſententiæ, qvot capita. LXX. qvos & *Arabs* ſeqvitur: καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. *Syrus* וְלָא אִית לֵהּ *& non erit ipſi*, vel, *penes eam*, ſc. urbem. *Vulgatus* nimis coactè: *Et non erit ejus populus, qvi eum negaturus eſt;* qvam ſententiam tamen amplectitur etiam Hieronymus *ad Thren. I, 1.* it. Melanchthon & Grotius. Vix meliùs Franciſcus Junius: *& nihil erit ipſi*, puta in urbe Jeruſalem, cùm ſuos indè educturus eſſet Chriſtus in Pellam, ne cum urbe perirent. Alii לוֹ reciprocè accipiunt, ut Capellus *in ſpicil. ad Matth. XXIV, 15.* ut & Vorſtius *in exerc. Acad. p. 139.* *At non ſibi*, qvia ſcil. propter nos à morte redimendos mortuus fuit: qvod ipſum non parùm firmatur textibus aliis, Hab. II, 6. *Væ, qvi multiplicat* לֹא לוֹ *non ſibi.* Prov. XXVI, 17. *immiſcens ſe liti* לֹא לוֹ *non ſibi:* (qvanqvam alius ibi ſubſit ſenſus:) Videatur Kircherus *uſu tertio concordant. Exemplô 6.* (ubi ex יִכָּרֵת Cabbaliſticum ſimul elicit myſterium 650. annorum indè à vaticiniô Jeremiæ ad Chriſti mortem.) Sic Belgæ, D. König, *tixa. Loc. IX, §. 36.* Calixtus in der Widerlegung *D. Wolleri* §. 58. (nicht umb ſeinet willen/ ubi pro hôc literæ ל ſignificatu allegat *Jud. VI, 31. 1. Sam. III, 7. Jer. XXXIV, 5.*) ita Luc. Oſiander & Piſcator: Aber nicht umb ſeinet willen. Dn. D. Wel-

lerus

lerus in der Abwiſchung/ p. 373. & 368. ubi Münſterum & Lutherum excuſat contra Calixtum. Aliter porrò phraſin hanc exponit R. Salomon, nim. per וְאֵינֶנּוּ *& non ipſe*, ſcil. ſuperſtes erit, qvomodo de Henoch ſimile qvid habetur, *Gen. V, 24.* & de liberis Rachelis, *Jer XXXI, 15.* id qvod alii poſtmodùm è Chriſtianis retulerunt ad aſcenſionem, qvod Meſſias non ampliùs conſpicuus ſit manſurus in terris, ſicut Enoch in cœlos translatus, &c. (qvorſum fortè collimat *Lutheri* verſio: Und nichts mehr ſeyn.) Ellipticam locutionem inſuper nonnulli ſupplent h. m. *Et non ei,* ſcil. regnum; ſic *AbenEſra.* Vel, *& non illi,* ſcil. עָוֹן iniqvitas ſive culpa; ſic *Amama.* Alii: *& non ei,* ſcil. ſucceſſor, h. e. non erit poſt Herodem ablatum rex alius, donec ipſe veniat Meſſias. Alii: *& non illi,* ſcil. opitulator, ſecundùm *Vatablum,* & Hackſpan. *p. 886. ex Jeſ. LXIII, 5.* vel non illi erunt adhærentes, ſecundùm L'Emper. *pag. 191.* Alii: *& non illi* ſcil. æſtimium ullum, habebitur pro nihilô, erit vermis & non homo, &c. *Pſ. XXII, 7.* non erit illi forma &c. *Eſ. LIII, 3.* qvâ ratione Polanus, citans textus *Job. XIX, 17. Act. III, 13. c. IV, 11.* nec non Hulſius *Theolog. Jud. pag. 547.* Verùm haut dubiè omnium convenientiſſimum eſt, in conciſô hoc dicendi genere ſubintelligere nomen verbale כָּרֵת *exciſio,* ex verbô antecedente יִכָּרֵת *excidetur,* hujusmodi expreſſus locus eſt, qvoad conſtructionem ſimilem, *Exod. XXII, 3.* omninò ſolvat; אִם אֵין לוֹ *ſi non ei* (ſcil. שִׁלֻּם *retributio,* qvomodo ſupplent LXX. & Vulgatus:) *vendatur propter furtum ſuum.* Ita & h. l. *excidetur Meſſias, ſed non ei* (exciſio) vel *qvanqvam non ei exciſio ſit inde eventura.* Senſus proindè emergit hic: poſt 62. hebdomadas idem ipſe, qvem tamdiu expectarunt patres, crudeliter tamen *excindetur* inſtar hominis ſceleſtiſſimi, qvanqvam penes ipſum *nulla exciſio,* h. e. per Meton. effecti, neq; exciſionis meritum aut culpa, *(Eſ. LIII, 9. 1. Petri II, 22.)* neq; *exciſio,* qvalem hoſtes intendebant, totalis putà atq; perennans, ſiqvidem idem hîc exciſus tertiô reſurget die, tanqvam victor glorioſus, (generationem ejus qvis enarrabit, *Eſa. LIII, 8.*) oſtendetq; exciſum ſe fuiſſe non ſuô, ſed generis humani commodô, non ſuâ, ſed noſtri cauſâ; exciſum ſe fuiſſe qvidem reverâ, quantum ad mortis veritatem, non tamen totaliter, absq; vitæ recuperatione: moriendo namq; vitam reparavit, *traditus propter iniqvitates noſtras & propter juſtificationem noſtram reſuſcitatus.* Rom. IV, 25. 2. Tim. I, 10. Plura de hôc conſtructionis genere videri poterunt apud Buxtorf. *L. 2. theſ. Gramm. cap. 19. p. m. 542.* Sixt. Amam. *Gram:*

Digitized by Google

Ebr. §. *34. p. 191. & 197.* §. *2.* Piſtorium *Ench. Gram. Ebr. l. 2. c. 19. p. 734. ſeqq.* Troſtium *L. 2. Grammat. c. 4. p. 156.* Glaſs. *l. 3. Philol. tr. 5. can. 18.* Ita accipit qvoq; Raymundus *in pug. fid. fol. 232.* & non erit illi, ſcil. qvod Judæi autumabant, ut crucifixus occumbat, & poſtmodùm non reſurgat. D. Cramerus *ſchola Prophet. cl. 5. p. 201.* & non ei ſcil. nocebit vel prævalebit iſta occiſio, qvomodo Pſal. CXXIX, 2. dicitur: *non potuerunt mihi:* Pſ. CXXXIX, 6. *non potero ei,* &c. Graſerus *p. 313.* & *non ei,* ſcil. עָוֹן culpa, qvomodo Talmudiſtarum Leguleji dixiſſent וְאֵין חִיּוּב לוֹ *ipſe tamen reatu vacat.* Qvoad LXII. *hebdomadas* D. Königius *l. c.* §. *37.* peculiare qvid habet, nimir. *ἀορίστως* hæc dici, poſt & non ante 62. hebdomadas excidendum eſſe Chriſtum, ſolidis videl. 22. annis adhuc interpoſitis: idq; qvia finem hebdomadum ponit in urbis excidiò: *vide ibid. plura.* Cauſas verò cur de eventibus 62. hebdomadum nihil hîc prædicaverit Angelus, nimir. qvia jam *c. IIX.* id factum &c. prolixiùs recenſet Graſerus *p. 290. ſeqq.*

וְהָעִיר וְהַקֹּדֶשׁ יַשְׁחִית עַם נָגִיד הַבָּא׃

Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturô.) Eſt hoc eventum *ſecundum*, everſio videlicet urbis & ſanctuarii, ubi (1.) objectum ſeu res evertendæ ſunt & הָעִיר *hac ipſa urbs,* puta Jeruſalem hactenùs reſtaurata, *v. 24. 25.* inq; redemptorem Meſſiam ingratiſſima, *v. 26.* & הַקֹּדֶשׁ *hoc ipſum ſanctuarium,* h. e. templum Domini in monte ſanctô reparatum, & cujus cauſſâ tàm calidè ingemuerat Propheta *v. 17. ſeqq.* (2) Actus everſionis colligitur ex verbô יַשְׁחִית *corrumpet, perdet,* h. e. igne mediisq; aliis ſæviſſimis peſſundabit ædificia tàm ſacra qvàm profana, tàm privata qvàm publica, ex populoſâ urbe reddet deſolatam, ex opulentâ pauperem, imò nullam, vide ſuprà *cap. IIX, 24.* it. *Prov. VI, 32. cap. XIIX, 19.* Adeòq; prædicitur Judæis nova urbis adeò hactenùs deſideratæ, magnôq; cum labore adhuc inſtaurandæ ſolitudo, eademq; ex juſtâ, ob Meſſiam inibi excîſum, ultione. Tempus verò exciſionis hujus non exprimitur, qvanqvam pòſt 70. ſeptimanas paulò pòſt affuturum, colligi poſſit *ex v. 24.* ubi de his ipſis LXX. *ſeptimanis ſuper hunc populum & urbem hanc deciſæ.* (3.) Subjectum evertens eſt *populus ducis venturus,* h. e. Romanus, ducis Meſſiæ juſſu ac imperiô executurus ſupremum hoc ſupplicium. Adeòq; ſicut de exercitu Nebucadnezaris Deus inqvit *Ezech. XXIX, 19. 20.* eundem ſibi ſerviiſſe contra Tyrum; ita & hîc *Meſſiæ ducis,* (cujus נָגִיד mentio

Digitized by Google

tio præceſſerat proximè *v. 25.*) populus appellantur Romani, qvippe qvi parituri erant Chriſto qvoad inſtans hoc judicium, immò qvi tanqvam gentiles, traditi erant in hæreditatem Meſſiæ à patre cœleſti, *Gen. IL, 10. Pſal. II, 8. Oſe. II, 23. Rom. IX, 25. Eph. II, 12. ſeqq.* LXX. pro עַם legentes עִם ita reddidêre: καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ, *& civitatem & ſanctuarium diſſipabit cum duce adveniente*: idem habet etiam Arabs: rectiùs Aqvila; λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου. Verùm hos non morabimur, uti nec illos, qvi adjectivè accipientes vocem נָגִיד reddunt h. m. *populus princeps futurus*; ita namq; præter neceſſitatem vox hæc Ebræa novum nanciſceretur ſignificatum ab eô, qvem habuit *v. 24.* Atq; ſic ipſe *Jacchiades* de Romanis hæc dicta cenſet, qvanqvam per נָגִיד intelligat Titum Veſpaſianum, qvem ipſum qvoq; intendit Cramerus *l. c. p. 203.* De objectione *Abarbinelis*, qvòd diverſimodè Chriſtiani accipiant *ducem v. 24.* hi de Jeſu, illi de Titô, &c. lege D. Mülleri *Judaiſ. p. 344.* Verſionem Junii, *civitatem ipſam & ſanctum perdet populus antecesſoris venturum* (h. e. Judæos,) refutat Graſerus *p. 344. ſeqq.*

וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף *Et finis ejus vaſtitas.*

Potiùs: *Et finis ejus cum inundatione.* Hic (4) Everſionis adjunctum exprimitur geminum, videl. tùm univerſalitas vaſtitatis, tùm duratio ejusdem. Nomen namq; קֵץ *finis* ſive *terminus* (de qvô dictum jam *c. IIX, 17.*) haut dubiè referendum eſt ad inſignem illam ſtatûs publici mutationem, qvæ circa *urbem & ſanctuarium* contigit, & de qvarum corruptione proxima egerunt verba. Sicut itaq; *Jer. LI, 13.* de Babel dicitur: Venit קִצֵּךְ *finis tuus, finis oppreſſionis tuæ*, it. de Jeruſalem & Judæis Thren. IV, 18. *appropinqvavit קִצֵּנוּ finis noſter, completi ſunt dies noſtri, venit enim קִצֵּנוּ finis noſter*: ita & h. l. finis civitatis & ſanctuarii, (qvod utrumq; per affixum ſingulare ו innuitur diſtributivè,) dicitur venire, vel affuturus eſſe ſuô tempore בַּשֶּׁטֶף *cum inundatione*, h. e. ſicut agri, horti, vineæ, pagi, urbes per aqvas ſubitò auctas ac impetuosè irruentes obruuntur ac corrumpuntur horrendum in modum, adeò ut omnia evertantur, abripiantur, limô aut arenâ oppleantur, &c. (qvòmodo *Virgil.* L. 2. Æneid. *v. 306.* canit: *Rapidus montanô flumine torrens ſternit agros, ſternit ſata læta, boumq; labores, Præcipitesq; trahit ſylvas*, &c.) ita urbs qvoq; & ſanctuarium imò tota ſimul Judæorum regio militaribus opplebitur ac evertetur turmis; qvomodo *Eſa. IIX, 7. 8.* ſimilis occurrit deſcriptio: *Ecce Dominus aſcendere*

קץ

שטף

 dere

Digitized by Google

dere facit ſuper eos aqvas fluminis fortes & multas; (qvænam illæ?) *regem Aſſur & univerſam gloriam ejus: Aſcendetq; ſuper omnes rivos ſuos tranſibitq; per Juda*, שָׁטַף *inundabit & tranſibit, usq; ad collum pertinget*, &c. His adde, qvæ jam de voce שֶׁטֶף *inundatio* notavimus *Prov. XXVII, 4. Pſ. XXXII, 6.* Confer *Eſa. XIIX, 2. Jer. XLVII, 2.* Judæi eqvidem, & in illis R. Salomon Jarchi, *finem hunc* intelligunt de excidiò Romanorum per Meſſiam ſuô tempore delendorum, ubi ſimul Iſraëlis reſtauretur populus. Verùm ut anile hoc eſt ſomnium, ita contextui etiam præſenti prorſus contrarium, utpote qvi totus eſt in deſcribendâ abolitione politiæ Judaicæ, veluti corroborabunt ſeqventia de ſacrificiis, &c. Vide plura contra eundem Rabinum apud Polanum *in Comment. hujus loci.*

וְעַד קֵץ מִלְחָמָה נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת׃

Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio.) Seqvitur jam duratio vaſtitatis, indicata voce plurali שֹׁמֵמוֹת *deſolationes*, qvam ipſam jam vidimus v. 18. *Vide* שֹׁמְמֹתֵינוּ *deſolationes noſtras & civitatem*, &c. Adeòq; ſicut Daniel ſuô tempore deplorabat vaſtitates terræ ſanctæ ubivis obvias; ita nunc poſt inſtaurationem urbis promiſſam, novæ denuò prædicuntur vaſtitates, illæq; non ad 70. forſas annos iterum de-
עד קץ terminandæ, verùm עַד קֵץ *ad finem usq; belli* (LXX. ἕως τέλȣς, meliùs qvàm Vulgata, *poſt finem*;) h. e. qvamdiu inter *populum Ducis venturum*, (de qvô proximè,) & inter Judæos ab eôdem impugnatos duratura eſt hoſtilitas; adeòq; non tantùm temporibus Veſpaſianorũ, ſed & Adriani, Conſtantini Magni, &c. Aliqvi exponunt ita: *bellum non eſt ceſſaturum priùs, qvàm tota Reſpubl. ſit everſa*; ita Hulſius *Theol. Jud. p. 547.* Grotius: *pro fine belli erit definita deſolatio*; qvorſum allegat *Joël. II, 8. Jer. XI, 14. 2. Paral. XXX, 18.* ubi עַד valeat *pro*; qvanqvam ibi ſit בְּעַד qvod alium planè involvit ſignificatum; imò neq; ſic liqvidus ſatis emergit ſenſus. Non ſimpliciter verò mentio fit deſolationum, verùm cum additamentis נחרצת שממות *deciſum deſolationis*, ubi partic. fœm. Niphal naturam induit nominis ſubſtantivi, *deciſum* vel *deciſio*, ceu docet verſus ſeqvens *usq; ad conſummationem*
נחרצה וְנֶחֱרָצָה *& deciſionem*, cap. XI, 36: *qvoniam* נֶחֱרָצָה deciſio facta eſt, Eſa. X, 23. qvia כָּלָה *conſummationem* וְנֶחֱרָצָה *& deciſionem Dominus Deus exercituum faciet in mediô terræ*, cap. XXIIX, 22. *qvia* כָּלָה *conſummationem* וְנֶחֱרָצָה *& deciſionem audivi à Dominô ſuper omnem terram.* Similia participii paſſivi nomina ſcentis exempla

congeſſit

congeſſit B. Glaſſius *L. 3. Philol. ſac. tr. 4. can. 2.* Inſuper verò hoc participium collocatur in regimine, ceu docet terminatio (ת·: :·) cujusmodi plura exempla ſuggeret Troſtius *Grammat. L. 2. c. 1. ſub fin.* Adeòq; *deciſum vaſtitatum* idem eſt ac vaſtitates deciſæ, qvas ſcil. divina juſtitia ac ſapientia eô modô determinavit, ut ſic & non aliter deberent eſſe comparatæ. Vide de verbô חָרַץ *decidit* 1. Reg. XX, 40. *ſententiam tuam tuipſe* חָרַצְתָּ *decidiſti.* Deciſio igitur tantæ deſolationis referenda eſt ad prævium facinus illud ingens, qvod à Judæorum populô committendum prædicebatur, nempè *ad exciſionem Meſſiæ*, qvæ exemplari ſuppliciô meritò punitur, ut toti orbi innoteſceret, qvid valuerint temerariorum horum verba: *ſangvis ejus ſuper nos & ſuper liberos noſtros*, Matth. XXVII, 25. Confer *Rom. IX, 27. 28.* it. *Zach. XIV, 1. 2.* Lutherus hæc ita reddit: biß zum Ende des Streits wirds wüſte bleiben; ad qvæ verba *Vinarienſes* hanc dant paraphraſin: ſo lang eine ſtreitende Kirche allhier auff Erden ſeyn wird. Syrus: עַדְמָא לְחַרְתָּא דִקְרָבָא דְּפְסִיקָתָא דְחֻרְבָּנָא: *& usq; ad finem belli ſententiæ vaſtitatis*: Arabs: *usq; ad finem belli præſcripti diſponetur vaſtatio.* Graſerus *p. 328. usq; ad finem bellum* (graſſabitur,) *prout ſuper deſolationibus deciſum eſt.* Ineptè à Judæis finem belli exponi de præliô Meſſiæ futurô cum Gog & Magog, oſtendit D. Müll. *Judaiſ. p. 326.*

Poriſmata ex Verſu XXVI.

1. Meſſias diverſô reſpectu & moriturus, & immortalis futurus erat: *excidendus* hîc clarè ſatis prædicitur, adeòq; mortem perpeſſurus; manſurus nihilominùs in æternum, *Pſal. LXXII, 19. & LXXXIX, 30.* Qvapropter ineptè Judæi colligebant Meſſiam mortis expertem futurum, *Joh. XII, 34.* Plura de morte Chriſti Gomarus *tom. 3. operum fol. 63.* & è noſtris Steuberus *tom. 8. diſpp. Gieß. pag. 349.* nec non D. Feuerborn. *faſcic. 4. diſp. 1. &c.*

2. Ut Chriſti mors reſurrectionem mox habebat pediſſeqvam, excidebatur qvidem, mox tamen è ſepulchrô reviviſcens; ſiqvidem non erat ipſi *exciſio*: ita Chriſti qvoq; membra ſimili gaudent privilegiô, mors ipſorum ſomnus eſt, in morte non manebunt, &c.

3. Sanctiſſima etiam loca, (ut h. l. urbs Dei & ſanctuarium,) corruptioni ſunt obnoxia, idq; ob incolarum præpoſteram fiduciam & ingratitudinem, &c. *Jer. VII, 4. 12.*

4. Illi, qvi non erant ducis Meſſiæ populus, (Romani ſc. gentiles,)

Digitized by Google

populus tamen ipſius erant futurus, *Oſe. II, 25*. adeòq; hìc occultata latuit Romanorum ad obſeqvium Meſſiæ converſio, *Rom. I, 8*.

5. Ingens eſt exercituum hoſtilium, terram aliqvam invadentium, corruptio: inſtar *diluvii* namq; aut inundationis univerſa obruunt, &c. *Joël, II, 3. ſeqq.*

6. Nihil accidit temerè citra Dei determinationem *præciſam*, ſapientiſſimam, ſanctiſſimam. Grandes autem habet cauſas permiſſæ deſolationis, ſicut h. l. exciſio Meſſiæ cladem inferebat toti Reip. Judaicæ, utut Judæi ipſi excœcati in hunc usq; diem id nolint cognoſcere.

וְהִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים שָׁבוּעַ אֶחָד

VERSUS XXVII. *Confirmabit autem pactum multis hebdomadà unà.)* *Tertium* hòc eſt eventum ſeptimanæ ultimæ, fœderis nimirum confirmatio: ubi (α) confirmans haut dubiè eſt non Titus Veſpaſianus, ſecundùm *Jarchi ad.* paciſcens cum proceribus qvibusdam Judæorum, (qvem refutat Conſt. L'Empereur *pag. 186.* & D. Müllerus *Judaiſ. pag. 325.*) ſed is qvem præſens noſtrum vaticinium, tanqvam caput atq; nucleum, concernit præcipuè, h. e. Meſſias dux, *v. 25.* occidendus, *v. 26.* & occiſionem ſui vindicaturus, *ibid.* (β) Confirmatio innuitur verbô הִגְבִּיר *validum fecit, roboravit*, (à גָּבַר *prævaluit*,) qvæ verbi forma ſemel ſolummodò redit Pſal. XII, 5. *dicunt* נַגְבִּיר *roboravimus linguam noſtram, labia noſtra nobiſcum, qvis noſter Dominus?* De cæterô, ſicut in Kal *Pſal. CIII, 11. & CXVII, 2.* dicitur: גָּבַר *prævaluit gratia ejus ſuper timentes ipſum*, & Gen. XLIX, 26. *benedictiones patris tui* גָּבְרוּ *roborantur vel validæ ſunt*: Pſ. LXV, 4. *iniqvitates* גָּבְרוּ *prævaluerunt mihi*; ſicut etiam in Piel *Zach. X, 12.* legitur גִּבַּרְתִּים *corroborabo eos in Dominô & in nomine ejus*: ita & hìc talis deſcribitur corroboratio, qvâ id, qvod nutaverat aut pro invalidô habebatur, novas nanciſcitur vires ad obſtringendum, vincendum, triumphandum. Qvorſum tùm efficaciſſima ac penetrantiſſima doctrina, tùm miracula, tùm interior Spiritûs S. vis, qvosvis obicem malitiosè non ponentes convincens de fœderis dignitate. *Sanctius* ita accipit: In ultimâ hebdomade duo contingent admiranda, tùm confirmatio pacti novi, per Chriſti ſcil. ſangvinem & mortem; tùm abolitio pacti veteris, per ſacrificia ſtabiliti. Verùm cur חֲצִי *dimidii* (non תָּוֶךְ *medii*, ut ille ſupponere videtur, qvando redundare illud ait,) facta eſſet mentio? tacemus alia. (γ) Res confirmanda eſt בְּרִית *fœdus*, qvâ voce aliàs innuitur mutua pactio,

ctio diſtinctarum partium; qvâ alter alteri ſe certis conditionibus obligat ad aliqvid ſive dandum ſive faciendum, ſive intermittendum, adhibitis nonnunqvam externis ſignis ſive ſymbolis majoris certitudinis vel memoriæ cauſâ. Hôc locô non fœdus qvoddam profanum aut politicum innuitur, qvale illud Ægyptiorum cum aliis populis, *Ezech. XXX, 5.* aut Jonathanis & Davidis, *1. Sam. XIIX, 3.* &c. verùm *fœdus ſanctum*, cujus in noſtrô Daniele etiam alibi fit mentio, *cap. XI, 28. 30. 32. c. IX, 4.* qvod ſcil. Deus pepigit cum hominibus; idq; non cum Phineâ fortè ratione Sacerdotii, *Num. XXV, 12. 13.* nec cum populô Iſraëlitico ratione legis, qvod appellatur fœdus antiqvum, *2. Cor. III, 14.* ſed novum ſuper reconciliatione per Chriſtum in carne jam exhibitum, *Jer. XXXI, 31 33. c. XXXII, 40. Eſa. LIV, 10. c. LXI, 8. Ezech. XVI, 60. ſeqq. cap. XXXIV, 25. c. XXXVII, 26. 27. Oſe. II, 18. ſeqq. Zach. IX, 11. Matth. XXVI, 28. 1. Cor. XI, 25. Luc. I, 72. 73. Ebr. IIX, 7 ſeqq. 1. Pet. III, 21.* Qvorſum facit, qvòd Deus ſe Meſſiam in fœdus populi daturum promiſit, *Eſa. XLII, 6. cap. IL, 8.* qvapropter etiam Meſſias angelus ſeu legatus fœderis appellatur, *Mal. III, 1.* Huc non immeritò ab *Oecolampadiô* refertur inſtitutio S. Euchariſtiæ, qvippe in qvâ ſangvis novi fœderis diſpenſatur, &c. Nimis ergò abjectum eſt, qvòd *Junius & Polanus* hanc fœderis confirmationem accipiunt de multorum Judæorum fidelium ereptione ex interitu Hieroſolymæ; dum eosdem migrare juſſit Dominus in urbem Pella, eoq; probavit, ſe cuſtodire fœdus, &c. Multò namq; altiùs hîc aſcendit angelus ad fœdus Evangelicum de gratuitâ peccatorum remiſſione atq; in filios adoptatione iſtorum omnium, qvi fide recepturi eſſent hunc fœderis cœleſtem legatum, *Joh. I, 12.* Argutias *Judæi Mittelburgenſis* blaſphemas de fœdere Jeſu fluidô, (baptiſmali ſcil.) refutat D. Müll. *Jud. pag. 350.* Plura verò de fœdere hôc novô notabilia ſuppeditabit Graſerus *in ult. verb. p. 355. ſeqq.* (d) Perſonæ, qvibus fieri debet confirmatio, ſunt רַבִּים *Multi:* non omnes enim ex populô Iſraëliticô fœdifragi futuri erant, verùm ſanctum aliqvod ſemen conſervandum hîc dicitur, ſicut de tribus millibus converſis per Petrum legimus, *Act. II, 41.* deq; multis aliis ſimilibus, *ibid. v. 4. c. IV, 4.* &c. qvi unà cum populô Meſſiæ novô, è gentibus colligendô, in unum coalituri erant corpus, adeòq; fœderis participes manſuri in æternum. Vide Rom. IX, 24. *Vocavit nos non ſolùm è Judæis, ſed & ex gentibus, ſicut in Oſeâ qvoq; inqvit: Vocabo non populum,* &c. cap. XI, 1. *num itaq; repudiavit Deus populum ſuum? abſit.* Joh. I, 11. *ſui eum non re-*

Digitized by Google

ceperunt, &c. *Corn. à Lapide* qvidem poſt *Sanctium, fol. 636.* hocce לְרַבִּים in ablativô accipit caſu: *multis* (argumentis) *fœdus confirmabit*; Verùm inſolens hæc eſt conſtruendi ratio, ac proinde nulla cauſa adeſt recedendi à ſententiâ communiore. *Piſcator* ob ה Emphaticum reddit: *præſtantibus illis*, h. e. electis in Iſraël; qvorſum citat *Eſa. LIII, 11. 14. Job. XXXII, 9. Jerem. XLI, 2.* Meliùs Graſerus modò laudatus *p. 350.* efficiet, ut prævaleſcat fœdus ad multos; Conf. Eſa. LIII, 11. *per cognitionem ſui juſtificabit ſervus meus juſtus* לָרַבִּים *multos, hæreditatem illi aſſignabo* בָרַבִּים *in multis*, cap. IL, 6. *in lucem gentium poſui te*, &c. (ε) Tempus confirmationis determinatum: *hebdomade unâ*. Ubi pleriq; interpretum Synecdochicè hoc dictum volunt de ultimâ hebdomade dimidiâ, h. e. de ſeſqviqvadrienniô, eò qvòd ſeſqviqvadriennii itidem mentio mox ſubſeqvitur ſub hebdomade dimidiâ. Atq; hoc ipſum tempus non malè congruit cum tempore prædicationis Evangelicæ ab ipſomet Salvatore in terrâ ſanctâ peractæ, qvod communiter ad tres annos & qvod excurrit, reſtringitur, v. g. à Chryſoſt. *homil. 23. in Matth.* Nicephor. *L. 2. hiſt. Eccl. cap. 3.* Theodoretô, Euſebiô, Ignatiô *in Epiſtolâ ad Trallian.* Eodem recidit, qvod alii dicunt, confirmationem hanc incidere in hebdomadam unam ſive ultimam, etiamſi non duraverit ipſa eôdem modô per eam integram. Ita D. Cramerus *Schol. 5. Prophet. p. 207.*

וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ יַשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה,

Et in dimidiô hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium.) En eventum *qvartum*, abrogationem ſcil. cultûs Levitici: ubi (α) idem haut dubiè autor, qvi confirmationis fœderis, membrô antecedente, nempe Meſſias. (β) Abrogatio includitur verbô יַשְׁבִּית *ceſſare faciet*, videl. tùm interdictis verbalibus, tùm ſacrificii præfigurati hactenus oblatione ſolenni, tùm reali impeditione; Confer *Ex. XII, 15. 2. Reg. XXIII, 5. 11. Jer. XXXVI, 29.* (ceſſare faciet ex illâ civitate hominem & jumentum, h. e. prorſùs abolebit:) *Pſ. LXXXIX, 45. Eſa. XVI, 10. c. XXI, 2.* imò יַשְׁבִּית idem eſt ac *abolere incipiet*. Plura de verbô hôc, *abrogavit*, Graſerus *p. 379.* qvod ſcil. non de violentâ impeditione, ſed legitimâ potiùs ſublatione accipi debeat &c. *Piſcator*: Er wird abſchaffen. (γ) Res abroganda geminô effertur vocabulô זֶבַח *ſacrificium*, וּמִנְחָה & *oblatio*, qvibus tùm dona animata tùm inanimata, cruenta & incruenta, victimalia & dapalia comprehenduntur,

adeòq;

Digitized by Google

adeòqve totus ſimul Leviticus cultus, ceu patet ex *Pſal. XL, 7.* זבח ומנחה *ſacrificium & oblationem non dilexiſti*, &c. vide Eſ. XIX, 21. *Ægyptii colent Dominum, ſervientq; ſacrificiô & oblatione*, (ubi ſub vocibus V. T. cultus teſtamenti N. effertur;) it. *Ebr. X, 5:* Hunc itaq; cultum abrogavit Meſſias, ſemetipſum in arâ crucis Patri offerendô, *Eph. V, 2.* adeòq; veteres typos atq; umbras ſolenniter ſimul obſignando & antiqvando, veluti huc non obſcurè nos deducit veli ſacri ſciſſio in morte Chriſti facta, *Matth. XXIIX, 51. Marc. XV, 38. Luc. XXIII, 45. Gal. V, 2.* (ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nil proderit:) *cap. IV, 10.* obſervatis dies, menſes, &c. metuo de vobis, ne fruſtrà laboraverim: *Col. II 14. Ebr. IX, 7. 8.* Et licèt cum morte Chriſti non extemplò deſierint ſacrificia qvoad externum actum materialem, deſierunt tamen qvoad jus, qvoad uſum præfigurandi, & qvoad fructum antehac à ſacrificiis manantem. (δ) Tempus abrogationis eſt *dimidium ſeptimanæ*; nimirùm ſicut prior ſeptimanæ pars inſumta fuit confirmatione fœderis per præſentis Meſſiæ conciones triennales & qvod occurrit, ita poſterior ſeptimanæ illius pars pertinuit ad cultûs Levitici abrogationem poſt Chriſti mortem concionibus Apoſtolorum præcipuè intimandam. Ultimâ namq; ſeptimanâ abſolutâ converterunt ſe legati Meſſiæ ad gentes, *Act. XIII, 46.* De abrogatione ſacrificiorum vel cultûs Levitici Apoſtolicâ, fermè tribus cum dimidiô annis poſt Chriſti mortem per concilium ſancita, *Act. XV, 23.* lege Lutheri *præf. in Danielem.* In Ebræô verò hîc eſt ellipſis præfixi ב, ita ut plenè dicendum fuiſſet ובחצי *& in mediô ſeptimanæ*, &c. Vide ſis Druſii *Moſchevec. p. 47.* Gatakeri *de ſtilô N. T. p. 182.* it. Pſ. II, 7. היום *hodiè genui te*; Prov. IIX, 22. *poſſedit me* (in) *principiô* viarum ſuarum. Qvi vult, poterit ex *Joſephô* huc referre portenta illa duo, abolitionem ſacrificiorum antegreſſa, videl. bovem ad altare adductum enixum eſſe agnum in mediô templi, & Pentecoſtes feſtô ſacerdotes in templi atriô interiore, poſt ſtrepitum qvendam audiviſſe vocem clamantem: *migremus hinc!* ſuſpicatur verò Cloppenburgius *Synt. p. 606.* hôc contigiſſe iſtô Pentecoſtes feſtô, qvô שכינה ſeu Spiritus S. migravit in Apoſtolos ſuper eosdem ſolenniter effuſus. Illi qvi vaticinii hujus terminum collocant in excidiô urbis ultimô, ſeptimanam hanc ultimam referunt tùm ad antegreſſam fœderis confirmationem per varias exhortationes, prodigia, &c. tùm ad ſacrificiorum per Zelotas abrogationem, qvippe qvi templô occupatô, cultum aboleverant violenter: ita D.

König

König *eixa. Loc. 9. §. 41.* Verùm qvod illi termino ab aliis obvertatur, non opus eſt huc acceſſere.

וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם׃

Et erit in templô abominatio deſolationis.) Potiùs: *Et juxta alam abominationum deſolator.* Pertinent hæc ad deſolationem urbis atq; ſanctuarii memoratam *v. 26.* ita ut mentio fiat (α) מְשֹׁמֵם

שמם *deſolantis*; qvod Participium Piel verbi שָׁמַם *deſolatus fuit horrendum in modum,* it. *horruit, obſtupuit,* (de qvô ſuprà cap IIX, 13. *ug. qvò viſio hæc de jugi ablatô & prævaricatione* שֹׁמֵם *vaſtante?*) ter adhuc legitur in ſacris, Eſr. IX, 3. *& evelli pilos & ſedi* מְשׁוֹמֵם *obſtupeſcens*; it. v. 4. *ego ſedens* מְשׁוֹמֵם *deſolatus* vel *obſtupeſcens*; & deniq; Dan. XI, 31. *removebunt* (ſacrificium) *juge & ponent* הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם *abominationem deſolantem.* Hìc non incommodè intelligi poterit exercitus Romanorum hoſtilis, indicatus jam ſuperiùs ſub voce *populi ducis venturi urbem devaſtaturi & ſanctuarium.* Et ſicut aliàs Deus ipſe de ſe hôc utitur vocabulô וַהֲשִׁמּוֹתִי *deſolabo ſanctuaria feſta, terram &c. Levit. XXVI, 31. 32. Ez. XXX, 12. Oſ. II, 14. &c.* ita hîc miniſter, decreta exeqvens divina appellatur devaſtans; de qvô prædicitur, qvòd ſit extiturus (β) *juxta alam abominationum,* h. e. in confiniô qvaſi vel proximè, ubi extituræ ſint abominationes. Ita namq; nomen כָּנָף tàm alam denotat avium, v. g. columbæ, *Pſal. LV, 7. 8.* ciconiæ, *Zach. V, 9.* &c. qvàm *extremitatem,* v. g. veſtium, *1. Sam. XV, 27. c. XXIV, 5. 6. 12. Ez. V, 3.* it. terræ, *Job. XXXVII, 3. c. XXXIIX, 13. Eſa. XXIV, 16. Ez. XXVII, 2.* Deinde nomen

שִׁקּוּץ שִׁקּוּץ eſt *res abominabilis,* nauſeam intuenti creans, inſtar immundi cibi, carnis ſuillæ, &c. qvam absq; execratione aut horrore Judæus intueri neqvit; qvomodo legitur de idolô Ammonitarum Milkom, *1. Reg. XI, 5. 7.* de Aſtharoth idolô Sidoniorum, *2. Reg. XXIII, 13.* de Chamos Ammonitarum, *ibid.* Videatur *Oſ. IX, 10. Nah. III, 6. 2. Reg. XXIII, 24. 2. Paral. XV, 8. Ez. V, 11. c. XI, 18. 21. c. VII, 20. c. XX, 7. 8. 30. c. XXXVII, 23. Jer. IV, 1. c. VII, 30. c. XVI, 18. c. XIII, 27. c. XXXII, 34. Devt. XXIX, 17. Eſ. LXVI, 3. Zach. IX, 7.* & deniq; *Dan. XI, 31.* & *cap. XII, 11.* qvæ ipſa eſt locorum vocis hujus ſingulorum inductio. Ex qvorum collatione & ſcrutiniô colligitur facilè omne, qvod contrariatur revelationi divinæ, & ſub ſpecie tamen cultûs ſacri obſervatur, à Deô pro abominatione reputari. Qvâ ratione etiã cultus Leviticus in templô poſt Meſſiæ mortem continuatus contra Dei ordinationem, non immeritò titulô hôc inſigniri poteſt, æqvè ut *Eſa. LXVI, 3.* offerens

Mincha

Digitized by Google

Mincha aſſimilatur offerenti ſangvinem porcinum. Atq; ſic non malè coincidere βδέλυγμα ἐρημώσεως ἑςὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, *Matt. XXIV,* 15. & *devaſtator juxta alam* vel oram *abominationum,* in templô ſcil. ſacrô exercitarum; ita de cultu Leviticô Autor *hiſtor. Schol. de Dan. cap. X.* nec non Dionyſius Carthuſianus. Et qvanqvam Pererius *p. 643.* objiciat, hæc ſacrificia pauciſſimis conſtitiſſe tanqvam abominabilia, adeòq; ſignum devaſtationis eſſe neqviviſſe; ſufficit tamen Chriſtianis hoc fuiſſe liqvidum ex concionibus Apoſtolicis, &c. An propterea templum non fuit ſpelunca latronum, qvia id norant pauciſſimi? *Luc. XIX, 46.* Notandum verò contra non paucos, voces כנף שקוצים cohærere per regimen: *juxta alam vel oram abominationum,* adeòq; per כנף neqvaqvam intelligi poſſe Cherubinos, niſi hos ipſos ſub voce שקוצים *abominationum* deſignatos opinemur, qvod tamen nimis durum. Id qvod etiam dicendum de illis, qvi per *alam* intelligunt *templum,* ob pinnas tanqvam pennas, vel qvia templum utrinq; habebat latas longasq; porticûs, tanqvam alas expanſas, adeò ut videri potuerit alatum; ſicuti ſcribit *Corn. à Lapide.* Licet enim *Matth. XXIV, 15.* mentio fiat τόπου ἁγίου, non tamen dicitur, qvòd hic locus ſanctus extet etiam in Daniele, verùm Chriſtus ſolùm declarat, ubi βδέλυγμα ἐρημώσεως, à Daniele prædictum debeat obſervari, videl. *in locô ſanctô,* h.e. circa urbem vel templum Hieroſolymitanum. Deinde על non valet h. l. *ſuper,* ſed *juxta,* ut *Pſ. I, 3.* &c. Qvicqvid itaq; per שקוצים i.e. *abominationes* intellexeris, ſive imagines Romanorum gentiles, e.g. imaginem Tiberii Cæſaris à Pilatô illatam Hieroſolymis, (apud Joſephum *L. 18. antiqvit. Jud. cap. 4. & L. 2. belli Judaici c. 8.*) vel ſigna etiam militaria, vexillorum locô in caſtris Romanorum uſitata, vel ipſummet exercitum idololatricum Romanorum, ex collatione *Luc. XXI, 20.* cum *Matth. XXIV, 15. & Marc. XIII, 14.* (ſecundùm *Gerhardum* in harmon. Evangel. l.c. *Müllerum* Judaiſ. p. 354. *Abarbinelem, Polanum, Junium, C. à Lapide, Auguſtinum, Origenem, Cajetanum, Salmeronem, Svarezium, Bucerum, Muſculum, Aretium, Piſcatorem, Gomarum* tom. 1. operum f. 165. D. *Königium* locô cit. §. 42. & *Wichmannum* Chron. L. 1. p. 172.) ſive ex mente aliorum *Zelotas,* templi profanatores abominabiles, qvos indigitatos volunt *Abulenſis, Baronius, Heſſelius, Janſenius, Barradius, Capellus* in ſpicil. &c. ſive aliud qvid, ſanè qvàm optimè h. m. vicinitas vaſtationis indicatur, qvòd *ad alam* vel *juxta oram* harummet abominationum adfuturus ſit *devaſta-*

על juxta

tor, æqvè ut Chriſtus fugiendum monuit ad conſpectum hujusmodi *βδελύγματ*[*ο*]*ς in locô ſanctô*, vel circa urbem ſanctam comparentis. Plura hâc de abominatione deſolationis congeſſit B. Gerh. *continuat. harm. Evang. cap. 160. pag. 442. ſeqq.* Pererius *p. 639. ſeqq.* Cramerus *Schol. 5. Prophet p. 212.* Capellus *in ſpicil. pag. 32.* ſic exponit: Meſſias ceſſare faciet ſacrificium & oblationem, *usq; per alam abominationum vaſtatricem; & usq; ad conſumtionem* (Judæorum) *definitam effundetur* (clades & ruina) *in deſolatum* Judæorum populum. Hunc in ſenſum ex Joſephi *L. 5. de bell. Jud. cap. 2.* allegat textum, ubi zelotas templum profanantes cenſuerit per abominationem hanc prædictos. Aliter L' Empereur: *per alas* Romanas, qvas Judæi *abominabuntur, deſolabit vos*, &c. Wichman. *l. c.* ſic declarat: *Verùm per alam abominationum deſolantem & usq; ad conſummationem, eamq; præciſam, effundetur ſuper deſolatum deſolatio.* Sed qvicqvid hi dicant, durum omninò eſt, h. m. voculam עַד non modò reddere *per*, ſed & *alam* exponere de turma, qvod ipſum pluribus refellit Graſerus *pag. 392. ſeq.* Tacemus alia plura qvæ hic moveri poſſent. LXX. *καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων.* Arabs: *Et ſuper ſanctuarium erit abominatio ruina:* Syrus ועַל כְּנָפָא דְשַׁמְיָא חְבָלָא *& juxta extremitates ejus abominationis vaſtitas.* Illi, qvi per כָּנָף *exercitum* volunt intellectum, allegant *Eſa. IIX, 8. Ezech. XII, 14. cap. XVII, 21.* Qvi ſigna volunt militaria, adducent ex Lipſii *annot. ad Tacit. & ex L. 4. de mil. Rom. Dial. 5. pag. 164.* in ſingulis legionibus aqvilam fuiſſe, ex argentô primum, poſteà ex aurô, ſummæ haſtæ inſiſtentem alis expanſis, & pede fulmen aureum tenentem. Signa verò in legione tot fuerunt, qvot cohortes h. e. decem. Haſtis iis oblongis in ſummitate breve lignum tranſverſum appoſitum inſtar crucis. Adjunctæ his fuere Cæſarum imagines. Aqvilæ iſtæ militum fuere Numina, adeò ut adoraverint ac per eas juraverint. Eas verò Marius introduxit primus, centum & duobus annis ante Chriſtum natum; apud Ludov. Godofred. *Monarch. fol. 238.* Sed hæc ſolùm incidenter.

וְעַד־כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל־שֹׁמֵם׃

Et usq; ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.) Sicut proximè deſolationis vicinitas, ita nunc ejusdem tum gravitas, tum diuturnitas deſcribitur ſatis graviter. Et qvidem ex collatione v. 11. patebit facilè, ellipticum hic eſſe loqvendi genus, ita ut ſupplendus

ſupplendus veniat Nominativus, *execratio* vel *indignatio* divina, qvæ *ſtillabit* vel effundenda dicitur *ſuper devaſtationem*, h. e. urbem ſanctuariumq; devaſtatum, *v. 26. 17.* (de voce שֹׁמֵם *vaſtans*, vel ſubſtantivè *vaſtitas*, vide dicta ad *v. 13.*) *idq; usq; ad* כָּלָה *conſummationem* וְנֶחֱרָצָה *& deciſionem*, h. e. conſummationem deciſam per hendiadyn, qvomodo Gen. XIX, 14. *ſulphur & ignis* ponuntur pro igni ſulphureô, ſic Pſal. XXXIII, 5. Pſal. LXXXIX, 15. Pſ. XIC, 4. Coh. V, 7. *judicium & juſtitia*, pro judicio juſtô, &c. Vox כָּלָה idem eſt ac *conſummatio*, it. ſcelus conſumtionis meritorium, Gen. XIIX, 21. *videbo, num fecerint* כלה *conſumtionem*, h. e. facta conſumtione finali digna: Neh. IX, 31. *ſecundùm miſericordiam tuam magnam non feciſti eos* כָּלָה *conſummationem nec deſeruiſti ipſos*, Jer. V, 19. *non faciam vos* כָּלָה *conſummationem*: cap. XXX, 11. *tecum ego ſum ad ſalvandum te, qvia faciam* כָּלָה *conſummationem in univerſis gentibus, qvorſum te diſpergam? verùm te non faciam* כָּלָה *conſummationem*. Confer *c. IV, 27. c. V, 10. c. XLVI, 28. Ezech. XI, 13. c. XX, 17. Nahum. I, 8. 9. Zeph. I, 18.* unde conſtabit non damnum aliqvod leviculum vel læſionem qvalemcunq; indicari, verùm ejusmodi plagarum turbinem aut nimbum, qvibus aliqva ſive perſona, ſive communitas aut regio penitùs abſumitur, ut prioris ſtatûs vel nulla vel ſanè exigua ſuperſint ampliùs veſtigia. Qvoad alteram vocem נֶחֱרָצָה *deciſio*, ſoliciti jam fuimus *v. 26.* adeòq; ſenſus eſt, ſicut in ſuperioribus ante Meſſiam plagis publicis nunqvam deventum eſt ad conſumtionem totalem, (*Jer. XXX, 11.*) verùm caſtigati fuère Iſraëlitæ me[illegible]icè, & cum reſtitutione in qvalemcunq; dignitatem priſtinam; ita nunc poſt Meſſiam, ab iis interfectum ſeqvetur *conſummatio & deciſio*, h. e. conſummatio firmiter decreta, eaqvè inevitabilis ac irreparabilis, ſiqvidem execratio ſuper deſolatum hunce locum deletamq; hanc rempublicam ſtillabit, donec omnimoda ſeqvatur abſumtio cum abſumendô hôcce orbe terrarum. Pertinent huc, qvæ de templi reſtauratione fruſtrà toties tentatâ refert Pererius *pag. 618.* ex Ruffini *L. 1. c. 37.* & Socrates *L. 3. c. 17.* it. ex Chryſoſtomi *orat. 2. adv. Judæos*, qvi ultimus ſuâ ætate ante 20. annos accidiſſe iſta recenſet. Imò teſtis hîc eſſe poteſt ſcriptor ethnicus minimè ſuſpectus, Ammianus Marcellinus *L. 23. ab initiô.* De ipſô hôc excidiô omnem omninò reſtaurationem excludente, vide ſis *Perer.* l. c. nec non D. *Königium* §. 43. נחרצה:

Poriſmata ex Verſu XXVII.

1. De fœdere vel pactô divinô repeti poſſunt dicta ſuperiùs ad *verſ. 4.*

2. Abrogandas fuiſſe leges ceremoniales ac forenſes, prædictum fuit à Prophetis paſſim, v. g. qvòd Meſſias futurus ſit Sacerdos non ſecundùm ordinem Aaronis, ſed Melchiſedeci, *Pſ. CX, 4. Ebr. VII, 11. 12.* it. *Mal. I, 10. 11. Eſ. XIX, 19. 21. 24. c. LXVI, 18. 19. Jer. III, 16. cap. XXXI, 32. ſeqq.* Confer *Ebr. IX, 9. c. X, 11. Coloſſ. II, 17. Act. X, 11. cap. XV. 6. ſeqq. Gal. II, 13. cap. V, 2.* Hinc tria Synagogæ obſervantur tempora, 1. qvô vixit videl. in V. T. 2. qvô mortua eſt, ſcil. ſub initium exorti Meſſiæ ac Evangelii. 3. qvô ſepulta eſt, nimirùm confirmatô Chriſtianiſmô per totum orbem, deletâqꝫ Judæorum politiâ. Hinc licèt cum morte Chriſti non expiraverint ſtatim ſacrificia qvoad uſum, defecerunt tamen qvoad valorem & efficaciam. Indè Scholaſtici legem Moſis in V. T. dicunt fuiſſe mortalem, in primâ N. T. Eccleſiâ mortuam, ſed nondum ſepultam; hodiè verò mortiferam. Confer Tarnov. *in Johan. pag. 221.* Selden. *de anno civ. p. 102.* Spanhem. *part. 3. dub. Evangelic. p. 538. ſeqq. 594.* Molinæum *Tom. 1. diſp. Sedan. p. 543.* Ludovic. Tena *in Epiſt. ad Ebr. fol. 278. 335.* Raymundum *pug. fid. fol. 686.* Barrad. *tom. 1. harm. Evang. fol. m. 73. 76.* Cloppenb. *de ſacrif. p. 136.* Helvicum *tom. 4. diſp. Giſſenſ. p. 197.* Franzium *ſchola ſacrif. diſp. 10. §. 2. ſeqq.* Dorſcheum *diſp. 11. pentad. §. 33.* De Epiſcopiô, qvi negat legem abrogatam, ſed ſolùm cum populô ac templô ceſſaſſe, qvomodo ceſſante bellô ceſſant etiam leges bellicæ, videatur Dn. D. Calov. *Armin. pag. 377.* ubi meritò urgetur illud *Act. XV, 28.* & *Col. II, 10.* de umbrarum abolitione. Ita ex veteribus etiam *Juſtinus* è noſtrô Danielis textu probavit ſacrificiorum abrogationem *in Dial. cum Tryph.* & Cyrillus *L. 10. in Levit.* Auguſt. *tom. 4. quæſt. Evangel. L. 2. cap. 3.* Teſtimonia ipſorummet Judæorum de legis mutabilitate adduxit Hornbeck *Theol. Jud. p. 465.* inferens *ibidem pag. 466.* ſi Synedrio licuit leges mutare Moſaicas, qvidni Meſſiæ?

3. Sacrificiis Leviticis ceſſantibus hautqvaqvam tamen ceſſare debent ſacrificia Chriſtianorum, (qvia ſinguli jam facti ſunt ſacerdotes, *Apoc. I, 6.*) ſpiritualia, ut ſunt oblatio cordis contriti, preces, eleemoſynæ, &c.

4. Devaſtatio Hieroſolymæ præludium fuit devaſtationis Anti-

chri-

chriſtianiſmi, imò totius mundi, ultimæ: unde etiam tàm arcta connexio deprehenditur *Matth. XXIV.*

5. Ubi cultus ſacer fit abominabilis, ibi in viciniâ jam excubat & imminet deſolatio. Caveat qvisq; depravationem cultûs vel minimam, ne pedetentim fiat deteſtabilior: parum fermenti totam corrumpit maſſam.

6. Judæis nullam ſperandam eſſe reſtaurationem ſtatûs publici, aliqvot argumentis probat Pererius *h. l. p. 619. ſeqq.* cum qvibus qvomodo conciliari poſſit ſententia Cornelii à Lapide, *templum Judæorum in fine mundi reparandum eſſe ab Antichriſto, in qvô ſedebit ac adorabitur, &c.* 2. Theſſ. II, 4. viderit ipſe. Nos nugas has Cornelii ridemus.

7. Ex vaticiniô hôc Danielis luculentiſſimè Judæos convinci de exhibitô jamjam Meſſiâ, qvia ſcil. ante hebdomadum finem excidi ille debuit, qvia templum, qvô ſtante debuit adeſſe, *(Hagg. II, 8. ſeqq. Mal. III, 1. ſeqq.)* jamdudum deſtructum, qvia ſacrificia, poſt Meſſiam demum excîſum abroganda, jamdudum ceſſarunt &c. operoſiùs oſtendit Polanus *ad h. l. p. 912.* Objectiones de mutuis Chriſtianorum diſſenſionibus, (in circumſtantiis ſcil. qvi tamen in cauſâ principali conſpirant unanimiter,) ſolutas producit D. Müllerus *Judaiſ. p. 313. ſeqq.* Idem *pag. 334.* refutavit prolixè argumenta *Abarbinelis*, (æqvè ut *Anton. Hulſius* id ipſum præſtitit *Theol. Jud. p. 543. ſeqq.*) de qvibus tanqvam invictis, ſtultè gloriantur Judæi. Sic *pag. 348. ſeqq.* refellit etiam dict. Müll. argumenta *colloq. Mittelburgenſis.* Vide porrò Jac. Mart. *Lib. 3. de tribus Eloh. p. 78. ſeqq.* Helvici *tom. 4. diſp. Giſſenſ. p. 151. ſeqq. & 328.* (ubi Judæorum refelluntur exceptiones:) Alſtedii *præcog. Theol. p. 520. ſeqq.* Helvici *vind. loc. V. T. p. 327.* Crameri *Schol. Proph. claſſ. 5. Loc. 4. p. 128. ſeqq.* Fini *flag. Jud. L. 4. cap. 38. & L. 5. c. 5.* Centur. 1. *Magdeburg. fol. 349.* Cocceji *ult. Moſis verba §. 329.* (ubi refellitur *M. B. Iſraël*, ſupputans à deſtructione templi primâ ad usq; deletū Agrippam:) nec non *reſp. Judaic. p. 108. & 310.* (ubi textum Proph. qvoad Meſſiæ officium ac beneficam pluribus declarat,) Hornb. *cont. Jud. p. 168. ſeqq.* (qvi initium ab exitu verbi de reſtituendâ urbe faciendum, concedit Judæis figere, ubicunq; velint, ita tamen ut finis vaticinii conſtituatur in urbis excidiô: Atq; ſic nihilominùs evinci docet, dudum ante ſedecim ſecula Meſſiæ tempus effluxiſſe, &c. porrò objectionibus Judæorum reſpondet *p. 170. ſeqq.*) Cœleſtinum à monte Marſanô *clavis David fol. 144.* Bernard. *l. 3. harmon. evang. c. 5.* Abrami *Pharſ. fol. 366.* Joh. Vorſtii *Exerc. acad. pag. 123. ſeqq.* König *viud. loc. p.* Mornæi

Digitized by Google

verit. relig. Chriſt. c. 29. Raiboldi *cenſ. libr. Apocr. prælect. 127. ſeqq.* Torniell. *ad annum 356.*

8. Injuriam nobis facit Bellarm. *L. 3. de Eccleſiâ c. 16.* nec non Becanus *in manuali de Eccleſiâ*, ac ſi ex textu hôc, de ſacrificiorum abrogatione, probaremus, Eccleſiam deficere poſſe; cui tamen dudum ſatisfecit B. Gerhardus *tom. 5. de Eccleſiâ* §. *91.* Meyfartus *tom. 1. Anti-Becani p. 359.* & Meiſnerus *de Eccleſiâ p. 514. ſeqq.*

9. Qvàm abſonè *Salmero* ex abominatione deſolationis colligat duplicem unius vocabuli ſenſum, ac ſi dictum hoc impletum fuerit tùm ſub Antiochô, tùm in devaſtatione ultimâ, deduxit Chamier panſtr. Tom. 1. l. 15. c. 3. §. 20. 25. imò Salmeronem refutavit jam ipſemet *Pererius*. Conf. etiam Gerh. *T. 2. conf. Cath. p. 240.* Ejusdem farinæ eſt, qvòd Papiſtæ alii abolitionem Miſſæ temporibus antichriſti exſculpere conantur ex hocce vaticiniô; id qvod fecit Gaſp. Scioppius, refutatus â B. Balduinô, *antich. p. 136.*

CAP. X.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

TRaduntur hoc capite Prolegomena ſeqventis viſionis, *cap. XI. & XII.* ita ut commendetur non parùm peculiaris rerum dicendarum gravitas, cui prolixè adeò præmittendas Daniel duxit circumſtantias inſigniores. Et qvidem deprehendimus hîc *tùm* ea, qvæ Propheta vidit, *tùm* qvæ audivit. Qvoad *priùs* nota (1) viſionis oblatæ tempus *v. 1.* unà cum delineatione rei revelatæ, &c. (2) occaſionem *v. 2. & 3.* (3) Locum *v. 4.* (4) viſionis modum, *v. 5.* (5) ejusdem objectum ſeu perſonam revelantem *v. 5. & 6.* (6) Diſcipulum inſtructum *v. 7. & 8.* (7) viſionis conſeqvens, tùm conſternationem, tùm conſternationis depulſionem *v. 8. 9. 10.* Qvoad *poſterius*, ſive ea, qvæ Propheta audivit, attendenda veniunt (α) Exordium *v. 11.* (β) narratio tùm exauditionis *v. 12.* tùm angelicæ miſſionis *ibid.* tùm retardationis *v. 13.* (γ) promiſſio revelationis futurorum *v. 14.* (δ) confortatio conſternati *v. 15. ad 19.* (ε) detectionis continuatio, *v. 20. 21.*

EXPLICATIO TEXTUS.

בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ לְכוֹרֶשׁ מֶלֶךְ פָּרַס.

VERS. I. *Anno tertiô Cyri regis Perſarum.)* Eſt hoc *primum* de circumſtan-

Digitized by Google

cumſtantiis, videl. tempus, numeratum non ab orbe conditô, nec à fundatô per Saulem in Iſraële regnô, (ſicut aliàs hujus generis æræ recenſeri ſolent ſatis multæ,) ſed ab initiô Monarchiæ Perſicæ, cujus caput Cyrus memoratus ſuprà *cap. I, 21:* qvòd in dignitate & exiſtimatione fuerit Daniel ad eumusq; imperantem; it. *cap. VI, 28.* qvòd ſub eô proſperè egerit. De cæterô ejusdem hujus Cyri nomen proprium fuiſſe *Spaco*, h. e. Medorum lingvâ, *Canis*; tanqvam à cane in infantiâ lactatus, annotarunt alii ex *Herodotô & Juſtinô*; qvod tamen Perſæ poſtmodùm honoris ergò mutarunt in *Coreſch*, h. e. Dominum, qvod ipſum etiam nomen epitheti locô tribuebatur aliàs Soli à Perſis culto. De tertiô hôc annô, poſt ſubjugatam videlicèt à Cyrô Babiloniam, (Conf. *Eſ. XLV, 1.*) nonnulla diſceptantur à Chronologis, de qvibus inter cæteros audiri poteſt Joh. Wichmannus *auctar. Chronol. p. 130. ſeqq.* qvòd non ſit tertius in regnô Perſicô, ex qvô Cyrus Aſtyage victô, regnum Perſarum & Medorum ſibi ſubjecit, ſed ex qvô Cyrus libertatem Judæis conceſſit revertendi in patriam: qvæ ipſa qvoq; mens eſt Calviſii A. M. 3421. qvi ſimul determinat d. 5. Apr. qvô hæc contigerit viſio. Ineuntem autem hunc fuiſſe annum, non præcipitatum, colligere licet ex *v. 4. ſeq.* Secundùm *Herodoti & Cteſiæ* ſupputationem hic ipſe annus Cyri tertius videri poſſet fuiſſe ejusdem Monarchiæ ultimus; de qvâ re prolixior h. l. *Polanus*. Pro annô *tertiô*, libros qvosdam Græcos habuiſſe annum *primum*, annotavit *Theodoretus*; verùm contra fontium fidem, imò contra codices modernos Græcos, contra verſionem Syram, Chaldæam & Arabicam, qvæ omnes habent annum tertium. Non enim contradictionem hîc metuendam eſſe, tetigimus jam *cap. I, 21.* Ebræos etiam nonnullos arguit h. l. *Maldonatus*, pueriliterq; errare ipſos cenſet, qvòd geminum, conciliationis cauſâ, confinxerint Cyrum, majorem & minorem, cùm tamen nonniſi unus in Perſarum factis commemoretur Cyrus.

דָּבָר נִגְלָה לְדָנִיֵּאל אֲשֶׁר־נִקְרָא שְׁמוֹ בֵּלְטְשַׁאצַּר

Verbum revelatum eſt Danieli, cognomentô Beltſazar.) Circumſtantiæ temporis annectitur *tùm* res revelata, *tùm* revelationis modus; *tùm* perſona revelationem ſuſcipiens; *tùm* ipſamet ſuſceptio. *Res revelata* vocatur דָּבָר *verbum*, qvâ voce generatim aliàs negotium indigitatur qvodvis ubi tàm audibilia, qvàm viſibilia concurrunt; hîc tamen ſermonem præcipuè denotat angelicum, qvô futuri

expo-

exponebantur [illegible] veluti diſertè ſeqvitur v. 11. [illegible]
quæ loquor tecum. Non malè *Lutherus* h. l. etwas. Revelatio ipſa colligitur ex verbo [illegible] *revelatus fuit,* qvô ipſô [illegible]
גלה dens occultatio & ignorantia; (Confer oppoſitionem [illegible]
ac proindè ſicut res pretioſæ, ciſtis incluſæ, aut veli [illegible]
num plenè innoteſcunt, qvando opercula recluduntur [illegible]
moventur; ita Deus qvoq; fata Eccleſiæ imminentia [illegible]
tapetibus eminùs oſtendit ſuis Prophetis, adeò ut [illegible]
particeps fieret conceptuum planè ſingularium, [illegible]
tui reliqvo ignotorum. Confer 1. Sam. III, 21. [illegible]
pus Samueli. cap. II, 27. הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי *an revelatus* [illegible]
qui? Eſ. LIII, 1. *brachium Domini cuinam revelatum* [illegible]
7. tibi נִגְלוּ *revelata ſunt ipſi* אֱלֹהִים ſeu divinæ [illegible]
formata eſt Propheta noſter, nuncupatus cùm [illegible]
tùm adventitiô Chaldæorum, de qvô *cap. I, 7.* [illegible]

[illegible] הַדָּבָר וְצָבָא גָדוֹל

Et verbum verum & fortitudo magna.) [illegible]
ulteriorem rei revelandæ commendationem, ita ut de [illegible]
enuncietur in caſu rectô, qvod ſit *veritas,* h. e. [illegible]
accuratè ſuô tempore adimplendum, ita ut omnis [illegible]
nis, qvalis apud Pſeudoprophetas non infreqvens, [illegible]
gotiô angelus ad Johannem dicebat: *hæc verba D* [illegible]
XIX, 9. ita & ſuprà c. IIX, 26. *viſio, eſt veritas;* [illegible]
cium ferri poteſt de Maldonati atq; Sanctii interpr [illegible]
tatem cenſet opponi ſomnio, qvalia hactenus ob [illegible]
ubi videre videbatur, ſed non reverâ viderit, c. VI [illegible]
rùm etiam de eâdem ipſâ ſomnii viſione hoc ibidem [illegible]
tum. Melius Lutherus: Etwas/ das gewiß iſt. *Eſt* [illegible]
enunciationis transpoſitio, alioqvin haut infreqvens, [illegible]
oſtendat ſubjectum, deſectus autem ejusdem prædicat [illegible]
Græcos talia innuere ſolet articulus præpoſitivus [illegible]
צבא ſubeſt difficultas, qvid ſc. voce צָבָא intelligi [illegible]
eqvidem aliàs accipitur pro exercitu militante; [illegible]
finitum etiam tempus deſignat, uti notavimus [illegible]
qvomodo competat hujusmodi tempori [illegible]
גָדוֹל *magnum,* nemini non eſt obvium. Licet [illegible]

referatur ad revelationis protenſionem in longum usq; tempus, cùm poſt aliqvot demum ſecula res prædictæ eſſent eventuræ, *v. 14.* uti vult *Polanus*, nondùm tamen h. m. removetur violentia; aliud ſiqvidem eſt tempus poſt multos annos extiturum, aliud, tempus definitum magnum, qvod de durationis longitudine non poteſt commodè ſatis exponi. *Vulgatus* reddidit: *fortitudo magna*, LXX. καὶ δύναμις μεγάλη, Arabs: *magna virtus atq; intelligentia conceſſa fuit illi in viſione*: Syrus: וּבְחַיְל *& conatu* vel robore רַבָּא *magnô* מִתְבְּיַן *deprehenditur ſermo.* Nonnulli, ut *Cornel. à Lap. & R. Saadia*, de viſô angelorum cœtu magnô; qvod tamen ex circumſtantiis textûs facilè refellitur. Potiùs intelligimus nos de magnâ atq; gravi Eccleſiæ militantis dimicatione, vel de militiâ planè periculoſâ, qvalis & alibi commemoratur, v. g. Eſ. XL, 1. *annunciate illi*, (Hieroſolymæ,) *qvòd impleta ſit* צְבָאָהּ *militia ejus.* Confer Job. VII, 1. *nonne* צָבָא *militia ſub terrâ?* & cap. XIV, 14. Omnes dies צְבָאִי *militia meæ*: adeòq; ſummatim comprehenditur argumentum revelationis, qvod, ſicut eadem futura ſit ratione certitudinis ipſamet veritas, ita ſimul ratione argumenti *militia* Eccleſiæ ſuſtinenda multis ærumnis iisq; maximis referta.

וּבִין אֶת־הַדָּבָר וּבִינָה לוֹ בַּמַּרְאֶה׃

Intellexitq; ſermonem, intelligentiâ enim opus eſt in viſione.) Potiùs: *intellexitq; verbum hoc, & intelligentia in ipſâmet hâc viſione ei*, ſcil. fuit: En ſuſceptionem Prophetiæ felicem atq; fructuoſam: multis ſiqvidem oracula revelantur cœleſtia, qvæ tamen minùs dextrè admittuntur, ſed grana hæc cœleſtia in viâ conculcantur, ab avibus abripiuntur, à ſentibus ſuffocantur, &c. cujusmodi peculiaris gratia contigit. v. g. Pharaoni, Nebucadnezari, Belſazari, &c. Verùm deſtituuntur viſorum intelligentiâ, adeòq; tantò magis inde affliguntur; vide Gregorii M. *L. 11. moral. cap. 12.* & Auguſt. *L. 12. de Geneſi ad literam cap. 9.* Penes Danielem verò fuit tùm attentio, tùm apprehenſio & ſignorum & ſignatorum, nec non debita apprehenſorum diſcretio.
De formâ verbi בִּין notetur, omitti h. l. literam characteriſticam ה, בִּין
cum plenè eſſet הֵבִין *intellexit*; ſimilis abſentia *cap. IX, 2.* בִּינֹתִי *conſideravi*, cap. IX, 23. וּבִין *igitur intellige verbum* וְהָבֵן *& intellige viſionem.* Sicut verò poſteriore hôc locô בִּין & הָבֵן *copulantur* citra tautologiam, ita & hîc concurrunt בִּין *intellexit* & בִּינָה *intelligentia ei*, (ſcil. erat,) absq; ullâ ſenſûs diſcrepantiâ; haut dubiè

Digitized by Google

tàm facultas qvàm voluntas, adeòq; ipſa actualis aſſecutio rerum revelatarum exprimenda h. m. fuit. Vide ſis *cap. I, 17.* ubi de Daniele refertur, qvod הֵבִין *intellexerit omnis generis viſiones & ſomnia*. Emphaſi haut caret geminum ־, tàm ante דָּבָר *verbum*, qvàm *viſionem*, ſiqvidem h. m. ſpeciatim ad præſentem accommodatur materiam Danielis ſagacitas & intelligentia ſpiritualis, qvâ aliàs præ cunctis ſui temporis hominibus peculiariter pollebat.

Poriſmata ex Verſu I.

1. Non parum intereſt, à qvô addiſcas myſteria cœleſtia. Certi eſſe tenemur de perſonâ Danielis, eundem eſſe Dei Prophetam, cœlitùs illuminatum, anteqvam eidem noſtram committamus animam informandam, ne præ Michâ veridicô admiremur Zedekiam magniloqvum, *II Reg. XXII, 24.* præ Jeremiâ Chananiam, *Jer. XXIIX. v. 1.* præ ſimplicibus Apoſtolis graves, meramq; crepantes antiqvitatem Phariſæos aut Pſeudo-Prophetas alios, ovillo habitu indutos, *Matth. VII, 15.* præ Doctoribus Catholicis Enthuſiaſtas, Qvakeros, Montanum, Priſcillam, Samoſatenum, &c.

2. Ferenda ſunt, qvæ mutare non poſſumus; qvomodo Daniel idololatricum toleravit cognomen *Belſazer*, ſeqꝫ ipſum h. m. diſcriminavit à Judæis cæteris Danielis nomine præditis; ita nos Lutheranos, Proteſtantes, imò Ubiqvitiſtas, Novatores, aliôq; nuncupari titulô non adeò curamus, modò genuini maneamus Danieles, boniq; Chriſtiani.

3. De Chronologiæ neceſſitate, deq; revelationum divinarum veneratione debitâ dictum jam aliqvoties ſuperiùs.

4. Qvivis, qvæ legit atq; audit, nitatur intelligere: qvid etiam juvat multos in penuariô habere cibos, qvos putreſcere ſinis, anteqvam guſtes? qvid prodeſt theſaurum in domô vel hortô tuô defoſſum eſſe, qvem tu ignoras?

5. Error fuit *Montani*, paſſim notatus ab Hieronymô, Patriarchas Prophetasqꝫ locutos in ecſtaſi ſeu mentis alienatione; ita ut, qvæ dicerent, ipſi non intelligerent; Vide *Epiphanium hæreſ. 48.* Contrarium tamen ex textu hoc pateſcit ſatis, deducente id latiùs Sanctiô *ad h. l. num. 7. ſeqq.* ubi patres ſimul nonnulli complices carpuntur.

Digitized by Google

בַּיָּמִים הָהֵם *In diebus illis.*

Seqvitur nunc II. Occaſio, humilis nimirum ac devota præſenti- Vers. II.
um Eccleſiæ ærumnarum deploratio, jejuniô ac precibus declarata, ut ſeqvitur. Non enim nudum fuiſſe jejunium, in ſolâ carnis maceratione ſitum, ſed preces ad Deum anxias, præcipuam negotii hujus conſtituiſſe partem, apertè ſatis docet verſus ſeqvens duodecimus.

אֲנִי דָנִיֵּאל הָיִיתִי מִתְאַבֵּל

Ego Daniel lugebam.) Singularis animi exponitur perturbatio, qvâ qvis dolorem neqvit propellere ob boni deſiderati defectum, maliq; nimiopere jam prementis vehementiam; qvomodo hoc ipſum verbum אָבַל *luxit*, in Hithpaël reperitur de luctu ob filium amiſſum, qvando omnis reſpuitur conſolatio, *Gen. XXXVII, 34.* ita de luctu ob interfectum Ammonem, *2. Sam. XIII, 37.* ob Abſalomum, *c. XIX, 2.* de luctu matris ob filium, *cap. XIV, 2.* Ephraimi ob liberos, *1. Paral. VII, 22.* ſubditorum ob regem Joſiam, *2. Paral. XXXV, 24.* Samuelis ob Saulem, *1. Sam. XV, 35. c. XVI, 1.* Eſræ ob prævaricationem reducum è captivitate, *Eſr. X, 6.* Nehemiæ ob vaſtitatem urbis atq; templi, *Neh. I, 4. (Eſa. LXVI, 10.)* regis ob miſerum regni ſtatum, *Ezech. VII, 27.* ſic de fletu populi ob indignationem comminationesq; divinas, *Num. XIV, 39. Exod. XXXIII, 4.* ob verba legis comminatoria, *Neh. IIX, 9.* ob ſtragem editam, *1. Sam. VI, 19.* E qvibus locis colligitur, vehementem & h. l. paſſionem obtigiſſe Danieli, & qvidem non ex caſu mortis, ſed ob infortunium gentis ſuæ publicum, qvô per Cyrum dimiſſa eqvidem ipſa fuerat è captivitate annô Cyri primô, *2. Par. XXXVI, 22. Eſr. I, 1.* verùm templi reſtauratio brevi pòſt fuerat inhibita ad delationem vicinorum Samaritanorum, &c. *Eſr. IV, 5.* Qvapropter Daniel inſigniter dolebat ob periclitantem h. m. divinam tàm veritatem, qvàm bonitatem ac potentiam, ac ſi plura promiſiſſet, qvàm præſtare jam poſſet opere; qvod ſanè acerbè cavillabantur hoſtes Judæorum vicini. Addit inſuper *Pererius* tres cauſas aliàs, v. g. dolorem de pervicaciâ Judæorum in Babel reliqvorum, qvi patriæ præferebant exilium inter idololatras periculoſiſſimum, it. dolorem de futurâ Judæorum calamitate ſub rege qvôdam Syrô, juxta viſionem cap. IIX, nec non dolorem de ingratitudine ipſummet Meſſiam interemturâ, cap. IX. Adeòq; ſi attendamus revelationem, qvæ ab angelô hîc traditur *capp. ſeqq.* non im-

meritò preces Danielis circa eandem materiam occupatas fuiſſe concludemus, ex *v. 12.*

שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים : *Trium hebdomadarum* [illegible]

Non fuit mœror perfunctorius poſt aliqvot fortè [illegible] numvè lapſum evaneſcens, nec devotionis qvidam raptus [illegible] ægritudo ſingularis planè ac vehementer percellens; du[illegible] per integras tres ſeptimanas, adeòq; totos XXI dies. *Dier*[illegible] jectum hîc eſt nomen, ſine dubiô ad diſcrimen ſeptima[illegible] cujus mentio præceſſit *c. IX, 24.* Adeòq; ſicut aliàs *menſ*[illegible] eſt ac menſis integer, *Geneſ. XXIX, 14. Num. XI, 20.* [illegible] *2. Reg. XV, 13.* שְׁנָתַיִם יָמִים & biennium *dierum*, [illegible] nium integrum, *Gen. XLI, 1. 2. Sam. XIII, 23. cap. XIV*, [illegible] *ti.* ita & h. l. ſeptimana dierum, in qvâ ſinguli adfuêre di[illegible] &c. ad Saturnum usq; ; æqvè ut in annô dierum ſinguli[illegible] à breviſſimo ad longiſſimum usq; , & vice verſâ. Vid[illegible] ſervationem à Druſiô poſitam *L. 1. animadv. cap. 1.* No[illegible] non poni nomen prius in regimine, ſed veluti per appo[illegible] tere; forte, qvia & aliàs in nominibus temporum p[illegible] conſtructio ab Ebræis obſervari ſolet; vel per Enallage[illegible] ta ponitur pro conſtructâ.

Poriſmata ex Verſu II.

1. Utut pii qvandoq; ratione perſonæ propriæ non[illegible] qvod urgeat, aut premat; ſicut h. l. Daniel in digni[illegible] ſplendidâ, urgentur tamen intereà ærumnis fratrum [illegible] tum flentibus, *Rom. XII, 15.*

2. Mœror juſtus atq; debitus non evaneſcat [illegible] tempeſtivô delitiarum carnis ſtudiô: ita namq; per [illegible] Danielem continuâſſe videmus dolorem ſecundum [illegible]

3. Excedere tamen & hîc poſſumus modum, ſi [illegible] juſtô corpus, ſi debilitetur valetudo, ſi impedia[illegible] ficii, &c.

לֶחֶם חֲמֻדוֹת לֹא אָכַלְתִּי

VERSUS III. לחם *Panem deſiderabilem non comedi.*) Ad[illegible] morati modò mœroris, abſtinentia videlicet ab om[illegible] tûsq; delitiis, tùm nitidiore corporis cultu. Voce [illegible]

Digitized by Google

neratim comprehenditur id, qvod fami facit ſedandæ, qvomodo notatum *Prov. XXVII, 27.* ſufficientia lactis caprarum לְלַחְמְךָ *in cibum tuum*, [illegible] לְלֶחֶם *in cibum domûs tuæ:* Non verò pane Daniel abſtinuit aut cibô in univerſum omni, ſed ſolùm *cibô deſideriorum*, h.e. deſiderabili aut delicatô, qvem appetere præ cæteris ſolet ventriculus. Vide ſuprà *cap. IX, 23.* ubi Propheta vocabatur (vir) *deſideriorum*, h. e. ſingulariter amabilis. Adeòq; nec interfuit per hocce tempus conviviis, nec ipſemet domi hujus generis edulia afferri ſibi in menſam permiſit, qvæ gulam peculiariter afficerent. Nonnulli ſtrictè accipiunt hoc de pane lautô ex ſimilagine vel tritici flore, qvod atrô ſolùm ac vulgari pane fuerit uſus: Verùm id nimis videtur anguſtum. Non verò rejicimus planè obſervationem *Sanctii*, qvi hunc panem ingratum cenſet adhibitum in memoriam azymorum, qvibus & ipſis affligebantur Iſraëlitæ, tanqvam ingrati ſaporis, *Deut. XVI, 3.* ut ſic Daniel nihilominùs præſtaret aliqvid ſimile extra patriam, qvale concives facerent tunc temporis in patriâ. Addimus tamen feſtum Paſchatos non fuiſſe doloris, ſed gaudii, ac proinde Daniel parùm conformiter feciſſet indulgendo per tantum temporis ſpatium mœrori mero; ſubfuiſſe potiùs cenſemus cauſam aliam, ut docebunt ſeqventia.

וּבָשָׂר וָיַיִן לֹא־בָא אֶל־פִּי

Et caro & vinum non introierunt in os meum.) Ad ſpeciem magis digreditur, qvòd, cùm aliàs ordinariè carnibus veſci vinumq; bibere conſveviſſet, tunc temporis ſibimet ultrò ipſis interdixerit, ſubſtitutis haut dubiè leguminibus, nec non aqvæ potu, eôdem modô, ſicut ab initiô ſuæ ad aulam promotionis ſuſtentari ſe ac ſocios voluit, *c. I, 12.* eô ſcil. tempore, qvum juvenilis ætas plura adhuc tolerare poſſet, nec non periculum pollutionis ſubeſſet, ſi de menſâ regiâ ſuſtentandus tunc fuiſſet cibis Judæo illicitis: poſtmodùm verò cùm proprium aleret cocum, haut dubiè Judæum, carnibus qvoq; & vinô uſus eſt liberè; præſertim, cùm ſenium inſuper lautiorem nonnihil exigeret alimoniam, neq; caro ampliùs tàm ferociret, ſicut in floridâ olim juventute. *Jacchiades* cenſet, Danielem comediſſe intereà buccellam קִבָּר הַשִׁיחוֹר *furfuris nigri*, ſeu panem ſecalitium, cui ſuus adhuc ineſſet furfur; idq; eô fine, ut corpore depreſſô mens eò altiùs feliciùsq; levaretur ad ſuperna. Verùm ſufficiat nobis, abſtinuiſſe Danielem à cunctis lautitiis ſive pecorum ſive ferinæ, ſive avium, ſive piſcium, & in univerſum iis, qvæ vitâ priùs polluerant ſenſitivâ.

Digitized by Google

וְסוֹךְ לֹא־סָכְתִּי *Sed neq; ungvento unctus ſum.*

Uti proxima concernebant guſtum, ita hæc olfactum & aſpectum, ſiqvidem fragrantibus alioqvin balſamis, oleisq; orientales gratiam ſibi conciliare ſolent apud eos, qvibuscum converſantur, qua de re plura olim notavimus in tractatu *de luctu Ebræorum c. 21. §. 9. ſeqq.* ſicut etiam de abſtinentiâ à carne *c. 20. §. 12. ſeqq.* Facit huc illud Plinii *L. 13. c. 1.* qvi Perſas, inter qvos tum temporis agebat Daniel, non tàm ungi, qvàm ungventis madere conſveviſſe aſſerit.

עַד־מְלֹאת שְׁלֹשֶׁת שָׁבֻעִים יָמִים׃

Donec complerentur trium hebdomadarum dies.) Conſtantia ſanctæ hujus devotionis denuò repetitur, qvòd non ceſſaverit Daniel ſuum affligare corpus, donec ſpatium ſemel præfixum præciſè eſſet adimpletum. De *ſeptimanâ dierum* dictum verſu proximô. Cur præciſè tres & non qvatuor ſeptimanæ, vel integer menſis, deputatæ fuerint ad hocce exercitium, vix noſtrum erit cauſas genuinas ſufficienter indicare. Tribus aliàs vicibus de die adoravit, *c. VI, 11.* an locô trium unius diei temporum tres completas jam delegerit ſeptimanas, vel num in numerô ternariô peculiarem poſuerit perfectionem, (juxta vulgatum illud noſtrum, *omne trinum perfectum,*) cujusvis permittimus disqviſitioni ulteriori.

Poriſmata ex Verſu III.

1. Lautitiæ ciborum, uſus carnium ac vini, in ſe illicita haut ſunt, etiam iis, qvi religioſè Deum nituntur colere. Vix ſanctitate ſuâ Danieli ſe præferre audebunt Cappuccini, qvibus tamen Daniel hoc in paſſu manet poſterior, qvippe qvi carne ſibi non interdixit penitus. Nihilominus perpetuum manet diſcrimen inter uſum lautitiarum moderatum, & inter abuſum intemperantem.

2. Adjumentum pietatis haut poſtremum eſt, carnem domare jejuniis vel abſtinentiâ moderatâ in luctu præſertim publicô, qvando dolendum cum dolentibus, *Rom. XII. 15. &c.* Imò Daniel qvod agit, agit liberè, non ſub neceſſitatis jugô, qvale conſcientiis in Papatu imponitur: agit abſq; ſpe meriti aut ſatisfactionis, ſolùm promovendæ devotionis, arcendæq; ſecuritatis cauſſâ, &c.

3. Aliter verò comparatum eſt cum jejuniô Papiſtarum larvatô, qvando lautitiis ac carne ſibi qvidem videntur interdicere, (unde etiam Qvadrageſimale tempus appellare ſolent *carnivale* vel carniſprivium,) verùm qvidni & vinô? annon cibus deſideriorum ſunt piſces, amygda-

Digitized by Google

amygdalæ, ficus, uvæ paſſæ lautitiæq; aliæ, qvibus tamen eô tempore utuntur liberè & ad ſatietatem? Plura in locô *de jejuniô*. Vide ſîs etiam de textu hôc Dallæum *de jejun. c. 4. p. 28.* Chamier *t. 3. l. 19. c. 4.* Meiſn. *l. 3. Phil. ſob. p. 281.* Franz. *p. 3. Diſp. 5.* A. C. §. 35. 38. Gerh. *t. 2. Diſp. 26. §. 68. p. 3072. ſeqq.* Accipimus, qvod *Maldonatus* h. l. fatetur, probabiliter illos loqvi, qvi nomine carnis hôc locô omne genus carnis & qvicqvid carni ſimile eſt, ut piſces & ova, intelligendū eſſe ceſſent. Nam & veteres, pergit, Chriſtianos, cum paulò ſeveriùs ſolitô jejunabant, ab iis etiam rebus abſtinuiſſe legimus, ſolisq; rebus aridis uſos fuiſſe, ut *Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Epiphanius,* multiq; alii autores ſunt.

4. Non peccatum hîc fuiſſe contra Chriſti præceptum de ungendâ facie, qvando jejunamus *Matt. VI, 17.* oſtendit inter cæteros Walth. *harm. Bibl. ad h. l. Matth.* nim. Chriſtus oſtentationem ſolùm avertere voluit, qvæ in Danielo nulla fuit.

וּבְיוֹם עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן

Die autem viceſimâ qvartâ menſis primi.) Pertinent & hæc ad determinationem temporis, qvod *v. 1.* ratione ſpatii latioris dictum fuit *annus Cyri tertius,* nunc ratione ſpatii minoris alligatur *ad menſem primum,* qvi Judæis appellatur Niſan, noſtroq; fermè connectitur Aprili. Non enim menſem hunc primum inchoamus cum regnô Cyri; cùm Prophetis in uſu non ſit, menſes numerare à punctô inchoati regiminis politici; ſed pro ratione mundi producti, uti paſſim ex Ezechiele patet; imô additur etiam diſertè, ſicubi fortè aliter ſupputandum fuerit. Hujus ergô Niſanis *dies 24.* nos eò deducit, ut initium jejunii hujus dicamus tertiô poſt novum annum die factum eſſe. Undè ſimul colligitur, vernô tempore, qvòd aliâs præ cæteris anni partibus jucundum eſſe ſolet, imò ubi matureſcere incipiebant fruges in terris orientalibus ac meridionalibus, hoc tamen durius vivendi genus probatum fuiſſe Danieli, cùm ita ſtatum Eccleſiæ publicum videret comparatum, ut ſine morâ cœli fores pultandæ eſſent. Imò notandum & hoc, ſolennitatem paſchalem, qvæ in hunc incidebat menſem, Judæis in patriam reverſis gaudium peperiſſe ſolenne atq; ſingulare; Verùm Daniel à patriâ adhuc abſens, adeòq; feſtum celebrare non valens, *(Deut. XVI, 2.)* jejuniô potiùs precibusq; apud Deum inſtitit, ne Eccleſiæ curam intereà depoſuiſſe videretur. Verſus IV.

וַאֲנִי הָיִיתִי עַל יַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל הוּא חִדָּקֶל׃

Eram juxta fluvium magnum, qvi eſt Tigris.) *Tertium* hoc

eſt

eſt præcognitorum, videl. locus, qvi fuit *plaga* vel *latus fluvii magni*. (ita vero nomen יָד *manus* qvandoq; ſumi pro ſpatiô, qvod ad latus eſt alterius, obſervavimus *ad Prov. IIX, 3.*) nomine ſuô nuncupati *Hiddekel*. Fuit verò idem tertius Paradiſi fluvius, *Gen. II, 14.* qvem nomine depravatô accolæ vocarunt *Diglito*, referente Pliniô *L. VI. c. 27.* & Joſephô *L. 1. antiqvit. Jud. c. 11.* cùm aliàs appelletur *Tigris*, hodieq; apud orientales *Tegil*, referentibus Geographis modernis. Deducunt aliqvi Ebræam vocem חִדֶּקֶל à rad. חָדַד *acuit, acutus fuit* & קוֹל *vox*: vel קַל *levis fuit*. Inde Hieronymus Tigridem hôc modô appellatum cenſet *propter velocitatem inſtar beſtiæ nimiâ agilitate currentis*, nempè qvia hujus fluminis aqvæ ſunt חַדִּים *acutæ* & קַלִּים *veloces*. Huc facit Strabo *Lib. 11. Geograph. fol. m. 364.* cujus hæc ſunt verba: *Per hanc paludem Arſenam Tigris fertur, à Niphate monte ruens, neq; miſcetur paludi ob velocitatem, à qvâ etiam ei nomen; nam Sagittam Medi Τίγριν vocant, &c.* Qvorſum ſine dubiô reſpexit Iſidorus *Orig. L. 12. c. 2.* dicens, *Tigrin Medis Perſisq; eſſe ſagittam.* Vide eundem *Lib. 13. Orig. c. 22.* Vocatur aliàs in ſacris *flumen κατ' ἐξοχὴν, Geneſ. XXXVI, 37.* & *fluvii* in numerô plurali, *Nah. II, 6.* qvâ de cauſâ etiam h. l. diſertè à Daniele vocatur *fluvius ille magnus* (cum geminô ה emphaticô.) Atq; ad hunc, vel *juxta hunc ſe fuiſſe* dicit Propheta, jejuniô hactenùs maceratus precibusq; vacans devotis, ſine dubiô, ut animum nonnihil recrearet hâc loci jucundioris contemplatione, ſiqvidem ad hujusmodi fluviorum ripas amœni nonnunqvam dantur colles, valles aut luci arboribus conſiti, ubi undarum ſvaviter audiuntur ſuſurri, adeòq; non exigua ſimul ſuppeditatur anſa recolendi beneficia tàm creationis, qvàm conſervationis, redemptionis, &c. Cur Syrus h. l. poſuerit: *ſecus fluvium magnum* פְּרָת *Euphratem*, cùm Hiddekelem retinuerint & LXX. & Arabs, nos eqvidem latet. Addimus adhuc Grotii obſervationem, qvi propterea prope Tigrim Danielem fuiſſe notat, qvia Suſiane, qvæ Danielis erat præfectura, (c. IIX, 2.) Tigrim attingebat: ſecundùm *Ptolomeum & Plin. l. 6. c. 27.*

Hiddekel.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Menſium dierumq; anni diſtributio indè à primâ orbis conſtructione conſtituta, *Gen. I, 14.* ordinis nos admonet debiti, in unôqvôq; negotiô exactè attendendi.

2. Deambulatio ad loca fluviorum tanqvam Creatoris benefici, largi-

largi, ſapientis &c. commendatrix, nemini debet verti vitio: Unda namq; tàm citò præterfluens, fluidæ nos admonere poteſt vitæ, cujus particula jam viſa oculis noſtris conſpicienda redibit nunqvam, &c. ſic fluenta illa commonefacere nos poterunt Chariſmatum Spiritûs ſancti largiſſimorum, vide ſuprà *cap. IIX, 2.*

וָאֶשָּׂא אֶת־עֵינַי וָאֵרֶא׃

Et levavi oculos meos & vidi.) Nunc *qvartum* ſeqvitur præ- Verſus V.
cognitum, viſionis ſcil. modus, *levatione oculorum ac viſione* expreſſus, de qvô repeti poſſunt dicta *cap. IIX, 3.* AbenEſra ſuſpicatur, hæc contigiſſe in viſione nocturnâ, allegans exemplum ſimile, *Zach. I, 8.* Verùm cùm ibi diſerta noctis fiat mentio, hîc verò nullum ejus oſtendi qveat veſtigium, meritò verba accipimus, prout jacent. Imò ſi ſomnianti hæc accidiſſet, qvid opus fuiſſet adjicere *v. 7.* qvòd ſoli Danieli hæc fuerint conſpecta; an præter ſomniantem vicini etiam percipere qvid ſolent de ſomnii viſione?

וְהִנֵּה אִישׁ־אֶחָד לָבוּשׁ בַּדִּים׃

Et ecce vir unus veſtitus lineis.) *Qvintum* hoc eſt præcognitum viſionis, putà objectum ſive perſona revelans, *v. 5. 6.* Sicut verò aliàs viſa non rarò fuêre animalia, aries, leo, urſus, &c. ita hîc mentio fit (α) אִישׁ *viri*, non qvidem propriè dicti, qvi ex parentibus naturali propagationis mediô natus fuerit in hanc lucem maſculus, atqve ad adultam ſuccreverit poſtmodùm ætatem; verùm qvi viri apparuerit habitu ac formâ, æqvè ut ſuprà angelus Gabriel pari ſe ſtitit modô, *c. IX, 21.* Ratione (β) numeri additur *unus* אֶחָד, fortè, qvia aliàs plures etiam ſimul apparere conſveverant. Qvanqvam & hoc negari neqveat, vocem אֶחָד, qvandoq; vim obtinere articuli præpoſitivi *ὁ* אחד
aut Germanorum (ein) Mann/ vel pronominis indefiniti *aliqvis*, ut Cohel. IV, 8. *eſt* אֶחָד *aliqvis* neq; ipſi eſt alter, &c. it. *Obad. v. 11. Gen. III, 22. &c.* Id qvod apud Syros eſt freqventius. Qvoad (γ) habitum deſcribitur tanqvam *indutus lineis* veſtibus, qvæ eqvidem vox בַּדִּים בדים
lineæ deſcendit à בַּד *linum, lineum,* qvali induebatur ſacerdos, *Levit. VI, 3.* undê parabantur feminalia, tunica, baltheus, tiara, *c. XVI, 4. 23. 32. Exod. XXIIX, 42. XXXIX, 28.* Sic de Ephot lineô, *1. Sam. II, 18. cap. XXII, 18. 2. Sam. VI, 14.* (ubi David rex tali veſtitus incedebat amiculô.) Simili verò ratione vir *lineis indutus* apparet inter mactatores in viſione is, qvi fideles obſignabat, *Ez. IX, 2. ſeqq.* adeòq; tàm illic,

Digitized by Google

qvàm hic reſpectus habetur ad habitum ſacerdotalem, qvi communiter, etiam apud gentiles, lineus eſſe conſveverat, veluti hoc oſtendit Bonfrerius *ad Pentat. fol. 485.* & recentiſſimè Saubertus *de ſacrif. c. IX.* ubi de linô Ægyptiacô circa Peluſium, item Indicô, nec non de goſſypiô, &c. Adde Plin. *L. 19. hiſt. nat. c. 1.* qvi ex molli linô gratiſſimas ait paratas veſtes Ægypti ſacerdotibus. De *βαδδὶν* Thedotionisti. l. videatur Druſii *L. 2. animadv. c. 52.* Per hunc autem *virum* ſine dubiô intelligitur is ipſe, qvi ex muliere aliqvando *viri* naturam aſſumturus erat veriſſimè ac certiſſimè, videl. ὁ λόγος, utpote myſteriorum conſcius, facultatemq; ea revelandi habens ſolus, &c. Vide infrà *c. XII, 6. 7. Apoc. I, 13. ſeqq. c. X, 5.* Qvorſum pertinent & illa, qvæ de filiô hominis in nubibus ad Antiqvum dierum deductô adfuerunt *c. VII, 13.* Ita Vinarienſ. Eſſel. *l. 1. adverſ. p. 422.* & D. Pappus. Huic verò placuit hâc vice amictus ſacerdotalis, haut dubiè, qvia tanqvam ſacerdos unicus, verus atq; optimus, ſuô tempore executurus erat ea, qvæ ſacerdotum erant in V. T. nim. offerre pro peccatis populi, iratum placare Deum, intercedere pro populô, &c. Id qvod aptiùs ſanè in Dei Filium qvadrat, qvàm ſi Gabrielem intelligamus cum *Hieronymô, Caſſianô, Theodoretô, Carthuſianô, Pereriô, Sanctiô, Maldonatô, Corn. à Lapide, Tirinô, Vatablô, Saâ, Geſnerô, Wigandô*; vel ſecundùm *Grotium* Michaëlem. Unde etiam *Jacchiadès* Judæus hæc dicta capit de Deô Benedictô, ut qvi lucem induat inſtar veſtimenti, *Pſ. CIV, 2. &c.* ita qvoq; de Dei Filiô interpretati ſunt *Hippolytus* & *Ammonius*, citante *Oecolampadiô*, qvi & ipſe huc inclinat. Videantur B. Dorſchei *diſp. 3. Pent ad. th. 37.* ubi hujus & Apocalypticæ viſionis collationem præcipuè urget; qvam ipſam qvoq; perſeqvitur Jodocus Coccius *in inaugurat. Coll. Molsheim. p. 83. ſeqq.* prolixiùs verò D. Calov. *ann. Grot. h. l.* duodecim adductis rationibus pro eâdem hâc ſententiâ.

וּמָתְנָיו חֲגִרִים בְּכֶתֶם אוּפָז׃

Et renes ejus accincti aurô obryzô.) Sicut linea totum ambiebant corpus, ita nunc (δ) peculiarius lumborum deſcribitur cingulum, idq; pro more Orientalium populorum, ubi veſtes talares fluidæq; impedimento erant incedentibus, niſi circa partem corporis mediam qvodam coërcerentur vinculô. Patet hoc ex veſtitu Eliæ, cingulô utentis pelliceô, *2. Reg. I, 8.* Mirum verò cur *Vulgatus* poſuerit *renes*, cùm מָתְנַיִם non illas interiores binas denotet carunculas, מתנים

urinæ

urinæ eliqvandæ deſtinatas, ſed tenuiorem eam corporis partem externam, qvæ renes tegit forinſecùs, intra coſtarum finem atq; nates. Cingulum ipſum vocatur כֶּתֶם אוּפָז aurum uphaſi, fortè qvòd baltheus ex ſolidô aurô inſtar laminæ factus adaptatusq; apparuerit, qvomodo doliis nonnunqvam circumponi ſolent circuli ferrei ad continendas aſſulas; vel qvòd ex merô aurô viſa fuerint parata fila, æqvè ut arte textoriâ conficiuntur panni merô aurô argentôve radiantes. Qvâ ratione per Meton. cauſæ aurum ſtaret pro cingulô ex aurô paratô. De voce כֶּתֶם vide dicta *Prov. XXV, 12.* It. qvæ habet Waſerus *de num. ant. L. 1. c. 8. p. 21.* nimirum appellatur ita aurum inſigne ac purgatiſſimum, qvale ſolet eſſe Hungaricum vel Arabicum, qvanqvam hîc reſtringatur ad originem aliam, nimirum *Uphas*, qvod nomen annotante *Marcô Marinô* in arcâ Noë, bis legitur in Scripturâ, tùm Jer. X, 9. *& aurum* מֵאוּפָז *ex Uphas*, tùm hôc locô. Arbitratur eqvidem Autor hic, eſſe nomen ſubſtantivum ſoliditatem ſignificans, à Rad. פָּזַז qvaſi dicas aurum ſolidiſſimum, qvorſum facere etiam videtur *AbenEſra*, א accipiens tanqvam præformativum, ſicut in voce אֶתְמוֹל i. e. *heri*, אֶזְרוֹעַ *brachium*, אַשְׁמוּר *vigilia, &c.* it. Gregorius Francus *Lex. c. 360. p. 361.* qvòd aurum h. m. appelletur à fortitudine ſive ſoliditate, ita ut igni non minuatur nec conſumatur prorſus, adeòq; ad altiorem puritatis gradum aſcendere neqveat, &c. Verùm textus Jeremiæ allegatus nimis pugnat pro nomine loci propriô, qvem non improbabiliter adeò Bochardus *præfat. Phaleg. lit. E. 4.* conjicit eſſe Taprobanam, in qvâ inſulâ, ſecundùm Ptolomæum, eſt ſinus *Paſi*, nec non oſtia fluvii Φᾶσις *Phaſis*, unde פָּז & אוּפָז petita. Vide eundem Bochardum *l. c. fol. 156. ſeqq. & 769.* it. Fernand. *de viſion. V. T. fol. 686.* qvi modernos qvosdam autores dicit Uphas accipere pro *Sophala*, prope Moſambiqvam auri optimi feraciſſimô loco, &c. Ita de nomine regionis accepit etiam *Maldonatus*, *Sanctius* atq; alii, qvanqvam in definiendâ eâ nondum convenerint. Meminit Waſerus *l. c. c. 6.* Feſſæ, urbis Mauritaniæ in Africâ, qvæ ſic dicta cenſeatur ſecundùm Johannem Leonem *in deſcriptione Africæ*, ut & Mercatorem *in Atlante minore p. m. 590.* qvòd, cum prima ejus jacerentur fundamenta, eô loci inventus fuerit cumulus auri, qvod Arabibus Fes appellatur. Hôc ipſum verò nomen פָּז (ex אוּפָז decurtatum,) occurrit *Pſal. XIX, 11. Pſ. XXI, 4. Pſ. CXIX, 127. Prov. IIX, 19. Cant. V, 11. 15. (12. 16.) Thr. IV, 2. Eſa. XIII, 12. & Job. XXIIX, 17.* ſicut & מוּפָז ſemel legitur *1. Reg. X, 18.* tanqvam conflatum aut coalitum ex

כתם

אופז

מֵאוּפָז, qvomodo legitur *Jer. X,12.* Qvicqvid verò ſit, ſufficit hâc vice nobis, baltheum apparuiſſe in lumbis materiæ nobiliſſimæ, puriſſimæ, ſplendidiſſimæ; adeòq; ſicut cingulum, cùm ornatûs atq; dignitatis, (*Eſa. XXII, 21.*) tùm expeditioris actionis cauſâ fuit adhibitum: ita obſeqvium laboremq; Filii Dei h.l. ſignificatum arbitramur nobiliſſimum, puriſſimum, ſplendidiſſimum, utiliſſimum, de qvo prolixiùs *Eſa. LIII.* it. de cingulô juſtitiæ, *Eſa XI,5.* Conf. *Apoc. I,13.* ubi Chriſtus apparet indutus ποδήρη καὶ περιεζωσμένος πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν, imò & angeli ſeptem induti apparebant linô purô ac ſplendente præcinctiq; pectora zonis aureis, *c. XV, 6.* Syrus h.l. habet: *cujus lumbi præcincti erant* בִּיקַר תְשְׁבוּחְתָּא *honore laudis* vel majeſtatis, h.e. decore majeſtaticô. Arabs tamẽ retinuit h.l. cum LXX nomen אוּפָז *Uphaz.*

Poriſmata ex Verſu V.

1. Φιλανθρωπίαν τοῦ λόγου nobis confirmat ſingulariter hæc humanæ formæ uſurpatio, qvæ ipſa tamen magis adhuc reſplendeſcit ex incarnationis myſteriô.

2. Habitus, ut aliàs eſt index animi, ita & h.l. lineus veſtitus puritatem oſtendit perſonæ apparentis innocentiſſimam, vitam obſeqviumq; prorſus immaculatum, officium ſacerdotale ſanctum, humilitatem ſingularẽ, majeſtatemq; intereà regiam, (è Zonâ aureâ.) &c.

3. Adſpiremus & nos ad munditiem hujus vitæ intemeratam, ne unqvam deſtituamur veſtitu juſtitiæ Chriſti ſanctiſſimô per fidem undiq; circumpoſitô, ſtrenuèq; poſtmodùm moribus propriis comprobatô, qvò & illic apparere aliqvando poſſimus in ſtolis albis, *Apocal. VI,11. c. VII,9.13.14. c. III,4.5,18. c. IV,4. c. XIX,14.*

4. Cingulum Chriſti aureum admoneat & nos, ut in procinctu ſemper ſtemus parati ad labores, à diſſolutis moribus alieni, &c. *Luc. XII,35. Eph. VI,14. 1. Pet. I,13.*

וּגְוִיָּתוֹ כְתַרְשִׁישׁ *Et corpus ejus qvaſi Chryſolithus.*

Verſus VI. Poſt habitum mentio nunc porrò fit ejus, qvod habitu amiciebatur, h.e. (s) corporis, dicti גְּוִיָּה à גֵּו qvod *medium* denotat, *Job. XXX,5.* it. *corpus* aut *tergum*, qvod flagellis ſolet percuti, *Prov. X,13.* &c. fœmininum verò גְּוִיָּה legitur tùm de cadaveribus ſive truncis Saulis atq; filiorum, *1. Sam. XXXI,10.12.* de cadaveribus à victore paſſim proſtratorum, *Pſ. CX,6. Nah. III,3.* it. de cadavere leonis, *Jud. XIV,5.9.* tùm de corporibus vivorum, qvæ ſola tempore famis ſibi relicta profite-

Digitized by Google

ſitebantur Ægyptii, *Gen. XLVII, 18.* qvibus imperabant victores, *Neh. IX, 37.* atq; h. m. ſumitur etiam hîc loci de corpore, in qvô Dominus conſpiciebatur, æqvè ut *Ez. I, 11. 23.* ſimili occurrit ſenſu de angelis: *tegentes erant duæ alæ corpora eorum.* Ac proindè cùm faciei nec non brachiorum pedumve diſerta hîc ſubſeqvatur mentio, meritò intelligimus corpus præter partes modò memoratus reliqvū, hominem alioqvi verum referens; de qvô ipſô effertur, qvòd fuerit *qvaſi Tharſis*, h. e. egregiè inſtar gemmæ nobiliſſimæ fulgidum. Qvanqvam enim nomen תרשיש Tharſchiſch aliàs ſit & loci, & perſonæ, & populi, imò & maris, hîc tamē gemmam denotat ſine dubiô, licèt in eâ determinandâ admodū diſcrepent eruditi; ſiqvidem nonnulli accipiunt de lapide coloris cœrulei, vulgò dictô *Turcicô*, cujus ſententiæ eſt *B. Lutherus & Belgæ:* alii ut *R. Salomon & Maldonatus* de *Chryſtallô*; alii de *Chryſolithô*, ſecundùm *LXX. & Vulgatum*; alii de *Carbunculô* vel etiam *hyacinthô* aut *beryllô Thalaſſiô*, qvi cùm cœrulei ſit coloris, (qvem etiam attendendum cenſuit h. l. *Jacchiades*,) deducere nos videtur ad cœleſtem Domini hujus conditionem, *1. Cor. XV, 47.* ſicut facies fulgurans igneam fulgentemq; aſtrorū nobis in memoriam revocat conditionem, ut hâc ratione cœleſtem cœlitùs adventantis majeſtatem meliùs perpendere noſter Propheta poſſet. Id qvod commodius eſt præ Metaphraſi Syriacâ, ſic habente: Et adſpectus ejus מְשַׁגְּנֵי *varius* (vide Syrum interpetem *Jacob I, 17.*) *& non ipſi* דְּמוּ *ſimilitudo*; qvô ipſô reſpexiſſe videtur iſte autor ad ſignificatum vocis alium, dum pro *mari* accipitur inconſtantiſſimô facileq; ſuam mutante formam. Plura de voce *Tarſis*, ejusq; qvadruplice ſignificatu, annotavit ex Hieronymô, præcipuè Pererius *ad h. l.* it. Druſius *L. 6. obſervat. c. 3.* Sed ais: Si perſona hîc apparens induta fuit lineis, qvomodo cognoſci potuit color aut forma corporis obvelati? Reſpondetur, etiamſi linea veſtimenta dici poſſint, fuiſſe translùcida aut ſingulariter tenuia, qvomodo ſunt telæ Cameracenſes, (qvæ notante h. l. *Corn. à Lapide* veterum fuerunt byſſus,) commodius tamen eſt, collum, fortè & pectus lineis non usqveqvaq; tecta, conjecturam dediſſe corporis reliqvi, qvod illud ipſum non habuerit rationem carnis fragilis aut craſſæ, ſed ſimile fuerit cuidam gemmæ lucidiſſimæ ad denotandam ſingulariſſimam pretioſitatem, incorruptibilitatem, efficaciam, incomparabilitatem, &c. Loca interim vocis *Tharſis*, ubi pro gemmâ uſurpatur, accipias, ſi lubet, ſeqventia, *Exod. XXIIX, 20. c. XXXIX, 13. Ez. I, 16. c. X, 9. c. XXIIX. 13.*

Cant. V, 14. plura de Chryſolithô congeſſit h. l. *Cor. à Lapide,* qvem ſi opus fuerit, conſulere poteris.

וּפָנָיו כְּמַרְאֵה בָרָק *Et facies ejus velut ſpecies fulguris.*

ברק Jam (σ) aſſurgit deſcriptio ad *faciem,* ſeu partem illam hominis nobiliſſimam, qvâ præcipuè homo diſcernitur ab homine, & in qvâ etiam viri conſpicitur majeſtas. Hanc verò aſſimilat *fulguri,* h. e. meteoro illi igneo, qvod erumpit ex nubibus, totumq; colluſtrat hemiſphærium; qvomodo de fulguribus orbem colluſtrantibus legere eſt, *Pſ. LXXVII, 19. Pſ. XCVII, 4.* qvibus conjuncta ſunt tonitrua, *Exod. XIX, 16.* itemq; imbres, *Pſ. CXXXV, 7. Jer. X, 13. c. LI, 16.* qvibus disjiciuntur hoſtes, *Pſ. XIIX, 15. & CXLIV, 6. 2. Sam. XXII, 15.* qvibus etiam comparatur fulgur haſtarum aut gladiorum perpolitorum, *Devt. XXXII, 41. Habac. III, 10. Nah. III, 3.* Sicut itaq; *Apoc. IV, 5.* fulgura dicuntur à thronô Dei procedere, ad oſtendendam Dei majeſtatem, terroremq; cunctis incutiendum ſpectantibus, reverentiamq; conciliandam; ita & hîc ſimilem colligimus majeſtatem, æqvè ut *Matth. XXIIX, 3.* Angeli *ἰδέα* dicitur fuiſſe tanqvam fulgur, itemq; veſtimenta fulgurantia, *Luc. XXIV, 4.* non qvòd Deus trepidantem ac conſternatum h. l. reddere voluerit Prophetam ſerviliter, ſed ut juxta reverentiam idem qvoq; ſe oblectare poſſet vel gaudere cum horrore piô, *(Pſ. II, 11.)* æqvè ut Chriſtus inſtar ſolis in monte radians & gaudentes & trepidantes reddidit diſcipulos, *Matth. XVII, 2. 4. 6.* id qvod juxta monumentum contingebat qvoq; mulieribus, *c. XXIIX, 5. ſeqq.* qvas tamen gaudere magis voluit Angelus, qvàm exhorreſcere. Facit huc, qvòd & aliàs ea, qvæ ſplendent, venuſtate ſuâ incomparabili nos qvodammodò reddunt attonitos, ita, ut ſtupori intermixtum ſit gaudium de conceſſâ rerum hujusmodi inſolitarum contemplatione, qvi ipſe tamen admirabundus horror tandem à delectatione ſvaviter abſorbetur. De voce מַרְאֶה *aſpectus* (Vulgata reddidit *ſpeciem,*) videantur dicta *c. IIX, 15.*

וְעֵינָיו כְּלַפִּידֵי אֵשׁ *Et oculi ejus ut lampas ardens.*

In vultu nunc (ς) ſpeciatim pinguntur qvoq; *oculi,* tanqvam aſtra aliàs qvædam microcoſmi coruſcantia. Comparantur oculi *lampadibus ignis,* h. e. facibus igni jam conceptô latè fulgentibus, flammasq;

לפיד undiq; ſpargentibus. Ita verò לַפִּיד appellatur *fax,* geſtata à militibus Gideonis manu ſiniſtrâ, *Jud. VII, 16. 20.* it. vulpium caudis annexa à Simſo-

Digitized by Google

ſimſone, *cap. XV, 4. 5.* aut tranſiens per conciſas victimarum partes, *Gen. XV, 17.* imò hâc ipſâ voce notantur etiam fulgura inter tonitrua propè montem Sina viſa, *Exod. XX, 18.* Confer de eâdem hâc voce, *Job. XII, 5. c. XLI, 10. Eſ. LXII, 1. Zach. XII, 6. Nah. II, 5.* (aſpectus eorum curruum tanqvam facum, tanqvam fulgurum, &c.) *Ez. I, 13.* adſpectus animalium erat tanqvam carbonum ignis ardentium ad inſtar לַפִּידִים *facum.* Qvapropter & hîc fulgurans qvidam oculorum mirè micantium innuitur ſplendor, non tàm hoſtibus adverſa qvævis minitans, qvàm blandè ſimul Prophetæ pio annuens; fermè ut aliàs profanis etiam Scriptoribus hujusmodi receptæ deſcriptiones, v. g. Virgilio, qvi *L. 12. Æneid.* de Turnô ſcribit,

His igitur furiis totoq; ardentis ab ore
Scintillæ obſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

It. *Ciceroni,* qvi de Verris furore hæc habet: *Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.* Atq; ſic & h. l. oculorum fulgor oſtendere videbatur, qvid metuendum ſibi ab hôc Iſraëlitarum protectore haberent hoſtes; fermè ſicut *Sap. XI, 19.* beſtiæ ignotæ dicuntur ſpiraſſe vaporem igneum, horrendasq; ab oculis emiſiſſe ſcintillas. Atq; h. m. *Apoc. I, 14.* nec non *c. XIX, 12.* ipſiusmet Salvatoris noſtri oculi dicuntur fuiſſe tanqvam φλὸξ πυρὸς *flamma ignis,* cùm pugnaturus ſcil. prodiret adverſus Antichriſtum. Aliàs venuſtatem qvoq; Daphnes oculorum ejusmodi fulgore expreſſit Ovidius *L. 1. Metam. Videt* (Apollo) *igne micantes Sideribus ſimiles oculos,* &c. Hîc tamen perſpicacia ſimul ſpectanda datur penetrantiſſima, ita ut nihil tàm caliginoſum, nihil tàm craſſum aut impervium, qvod flammantes hosce oculos remorari aut iis obſiſtere potuiſſet.

וּזְרֹעֹתָיו וּמַרְגְּלֹתָיו כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל

Et brachia ejus, & qvæ deorſum ſunt usq; ad pedes; qvaſi ſpecies æris candentis.) Superſunt (η) *Brachia ac pedes,* qvibus aliàs laboraturi, corpusq; locô moturi indigemus vel maximè. Et qvidem vocem מַרְגְּלוֹת non legimus, præterqvam hîc & *Ruth. III, 4. 7. 8. 14.* מרגלות ubi de *pedibus* Boaſi, ad qvos decubuerat Ruth, reqviem ſibi qværens. Hæc ipſa autem Domini apparentis membra, tàm brachia qvàm pedes, dicuntur habuiſſe עין *oculum,* ſeu colorem aut *ſpeciem æris* קָלָל *terſi,* æqvè ut *Ezech. I, 7.* pedes animalium dicuntur ſcintillantes, *tanqvam aſpectus æris politi;* nimirum ſicut corpus fulgebat inſtar gem-

mæ, ita

mæ, ita brachia pedesq; non minus de ſe ſpargebant lucis, qvem ipſum mirè ſcintillantem fulgorem intuentis oculi vix ſuſtinere poterant citra ſui læſionem. Simili modô apparentis Chriſti pedes dicuntur chalcolibanum retuliſſe, *Apoc. I, 15. & II, 18.* per qvod ipſum & robur immotum invictumq;, & puritas & gloria non immeritò creduntur deſignata, ſiqvidem tàm in ſe talis ſemper eſt Salvator noſter, qvàm etiam cùm opem fert ſuis, eosq; defendit. Adeòq; ut is, qvi æreas haberet manus pedesq; chalybeos, non metueret ſibi vaſa confringens calcansq; teſtacea: ita nec Chriſtus hoſtes Eccleſiæ inſtar teſtarum comminuens, *Pſal. II, 9. & Apoc. II, 27.* Huc etiam illa *Ez. XL, 3.* viſio, ubi viri menſurantis aſpectus itidem dicitur fuiſſe *æris*, ſeu æri ſimilis.

נחשת De voce נְחֹשֶׁת *æs* vide ſîs Druſii *Tribur. p. 392.* nec non Bochardi *Phaleg fol. 207.* ubi deducitur, eandem denotare non modò *æs*, ſed & *chalybem*, ut *Jud. XVI, 21. Thren. III. 7.* Sanctius hîc & *Apoc. I, 15.* opinatur innui aurichalcum. Altera vox קָלָל *terſus*, non occurrit

קלל præterqvam hîc & *Ezech. I, 7.* Eſt verò à radice קָלַל *levis fuit*, & in Piel קִלְקַל *terſit*, de qvâ *Coh. X, 10.* ut proinde *Vulgatus* ponendo *candens*, vim vocabuli non attendiſſe videatur, qvanqvam pro eâ locutione adducatur Virgilius *L. 10. Æneid.*

Stans celſâ in puppi clypeum tùm deinde ſiniſtrâ
Extulit ardentem: Et mox:
Ardet apex capiti criſtisq; ac vertice flamma
Funditur, & vaſtos umbo vomit aureus igneis.

Adduci pro Vulgatâ adhuc poſſet, qvod Saadiam nonnulli קלל acceperint pro קלוי *toſtô, exuſtô, fuſô*, qvomodo etiam *Menachemum* expoſuiſſe ſcribit R. Salomo. Verùm id valdè durum atq; alienum. Undè ipſemet Jarchius, Kimchii, AbenEſra, Jacchiades, de *ære terſô atq; purô*; Saadias de *ære coruſcante*, cùm illud feriunt radii Solis.

עין Sic & Syrus מברק fulgurans, LXX. ἐξαστράπτων, Theodotio, στίλβων. Deniq; עֵין oculus ponitur Metonymicè pro rei adſpectu oculos ferientе; cujusmodi acceptio etiam *Num. XI, 7. Ezech. I, 4. 7. 16. 22. ſeqq.* vid. ſîs Bochardi *t. 2. hieroz. f. 877.*

וְקוֹל דְּבָרָיו כְּקוֹל הָמוֹן׃

Et vox ſermonum ejus, ut vox multitudinis.) Nunc deniq; (6) vocis datur deſcriptio, qvòd ſcil. *verba* ratione ſoni ſui tàm fuerint fortia, ac ſi integer aut copioſus hominum cœtus eadem protuliſſet

Digitized by Google

ſet agminatim. Ita namq; הָמוֹן deſignat *multitudinem* immenſam ſive nummorum, ſive aqvarum, ſive virorum, &c. uti monitum ad *Co- hel. V,9.* Speciatim verò קוֹל הָמוֹן *vocis multitudinis* fit mentio, המון
Eſa. XIII,4. *vox multitudinis in montibus ad ſimilitudinem populi multi,* &c. cap. XXXIII,3. מִקּוֹל הָמוֹן *à voce multitudinis fugerunt populi:* *Ezech.* XXIII,42. *vox multitudinis pacifica exaudita eſt in eâ,* &c. Sic Eli *1. Sam. IV,14.* interrogat: *qvænam vox multitudinis vel tumultûs hujus?* & Elias *1. Reg. XIIX,41.* ad Achabum inqvit: קוֹל הֲמוֹן *vox multitudinis imbris,* h. e. imbris copioſiſſimi ſonat aut præſtò eſt. Huc illud *Apoc. I,15.* vox Chriſti tanqvam vox aqvarum multarum. Aliàs ſtrepitum præcedere conſveviſſe revelationem rerum arduarum conſtat ex *Ezech. I,24. Apoc. I,10.15. Actor. II,2.* Confer *Ezech. XLIII,2. Apoc. XIV,2. cap. XIX,1.*

Poriſmata ex Verſu VI.

1. Vide, ne corporis, gemmeum referentis ſplendorem, ſimilitudo de naturæ humanæ in Chriſtô veritate aliqvod tibi pariat dubium; qvem errorem olim foverunt Baſilides, Saturninus, Cerdon, Manichæi, &c. Aliud viſio, aliud rei præfiguratæ veritas.

2. Intereà gemmeus fulgor, fulgurans majeſtas, ignea perſpicacitas, chalybeum robur, admoneant nos incomparabilis illius majeſtatis, qvam in carne ſuâ exerit omnium Salvator, utpote cui data eſt gloria, qvam habuit ὁ λόγος ante ſecula, *Joh. XVII,5. Matth. XXIIX, 18.* Vide *Locum de Chriſtô, & ſpeciatim tertium genus communicationis idiomatum.*

3. Vox Chriſti non eſt exanimis aut imbellis, ſed efficaciâ cœleſti ſemper prædita, tùm qvando per ſe vult aliqvid facere, tùm qvando aliqvid ab hominibus fieri præcipit aut ſvadet; id qvod contra duplicem notamus vocationem efficacem & inefficacem, & qvidem, ut adverſarii volunt, non ex eventu, ſed intentione Dei talem. Gradus interim gratiæ vocantis negamus hautqvaqvam.

וְרָאִיתִי אֲנִי דָנִיֵּאל לְבַדִּי אֶת־הַמַּרְאָה

Vidi autem ego Daniel ſolus illam viſionem.) Hactenùs de viſionis objectô, ſeu perſonâ viſâ; nunc *ſextum* ſeqvitur præcognitum, VERSUS VII.
diſcipulus nimirum inſtructus, oſtenſus tùm aſſertivè, qvod fuerit Daniel ſolus, tùm negativè, qvòd cæteri ejus comites fuerint ab hâc feli-

Digitized by Google

citate excluſi. Qvod itaq; *v. 5.* fuerat dictum: *levavi oculos meos & vidi*; id denuò jam repetitur: *vidi ego Daniel*, nimirum ſatis exactè ſecundùm ſingulas circumſtantias, conſtanter, & qvidem לְבַדִּי *ſolus ego*, adeò ut neq; Perſarum infidelium, neq; Judæorum circumciſorum qvisqvā præſens tunc pari mecum gaviſus ſit dignitate: ratio in promtu; qvia oculi mentis eorundē non eô modô, ut devoti Danielis, fuerant præparati. Et ſicut is, qvi acutiore pollet corporis viſu præ ſociis, è longinqvô multa videt, qvorum nihil ſentiunt cæteri; ita in viſionibus etiam extraordinariis deſtituti gratiâ illuminante inſtar cœcorum aut luſcorum ſe habent. Addendum tamen & hoc, univerſa illa ex divinâ fluere voluntate; ſiqvidem & brutum qvandoq; volente Deô cernere poteſt id, qvod Prophetam Bileamum latet, *Num. XXII, 23.*

וְהָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר הָיוּ עִמִּי לֹא רָאוּ אֶת־הַמַּרְאָה

Porrò viri, qvi fuerunt mecum, non viderunt.) Conſtat hinc, Danielem, tanqvam perſonam in dignitate publicâ conſtitutam, absq; famulitiô non proceſſiſſe extra urbem, imò cùm filius regius Jonathan contentus eſſet puerô puſillô unô, qvem exſpatiaturus adſciſcebat, *1. Sam. XX, 35.* hîc tamen cum Daniele fuerunt אֲנָשִׁים *viri*, ad minimum tres aut plures, præſtituri, ut videtur, ſervitia, ſicubi foret opus, aut honoris ſolùm cauſâ comitaturi: Ineptum verò eſt prorſus, qvod Judæi qvidam viros hos tradunt fuiſſe Haggæum, Zachariam, & Malachiam, veluti hujusmodi textum ex titulô Sanhedrin *c. XI.* producit Voiſin *in pug. Raymundi fol. 236.* Et mirum qvidem videri poterat, cur Daniel jejunio meditationibusq; ſacris ſtudendis vacans, non prætulerit ſolitudinem, Monachorum inſtar à commerciô aliorum hominum ſemotus; verùm vixit ipſe nihilominùs inter homines, vel ſaltem, exactô jejunii tempore, recreationem nunc qvalemcunq; corporis debilitati qvæſivit, adſcitis eam in rem comitibus, qvibuscum familiariùs ſalubriterq; confabulari poſſit; Hi ipſi autem *non viderunt viſionem iſtam*, legatum nempè ſplendidè adeò ac palàm Danieli ſe manifeſtantem; æqvè ut Paulus qvoq; ſolus in itinere Damaſcenô contuebatur Chriſtum, comitibus præter terrorem nil indè perſentiſcentibus, *Actor. IX, 7.* Ratio diverſitatis, ſicut modò tactum, qvòd oculi tàm corporis qvàm mentis inepti ſint ex ſe ad ſingularia hujusmodi objecta apprehendenda, niſi cœlitùs iisdem indatur virtus, æqvè ut Eliſæi contingebat famulo, ſatellitium angelicum ſpectaturo, *2. Reg. VI, 17.*

אֲבָל חֲרָדָה גְדֹלָה נָפְלָה עֲלֵיהֶם

Sed terror nimius irruit ſuper eos.) Hactenùs de comitibus, qvid privativè evenerit, nempè *non viderunt*: nunc poſitivè, tùm *de terrore magnô*, tùm de *fugâ*. Ille inſtar grandinis, montis, aut alterius cujusdam immenſi oneris, *cecidit ſuper ipſos*, h. e. & mentem & membra corporis ſingula occupavit; idq; ob peculiarem præſentiæ divinæ modum, qvi in piis reverentiam, in profanis verò ſtuporem excitat, utpote qvi præſentia capere neqveunt, futurisq;, qvæ ſuſpicantur imminere, ſuſtinendis ſe impares perſentiſcunt. Haut dubiè verò fidem qvodammodo conciliare ſic voluit Deus Danieli, ne alii hanc comitum conſternationem audientes ſuſpicarentur fortè, meram in virô hôc meditabundô adfuiſſe imaginationem vel phantaſiæ luſum: hic ſiqvidem non affeciſſet præſentes alios tàm ſenſibiliter: imò neq; confinxiſſe qvid Danielem h. m. dici potuit; undè enim talis aliorum alteratio? De voce חֲרָדָה *conſternatio* dictum *Prov. XXIX, 25.* ſicut etiam de phraſi *cadere ſuper aliqvem*, Pſal. CV, 38.

וַיִּבְרְחוּ בְּהֵחָבֵא: *Et fugerunt in abſconditum.*

Terrorem excipit *fuga*, qvando metu imminentis mali majoris hi homines concitatô corporis motu tutiorem qvæſiverunt locum, fortaſſe ubi cœtus hominum freqventior, qvô aliàs ſecuriores nos fore confidimus, vel potiùs diſpexerunt, ubi latibula darentur, v. g. ſpeluncæ in locis montanis; qvorſum facit verbum adjectum בְּהֵחָבֵא *abſcondendo ſe*, vel *ad abſcondendum ſe*. Ita verò radix חָבָא in Niphal eſt, *abſcondi*, *latitare* vel *occultare ſe*, qvomodo Adam *Gen. III, 10.* ait: *qvia nudus ego*, וָאֵחָבֵא *ideò abſcondi me*: ſic de Jotham *Jud. IX, 5.* dicitur: relictus fuit, qvia נֶחְבָּא *abſconditus fuit*: & de Saule, *1. Sam. X, 23.* ecce ipſe נֶחְבָּא *occultatus eſt juxta vaſa*: de Davide in ſpeluncâ qvâdam latitante, *c. XIX, 2.* de regibus ſimili in locô latitantibus, *Joſ. X, 16. 17. 26.* & de exploratoribus, qvi ſibi de tali latibulô proſpicere debebant in montanis, *cap. II. 16.* Qvoad præfixum ב notamus, id naturam ל hîc induere, adeòq; facere Gerundium in *dum*, qvaſi diceret: *fugerunt ad occultandum ſe*, cujusmodi locutio occurrit *2. Reg. XXII, 25. 2. Paral. XIIX, 24. 2. Reg. VII, 12.* לְהֵחָבֵא *ad latitandum in condavi, &c.* Sic vice verſâ ל ponitur pro ב לַעֲשׂוֹת *faciendo*, *Cohel. II, 11.* לְבַקֵּשׁ *qværendo*, *c. IIX, 17.* Confer Boot. *L. 2. animad. c. 1. §. 4. p. 117.* חבא ב pro ל ל pro ב

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Admiranda in hominibus eſt diſcrepantia, ſi ſpect
tionum divinarum receptionem, æqvè ut h. l. ſolus Dan
qvæ gratioſè manifeſtavit Deus, præſentibus ejus
nil qvicqvam eorum cernentibus. Ubi tamen cav
inter duo extrema, ne vel cum Pelagianis ejus
qværamus in hominis arbitrio propriisq; viribus,
Calvinianis univerſa atq; ſingula inevitabili tribua
placito abſoluto. Verum eqvidem eſt, ex abſoluti
dibus hominum tàm paucos à Deô fuiſſe ſelectos ad
pheticum vel Apoſtolicum; unde tamen hautqvaqvam
ſimili etiam modô actum fuiſſe cum hæredibus
omnes Deus voluit fieri Prophetas, ſicuti diſertè
fieri ſalvos, ſe nolle qvenqvam perire, &c. 2. Pet. III.

2. Non dubitandum, ſi plures exemplô Danielis
busq; vacarent, vel ſi fideles qvoq; ipſi plùries in
res qvoq; cœlitùs his affuturas illuſtrationes ac Sp
Qvid miri, ſi uberior non contingat nobis
aperire? *Pſ. LXXXI, 11.*

3. In cœtu eôdem Eccleſiaſticô hujus oculi illu
verò vicini nil lucis ex concione eâdem ſentiunt,
mitibus ignari manent: qvæ cauſa? certe, non qvod
fuerit interior virtus ac efficacia, ſed qvia ager
ſpinoſus erat, vel petroſus, vel inſtar viæ protritæ
Luc. IIX, 12. ſeqq. it. qvia multi lucem fugiunt
nalium delitiarum luci cœleſti ſtultè præferentes, *Joh.*

4. Terror ex viſione hâc redundans in homines
nam hodieq; excutiat nobis univerſis. Si tanta conſ
adhuc cernitur, qvid fiet, ſi idem judex accuratè
hibebit cunctis ipſum antehac transfodientibus? *Apoc.*
qvòd multi fugiunt perculſi cœlitùs, adeò ut ipſi
ſam; *Prov. XXIIX, 1. 2. Reg. VII, 6. Gen. XXXV,*

5. In libertate ſtat Dei imò & angelorum
cuos ſe exhibere iis, qvibus volunt, non qvi ſimili
ſunt præſtò. Id qvod ex Danielis ſociis apertè

6. Qvi cum Daniele peculiaribus gaudent revel

Digitized by Google

nis ſpiritualibus, illi peculiaribus etiam ſciant tentationibus expoſitos; æqvè ut Daniel h. l. ſolus videbat, at ſolus etiam in terram procidebat tanqvam exanimis; Confer 2. Cor. XII, 7. ne extollerer, &c.

וַאֲנִי נִשְׁאַרְתִּי לְבַדִּי. *Ego autem relictus ſolus.*

Redit Propheta ad perſonam ſuam propriam, enuncians ſe in locô prope flumen priore v. 4. perſtitiſſe immotum, ſed omni jam deſtitutum commerciô humanô, unde debilitato ſubveniri fortè potuiſſet. Similem de ſe phraſin uſurpat Eccleſia, *Eſa. IL, 21.* Ecce ego נשארתי לבדי *relicta fueram ſola:* & de Benjamine inqvit Jacob, *Gen. XLII, 38.* ipſe לבדו נשאר *relictus eſt ſolus*, fratre ſcil. jam extinctô. VERSUS IIX.

וָאֶרְאֶה אֶת־הַמַּרְאָה הַגְּדֹלָה הַזֹּאת *Vidi viſionem grandem hanc.*

Denuò repetitur id, qvod jam *verſu præced.* commemoratum fuerat à Prophetâ, niſi qvòd viſioni novum hic jungatur Epitheton: *magnam hanc*: ubi triplex ה demonſtrativum ante ſubſtantivum, adjectivum & pronomen inſignem planè vim exaggerandi nobis ſubminiſtrat. Magna ſiqvidem erat tàm ratione apparentis, qvàm ratione modi, objecti, finis & adjunctorum, uti ſatis oſtendent, qvæ ſeqvuntur.

וְלֹא נִשְׁאַר בִּי כֹּחַ.

Et non remanſit in me fortitudo.) Uti proximè de ſuâ apprehenſione locutus fuerat Daniel, ita nunc apprehenſionis illius ſubjungit effectum ſive conſeqvens, id qvod *ſeptimum* eſt præcognitum, virium videl. naturalium, qvà corporis, qvà mentis, decrementum, *v. 8. 9.* Imò ſicut Danielem deſtituerant comites, ita nunc deſtitutum eum porrò deſtituunt qvoqve vires propriæ priores. Et qvidem de voce כח conſtat ex *Dan. I, 4.* qvòd qvandoq; denotet *aptitudinem*, qvâ qvis eſt præditus ad aliqvid vel præſtandum vel tolerandum, qvomodo in pueris erat כֹּחַ *virtus* ſeu aptitudo ad miniſtrandum in palatiô regiô; ſic de arietis virtute ſeu robore ad pugnandum *c. IIX, 6. 7. 22. 24.* Confer Prov. V, 10. *ne peregrini ſaturentur robore tuô:* c. XX, 29. *decor juvenum robur eorum.* Qvapropter & hîc Daniel fatetur, ademptam nervis vim omnem regendi membra, imò ſenſûs tàm internos qvàm externos adeò fuiſſe inhibitos, ut nec rectè videret, nec audiret, nec ingenii vigore uteretur conſvetô. Rationem ejusmodi debilitationis promere nonnulli conantur ex ipſâ naturâ, ſiqvidem nobiliores ſpiritus ad profundas rerum cœleſtium contemplationes convocati, כח

Digitized by Google

deſtituat corpus reliqvum, qvod proindè manſerit ... Con-
fer Gregorii *L. 4. moral. c. 30. & homil. 8 in Ezech.* ...
More Nev. c. 41. ...

וְהוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי לְמַשְׁחִית

Sed & ſpecies mea immutata eſt in me. ...
therus: Ich ward ſehr ungeſtalt. Uti vox כח ea, qv...
tuerant, deſignavit; ita הוד non immeritò exter...
dabit ſpeciem vel formam, veluti operoſiùs hæc de ...
V, 9. Confer Bootii *L. 4. animadv. c. 1.* Hæc verò for...
הוד nuſta gravitas aut virium integritas bonaq; valetudo ...
verſa, dum & color & lineamenta vultûs, ſicut in ...
ſolet, mutata fuêre inſigniter, adeò ut genarum ...
frons contracta, oculi demiſſi, manus tremulæ, ...
reliqva abundè teſtarentur de alteratione mentis. ...
ce נהפך in Niphal occurrit de mutatione baculi in ...
VII, 15. de pilis alium colorem in leproſo nanciſcen...
16. 17. 25. de menſe converſo מיגון לשמחה à ...
Eſth. IX, 22. &c. Vide porrò in hôc noſtrô capite ...
qvô mutatio hæc evenit, colligitur ex voce עלי *in me* ...
ב pro על qvandoq; æqvipollet præfixo ב, ut *Oſ. XI, 8.* hæc ipſa
phraſis: נהפך עלי *immutatum eſt in me cor meum,* ...
I, 20. legitur; *immutatum eſt cor meum in medio mei* ...
משחית nus ad qvem mutationis eſt משחית *corruptio ſeu* ...
mea verſa eſt in me in perniciem, h. e. homini deſtru...
exanimi videbar ſimillimus. Ita verò vocem hanc ...
mam habet participii Hiphil, nominaliter accipi p...
oſtenſum fuit *Prov. XIIX, 9.* ubi בעל משחית ...
idem eſt ac, devaſtator malitioſus. Confer *Ex. XII,* ...
bis (vel inter vos) plaga למשחית *ad devaſtationem* ...
2. Paral. XXII, 4. fuerunt ipſi conſiliarii לו למשחית ...
ipſi. Hinc ſenſum non malè expreſſit Vulgatus: *&* ...

וְלֹא עָצַרְתִּי כֹּחַ׃ *Nec habui qvicqvam* ...

Qvod modò dixerat: *& non remanſit in me fortitudo* ...
ſolùm verbô repetitur: *& non cohibui*, vel retinui ...
utcunq; anniterer mihimet ipſi imperare, ...
formidinem corrigere imperiô Spiritûs, ſemper ...

rem, non potui *cohibere.* Id namq; aliàs valet verbum עָצַר *occluſit, cohibuit*, v. g. coelum, *Deut. XI, 17.* uterum, *Gen. XX, 18. c. XVI, 2. &c.* it. *detinuit*, ut *Jud. XIII, 16.* ſi תַּעְצְרֵנִי *detinueris me, non tamen edam.* Ipſa phraſis noſtra occurrit etiam *2. Paral. II, 5.* qvis יַעֲצָר כֹּחַ *obtinebit robur ad ædificandam tibi ædem:* Dan. XI, 6. *non obtinebit robur brachium.* 2. Paral. XXIX, 14. *Qvis ego & populus meus, ut* נַעְצֹר כֹּחַ *obtineamus robur ad ſponte erogandum &c.* Confer *2. Paral. XIII, 20. c. XXII, 9.* עצר

Poriſmata ex Verſu IIX.

1. Sicut Daniel apparente Dominô remanſit ſolus: ita & nos apparituro aliqvando Domino in horâ mortis ultimâ relinqvemur ſoli, diffugientibus à nobis etiam familiariſſimis, imò creaturis univerſis; Benè illum; qvi parem cum Daniele experietur gratiam, qvicq antehac eandem exambivit decenter, dum benè valuit.

2. Si heroicus Danielis animus, nec non intemerata conſcientiæ puritas, terrorem tamen arcere neqvivit tàm vehementem, qvid fiet homuncionibus mundanis protervè conſcientiam polluentibus, ſacra deſpicientibus, &c.

3. Collige hinc humanam fragilitatem, divinamq; incomparabilem majeſtatem.

4. Qvi cœlitùs debet erudiri, hunc infimè priùs oportet humiliari. Qvi virtute ſupernâ debet repleri, hunc virtute propriâ penitùs oportet evacuari, *1. Sam. II, 6.*

וָאֶשְׁמַע אֶת־קוֹל דְּבָרָיו

Et audivi vocem ſermonum ejus.) Continuatur debilitatio profecta, ſicut proximè è ſenſu viſûs, ita nunc è ſenſu auditûs, dum inuſitata aures pulſavit vox, ingentem referens ſtrepitum vel ſonum multitudinis, *v. 6.* VERSUS IX.

וּכְשָׁמְעִי אֶת־קוֹל דְּבָרָיו וַאֲנִי הָיִיתִי נִרְדָּם עַל־פָּנַי וּפָנַי אָרְצָה׃

Et audiens jacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.) Habes hîc tùm conſternationis initium, videl. *ſecundùm audire me*, i. e. qvamprimum auribus meis inciperem hæc inſolita ſentire verba vel ſermones alloqventis Domini; (Vide de uſu particulæ כְּ ante infinitum Troſtii *Gramm. p. 150. n. 3.*)

tùm

tum conſternationis modum, *fui ego* [illegible] *ſomnô obrutus* vel ob-
poratus, & qvidem [illegible] *ſuper faciem meâ* [illegible]
mus inſtar adorantium, qvi fulgorem alterius ferre neqveunt [illegible]
niſi in terram h. m. profitentur terram; cùm alias [illegible]
communiter jacere facie cœlum verſus porrectâ. [illegible]
tem & verba habuimus c. IIX, 18. *cumq; loqveretur* [illegible]
obſoporatus fui ſuper facie meâ terram verſus. [illegible]
dere ante pedes alicujus, idem fit ac, honorem illi hu[illegible]
re; vide *Dan. III, 6. ſeqq. Gen. L, 18. 2. Sam. I, 2.* [illegible]
faciem alicujus ſit ſignum impotentiæ, qvæ imparem [illegible]
ſtendum, *Levit. XXVI, 7. 8. Prov. XXV, 26. Eſth. VI, 13.* [illegible]
ſent in terram ſuper faciem ſuam, qvi graviter & [illegible]
ſaucii, *1. Sam. XVII, 49.* vel qvi vehementiſſimô pe[illegible]
te, *Ez. I, 28. c. III, 23. c. IX, 8. c. XI, 13. c. XLIII, 3.* [illegible]
XVII, 6. De ſignô reverentiæ ſubjectiſſimæ adfuit c. II [illegible]
cadnezar aliqvid divini ſuſpicatus in Daniele, procidit [illegible]
pronus. Qvoad verba ultima, *& facies mea terram* [illegible]
dum qvid venit, nim. ſpectabat vel directa erat.

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Vox Dei diverſimodè operatur in hominibus [illegible]
diunt, diffugiunt; alii cum Daniele remanent, terrore [illegible]
bilitati.

2. Qvi attollendi ſunt ad peculiare revelation[illegible]
profundiùs dejiciendi ſunt priùs, ut ſentiant eſſe penitus [illegible]
Paulô, adeòq; in infirmitate demùm gloriari addiſcant [illegible]
ſicut h. l. Daniel procidit in terram; ita cadendum e[illegible]
tate ſuâ mundanâ, de corporis ingeniiq; viribus ac [illegible]
ſangvineorum amicorumvè præſidiô, de opulentiâ, [illegible]
centes eriguntur è pulvere, *Pſ. CXIII, 7.*

3. Aliter obſoporantur pii, cœlitùs perculſi, aliter [illegible]
Satan ſomniô deliciarum mundanarum vel etiam [illegible]
mentat, adeò ut cum Jonâ ſine ſenſu ſtertant, qvando [illegible]
ximi, *Jon. I, 6.*

VERS. X. וְהִנֵּה יָד נָגְעָה בִּי *Et ecce manus* [illegible]

Fuit hucusq; conſeqvens viſionis unum, nim. [illegible]
tur nunc alterum, ejusdem videl. depulſio. [illegible]

Digitized by Google

non fuerit, neq; etiam vulgaris, docet præmiſſa vocula: *Ecce*, de quâ paſſim. Depulſionis medium eſt *Manus Danielem tangens;* ut videri poterat, illius, qvi in formâ adeò ſplendidâ apparebat *v. 5.* Qvanqvam verò aliàs *manus Dei hominem tangens* ingentem ſoleat denotare inflictam plagam, uti conqveritur Job. c. XIX, 21. *miſeremini mei, qvia manus Domini tetigit me;* hîc tamen diverſum planè innuitur, attactus ſcil. blandiens, nec non ſanitatem atq; vires conferens, qvalis eſſe ſolebat Meſſiæ incarnati ægrotos ſalubertimè tangentis, *Matth. IIX, 3. & 15. c. IX, 29. c. XX, 34.* Atq; pari modô tangebat qvoq; tres ſuos diſcipulos poſt transfigurationem in monte proſtratos, itidem ſuper facie jacentes, *Matth. XVII, 7.* Atq; ſic abſonum non foret, contactum hunc ſalutarem ipſimet Filio apparenti tribuere: verùm cùm ſeqventia idipſum diſſvadeant, adeòq; ſicut ſuprà *Dan. IIX, 18.* in ſimili materiâ de angelô revelante audivimus: *tetigit me & ſtare me fecit ſuper ſtatione meâ:* ita Junius, Piſcator, Belgæ & Vinarienſes, qvi antecedentia de τῷ Λόγῳ acceperunt, præſens hoc dictum volunt de Gabriele, ſine dubiô, qvia *v. 11.* ſeqvitur: *miſſus ſum ad te:* id qvod ad Filium Dei ipſum minùs qvadrat, ſicut & illa, qvæ *v. 13.* ſeq. nec non *v. 21.* recitantur de pugnâ, de aſſiſtentiâ, &c. Ideòq; veriſimile omninò eſt, viro illi lineis veſtito tanqvam Domino, duos adſtitiſſe mox angelos alios, tanqvam ſatellites, ceu apertè id colligi poteſt ex *cap. XII, 5.* qvorum præſens veroſimillimè, (ut loqvitur *Tirinus,*) fuit Gabriel. Sic Gabrielem per angelum aliqvem alium hîc apparuiſſe ait etiam D. Dorſcheus *ſepten. Angel. p. 11.* Accedit, qvòd manus h. l. tangens non fuerit chalybea, vel ænea, qvalis deſcripta *v. 6.* verùm mollis atq; blandiens, inſtar hominis alterius. Loca parallela adducuntur *c. IIX, 18. c. IX, 21.* ubi ſimile Gabrieli cum Daniele intercedens negotium commemoratur.

וַתְּנִיעֵנִי עַל־בִּרְכַּי וְכַפּוֹת יָדָי

Et erexit me ſuper genua mea & ſuper articulos manuum mearum.) Depulſio ipſa colligitur jam ex ſignô, motu nim. novô, cùm hactenùs tanqvam exanimis jacuiſſet Vates & mente velut motus. Verbum נוע *agitari, moveri, vagari*, in Hiphil eſt *agitare, commovere*, v. g. caput ſuum ad irridendum aliqvem, *2. Reg. XIX, 21. & Eſa. XXXVII, 22. Job. XVI, 4. Pſal. XXII, 8. Pſ. CIX, 25. Thren. II, 15.* it. vagabundum reddere aliqvem, *Amos IX, 9. Pſ. LIX, 12. 2. Sam. XV, 20.* נוע

Digitized by Google

Num. XXXII, 13. it. movere manum ſuam, *Zeph. II, 15.* Hic itaq; pariter indicatur collatio novæ facultatis motricis aut virium, vel diſperſarum ſaltem earum collectio & excitatio, adeò ut corpus paulatim erigeretur de terrâ, innixum prius manibus genubusqve, donec planè in pedes conſurgere poſſet, erectumq; ſubſiſtere. Jacchiades: *innitebar qvatuor rebus, duobus ſcil. genubus meis, & duabus volis manuum mearum.* Qvod *Vulgatus* vocavit *articulos manuum,* id Ebr. eſt כַּפּוֹת *curvaturæ,* à rad. כָּפַף *incurvavit,* q.d. curvaturas manuum vel concavitates: Ita namq; de palmâ tàm manûs qvàm pedis adhiberi ſolet, v. g. *Deut. XI, 24. & c.*

Poriſmata ex Verſu X.

1. Manus divina commonefacit nos divinæ tùm potentiæ, tùm ſapientiæ, tùm protectionis, tùm blandientis veluti benevolentiæ aut comitatis, præſertim verò operationum Spiritûs S., qvi & ipſe per manum Dei intelligitur *Ezech. I, 3.* ut & per digitum, *Luc. XI, 20.*

2. Uti parentes liberos tangunt modò ex irâ, modò abblandiendi animô: ita diverſimodè nobiscum Dei noſtri agit manus: humiliamini igitur ſub eâdem, &c. *1. Pet. V, 6.*

3. Non ſubitò & ex abruptô, ſed pedetentim convaleſcere ac roborari nos vult Deus, ne vel debilitatis noſtræ, tanqvam nullius momenti, citò obliviſcamur, vel propriæ virtuti noſtram tribuamus ex infortuniô emerſionem. De gradibus profectuum ſpiritualium, dum primò in terrâ (peccatis) jacemus, pòſt repere incipimus, hinc trementes ſtamus, videatur Gregorius M. *L. 22. moral. c. 14. (22.)*

4. Manus Dei ſuſcitans commonefaciat nos impotentiæ noſtræ, qvâ nil qvicqvam valemus ex nobis ipſis, &c. *2. Cor. III, 5.* ſolus Deus eſt, qvi in nobis operatur & velle & perficere *Phil. II. 13.*

וַיֹּאמֶר אֵלַי דָּנִיֵּאל אִישׁ־חֲמֻדוֹת

VERSUS XI. *Et dixit ad me: Daniel, vir deſideriorum.)* Hactenus fuerunt viſa, ſeqvuntur nunc *audita,* h. e. articulatus ille ſermo, qvem ex coeleſti legatô ordine percepit vates. Qvæ alias de angeli ad angelum ſermone disqvirunt Scholaſtici, qvòd fiat per impreſſionem ſpeciei intelligibilis ſive conceptûs, conceptui ſuo ſimilis in angeli alterius intellectu, it. de angeli ſermone ad Deum, qvem nudâ cogitationum deſideriorumve ad Deum directione, (impreſſionis namq; Deus eſt expers;

pers;) expediri opinantur, hujus loci non ſunt. Imò qvomodo angelus etiam ad hominem verba facere poſſit, nos captum noſtrum excedere libentes profitemur cum Auguſt. *Ench. c. 59.* vide interim eundem *lib. 26. de C.D. c. 6.* it. Thomam *part. 1. qvæſt. 107. art. 3.* Gerhard. *Tom. 2. Loc. de creat. §. 79.* Pergimus nos in ſermone ipſô, cui præmittitur hôc in verſu (α) *Exordium*, ita ut omnium primò nomine ſuô propriô excitetur Vates conſternatus, ſciatq; , ſe ſpeciatim eſſe Deo curæ, & ex nomine eidem cognitum; (*Eſa. XLIII, 2.*) Præterea nomini huic additur titulus inexhauſtæ ſvavitatis; *vir deſideriorum*, ſecundùm Luth. Du lieber Daniel. qvam in rem plura attulimus c. IX, 23. *veni indicare qvia* חֲמוּדוֹת *deſideriorum* (vir) *tu es.* Adde notata Delrii *in adag. V. T. 930. p. 511.* bujusmodi vir latinè diceretur *Deſiderius*, Græcè ἐράσμιος, qvomodo nuncupatur celebris ille Roterodamus. Simile ſibi nomen arrogavit *Mahomed*, qvod cum noſtro & etymô & ſenſu coincidit, utut reipſâ extremis modis à Daniele diſtet.

הָבֵן בַּדְּבָרִים אֲשֶׁר אָנֹכִי דֹּבֵר אֵלֶיךָ

Intellige verba, qvæ ego loqvor ad te.) En attentionis poſtulationem, qvò Propheta vires ingenii ſtudiô colligat ſingulari, adeòq; & verba & ſenſum dicendorum imbibat accuratè, ne, ut fieri ſolet, ſpeculationibus nunc indulgere incipiat propriis, qvas meticuloſa ſuggerere ſolet caro, qvibus tamen cunctis ſepoſitis uni nunc vacet Domino revelanti. Vide ſuprà *c. IIX, 17.* הָבֵן *intellige, fili hominis, &c.*

וַעֲמֹד עַל־עָמְדֶךָ *Et ſta in gradu tuô.*

Sicut proxima verba concernebant mentem, ita hæc corpus, cui præcipitur tùm commoratio in locô ſemel occupatô, ne metu diffugiat, tùm certus qvoq; corporis ſitus, nimirum, ne idem porrò jaceat, neq; ſedeat, ſed erectum conſiſtat, qvod aliàs facere ſolent miniſtri, Dominorum ſuorum inſtructionem percepturi. Iterum infinitivus, עָמְדֶךָ *ſtare tuum*, nominaliter accipitur pro ſtatione, veluti hoc ipſum jam adfuit *c. IIX, 17. 18.*

כִּי עַתָּה שֻׁלַּחְתִּי אֵלֶיךָ *Nunc enim ſum miſſus ad te.*

Ratio attentionis eſt peculiaris illa Dei voluntas, qvæ ſoli Danieli deſtinavit hanc arcanorum patefactionem. Adeòq; עַתָּה *nunc*, poſtqvam finitum eſt jejunium tuum religioſum, *v. 2.* poſtqvam etiam definitum effluxit tempus, qvô celari debuerunt illa omnia, *miſſus ſum*

ego, tanqvam interpres cœleſtis, *ad te*, tanqvam peculiare vas gratiæ, qvod nullô meritô propriô, ſed ſolius miſerentis Dei favore ad hujusmodi illuminationis honorem eſt evectum. De verbô שָׁלַח *miſſus, dimiſſus fuit*, confer, ſi libet, *Prov. XVII, 11. c. XXIX, 15.*

וּבְדַבְּרוֹ עִמִּי אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה עָמַדְתִּי מַרְעִיד׃

Cumq; dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens.) Hæc ſermoni angelico interſeruntur tanqvam per Parentheſin, ut lectori conſtet de mirabili ſermonis hujus operatione, qvippe qvo deliqvium animi depulſum viresq; ad exurgendum collatæ fuerunt efficaciter. Et qvidem ſi rectè attendimus הַדָּבָר הַזֶּה *hic ipſe ſermo*, hæc ipſa lingva alloqvens, qvâ tàm blandè Daniel fuit compellatus, tàm graviter ad attendendum excitatus, tàm ſingulariter de honore legationis hujus informatus, potentior fuiſſe videtur manu tangente, *v. 10.* dicit namq; Daniel, ſe *ſtetiſſe*, antehàc repentem; licèt adhuc eſſet מַרְעִיד
מרעיד *tremens*, ita ut nervi nondum rectè facerent ſuum officium, ſed incertô ac concitatiore ſuô motu vehementem adhuc teſtarentur commotionem antegreſſam. Ita verò vox hæc in Hiphil non niſi ſemel adhuc in ſacris occurrit, nimirum *Eſr. X, 9.* ubi omnes Judæi in plateâ dicuntur ſediſſe vel manſiſſe מַרְעִידִים *trementes*, tùm ob negotium illud grande, tùm ob imbres. Aliàs רָעַד de tremore terræ occurrit, *Pſal. CIV, 33.* & nomen רַעַד de tremore Ægyptiorum, evadere periculum non ampliùs valentium, *Exod. XV, 15.* Conf. *Pſal. LV, 6.* & de voce רְעָדָה *tremor*, qvi gaudentibus coram Meſſiâ adeſſe debet, *Pſal. II, 11.* it. *Pſ. XLIIX, 7. Job. IV, 14. Eſa. XXXIII, 14.*

Poriſmata ex Verſu XI.

1. Ineffabilis eſt Dei amor, qvô homines dignatur hujusmodi titulis inſigniter honorificis, appellando *viros deſideriorum*, vide ſuprà *c. IX, 23.*

2. Reverentia & attentio ſingularis debetur divino verbo, ne aliorſum evagetur mens noſtra, neq; inordinatis abripiatur affectibus, qvando ſermo ad nos dirigitur divinus.

3. Utut angeli hôc tempore ad nos non ablegentur, eô, ut ad Danielem, modô, ſufficiat tamen miniſtros Eccleſiæ hujusmodi legatione fungi, *2. Cor. V, 18. 20.* adeòq; angelos ſive legatos eſſe viſibiles. *Apoc. I, 20. c. II, 1. ſeqq.*

VERSUS XII. וַיֹּאמֶר אֵלַי אַל־תִּירָא דָנִיֵּאל

Et ait ad me: Noli metuere Daniel.) Exordium nunc (β) Narratio

Narratio excipit, & qvidem (α) divinæ exauditionis. Qvia verò Daniel adhuc adſtabat *tremens*, ut proximè audivimus, idcircò denuò timorem conatur removere Angelus conſvetâ illâ formulâ, *ne timeas*, qvâ ipſe Deus uſus ad Abrahamum, *Gen. XV, 1.* Iſaacum, *c. XXVI, 24.* Jacobum, *c. XLVI, 3.* Moſen, *Num. XXI, 35. Deut. I, 21. c. III, 2.* Joſuam, *Joſ. IIX, 1. c. X, 8. c. XI, 6.* Et qvanqvàm timendi cauſæ adeſſent ſatis multæ, removet tamen easdem is ipſe, cujus cauſâ metuendum qvàm maximè, h.e. Deus, qvem noſtrâ impuritate offendimus; & à qvô tanqvam igne abſumente comburendos nos formidamus.

כִּי מִן־הַיּוֹם הָרִאשׁוֹן אֲשֶׁר נָתַתָּ אֶת־לִבְּךָ לְהָבִין וּלְהִתְעַנּוֹת
לִפְנֵי אֱלֹהֶיךָ

Qvia ex die primò, qvô poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Dei tui.) Nota exauditionis *terminum*, qvi non eſt medium fortè vel ultimum tempus trium illarum ſeptimanarum, qvibus ſe Daniel afflixit, *v. 2.* ſed ſtatim *dies primus*, juxta illud Eſa. LXV, 24. *erit præterea, anteqvam clament, ego audiam, adhuc ipſis loqventibus ego reſpondebo.* Deſcribitur verò idipſum tempus à piô Danielis inſtitutô; qvòd *dederit cor ſuum*, h. e. firmiſſimè ſibi propoſuerit, fervidè deſideraverit, omniq; conatu ea adhibuerit media, qvæ ad finem obtinendum poſſibilia erant, aut conducibilia videbantur. Id namq; vult phraſis *Dare cor ſuum ad aliqvid*, vide *Cohel. VII, 21. Prov.* *Dare cor ſuum ad aliqvid.*
XXIII, 26. 2. Paral. XI, 16. Dum verò abſolutè meminit conatus *intelligendi*, non additô objectô, qvod intelligere anhelavit, haut dubiè comprehenduntur arcana illa omnia, qvæ hactenùs Danieli manifeſtata erant ſingulariter, qvanqvam non plenè & ſecundùm ſingula, plurimis multis adhuc paſſim dubiis relictis. Qvorſum facit ſeqvens informatio cœleſtis plenior, ſiqvidem id haut dubiè aſſeqvi exoptavit, qvod intelligendum datur *cap. ſeq.* Adeòq; exauditio precum ſimul disertè infert harmoniam inter id, qvod Daniel deſideravit, & id, qvod angelus jam eô fine miſſus declaravit. Huic pio proficiendi ſtudio annectitur ſimul conveniens medium: *dediſti cor tuum ad intelligendum*, וּלְהִתְעַנּוֹת *& ad affligendum teipſum coram Deô tuô*, h.e. veram cordis humiliationem promovere voluiſti maceratione corporis religioſâ per abſtinentiam deliciarum, &c. *v. 2. 3.* ſic namq; verbum עָנָה *reſpondit*, in Piel eſſe ſolet, *afflixit*, & in Hithpaël *afflixit ſemetipſum*, it. *humilem ſeipſum* per hujusmodi afflictionem voluntariam *exhibuit*; qvo- ענה

modo legitur *Gen. XVI, 9.* ubi Angelus ad Hagarem: הִתְעַנִּי *humilia* vel *deprime teipſam ſub manibus ejus;* Et deniq; (qvi locus in concordantiis *Buxtorfii* eſt præteritus,) Pſal. CVII, 17. *ſtulti propter iniqvitates ſuas* יִתְעַנּוּ *affliguntur.* Sic 1. Reg. II, 26. de Abjathare, הִתְעַנִּיתָ *afflictus fuiſti in omnibus iis, in qvibus* הִתְעַנָּה *afflictus fuit parens meus,* Eſr. IIX, 21. *indixi jejunium* לְהִתְעַנּוֹת *ut affligeremus,* (vel humiliaremus) *nos coram Deô noſtrô, ut qværeremus ab eô viam rectam,* &c. Atq; hæc ipſa humiliatio facta eſt *coram Deô*, h. e. religioſum & non politicum habuit finem, omni caruit hypocriſi, mens in ſolùm Deum ejusq; verbum intereà temporis fuit defixa.

נִשְׁמְעוּ דְבָרֶיךָ *Exaudita ſunt verba tua.*

Hoc eſt, precibus tuis impetraſti, qvod voluiſti. Per *verba,* haut dubiè deſignatur ejus generis precatio, qvalis adfuit cap. IX, 4. ſeqq. *Audire* autem idem eſſe ac, *exaudire,* norunt etiam tyrones. Atq; hæc ipſa egregiè nobis exprimunt divinam tùm ad dicta noſtra ſingula attentionem, tùm auditorum approbationem, tùm efficacem approbationis per ipſa beneficia collata teſtificationem.

וַאֲנִי בָאתִי בִּדְבָרֶיךָ: *Et ego veni propter ſermones tuos.*

En exauditionis (b) ſignum vel conſeqvens, angelicam videl. miſſionem. Nimir. venit legatus hic in formâ viſibili, cùm aliàs ordinariè angeli qvidem fidelibus adſint eosq; comitentur, *Pſ. XXXIV, 8. Pſ. XCI, 11.* verùm inviſibiliter. Venit igitur h. l. *ob verba Danielis,* h. e. propter ipſum, vel ejus informandi cauſâ. Nam ſicut aliàs עַל דְּבַר & עַל דִּבְרֵי *ob verbum,* idem valet ac *propter, Pſ. XLV, 5. Pſ. LXXIX, 9. &c.* ita ut vox ea poſterior qvodammodò redundet; (cujus plura exempla ſuppeditat Glaſſius *L. 3. Philol. ſac. p. m. 141.*) ſic etiam h. l. *ob verba tua,* valebit, *ob teipſum.* Præfixum verò בְּ poni pro *propter*, notum paſſim. Hinc *Lutherus* egregiè: umb deinet willen. Minus verò ad lingvæ ſanctæ indolem Maldonatus: *propter verba precum tuarum.*

(b) עַל propter

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Timor moderandus non pro rationis noſtræ, ſed verbi Domini dictamine, ſicut eundem faceſſere hîc jubet Angelus. Aliàs ſicut timor debitus eſt initium ſapientiæ, ita immoderatus non parùm ſufflaminat diſcentes, adeò ut manus trepidans nutansq; malè omninò ſuſcipiat gemmas guttasq; doctrinæ inſtillandas: imò timor perſeverans oblatæ & jam acceptæ gratiæ diſpendium inducit tandem.

2. Admira-

Digitized by Google

2. Admirandus eſt precum cum jejuniô effectus, Confer *Matth. XVII, 21.*

3. Exauditio licèt primò ſtatim fiat die, non tamen è veſtigiô facta innoteſcit, *Eſ. LXV, 24.* antèqvam clament, &c. qvapropter expectandum patienter, *Hab. II, 3.* angeli opitulatoris adventum impedire potuit Satanas, ut h. l. qvanqvam de eodem nos vix cogitaſſemus.

4. De angelicô circa pios miniſteriô, qvod & nos in adverſis conſolari poteſt, & in proſperis cautos eſſe jubet, plura proferri ſolent *in locô de angelis.*

· וְשַׂר מַלְכוּת פָּרַס עֹמֵד לְנֶגְדִּי עֶשְׂרִים וְאֶחָד יוֹם

Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & unô VERSUS XIII.
diebus.) Seqvitur narratio (c) retardationis; nam cùm *primô* ſtatim precum die facta eſſet exauditio, ſimulq; qvoq; angeli hujus decreta fuit ablegatio; dicit itaq; *ſe veniſſe* v. 12. Verùm erat jamjam menſis dies 24tus *v. 4.* idcircò moram rejicit angelus in *principem regni Perſiæ*, de qvô nunc inqvirendum pluribus. Et qvidem שַׂר *princeps* propriè aliàs nuncupatur iſte, qvi autoritate qvâdam pollens ſingulari aut jurisdictione pro lubitu imperare poteſt aliis ſibi ſubjectis, qvomodo titulô hôc gaudebat præfectus ſatellitum, *Gen. XXXVII, 36. c. XXXIX, 1.* pocillatorum & piſtorum, *c. XL, 2. 9. 16.* carceris, *c. XXXIX, 21. ſeqq.* it. princeps civitatis, *Jud. IX, 30.* ſummusq; exercitus Imperator, à Rege proximus, v. g. Pichol, *Geneſ. XXI, 22. 32.* Abner, *1. Sam. XIV, 52.* Joab, *1. Reg. I, 19.* Hinc Schindlerus tres præcipuè principum claſſes recenſet (1) tribuum, (2) familiarum, (3) urbium, ſub qvibus Chiliarchæ ac Centuriones. Et hi (urbium Principes) Senatum convocabant ejus urbis, cui præerant; cujusmodi populi principum meminit ipſe etiam Daniel, diſtingvens eos à Regibus & patribus, *c. IX, 6. 8.* Hinc videas ipſum hôc etiam *principum* nomen tribui illis ſpiritibus tàm bonis qvàm malis, qvi præ cæteris certâ ſuâ gaudent præeminentiâ ſive roboris, ſive celeritatis, ſapientiæ, autoritatis, &c. Qvomodo talis principis exercitûs Dei (ex nonnullorum ſententiâ,) fit mentio *Joſ. V, 14. 15.* licèt potiùs increatus ibi intelligatur Legatus fœderis, qvi princeps eſt regum terræ, &c. Ita & Michaël appellatur שַׂר *princeps magnus*, Dan. XII, 1. Unus vel primus הַשָּׂרִים *principum primariorum*, inferius hôc ipſô in capite *v. 13.* it. princeps Judæorum, *v. 21.* Porrò

Digitized by Google

rò פָּרַס *Perſa*, an ex Ebræô פָּרַס diviſit, an à פָּרָשִׁים *eqvitibus* (ſecundùm Bochardum *L. 4. Phaleg c. 10.*) deducendum ſit, an verò à Perſe vel Perſeô Rege, Jovis ex Danaë filiô, circa tempora Ehudis Iſraëlitarum judicis vivente, id noſtrum non eſt hîc decidere: Vide ſîs Gregorii Franci *Lexicon ſacr. n. 772.* Sufficiat, illam hîc deſignari Aſiæ regionem orientalem, qvæ à ſeptentrione attingebat Medos, ab occaſu Suſianam, ab ortu Carmaniam, à meridie ſinum maris Perſici, cinctam alioqvi montibus deſertisq;, ac proinde loci naturâ ſatis munitam, cui ipſi celebritas tùm temporis conciliata peculiaris à Cyrô illinc oriundô, cui Monarchæ totus fermè parebat orbis habitabilis. Vide ſuprà *c. V, 28. c. VI, 1. 15. 28. c. IIX, 20. c. X, 1.* Qvæſtio nunc oritur, qvis hîc per principem regni Perſici ſit intelligendus? ubi ad tria præcipuè capita redigi poſſunt interpretum ſententiæ. *Primò* namq; de viſibili qvôdam ac humanô principe acceptum volunt nonnulli Calvinianorum, nempè de Cyrô vel filiô Cyri, Cambyſe, alternativè, ut *Junius* in Comment. *Lavaterus, Bullingerus, Calvinus, &c.* aut de Cambyſe tantùm, qvi regnum adminiſtrabat, patre Cyrô in bellum contra Scythas profectô, ut *Piſcator, Polanus, Bucanus* Loc. 6. qvæſt. 29. qvam ipſam tamen interpretationem vim verbis afferre, palàm profitetur Ramburcius *Tom. 2. diſpp. Sedan. p. 254. θ. 32. &c.* Similem ſententiam Ebræis tribuit etiam *Maldonatus*, & ſpeciatim *R. Saadiæ*, (qvanqvam aliud pateſiat ex ipſius Commentariô in opere Buxtorfianô, qvippe qvi Principem Perſiæ myſticè exponit de irâ divinâ adverſus Iſraëlem,) adjiciens, hunc ipſum ſeqvi hæreticorum Magiſtros, ut Ebræi videantur; qvod ipſum concoqvendum aut retorqvendum relinqvimus Calvinianis. *Secunda* claſſis dicta hæc vult de principe aliqvô inviſibili, eôq; angelô bonô, qvi regni Perſarum fuerit protector; qvam ipſam ſententiam autoribus Eccleſiaſticis omnibus tribuunt *Emmanuel Saa* & *Maldonatus*, qvamvis iterum falsò, ut mox apparebit; intereà largimur ſic ſtatuere *Theodoretum, Gregorium M.* Lib. 17. moral. c. 8. *Hieronymum*, (qvi allegat illud dictum *Devt. XXXII, 8.* qvando dividebat Altiſſimus gentes, ſtatuit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei: ubi deceptus haut dubiè hic fuit pater à LXX. κατ᾽ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, cùm in fontibus ſit expreſsè: *juxta numerum* vel *pro ratione filiorum Iſraël*, videnturq; illi Metaphraſtæ pro voce Iſraël legiſſe diviſim שָׂרֵי אֵל *principum Dei:* Tacemus allegationem Hieronymi alteram, *1. Cor. II, 8.* qvam ſapientiam nullus *principum mundi*

hujus

hujus cognovit, qvæ ſanè eâdem laborat morbô;) *Baſilium* Lib. 3. contra Eunom. *Clementem Romanum*, *Iſidorum Peluſiotam* L. 2. Ep. 85. *Dionyſium*, *Thomam* part. 1. qvæſt. 273. art. 7. *Liranum*, *Pererium*, *Fernandium*, *Tirinum*, *Vatablum*, *Corn. à Lapide*. Modum confligendi diſputatorium ex Papiſtis commemorat B. Dorſcheus *ſepten. angel. p. 18. ſeqq.* Imò ejusdem ſententiæ eſt etiam *Jacchiades* Judæus, qvi LXX. populis in terrâ dicit reſpondere LXX. principes in cœlô: qvâ ratione Judæi principem habeant, unum videl. Michaëlem, cum hôc tamen diſcrimine, qvòd populorũ angeli ſint ipſi eorum Dii. & inſtar Deorum operentur in eos; verùm Iſraël regatur providentiâ Dei, Michaële non niſi ejus juſſu operante, &c. A qvô non longè abit *R. Saadia* ad *v. 20.* Angelum Perſiæ coram Deô benedictô contendiſſe cum Michaële, num Darius imperare debeat ampliùs, an deponi, &c. Nonnulli deniq; *tertiò* arbitrantur ſermonem eſſe de angelô malô, ſive Dæmone qvôdam inſigni, prævalente in aulâ Perſicâ, ſicuti hanc in rem à Tirinô, Corn. à Lap. & Caſmannô *angelol. p. 322.* allegantur Rupertus Tuitienſis *L. 9. de victoriâ verbi Dei c. 6.* Caſſianus, Chryſoſtomi diſcipulus *coll. 8. c. 13.* Proſper in *dimidiô temporis c. IV.* imò ſecundùm Thomam *l. c. art. 8.* hujus ſententiæ fuit ipſemet etiam *Hieronymus*, qvod vel exindè licet colligere, qvia talem intelligit mundi principem, qvales Chriſtum crucifixiſſe dicuntur, *1. Cor. II, 8.* at hi ex ejusdem ſententiâ non erant angeli boni, ſed mali; E. Non improbabilem hanc ſententiam fatetur Fernandius *l. c. fol. 689. ſeqq.* imò admodùm probabilem dicit Sanctius *Commentar. §. 68.* & per aliqvot deducit columnas, ſolâ ferè patrum autoritate aliorſum raptus: qvanqvam *num. 87.* victum ſe rei veritate fateatur his verbis: *Ex reverſione ad pugnam* v. 21. *efficitur plus qvàm probabile, angelum illum non eſſe bonum, ut qvi tantô tempore ignorare non potuit, qvid eſſet à Deô conſtitutum.* Sic de angelô malô accipit etiam Molinæus *Tom. 1. diſpp. Sedan. p. 320.* E noſtratibus verò ſententiam hanc ampleċtuntur pleriq;; Lutherus ipſe *in gloſſâ marg.* (ein Königl. Hoff-Teuffel/) Melanchthon, Wigandus, Geſnerus, Franzius *de interp. Scripturæ, orat. XXIII. p. 259.* aliiq;, qvibus & nos adhæremus haut inviti, ſiqvidem principis titulum tribui & aliàs novimus angelis tàm bonis qvàm malis, qvomodo mentio fit τῶν ἀρχῶν, *Rom. VIII, 38.* it. τῆς ἐξουσίας, κυριότητος, ἀρχῆς, *Eph. I, 21.* ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *cap. III, 10.* it. thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum, *Col. I, 16.* principis Dæmoniorum, *Matth.*

XII, 24. principis hujus mundi, *Job. XII, 31. XIV, 30. XVI, 11.* Sic *Epheſ.*
II, 2. gentilium Dux nominatur ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, *Spi-*
ritus qui nunc operatur in filiis incredulitatis: & c. VI, 12. pugna no-
bis eſt πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας,
&c. Hos ergò mundi ac tenebrarum principes regni qvoq; Perſici geſ-
ſiſſe curam qvis inficiabitur? ſine dubiô modis impediverunt omni-
bus, ne populo Dei qvicqvam illinc contingeret beneficii, unde libe-
rior feliciorq; emergeret divini cultûs propagatio, &c. æqvè ut aliàs
Satanam novimus in aulâ Davidis fuiſſe negotioſum, ut numeratô po-
pulô gravis toti nationi accerſeretur plaga, *1. Paral. XXI, 1.* It. in au-
lâ Achabi, ut mendaciloqviô Prophetarum cruentum promoveretur
bellum, *1. Reg. XXII, 22.* Cùm itaq; & h. l. diſertè profiteatur bonus
Dei angelus, huncce principem ſibi voluntatis divinæ executori ob-
ſtitiſſe per dies adeò multos, manifeſtè concluditur, bonum ipſum fuiſ-
ſe hautqvaqvam, nam aliàs eandem promoviſſet modis omnibus, *Pſ.*
CIII. 20. Matth. XIIX, 20. De Cyrô vel Cambyſe non facilè accipiet
ullus, qvi paulò penitiùs expenderit, Prophetam hos conſvetô potiùs
Regis, qvàm *Principis* titulô nuncupaturum fuiſſe, regem etiam mor-
talem tanto cœlorum Heroi obſiſtere hautqvaqvam potuiſſe, & qvi-
dem adeò, ut ſuccenturiatâ Michaëlis ope is indigeret, &c. Pergimus
עמד לנגד. jam ad retardationis actum, in phraſi עָמַד לְנֶגְדִּי *ſtetit è regione mei,*
h. e. obſtitit mihi. Aliàs ſtare è regione alicujus, generatim præſen-
tiam exprimit, qvomodo v. g. *c. IIX. 15.* dicitur: *cùm qværerem intel-*
ligentiam, ecce עוֹמֵד לְנֶגְדִּי *ſtans è regione* vel *in conſpectu mei qvaſi vir,*
&c. Et in hôc noſtrô Capite v. 16. *dixi ad ſtantem è regione mei,* vel co-
ram me. Joſ. V, 13. *Ecce vir ſtans è regione ejus* vel coram ipſô, *in cujus*
manu gladius evaginatus, &c. Hîc tamen præſentia cum reluctatione
vel cum intentione obſiſtendi aut depellendi colligitur apertè ſatis ex
v. 20. *veni ad te, & nunc revertar ad pugnandum cum principe Perſiæ,*
&c. Qvis autem iſte modus ſit, qvô angelus obſiſtit angelo, noſtrum
non eſt definire, cùm craſſus ille conflictus de locô obtinendô, qvalis
eſt inter homines, armorumq; hoſtilium in ſenſus incurrentium condi-
tio penitùs exulet ab hâc angelicâ luctâ. Sufficiat, utrumq; hunc an-
gelum ſolicitum fuiſſe in flectendis Perſarum animis ad ſtudia prorſus
contraria; qvod benè depingit Franzius *cit. orac. 23. p. 259.* vide plu-
ra inferiùs ad *v. 20.* Spatium verò retardationis ſive duratio determi-
natur viginti & unô diebus, qvod ipſum tempus coincidit cum tribus
jejunii

Digitized by Google

Jejunii ſeptimanis *v. 2.* Moræ hujus cauſa non malè refertur in Iſraëlitarum malitiam, parùm adhuc captivitatis plagâ emendatam, qvippe qvæ fortiſſimum præbuit malis angelis argumentum adverſus ipſorum liberationem omnimòdam, æqvè ut & aliàs peccata hoſtium coram Deô urgere ſolent Dæmones, indeq; vires capeſſere majores, *Apoc. XII, 10.* &c. B. Dorſcheus *Septen. angel. p. 15.* conjicit, moram hanc viginti & unius dierum illud reſpexiſſe tempus, qvô Cyrus divinô afflatu decreturus erat gentis tamdiu captivæ dimiſſionem, cui decreto tantô molimine ſe oppoſuerit Perſarum princeps, donec tandem ſolenniter decretum illud promulgaretur Orienti. Verùm cùm hæc promulgatio contigerit annô Cyri primô, *Eſr. I, 1.* difficile videtur, præſentem relationem, qvæ annum Cyri tertium concernit, ſuprà *v. 1.* ex actu dudum præteritô velle declarare.

וְהִנֵּה מִיכָאֵל אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים בָּא לְעָזְרֵנִי

Et ecce Michaël, unus de principibus primis, venit in adjutorium meum.) Retardationem (d) excipit opitulatio ſive acceſſûs acceleratio, facta per *Michaëlem*. Ubi iterum obſervamus *tùm* perſonam, *tùm* perſonæ dignitatem, *tùm* advenientis opitulationem, *tùm* opitulationis conſeqvens. (*a*) Perſonæ nomen eſt *Michaël*, compoſitum ex pronom. מִי *qvis*, & notâ ſimilitudinis כְּ *ſicut*, itemq; אֵל *Deus*. Tributum verò legitur tùm hominibus, *Num. XIII, 14. 1. Paral. VII, 40. IIX, 3. IX, 16. XIII, 6. 20. 2. Paral. XXI, 2. Eſr. IIX, 8.* tùm angelo bono, tùm ipſi Dei Filio, tanqvã unico magni conſilii angelo increato. Sicut verò nomina angelorum reliqva utplurimum petita ſunt vel à virtute ac robore, ut *Gabriel*, vel à ſanatione, ut *Raphaël*, vel ab illuminatione, ut *Uriel*, &c. (unde etiam B. Gerhardus *diſp. Iſagog. L. VII. c. 1. §. 13.* opinatur, eadem àd tempus ſolùm ratione injunctæ expeditionis angelis impoſita fuiſſe, qvanqvam veroſimilior ſit B. Ægidii Hunnii ſententia *Orat. 2. de angelis Tom. II. fol. 760.* Deum angelos ſimul omnes, ut ſuis ordinibus, ita & nomenclaturâ interſtinxiſſe, æqvè ut in terris nomenclatura ſtatim animalium procurata fuit per Adamum,) ita hoc nomen Michaël peculiare qvid habet, incomparabilem ſcil. Dei majeſtatem, cujus nemo niſi Deus particeps. Qvæſtio nunc oritur, an nomen hoc Michaël tantùm angelo creato, an tantùm increato, an modò creato, modò increato competat? Primum placet *Pontificiis & Calvinianis* pleriſq; ; medium ſtatuere videtur *Junius* Michaël.

 ulti-

ultimum verò aſſerunt *Noſtrates*. In univerſum verò loci biblici, ubi alteri qvàm homini hoc nomen traditur, produci ſolent qvinqve, tres ex Daniele *c. X, 13. 21. XII, 1.* Epiſt. *Juda v. 9.* & deniq; *Apoc. XII, 7.* Filium Dei ultimô intelligi locô, non contemnendæ adſunt rationes, v. g. qvòd proprii ejusdem dicantur eſſe angeli, tàm inviſibiles qvàm viſibiles Eccleſiaſtici, h. e. Doctores Eccleſiæ, qvos nullus unqvam angelus creatus angelos dixit *ſuos*, ſed ſolus Dei Filius, in manu ſuâ gerens ipſos, *Apoc. I, ult.* itemq; qvòd Michaël hic ibidem expreſſè appelletur Chriſtus Dei, *Apoc. XII, 10. &c.* Adeò ſicut ſolus Dei Filius propriè hoc uſurpare poteſt nomen, *qvis ſicut Deus?* Ego, qvi cùm Patre unum ſum, *Joh. X, 30.* qvæcunq; habet Pater, mea ſunt, *Joh. XVI, 15.* ita & h. l. dicimus, ſingularem illam, qvæ hic ſeqvitur, dignitatem, nonniſi angelo increato competere, qvippe qvi eſt *unus*, hoc eſt, primus, (vid. Gen. I, 5.) *principum primariorum*, videl. juxta explicationem Pauli *Col. I, 15.* εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου πρωτότοκος πάσης κτίσεως, qvem omnes adorant angeli Dei, *Ebr. I, 6.* qvi eſt rex regum & Dominus dominantium, *1. Tim. VI, 16. Apoc. I, 5.* Atq; hoc ipſum diſertè h. l. aſſerunt etiam *Wigandus*, *Polanus*, it. Coccejus *in reſponſ. Judaic. p. 101.* nec non *B. Lutherus* & Paraphraſtæ *Vinarienſes*. Alternativè autem vel de Filiô vel de Archangelô acceperunt *Calvinus*, *Geſnerus* & alii. Sicut verò aliàs in ſacris inſvetum non eſt, idem nomen & Dei Filio & hominibus qvoq;, diverſiſſimô licet reſpectu, tribui, ſiqvidem *Meſſias* vocatur etiam Saul, David, & Cores, *Joſua* ſive Jeſus vocatur tùm Dux populi Moſis ſucceſſor, tùm ſummus Sacerdos tempore reverſionis ex captivitate, tùm Salvator humani generis unicus ac optimus; ita abſonum nobis haut debet videri, Michaëlem appellari tùm hominem, tùm archangelū, tùm ipſū Dei Filiū, diverſiſſimô licèt ubiq; ſignificatu. Lege interim ſi placet Ant. Creguti *revel. arcanæ. 17. p. 671. 679. ſeqq.* ubi de angelô increatô Filiô Dei, qvi per anagrammatiſmum eſt מיכאל & מלאכי, æqvè ut *angelus* & *Galenus*, ubi Chriſtum etiam aſſerit unicum archangelum, ſive angelorum caput; &c. contrà qvàm ſtatuerat Gomarus, qvi *tom. I. Oper. fol. 207. & Tom. II. fol. 217.* Michaëlem filii Dei nomen eſſe infringere laborat ſatis ſtudioſè. Pergimus nos (β) in expendendis illis verbis, qvando hic Michaël appellatur *unus principum primariorum*, h. e. aliqvis princeps præcipuus, velut eadē hæc phraſis occurrit Pſ. LXXXII, 7. *tanqvam homo moriemini.* וּכְאַחַד הַשָּׂרִים *& tanqvam unus* (aliqvis) *principum*

cade-

cæteris: Gen. XXII, 2. *ſuper* אַחַד הֶהָרִים *unô aliqvô montium*, h. e. aliqvô monte, 2. Sam. VI, 20. *nudatus es ſicut unus levium*, h. e. aliqvis homo levis. Sicut verò *principis* nomine ſub initium verſiculi hujus intelligendus veniebat angelus qvidam malus, potentiâ antecellens malos angelos cæteros, ita & hîc per principes intelligimus angelos bonos, qvi virtute ſuperant qvamplurimos alios; id qvod ex certô angelorum ordine cognoſcitur facilè, dum Scriptura meminit thronorum, poteſtatum, &c. *Col. I, 18.* ſicut jam ſuprà meminimus. Qvæ Papiſtæ proferunt de *archangeli* nomine pertinente ad ſecundum ordinem infimæ hierarchiæ, cùm tamen pleriq; ipſorum, *Dionyſium* ſecuti, exiſtiment, Michaëlem eſſe ex ſupremô ordine infimæ hierarchiæ, qvi appellantur principatus, ita ut hic fuerit princeps omnium ſui ordinis, nolumus operoſiùs diſcutere, cùm ſolidô careant divinæ revelationis fundamentô, merisq; nitantur conjecturis. Inſpiciatur modò Cornel. à Lap. *in Comment. hujus loci*, & patebit, multum inter ſe diſſidere Papiſtas ipſosmet, dum qvidam Michaëlem ſtatuunt primum inter Archangelos, aliqvi unum de Archangelis & ultimæ duntaxat hierarchiæ principē, alii verò principem omnium omninò angelorū abſolutè primum. Idem *Cornelius* meminit viri docti, qvem non nominat, ſtatuentis duos Michaëles, unum Seraphinum victorem Luciferi, alterum Archangelum cuſtodem Eccleſiæ, qvam tamen novitatem ipſemet approbare non audet. Aliàs רִאשׁוֹן ſignificat etiam *primum* vel priorem ratione temporis, v. g. dies priores, *Num. VI, 12.* tabulas priores, *Exod. XXXIV, 1. Deut. X, 2.* duces priores, Nehemiam antecedentes, *Neh. V, 15.* &c. Hîc tamen contextûs materiæq; conditio exigit prærogativam dignitatis vel virtutis. Expoſitioni ſuperiùs productæ, de Filio Dei per *Michaëlem* intelligendô, obſtare tamen videtur ejusdem filii Dei præmiſſa deſcriptio inde à *v. 5.* Qvodſi namq; idem ille vir *v. 5. ſeqq.* apparens fuiſſet angeli Gabrielis opitulator, cur novô hunc ipſum adſtantem virum nuncuparet nomine *Michaëlem?* Cur non dixiſſet, idem hicce vir præſens, qvem attonitus conſpexiſti, opem mihi tulit. Verùm ſi conſtat de re ipſâ, neminem ſc. *Iſraëlis principem* inter angelos creatos, ſed ſolùm increatum Angelum fœderis, ſeu Dei Filium æternum verbum, meritò tacemus de verborum uſurpatione poſituq;, qvi nobis idoneus aliàs fuiſſet viſus. (γ) Opitulatio deniq; eſt in verbis: *venit ad adjuvandum me.* Ubi eqvidem attendenda tùm angelica approximatio, tùm virium Michaëlis cum viribus Ga-

brielis conjunctio, ita ut princeps Perſicus obſiſtens cedere tandem fuerit coactus. Hæc ipſa verò diſcutere ſcrupuloſiùs, qvomodo videlicet Deus Spiritum adverſus Spiritum juvare ſoleat vel corroborare, humanum tranſcendunt captum, curioſulosq; ſine fructu fatigant. Hoc ipſum ſimul *adjuvandi* verbum ſatis refellit *Oecolampadium*, qvi loqvi hîc autumat Dei Filium, cui Michaël, Archangelus creatus, adjungatur, ad adjuvandum ipſum: id namq; majeſtati creatoris extremis adverſatur modis.

וַאֲנִי נוֹתַרְתִּי שָׁם אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס׃

Et ego remanſi ibi juxta Regem Perſarum.) Eſt hoc opitulationis conſeqvens, victoria nempè Legati hujus cœleſtis contra turbatorem infernalem, uti manifeſtè ſatis colligitur ex verbô נותרתי *ſuperſtes manſi*, vel *relictus ſum*, tanqvam viribus ſuperior, conſiliis meis prævalens, conatuum meorum compos factus, *ibi apud Reges Perſarum*, qvos tanqvam populi Dei Dominos, in bonam flectere conabar ſententiam, his ipſis adhæſi, tanqvam ulterior cauſæ Iſraëliticæ patronus, qvam modis omnibus promotum hucusq; ivi. Aliàs
יתר verbum יָתַר in Niphal eſt *relinqvi vel ſuperſtitem manere*, ſive ex communi clade, qvomodo ſolus Joſua vel Caleb remanſere ex Iſraëlitis Ægyptô digreſſis, *Num. XXVI, 65.* Jotham ex filiis Jerubbaal, *Jud. IX, 5.* Elias ex reliqvis Dei veri cultoribus, *1. Reg. XIX, 10. & 14. &c.* ſive poſt ſortem aut fata aliis ſui ſimilibus contingentia, qvomodo ſeptem tribus relictæ fuerunt absq; aſſignatâ hæreditate, *Joſ. XIIX, 2.* qvomodo ſolus remanebat Jacob, familiâ ipſius vel turbâ reliqvâ Jordanem jam transgreſſâ, *Gen. XXXII, 24. &c.* Qvapropter & h. l. angelus reſpicit ad adverſarium ſuum, cujus ab initiô meminit, qvòd *ſteterit è regione ſui*; qvi tamen diſcedere jam fuerit compulſus, adventante ſubſidiô fortiore. Qva ipſâ ratione benè omninò fluit contextus, cùm è contrà *Maldonatus* aliter planè nectat: ideò remanſi tamdiu, cùm citius venire debuiſſem, qvia princeps Perſicus mihi reſtitit; ac nec dum me expedivissem, niſi Michaël, &c. Dum verò plurali utitur numerô apud *Reges Perſarum*, non unicum nos cogitare voluit Monarcham ...im temporis viventem, nec etiam unicum & definitum regis certi menſem, annumve, qvô perſtiterit apud ipſum, ſed continuam haut dubiè exprimere h. m. voluit præſentiam apud Reges Monarchiæ hujus ſibi invicem ſuccedentes, utpote, qvorum dominio ſubfuturus qvoq; impe-

Digitized by Google

impoſterum erat Iſraëlis populus, tamdiu, donec oriretur Monarchia Græcorum, qvâ de re v. 20. Adeòq; licet tùm temporis, qvô hæc loqvebatur angelus, non niſi unicus eſſet Perſarum Rex propriè dictus, veroſimile tamen eſt, angelum exprimere voluiſſe impetratum veluti jus perſiſtendi etiam poſthàc in ſtatione illâ, qvam obtinuerat ſemel tàm maſculè. Hæc ipſa opinor magis qvadrare, qvàm ſi eum Sanctiô intelligamus Cyrum tunc bellô Scythicô impeditum, & Cambyſen filium vel Artaxerxem, patris intereà vices in regnô obeuntem.

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Ex textu hôc colligitur angelorum tùm exiſtentia, contra Sadducæos, &c. *Actor. XXIII, 8.* tùm diſſidentia, qvandò aliqvi in primitivâ conditione perſiſtentes manſerunt Boni, cæteri verò deficientes facti ſunt Mali, prioribus ſemper adverſantes, confer *2. Pet. II, 4.* & *Judæ v. 6.* tùm inſenſibilis præſentia; regibus ſiqvidem, conſiliariis, imò qvibusvis etiam hominibus aliis præſtò adſtant angeli tàm boni, qvàm mali, utcunq; nulla præſentiæ hujus deprehendantur veſtigia, æqvè ut *2. Reg. VI, 17.* (de corporibus ad tempus aſſumtis, vide inter cæteros B. Gerh. *Loc. de creat. §. 42.*) tùm Sapientia, tùm Potentia, in moderandis mundi imperiis ampliſſimis ſingulariter conſpicua, qvorum ita ſolent habere curam angeli boni, ne Eccleſia ullum inde contra aut præter Dei voluntatem ſentiat detrimentum; æqvè ut hîc curam videmus Eccleſiæ Judaicæ fuiſſe habitam adverſus oſores ejusdem potentiſſimos, tàm viſibiles, qvàm inviſibiles.

2. Diſpar inter angelos tàm bonos qvàm malos, eſt & ſapientia & potentia, adeò ut unus robore antecellat alium, & angeli etiam boni operationes ad aliqvot dies inhibere valeat angelus malus, usq; adeò, ut opus ſit ſubſidiô alterius adhuc angeli validioris. Qvâ in parte elegans eſt inter angelos Eccleſiaſticos & cœleſtes, h. e. Doctores, & Spiritus æthereos conformitas, ſiqvidem & hîc diverſa Doctorum Eccleſiæ ſunt chariſmata, unus alterum antecellit ingenii acumine, judicandi dexteritate, Spiritûs fervore, dicendi potentiâ, &c. Unus pollet viribus ad confutandum hæreticos, alter ad erigendum afflictos; vide *cap. XII. Ep. I. ad Corinth.*

3. Diſtincti dantur angelorum ordines. Datis enim *principibus primis*, neceſſe eſt, dari etiam principes ſecundarios, imò inferiores qvoq; alios qvam plurimos hiſce ſuperioribus ſpiritibus ſubordinatos:

Id

Id qvod dilucidiùs paſſim aſſerit Paulus, v. g. *Eph. I, 21.* ubi producuntur ἀρχὴ καὶ ἐξουσία καὶ δύναμις καὶ κυριότης. Sic nominantur etiam ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις *cap. III, 10.* & *Col. I, 16.* memorantur θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι: confer *Rom. IIX, 38.* unde tamen nondum ſtabiliuntur conficti in Papatu angelorum ordines, qvorum autor ſine fundamentô proditur *Dionyſius Areopagita*, nec non *Clemens Romanus* & *Origenes*; vide Rivetum *Tom. 1. Cathol. Orthodox. p. m. 644.* Voëtium *Tom. I. diſp. ſelect. p. 882.* Danh. *Tom. 1. hodomor. papiſt. p. 922.* Brochm. *tom. 1. Loc. de angelis qvæſt. 12. p. 249.* & Gomarum *tom. II. operum fol. 217.* Ita de Græcis meminit etiam Metrophanes *Confeſſ. ſua p. 42.* eosdem novem ordines angelorum ſtatuere, adjiciens tamen ignotum eſſe, an ſtatu, an naturâ diſcrepent: Vide D. Calov. *Tom. IV. Syſtem. p. 90.* Judæos decem angelorum bonorum ordines conſtituere, ſcribit Hornbeck. *contra Judæos p. 308.* tres tamen aſſerit *Menaſſe Ben Iſraël*; Confer Bangii *cœlum orient. p. 74.* & Hulſii *Tom. 1. Theol. Judaic. p. 71.* Qvicqvid ſit; ordines ex Scripturâ S. eô ſcil. modô, ut in Papatu proditur, probari non poſſe, fatentem habemus Becanum *opuſc. c. 1. n. 2.*

4. Angelorum bonorum inter cætera eſt & hoc officium, in aulis principum Regumq́ꝫ, etiam infidelium, (qvalis tunc Perſarum, nunc Turcarum, Tartarorum, &c.) adeſſe, Dæmonibus cruenta & exitioſa qvæq; ſuggerentibus obſiſtere, ſalutaria contra intentionem ſæpè malignantium hominum ſuggerere ac promovere, &c. De regimine nationum orbis diverſarum angelicô ſecundùm Rabbinorum ſomnia, legi poterit Conſt. L' Emper. *ad b. l. p. 209.* it. Hulſius *part. 1. Theol. Judaic. p. 437.* ubi *Abarbinelis* recenſet ſententiam, ipſamq; refutat. Ineptias *R. Menaſſis Ben Iſraël probl. 29. de creat.* qvando angelos minoris eſſe dignitatis, qvàm homines probare nititur, refutare non eſt opus, cùm ſolidô deſtituatur fundamentô.

5. Dæmonum è diverſô præcipuum hoc eſt negotium, magnatibus ſubdolè inſidiari, contra fideles Dei ſervos eosdem exacerbare, curias, aulas, collegia domosq́ꝫ infeſtare, ſucceſſus bonorum bonos inhibere, angelis bonis ſe omnibus modis opponere, idq́; ad aliqvot qvandoq; hebdomadas menſesq́ꝫ, adeò ut, iidem boni Spiritus bonorum aliorum adhuc opus habeant ope ſubſidiariâ, ut h. l.

6. Ab angelô hôc diſce in bonô conſtantiam, utcunq; negotium tuum bonum aliqvandiu non ſuccedat; ſicuti hic 21. dies obſiſtentem

Ibi

Digitized by Google

ſibi Dæmonem expertus eſt Gabriel. Qvapropter pugnare contra vitia erroresq; tàm proprios qvàm alienos maſculè pergito, animum indurato, ſubſidium expectato, aliis laborantibus Michaëlis exemplô ſuccurrito, pro te pugnare angelos bonos credito, &c.

7. Tres à Deô angelos populo Iſraëlitico fuiſſe deſtinatos, (1) Michaëlem tanqvam cuſtodem Eccleſiæ, (2) Gabrielem tanqvam patronum captivorum, & (3) Anonymum, qvi huic regno vel nationi ſpeciatim præfuerit, uti prodit Fernand. *viſ. 26. ſect. 1.* conjectura eſt non unô laborans modô. Sic abſurda ex concertatione angelorum bonorum mutua, qvalem hîc ſtatuunt Papiſtæ, reddidit B. Dorſcheus *ſeptem. angel. p. 22. ſeqq.* qvam ipſam qvoq; ſuam mentem contra Theologos Moguntinos poſtmodum defendit *in ſemeſt. Rector. p. 124.* Qvi ipſe *ſept. p. 44. ſeqq.* commemorat eſſe tot diverſa in honorem Michaëlis erecta in papatu templa, ut admirationem hæc qvodammodo mereantur, præſertim apud Gallos, qvi Michaëlem Regibus ſuis, tanqvam primogenitis Eccleſiæ filiis & Chriſtianiſſimis, locô Ebræorum nunc adeſſe credunt, &c.

וּבָאתִי לַהֲבִינְךָ אֵת אֲשֶׁר־יִקְרָה לְעַמְּךָ

Veni autem, ut docerem te, qvæ ventura ſunt populo tuo.) VERSUS XIV.
Narrationem inde à *v. 12.* hactenùs continuatam nunc (γ) excipit promiſſio, accuratæ ſcil informationis de futurô Iſraëlitarum ſtatu. Sicutverò *v. 12.* meminerat ſui adventûs; ita nunc eundem repetit denuò additâ finis mentione, nim. *ad informandum te*, vel ut facerem te intelligentem: id namq; eſt הֵבִין *intelligentem reddidit* ex ignarô vel ambiguô, à Rad. בִּין *intelligere*. Videatur *cap. IX, 23. c. X, 1. 11. 12.* בין
Facta autem eſt hæc inſtructio verbis diſertis, ab angelô ad captum Danielis mirificè accommodatis, ita ut intellectus ipſius inſigniter illuminaretur circa futurorum eventuum perſpicuam apprehenſionem. Objectum verò traditum indefinitè appellatur id, *qvod eventurum populo Danielis*, h.e. Iſraëlitis, qvi variam experturi erant fortunam, modò proſperam, modò adverſam, modò mixtam. De ejusmodi verò caſibus accipi verbum קָרָה *accidit, evenit*, &c. notatum fuit ad Cohel. II, 14. *eventus idem* יִקְרֶה *evenit omnibus ipſis*, videlicet tàm ſapientibus, qvàm inſipientibus: it. c. IX, 11. *non eſt velocium curſus*, &c. *ſed tempus & caſus* יִקְרֶה *accidit omnibus*. Is, cujus fata recenſentur, vocatur *populus tuus*, non ratione dominii, ſed cognationis: vide *cap. IX, 15. 16. 19. 24.*

Digitized by Google

באחרית הימים. *In noviſſimis diebus.*

H. e. temporibus jam adhuc remotiſſimis & poſt aliquot [illegible] ſecula affuturis. Ita namq; phraſis hæc occurrit *Gen. XLIX, 1.* ubi Jacob ad filios ſuos: *annunciabo vobis, qvod eventurum ſit vobis in fine dierum.* Num. XXIV, 14. ubi Bileam Balako: *indicabo tibi, qvid* [illegible] *rus ſit populus iſte populo tuo in fine dierum*: Devt. IV, 30. [illegible] Iſraëlem: *cùm fuerit ibi anguſtia, invenient* [illegible] *in fine dierum* [illegible] *converſus fueris ad Dominum, &c.* c. XXXI, 29. ubi Moſes [illegible] populum: *novi, qvòd, poſteaqvam mortuus fuero, corr*[illegible] *eveniet vobis malum in fine dierum.* Sic Eſ. II, 2. & Mich. IV [illegible] *dierum præparatus erit mons domûs Domini*: Jer. XX[illegible] 23. *non avertetur furor Domini, donec fecerit &c. in fine* [illegible] *getis eam intelligentiâ*: c. XLIIX, 47. *convertam* [illegible] *fine dierum*; c. XLIX, 39. *erit in fine dierum, reverti faci*[illegible] *Elam.* Hoſ. III, 5. *poſteà revertentur filii Iſraël & requir*[illegible] *Deum ſuum, & dabit regem ſuum -- in fine dierum.* Ex qvi[illegible] ſtat, tùm tempora Meſſiæ, tùm alia etiam in genere [illegible] præſenti eò locutionis ſpatiò multùm diſtabant, vel p[illegible] qvod intervallum extitura demum erant. Vide, ſi lube[illegible] אחרית *extremum*, it. *ſpes*, adducta ſunt, *Prov. V, 11.* [illegible] *XXIV, 14. 20. Cohel. VII, 10. c. X, 13.*

In fine dierum.

כי עוד חזון לימים: *Qvoniam adhuc viſ*[illegible]

Rationem hæc continent, cur noviſſimorum [illegible] ſim. qvia viſio divinitus deſtinata non concernat [illegible] dies, ſed protendat ſe in longum usq;, æqvè ut *Hab. II,* [illegible] ſius nonnihil morante dicitur: כי עוד חזון למועד [illegible] vel *ad tempus deſtinatum,* ſcil. rejecta eſt: confer [illegible] *in tempus finis viſio,* ſcil. reſpicit aut pertinet. Luther[illegible] es wird nach etlicher Zeit geſchehen. Mogunt. wird [illegible] Tage erſtrecken. *Sanctius* ita declarat: *audies à me, qvid* [illegible] *rum ſit erga populum tuum, qvod ſcire deſideras; ſed* [illegible] *diud longè poſt futurum, qvod à me doceaeris.*

Poriſmata ex Verſu XIV.

I. Inſtructio angelica circa res arcanas [illegible] eſt periculoſa, qvàm qvæ verſatur circa do[illegible]

nam in his ipſosmet angelos ablegaſſe ſuos auditores ad Doctores Eccleſiæ vel angelos viſibiles, conſtat ex Cornelii hiſtoriâ, *Act. X, 5. &c.*

2. De futuris Eccleſiæ fatis ſolicitum eſſe, niſi procedat ex vanâ curioſitate, hautqvaqvam Deo diſplicet, cùm talia revelet ipſemet ſuis ſervis, ut h. l. Danieli, nec non Johanni in Apocalypſi.

וּבְדַבְּרוֹ עִמִּי כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה

Cùm loqveretur mihi hujuscemodi verbis.) Iterum interrumpitur qvodammodo angelica oratio per animi deliqvium conſternationemvè Prophetæ vehementem, ut opus fuerit (δ) confortatione novâ; qvapropter notanda iterum tùm Prophetæ debilitas *v. 15.* tùm angelicus contactus, *verſ. 16.* tùm contactûs iſtiùs efficacia, ex ſermone Prophetæ eluceſcens *v. 16. 17.* tùm contactus alter confortans *v. 18.* unà cum alloqviô angelicô *v. 19.* nec non Propheticô reſponſô, *ibid.* Debilitas igitur Prophetæ adſcribitur angelicô alloqviô: *in loqvi ipſum mecum* כדברי *ſecundum verba hac*, h. e. cùm hæc aut ſimilia mihi ſonorâ ſatis graviq; voce edixiſſet. Particulam ſimilitudinis כ *Vulgatus* videtur accepiſſe pro ב, exiguâ ſenſus diſcrepantiâ. VERSUS XV.

נָתַתִּי פָנַי אַרְצָה וְנֶאֱלָמְתִּי׃

Dejeci vultum meum ad terram & tacui.) Exprimunt hæc inſignem Prophetæ conſternationem, dum partim oculos levare non fuit auſus, partim ore obmutuit. De priore, vultûs nimirum in terram dejectione, dictum *c. IIX, 18. c. X, 9.* Confer *Matth. XVII, 6. Luc. XXIV, 5. Ezech. I, 28. c. III, 23. c. IX, 8, c. XI, 13. c. XLIII, 3. c. XLIV, 4.* De poſteriore, *obmuteſcentiâ* videlicet, notandum adhuc, iis lingvam velut conſtringi, qvi ſubitô corripiuntur terrore, ubi vox faucibus hæſit, & conſternatus qvid loqvi debeat aut poſſit, non invenit, imò inſtar elingvis penitùs obmuteſcit. Qvorſum facit illud *Job. XXIX, 9. 10.* ubi de lingvâ principum palato alligatâ: it, *Ezech. III, 26. Thren. II, 10. 1. Sam. II, 9. Job. II, 13. Gen. XLV, 3. Hab. II, 20. Zach. II, 13. Zeph. I, 7.* Hæc dennò debilitas Prophetæ oborta eſt, ut videtur, ex angelici ſermonis majeſtate ſingulari, vel admiratione dictorum planè inſperatorum, vel ex formidine impuritatis propriæ ſibi benè conſciâ. Hinc metus vocem adimit, ſecundùm Ariſtotelem *ſect. 27. probl. 4. & 9.* veluti de Aſtyage eſt apud Herodotum L. I. *His perculſus aliqvandiu ſine voce manſit.*

 Poriſma-

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Utut blandiſſima ſint Dei ejusq; miniſtrorum ad nos verba, homo tamen ex ſe & ſibi relictus non poteſt decenter ejusmodi ſolatia ſuſcipere, qvin imò cum Daniele obſtupeſcit magis &c. *Luc. XXIV, 41.*

2. Modeſtia ac reverentia Deo, angelis hominibusq; inſigniter eſt grata: Confer Publicanum oculos ad cœlum attollere non audentem, *Luc. XIIX.*

3. Tempus ut loqvendi, ita & tacendi. Qvi præſentem ubivis meditabitur Dominum, is effrenem facilè compeſcet lingvam, imò ſi jugi operam det reſipiſcentiæ ac pietati, non obmuteſcere cogetur ad rigidius Domini examen cum hoſpite imparatô inſtituendum, *Matth. XXII, 12.*

וְהִנֵּה כִּדְמוּת בְּנֵי אָדָם נֹגֵעַ עַל־שְׂפָתָי

VERSUS XVI. *Et ecce qvaſi ſimilitudo filii hominis tetigit labia mea.)* Debilitati humanæ ſubjungit nunc remedium cœleſte, cui, tanqvam notabili præmittitur conſvetus Spiritûs S. aſteriſcus, *& ecce.* Attingens eſt idem ipſe *vir*, humánâ apparens ſpecie, *v. 5.* h.e. Filius Dei humanam ſuô tempore naturam aſſumturus; qvi eqvidem tùm temporis adhuc ἄσαρκος, adeòq; manu digitisq; tangentibus propriis deſtitutus; diciturq; id feciſſe *ſecundùm ſimilitudinem filiorum hominis*, h. e. in formâ aſſumtâ, qvæ hominem aliqvem verum referebat, vel qvomodo homines alteri abblandientes, aut opem etiam laturi, manu ſolent ſvaviter contingere ipſummet ac mulcere. Ita vox דְּמוּת *ſimilitudo*, præfixô כּ ſimilitudinis occurrit Pſal. LIIX, 5. *venenum ipſis eſt* כִּדְמוּת *ſecundùm ſimilitudinem veneni ſerpentis*, h.e. qvale ſerpentes aliàs habent exitioſiſſimum. *Filios hominis* porrò pro hominibus poni ex indole lingvæ, tyronibus etiam perſpectum eſt. Adeòq; cùm pluralis fuerit poſitus, non tàm ad figuram hominis aſſumtam, (ſic namq; ſingularem potiùs adhibuiſſet,) qvàm ad hominum manu blandientium morem, reſpectum eſſe habitum, meritò conjicimus. Et ſicuti *v. 10.* jam meminit Daniel manûs ſe tangentis, inq; genua ſe collapſum erigentis, ita nunc denuò virum illum, ſive Filium Dei, ſive Gabrielem, ſe contigiſſe dicit, & qvidem עַל *juxta* vel *ad labia ſua*, eadem blandè velut mulcendo, vel ab occluſione modò nominatâ liberando; qvâ ratione *Jer. I, 9.*

דמות

I,9. dicitur, *extendens Dominus manum ſuam tetigit os meum, dixitq; Dominus mihi: ecce indo verba mea ori tuo.* Referri huc qvodammodò poſſet, qvòd unus Seraphinorum *carbone tetigit os Eſaiæ dicens: ecce tetigit hic carbo labia tua & auferet iniqvitatem tuam*, Eſa. VI, 7. ita Chriſtus, *Marc. VII,33.* tetigit lingvam muti. Admitti qvoq; poſſet illa Jacchiadæ obſervatio, qvi voce אָדָם humilitatem ait indicatam, ſicut *v. 5.* אִישׁ *viri* excellentia Prophetæ fuerat intolerabilis.

וָאֶפְתַּח פִּי *Et aperui os meum.*

En contrectationis conſeqvens, oris videl. apertio, cùm proximè obmutuiſſet Propheta penitùs, & ne verbulum qvidem profari potuiſſet. Utut enim phraſi hâc aliàs nonnunqvam exprimi ſoleat παῤῥησία aut familiaritas, ut *2. Cor. VI, 11.* it. vociferatio, *Ezech. XXI,27.* &c. hîc tamen nuda virium loqvendi deſcribitur recuperatio, qvalis contingebat ſacerdoti Zachariæ, *Luc. I,64.* qvod luculenter etiam comprobant ſeqventia.

וָאֲדַבְּרָה וָאֹמְרָה אֶל־הָעֹמֵד לְנֶגְדִּי

Et locutus ſum, & dixi ad eum, qvi ſtabat contra me.) Prolixiùs jam commemoratur Prophetæ confortatio; ita ut mentio fiat tùm *locutionis*, h. e. verborum certorum articulatæ ac diſertæ formationis, qvâ aliàs deſtitui ſolent vehementiùs attoniti, animivé deliqvium paſſi, & hujus locò debilitati vix ſingultiunt, ingemiſcunt, obſcurè nonnulla demurmurant aut fruſtillatim qvaſi ſibilando ſolùm promunt: tùm *dictionis*, qvæ ſpecialiùs adhuc reſpectum habet ad ea, qvæ totidem mox ſpecificantur verbis. Perſona compellata deſcribitur à ſitu: *ſtantem è regione mei* vel *contra me*: nim. idem ipſe, qvi lineis indutus apparuerat *v. 5. ſeqq.* tam propè jam ad Danielem acceſſerat, ut nullum propemodum eſſet inter utrumq; interſtitium. Neq; verò ſtetit *contra* Danielem, (uti reddidit *Vulgatus,*) eô modô, ſicut Princeps regni Perſici ſtabat *contra* angelum *v. 13.* (ubi eadem, qvæ & hîc, verba,) ad eum videl. oppugnandum aut impediendum, ſed ad eum amicè inſtruendum, qvomodo eadem hæc phraſis adfuit, *c. IIX,15.*

אֲדֹנִי בַּמַּרְאָה נֶהֶפְכוּ צִירַי עָלַי

Domine mi, in viſione tuâ diſſolutæ ſunt compages meæ.) En verba eloqvii formalia, qvibus Daniel ſuam velut incivilitatem excuſat, aut reverentiæ debitæ defectum deprecatur, idq; ex inevitabili debilita-

bilitatis neceſſitate. Compellat verò virum hunc, (ſive ipſummet Dei Filium, *v. 5.* ſive angelum ſimul aſſiſtentem, *v. 10. 11.*) voce *Adoni*, Domine mi, ſubjectionem h. m. conteſtans obſeqviumq; pollicitans; æqvè ut angelos etiam Loth vocabat Dominos ſuos, *Gen. XIX, 2.* nec non Cornelius, *Act. X, 4.* Pergit hinc ingenuè profiteri ſuam paſſionem graviſſimam, idq; voce צִיר qvæ & *cardinem* notat, *Prov. XXVI, 14.* & *legatum*, *c. XIII, 17.* *c. XXV, 13.* & *imaginem*, *Eſ. XLV, 16.* hic tamen haut dubiè ſignificat *tormina*, veluti conſtat ex collatione locorum aliorum, v. g. *Eſa. XXI, 3.* צִירִים *tormina apprehenderunt me*, צִירִים כַּצִּירִים *ſicut tormina parturientis*, Eſ. XIII, 8. *conturbati ſunt*, *tormina & dolores apprehenderunt* (eos,) *inſtar parturientis dolent*: & deniq; tota hæc noſtra phraſis adhibetur *1. Sam. IV, 19.* de nuru Eli, *qva incurvabat ſe & pariebat, qvia* נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ *invertebant ſe in ipsâ* צִירֶיהָ *tormina ejus*, vel per totum veluti corpus tumultuabantur, ac ſubinde per varias converſiones reciprocabantur. De verbô נֶהְפַּךְ *converſus fuit*, vide ſuprà v. 8. *decor meus verſus eſt in me in perniciem*. Senſus proindè loci noſtri eſt בַּמַּרְאֶה *in* hac vel *per* & *propter* hanc ipſam *viſionem* (hoc namq; ſignificatur per præfixum בַּ habens patach reſiduum propter excluſum ה Emphaticum,) adeò ſum commotus, ut univerſi mei corporis animiq; *anxietates reciprocata in me fuerint* vehementiſſimè, non aliter ac in parturiente reciprocantes illi niſus totū corpus debilitant, qvando mole ſe ſuâ levare uterus nititur, neq; tamen poteſt. Ita namq; in conſternatis qvoq; natura extremis modis conatur ſe liberare re formidabili, licet fruſtrà. *Belga*, **om des Gheſichts wille keeren haer myne ween over my.** Mogunt. **die Gelenck meiner Glieder ſeynd über deinem Geſichte von einander gangen.** *Lutherus* Vulgatum ſecutus: **Meine Gelencke beben mir über dem Geſichte:** LXX. ἐν τῇ ὀπτασίᾳ σου ἐστράφη τὰ ἐντός μου ἐν ἐμοί, h. e. *in viſione tuâ converſa ſunt interiora mea in me.* Syrus: *propter viſionem* אתהפך *inverſa ſunt* עלי גּויִ *præcordia mea in me* (aliàs גו Syris idem eſt ac *medium*, ſive qvod eſt *interius*;) Arabs, *volutata ſunt intra me viſcera mea.*

וְלֹא עָצַרְתִּי כֹּחַ׃ *Et nihil in me remanſit virium.*

Sicut proxima continebant malum poſitivum, ita hæc privativum, qvòd Propheta nec corpore nec animô debitum potuerit Domino huic apparenti honorem exhibere, qvia utrobiq; viribus fuerat deſtitutus, vide hanc phraſin ſuprà *v. 8.*

Porr-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Contactus Dei gratioſus, qvando vel immediatè vel mediatè per miniſtros ſuos ſigna edit favoris ſui, efficaciæ eſt maximæ; ex mutis namq; facit loqventes, ex conſternatis tranqvillos, ex timidis animoſos, &c. Precare itaq; ut aperiantur tibi labia *Pſ. LI, 17.* confide etiam, cùm manus hæc calamum attritum non confringat, *Eſa. XLII, 3.*

2. Utut honoris ergô angeli qvandoq; vocentur *Domini*, non tamen hinc ſeqvitur religioſus eorundem cultus. Venerari qvidem licet ipſos, tanqvam creaturas Dei nobiliſſimas, multoq; nobis præſtantiores; neq; tamen ob id honor, in primâ legis tabulâ reqviſitus, accerſi huc debet, vel inter Creatorem & creaturas qvaſi dividi. Gradus enim honoris non dantur tres, λατρεία Dei, δουλεία angelorum ac beatorum, & cultus civilis hominum, ſed pro ratione duarum Decalogi tabularum duplex etiam datur honor, videl. vel creatoris, vel creaturarum. Et harum qvidem ratione honor variat ſecundùm magis & minus: σύνδουλον non decet δουλεία, *Apoc. XIX, 10.* vide D. Klozii *angelologiam p. 62. ſeqq.* it. B. Dorſchei *pentad. diſſ. 12. th. 42. ſeqq.* ubi angelos negat uſpiam vocari Dominos, ſenſu vel adorationis, vel ſubjectionis, vel dependentiæ; it. *de concilio Sirmienſi p. 152.* qvô in locô disqvirit de angelorum cultu, qvòd in V. T. non fuerit permiſſus.

3. Si tanta conſternatio ex unius angeli præſentiâ, qvanta ex glorioſô Domini angelorum omnium orietur conſpectu; nil itaq; precioſius debitâ ſui ſubmiſſione ſtudiôq; humilitatis continuô.

וְהֵיךְ יוּכַל עֶבֶד אֲדֹנִי זֶה לְדַבֵּר עִם אֲדֹנִי זֶה ׃

Et qvomodo poterit ſervus Domini mei loqvi cum Dominô meô.) Ex præmiſſâ debilitatione elicit jam Propheta obmuteſcentiæ ſuæ conſectarium, & qvidem per modum qvæſtionis: וְהֵיךְ *& qvomodo?* qvaſi diceret. Qvicunq; graviſſimâ diſtractus eſt perturbatione aut anxietate, qvi etiam viribus animi atq; corporis eſt prorſus deſtitutus, is nullô modô aptus eſt ad colloqvium cum Dominô illuſtri habendum; Atqvi ego graviſſimâ diſtractus ſum, &c. (qvæ ipſa minor anteceſſit *v. 16.*) E. non poſſum loqvi, &c. qvæ ſanè concluſio exprimitur hôc noſtrô verſu, & qvidem ita, ut locô pronominis *Ego* adhibeatur ſubmiſſionis cauſâ nomen: *ſervus Domini mei bujuscemodi*; de qvâ civilitate actum c. II, 4. 7. *dic ſomnium ſervis tuis*; Confer *Gen. XIIX, 3. c. XXI,* VERSUS XVII.

XXI,23.24.27.c. XLVII,3.4. ſimul etiam exaggerandi vim habet pronomen זֶה *hîc*, pro qvô Latinus diceret, *tantus*. Confer *Deut. V,29.* utinam eſſet cor eorum זֶה *hoc*, i.e. iſtiusmodi, ubi itidem non ſubſtantia, ſed adjunctum ſubſtantiæ attenditur. Ac proinde cùm diſtinctorum hîc mentio fiat apparentium, tùm viri lineis induti præfulgidiq;, tanqvam Domini, *v.5.* tùm angeli tangentis atq; alloqventis, *v.10.* idcircò abſurdum non erit, referre hæc non ad angelum, ſed ad Dominum initiò deſcriptum; qvam in rem non malè *Jacchiades* illuſtrandi ergò profert locum Exod. XX,19. *loqvere tu nobiſcum, nec nobiſcum loqvatur Dominus, ne moriamur.*

וַאֲנִי מֵעַתָּה לֹא יַעֲמָד־בִּי כֹחַ.

Nihil enim in me remanſit virium.) Vel, *me enim* qvod ſpe-
ו enim. ctat, *hactenùs virtus in me non perſtitit.* Nimirum præfixum ו vim habet cauſalem, *enim*, ut & alibi freqventer. Deinde pronomen *Ego* refert membrum integrum, ut Eſa. LIX,21. *ego verò* (h.e. me qvod ſpectat,) *hoc erit fœdus meum cum eis*, vide Dan. II,29.30. Porrò particula
מעתה temporis מֵעַתָּה *ex nunc*, determinat debilitationis durationem, qvaſi diceret: qvanqvam integris nuper viribus conceſſerim in hæc loca, *nunc* tandem qvamprimùm tuam ſentire cœpi præſentiam adeò glorioſam, mox immutatum me ſenſi penitùs, adeò ut ſicut vehementior ſolis æſtus mox emarcidam reddidit Jonæ cucurbitam, ita in me qvoq; omnis ſubitò exhauſtus fuerit vigor, &c. Confer *cap. I, 4. IIX, 7. cap. X, 8.*

וּנְשָׁמָה לֹא נִשְׁאֲרָה־בִי׃

Sed & halitus meus intercluditur.) Potiùs: *& anima non remanſit in me.* Hyperbolicè nonnihil hæc dici videntur, ſiqvidem aliàs phraſi hâc mors ſolet exprimi, ſeu omnimoda animæ à corpore ſolutio, uti videre eſt *1. Reg. XVII,17.* ubi hoſpitæ filius ægrotavit adeò, *donec non ſuperſtes in eô maneret* נְשָׁמָה *anima*: i.e. ut moveretur prorſus.
נשמה ſus. Dici tamen pro Vulgatô poteſt, qvandoq; etiam voce hâc deſignari halitum; uti notavimus *Prov. XX,27.* adeòq; ſenſus eſt, tàm factus ſum debilis, ut vix halitum trahere viſus fuerim; id qvod deprehendi ſolet in his, qvi animi deliqvium patiuntur: Confer *Gen. VII,22. & Eſa. II,22.* Hæc ipſa verò de ſe dicit Propheta, non prout comparatus erat hôc temporis articulô, dum loqveretur, ſed proximè, cùm elingvis adhuc mutusq; jaceret in terrâ.

Peri-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Humilitatem modeſtiamq; hîc diſcere licet à Prophetâ, qvotiescunq; colloqvendum eſt nobis cum ſuperioribus.

2. Niſi Deus ipſemet ſuppeditet vires, nemo erit idoneus ad colloqvendum cum ipſô per preces. Hinc cœleſtis in nobis clamat Spiritus: *Abba Pater!* Rom. IIX.

וַיֹּסֶף וַיִּגַּע־בִּי כְּמַרְאֵה אָדָם וַיְחַזְּקֵנִי׃

Rurſum ergò tetigit me qvaſi viſio hominis, & confortavit me.) Poſt attactum primum *v. 16.* ſeqvitur nunc etiam alter, qvæ iteratio exprimitur verbô וַיֹּסֶף *& addidit*, qvod verbum Ebræorum more vices gerit adverbii: *& iterum tetigit*, ut Gen. XXIV, 18. *& feſtinavit & demiſit*, h.e. citò demiſit. Prov. XXIII, 35. *adjiciam, qværam eum*, h.e. iterum qværam eum. Pſ. CVI, 13. *feſtinarunt, obliti ſunt*, h.e. celeriter obliti ſunt. Dan. IX, 25. *revertetur & ædificabitur*, h.e. iterum ædificabitur. Qvod porrò ſuperiùs dixerat v. 16. *tanqvam ſimilitudo filiorum hominis tangens*, &c. id nunc mutatis paulisper verbis repetit: *tanqvam viſio hominis*, h.e. ſpiritus humanâ figurâ indutus. Videtur hæc humana formâ contradiſtingvi alteri illi formæ fulguranti, qvâ *v. 5.* Filium Dei apparuiſſe vidimus: nimirum angelus inſtar hominis alterius & apparebat & loqvebatur, ut tantò commodiùs ferri poſſet à Prophetâ conſternatô. Tandem attactus hujus conſeqvens ſive effectus additur: *& confortavit me*, h.e. ultra virium reſtitutionem modò factam, notabile adhuc denuò earundem incrementum ſenſi, poſtqvam miraculoſô hôc omnemq; naturæ vim ſuperante modô, corpori mentiq; meæ communicata fuit virtus nova; adeò, ut ſicut contactus corporis veneriati mox totum inficit attactum corpus, ipſumq; peſſundat, ita hæc angeli manus blandiens me totum ſubitò qvaſi immutaverit, atq; alacrem, animoſum, ac tantæ dignitatis revelationisq; capacem reddiderit mirificè. VERSUS XIIX.

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Non ſimul ac ſemel omnis illuminationis aut conſolationis reddimur participes; etiam Chriſti diſcipuli per certa temporum intervalla profecerunt in dogmatibus fidei: imò Spiritûs S. dona acceperunt in baptiſmô, poſtmodùm per Chriſti afflatum poſt reſurrectionem, *Joh. XX, 22.* pleniſſimè in feſtô Pentecoſtes, *Act. II, 2. ſeqq.* adeòq;

ſicut

Digitized by Google

ſicut per intervalla & gradatim cœco reſtituebatur viſus, *Marc. IIX, 24.* ſic qvoq; mentis illuminatio ſolet eſſe ſucceſſiva; æqvè ut & hîc Daniel pedetentim roborari ſe magis magisq; ſenſit. Haut dubiè verò deducimur hôc Dei proceſſu ad tantò penitiorem tùm propriæ infirmitatis, tùm divinæ benignitatis æſtimationem, qvæ aliâs in nobis nimis ſolet eſſe perfunctoria.

2. Singularis & hoc φιλανθρωπίας divinæ eſt argumentum, qvòd nobiscum hominibus humanô etiam more Deus agat, humana adhibendo verba, ut & humanam, dum apparet ipſe, vel ipſius nomine angeli, figuram; taceamus, qvòd ipſe Deus verbum caro factus eſt, *Joh. I, 14.* Huc etiam Sacramenta, tàm foris qvàm intùs fidei noſtræ vacillanti ſuccurrentia.

וַיֹּאמֶר אַל־תִּירָא אִישׁ חֲמֻדוֹת

VERSUS XIX. *Et dixit: noli timere vir deſideriorum.)* Pertinet & hoc ad confortationem alteram, ſiqvidem non contentus fuit angelus, ſe Danielem blandè erexiſſe manu, verùm oris etiam adjungit ſermonem ulteriorem conſolatorium, ubi attendenda tum compellatio: *ô vir deſideriorum*, de qvô *v. 11.* tùm exhortatio: *ne timeas*, de qvâ *v. 12.* tùm apprecatio, qvæ ſeqvitur.

שָׁלוֹם לָךְ חֲזַק וַחֲזָק

שלום *Pax tibi, confortare & eſto robuſtus.)* Per *pacem* comprehenditur conferturq; omne id, qvod ad proſperitatem alicujus qvomodocunq; pertinet aut conducit; veluti hæc conſveta olim ſalutandi aut benè precandi erat formula, v. g. *Gen. XLIII, 23.* ubi præfectus domûs ad fratres Joſephi timidos: *pax vobis, ne timeatis, &c.* it. Jud. VI, 23. *dixit Gideoni Dominus: pax tibi, ne timeas, non morieris.* Confer Jud. XIII, 21. 22. ubi ex viſô cœleſti metuebatur ingens aliqvod malum imminens; it. *c. XIX, 20. 1. Sam. XXV, 6. 1. Paral. XII, 18. Prov. III, 17.* Porrò geminus ejusdem verbi iterati imperativus חֲזַק וַחֲזָק *confortare & confortare*, pro more lingvæ, omnigenam precatur & excitare nititur confortationem, q. d. etiam atq; etiam fortis eſto! Similis geminationis exempla ſunt Ezech. XXXIII, 11. *revertimini, revertimini,* Oſe. II, 11 *contendite, contendite,* Pſ. XLVII, 7. *pſallite, pſallite*, Pſ. LIX, 14. *conſume in irâ, conſume, &c.* ita *Lutherus* idem retinuit verbum: Und ſey getroſt/ ſey getroſt! qvanqvam *Vulgatus* diverſa adhibuerit vocabula ταυτολογίας, ut videtur, vitandæ causâ.

וּכְדַבְּרוֹ

Digitized by Google

וּכְדַבְּרוֹ עִמִּי הִתְחַזָּקְתִּי *Cumq; loqveretur mihi, invalui.*
Blandiloqventiæ angelicæ denuò ſubnectitur effectus, qvi eſt, Prophetica confortatio, expreſſa tùm prout eandem intra ſe ſenſit, tùm prout eam palàm ad angelum eſt profeſſus, verbis è veſtigiô ſeqventibus. Et qvidem vox הִתְחַזֵּק vi conjugationis eſt propriè *confortavit ſemetipſum*, vanô ſcil, metu liberando animum idoneis ad id argumentis adhibitis; qvo ſenſu etiam legitur 2. *Paral. I,1.* de Salomone ſeipſum corroborante in regnô ſuô, *c. XII,13.* de Rehabeamô, *c. XIII, 21.* de Abiamô, *v. 7.* de iis, qvi ſemetipſos reddiderant audaces conſpirando contra Regem Rehabeamum; *cap. XV,8.* de rege Aſsâ, auditis Prophetæ verbis animante ſeipſum ad extirpandam idolomaniam, *cap. XXIII, 1.* de Jojadâ, puerum regium Joaſum producente nunc in publicum, &c. Confer *c. XIII,8. c. XVI,9. XXI,4. XXV,11. Eſr. VII,28. Num. XIII,20. 1. Sam. IV,9. c. XXX,6. 2. Sam. III,6. c. X,12. 1. Paral. XI,10. c. XIX,13. 1. Reg. XX,22. Geneſ. XLIIX,2. Jud. XX,22. & Ezech. VII,13.* qvapropter & hìc Daniel ex ſenſu vigoris ſibi mirabiliter planè reſtituti, nec non ex verbis angelicis argumentum capiens divinæ gratiæ eluctatus eſt maſculè ex puſillanimitate qvâvis, adeò, ut intrepidè ſe offerret ad continuationem iſtiusmet colloqvii, qvod tantoperè ipſum nuper conturbaverat. Sic *Lutherus*, ermannete ich mich / h. e. virum me gerere annitebar omni modô.

חזק

וָאֹמְרָה יְדַבֵּר אֲדֹנִי כִּי חִזַּקְתָּנִי׃

Et dixi: loqvere Domine mi, qvia confortâſti me.) Iterum civilitate Daniel utitur conſvetâ, adeò ut alloqvatur angelum non in ſecundâ perſonâ, (prout *Vulgatus* habet; *loqvere*,) ſed in tertiâ: *loqvatur Dominus meus*, qvod ipſum ſi comparetur cum verbis v. 17. *qvomodo poterit ſervus Domini mei tanti loqvi cum Dominô meô tantô?* evidenter ſimul oſtendit, mutationem in Prophetâ factam eſſe prorſus ſubitam ac ſingularem.

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Magnâ opus ſolicitudine conſtantiâq; in erigendis conſcientiis trepidantibus, qvippe qvæ metum vix ac ne vix qvidem poſſint excutere, uti videre eſt in Apoſtolis poſt reſurrectionem Chriſti, imò qvotidiè in hominibus tentatis. Hinc geminum inculcatur illud Prophetæ: *conſolamini, conſolamini!* Eſa. XL, 1. æqvè ut h. l. *ne timeas! confortare, imò confortare!*

2. Optimum animoſitatis fiduciæq; concipiendæ medium eſt divinæ dilectionis inculcatio, qvod ſimus *homines deſideriorum*, qvibus in Chriſtô benè cupiat cœleſtis Pater; id qvod virginum ſanctiſſimæ Mariæ noſter qvoq; inculcat Gabriel, Luc. I, 30. *ne timeas, inveniſti enim gratiam apud Deum*.

3. Pacem conſcientiæ, tanqvam bonorum omnium ſummam expectamus unicè, tueamur maſculè, cuſtodiamus circumſpectè, *Phil. IV, 7.*

4. Optimum confortationis medium eſt verbum, ſicut h.l. dum angelus Danieli loqvitur de divinâ gratiâ, confortatum ſe ſenſit mirificè, vide *Pſ. XIX. & CXIX.*

5. Is qvi fortis atq; felix vult evadere, evacuandus priùs eſt per conſternationem penitiſſimam cum Daniele omni virtute propriâ, vel confidentiâ in ſemetipſum, adeò ut verè demum experiatur Deum eſſe, qvi operatur in nobis & velle & perficere, *Phil. II, 13.* ut fiduciam habeamus per Chriſtum apud Deum, non qvòd idonei ſimus per nos ipſos, *2. Cor. III, 4. ſeqq.*

וַיֹּאמֶר הֲיָדַעְתָּ לָמָּה־בָּאתִי אֵלֶיךָ

VERSUS XX. *Et ait: nunqvid ſcis, qvare venerim ad te?*) Fuit hucusq; à *v. 15.* Prophetæ debilitati corroboratio: concluditur nunc (2) detectionis continuatione *v. 20. 21.* Proindèq; cernimus hîc (1) qvæſtionem, & qvidem de adventûs angelici fine: *nunqvid cognoviſti*, ex iis ſcil. qvæ hactenus commemoravi *v. 11.* de tuâ apud Deum repertâ gratiâ, *v. 12.* de precum tuarum exauditione, *v. 13.* de meâ prò populô tuô apud Regem Perſarum curâ, *v. 14.* de caſuum genti tuæ adhuc imminentium revelatione mihi concreditâ tibiq; communicandâ. Sicut itaq; præceptor providus, anteqvam in informatione pergat, disqvirit priùs num præcognita à ſe hactenus tradita dextrè etiam ſint apprehenſa? ita angelus qvoq; Prophetam hactenus vehementer attonitum, adeòq; vix decenter attentum, ad ſui velut ſcrutinium hortatur, ut diſpiciat, num ſufficientem adhibuerit modò dictis attentionem, num alicubi adhuc fortè hæſitet, adeòq; ſcrupulus aliqvis adhuc ſubſit inſtructionem ulteriorem impediturus. Et cùm Propheta tacens conſentienti fuerit ſimilis, idcircò pergit è veſtigiô angelus, ceu ſeqvitur: Adeòq; interſeruntur hæc ipſa, ut tantò ſtudioſiùs Daniel ſe revocari ſentiat ad accuratam præſentium meditationem.

Digitized by Google

וְעַתָּה אָשׁוּב לְהִלָּחֵם עִם שַׂר פָּרָס

Et nunc revertar, ut prælier adverſus Principem Perſarum.) Seqvitur (2) commemoratio tùm redintegrandi prælii cum principe Perſicô, tùm cum ſucceſſurô Græcô. *Nunc*, poſtqvam ſcil. expoſuero tibi revelanda ea, qvæ ad utriusq; finem decurrent. Porrò, *revertar ad præliandum*, more Ebræorum eſt, *iterum belligerabo*, qvomodo *Oſ. XI, 9.* dicitur; *revertar ad perdendum*, h. e. denuò perdam. Pſ. LXXIIX, 17. *addiderunt peccare*, h. e. porrò peccarunt, Coh. II, 11. *laboravi facere*, h. e. laborioſè feci, &c. Adeoq; cùm hactenùs intervallum aliqvod prælii fuerit deprehenſum, impetratâ Judæis in patriam revertendi libertate, ſub exordium regni Cores, ubi Satanæ reluctandi vis omnis videri poterat adempta, nihilominùs dicit angelus, ſecuritatem hanc favoremq; Judæis exhibitum non adeò duraturum eſſe, cùm dæmonum inſidiis pedetentim antiqvæ reſuſcitandæ inſtent odiorum flammæ, adeò ut templi urbisq; extructio impedirentur denuò: idcircò angelus dicit, ſibi redeundum fore ad dimicationes priſtinas cum principe Perſicô, angelô nim. malô, qvæ ipſa congreſſio peragenda non armis carnalibus, neq; more nobis terreſtribus explicabili, ſed ſoli Deo Angelisq; ipſis perſpectô. Nolumus hìc repetere, qvæ ſuprà jam attacta ſunt de iſtâ interpretum claſſe, qvi principem Perſiæ exponunt de angelô bonô, Perſarum apud Deum patronô, deq; hujus pugnâ cum patronô Judæorum, qvomodo videl. uterq; horum ſua coram Deô produxerit argumenta, tùm captivitatis continuandæ, tùm ſolvendæ, qvæ tamen confligendi ratio omni caruerit acerbitate, ſoli Deo decernenti ſe ſubmittentibus utrisq; concorditerq; interea invicem nihilominus conſpirantibus, qvam ipſam de angelô bonô ſententiam veroſimiliorem noſtrâ cenſuit qvoq; Hackſpan. *not. phil. ad h. l. pag. 891.* Verùm, cum jamjam meminerimus, principem Perſiæ fuiſſe Dæmonem malum, idcircò ſicut hujus hoſtilitas operoſam vel maximè ſe oſtendit in ſuis organis, h. e. in aulicis omnis generis, in Conſiliariis, Secretariis, Referendariis, Ducibus bellicis, magnatibusq; aliis, qvippe qvos ſubdolè incitavit ad varias contra Judæos machinationes, criminationes, &c. Ita è diverſô angelus bonus animos aliorum inclinavit ad commiſerationem, favorem, promotionemq; cauſæ Iſraëliticæ, &c. Imò ſicut Magi, & per Magos Satan, apud Pharaonem urgebant modis omnibus captivitatis Iſraëliticæ prorogationem, rege plus indies induratô exacerbatôq; ; ita haut dubiè

biè etiam hic talia fuerunt Satanæ organa contra qvæ laborandum ſtrenuè angelo bono. Atq; hoc ipſum obſervatur etiam meritò contra objectionem nonnullorum dicentium, angelum bonum minimum eſſe validiorem angelô malô, etiam ſupremô, eò qvod ſecundùm *Thomam*, ordo gratiæ prævaleat ordini naturæ; nam hîc non imediatè conflixerunt invicem, verùm in conceſſis ſibi organis humanis; qvanqvam & hoc notandum, cauſam Dæmonum non parùm promotam fuiſſe ſceleribus Judæorum, qvippe qvò pejor eſt homo, eò facilior in eôdem ſubjugandô eſt Satanæ operatio. Adeoq; ſic, *qui peccatum facit, peccati eſt ſervus*, Joh. IIX, 34. ita, qvi peccato ſervit, ſervus etiam fit Dæmonis mali. Qvorſum referri poſſent occultæ Dæmonum machinationes, dum Judæis ipſiſmet inſtillarunt Perſiæ aut Chaldææ amorem, itineris verò moleſtiam, patriæq; devaſtatæ villipendium, &c.

וַאֲנִי יוֹצֵא וְהִנֵּה שַׂר־יָוָן בָּא׃

Cùm ergò egrederer, apparuit princeps Græcorum.) Potiùs: *Et me egrediente, Ecce princeps Græciæ venit.* Si conferamus invicem tùm Perſiam, tùm Græciam, qvomodo hæ duæ nationes ſe invicem exceperint qvoad duo primaria orbis imperia, & qvomodo ſub utrôqve hôc imperiô Eccleſia Judaica ſuas habuerit adverſitates, (utriq; enim ſubjecta manſit, neq; ſui unqvam juris iterum facta eſt, ſicut olim ſub regibus propriis,) meritò in illam deſcendimus ſententiam, angelum recenſere poſt prælium pro Eccleſiâ ſub regnô Perſicô continuationem prælii ejusdem ſub regnô etiam Græcorum, ut ſolatium ſciat Daniel cum piis ſui temporis reliqvis, non defuturum eſſe patrocinium, utcunq; etiam extrema qvævis machinetur Satan mundi princeps. Adeòq; non opus eſt anxiè disqvirere, qvænam Græcorum tùm fuerint contra Perſas dimicationes, velut eò collimat *in gloſſis ad h. l.* Lutherus, ſubjungens tamen: *nec ego affirmare poſſum, de qvibus motibus hæc dicantur,* (Ionum ſcil. ſub extrema Cyri tempora, &c.) Sicut
יצא verò proximè dixerat אָשׁוּב *revertar*, ita nunc aliud adhibet vocabulum, *egrediendi*, ſcil. qvod & ipſum in re militari inuſitatum non eſt, ſicut videre licet ex hiſtoriâ Saulis contra Davidem egredientis, *1. Sam. XXIII, 15. c. XXIV, 14.* Confer *1. Reg. XX, 39.. 2. Reg. XIX, 9. Eſ. XXXVII, 9. &c.* proindeq; dicit angelus, confectô vel abſolutô hôc ſuô cum Perſis præliô, exeundum ſibi fore denuò, idq; eò, qvòd *princeps Græciæ* veniat, nempè populo Iſraël incommodaturus, contra qvem & ipſe &

Michaël

Michaël ſe ſint corroboraturi *v. 21.* vel *Exitus* hic præſupponit victoriam, q.d. & poſtqvam pugnam confecero cum Principe Perſiæ, adeoq; *exivero* aulâ, vel digreſſus fuero palæſtrâ illâ, *ecce* mox *veniet*, ſuccedet vel præſtò erit novus adverſarius, *Princeps* nim. Græciæ. Qvæ itaq; de principe Perſiæ ſuperiùs allata ſunt, eadem & hîc de principe Græciæ cenſemus repetenda: qvibus addatur *c. IIX, 20. 21.* ubi de Monarchiâ Perſicâ & Græcâ ſe mutuò excipientibus. Et qvanqvam plauſibilis nonnihil videatur Polani aliorumq; ſententia, (*Et ego egrediar, & ecce princeps Græciæ veniet,*) h.e. ego contra Perſas, populum tuum prementes, adducam Alexandrum Magnum, &c. aeqvaqvam tamen id convenit cum iis, qvæ ſeqvuntur, ubi idem hîc princeps dicitur obſiſtere huic angelo revelanti, adeò ut ſubſidiô Michaëlis fuerit opus. Taceo *principem* ſtylô angelicô, non de mundanô aut viſibili rege accipi, ſed de inviſibili, &c. Qvapropter diſertè etiam nobiſcum hîc facit *Sanctius*, non bonum, ſed *malum angelum*, per hunc Græciæ principem intelligendum eſſe. *Veniendi* verbum deducit nos ad machinationes illas Satanicas, dum ſubdolè accedit hominibus dormientibus, *Matth. XIII, 25.* callideq; obambulat, qværens qvem devoret, *1. Pet. V, 8.* Imò, ſicut audacter inter filios Dei prodiit coram Dei thronô, ibiq; tanqvam oppugnatorem ſe ſtitit, *Job. I, 6. & 1 Reg. XXII, 21.* ita & hîc venturus dicitur, ſine dubiô ad moleſtias Iſraëli creandas, ipſorumq; proſperitatem omnibus modis impediendam; qvæ ipſa hoſtilitas advenientis apertè eluceſcit è v. 21. ubi in plurali dicit angelus: *confortans ſe mecum contra* אֵלֶּה *iſtos*, ubi haut dubiè tàm Perſicum qvàm Græcum intelligit principem.

Poriſmata ex Verſu XX.

1. Nunqvam ſatis cœleſtia cognoſcimus, cùm ex parte ſolùm & in ænigmate contemplemur, &c. *1. Cor. XIII, 9. 12.* qvâ de cauſſâ non feramus ægrè, ſi ſubindè & interrogationibus & ſciſcitandi modis aliis excitemur: imò percontemur nos ipſos, num rectè aſſeqvamur, qvæ in verbô ſunt tradita? num teneamus adhuc, qvæ jam anteà imbibimus? &c. *Matth. XIII, 51.* num percepiſtis? *Act. IIX, 30.* an percepiſti?

2. Miranda eſt angelorum tutela, dum pro piis excubant, belligerantur, eosq; inſtruunt, utcunq; vix centeſimam ejus rei partem attendamus. De caſtris illis vide *Pſ. XXXIV, 8.* de angelô impios impellente, *Pſ. XXXV, 5.* vide plura ad *v. 13.* Papiſtica ſunt, qvæ affert

Digitized by Google

h. l. *Grotius*, omnes aliarum nationum præſides angelos faviſſe aut Perſis aut Græcis: qvæ partium inter angelos ſtudia extinxerit Chriſtus. Unde enim conſtat de hâc vel ſciſſione, vel per Chriſtum compoſitione?

3. De pugnâ angelorum adſcribimus verba Lutheri *in comment. h. l.* Etſi ignoremus, qvomodo pugnent inter ſe boni & mali Spiritus, tamen certamina eſſe, non dubium, ſive diſputatione fiant, ſive modis aliis. Idem repetit h. l. *Wigandus p. 384.*

4. Abſit tamen ut ob tutelam angelorum ſaluberrimam religioſum iis cultum decernere velimus. Qvâ de materiâ ſuperiùs jam actum. Confer Molinæum *tom. 1. diſp. Sedan. p. 319. ſeqq.*

אֲבָל אַגִּיד לְךָ אֶת־הָרָשׁוּם בִּכְתָב אֱמֶת

VERSUS XXI. *Veruntamen annunciabo tibi, qvod expreſſum eſt in Scripturâ veritatis.)* Prædictionem (3) excipit pollicitatio, confirmans id, qvod anteceſſerat *v. 14*, ſe velle nim. non obſtantibus difficultatibus modò dictis, idipſum exeqvi, cujus cauſâ cœlitùs fuerat miſſus, adeòq; *indicare* palàm ac dilucidiùs, (id namq; eſt הִגִּיד à נֶגֶד *coram, ante faciem,)* הָרָשׁוּם *exaratum in ſcripturâ veritatis*, h. e. qvod infallibiliter jam deciſum apud Deum inq; tabulas velut relatum eſt, eô modô, ſicut decretum regium exarabatur *c. VI, 9. ſeqq.* ubi aliqvoties hæc ipſa repetuntur verba, qvæ & hîc leguntur; it. *c. V, 24. 25.* ubi de ſcripturâ in pariete miraculosè conſignatâ uſurpantur.

וְאֵין אֶחָד מִתְחַזֵּק עִמִּי עַל־אֵלֶּה כִּי אִם־מִיכָאֵל שַׂרְכֶם׃

Et nemo eſt adjutor meus in omnibus his, niſi Michaël princeps veſter.) Claudit (4) conſolatio, qvâ Danieli ſuggeritur ſubſidium etiam poſthàc cœlitùs ſperandum, idq; à *Michaële Judæorum principe*, de qvô jam meminerat *v. 13.* qvòd ſit unus principum primorum, cujus ipſius principatus ſpeciatim ad populum Danielis reſtringitur, æqvè ut adverſantium fecit mentionem, qvod unus ſit princeps Perſarum, alter princeps Græcorum. Contra hos ipſos ſiſtitur Michaël מִתְחַזֵּק *corroborans ſeipſum unà cum Gabriele*, h. e. robur viresq; ſuas inſuperabiles evidenter exerens, atq; cum Gabriele easdem communicans, adeòq; ut una Principis atq; Miniſtri videretur operatio, vel robur unitum. Vide qvæ de verbô חָזַק *fortis* vel *robuſtus fuit* in Hithpaël diximus ad *v. 19.* Id tamen non ſine ſtimulô additur, Michaëlem

inter

Digitized by Google

inter opitulatores fuiſſe unicum, אֵין אֶחָד *non unus*, vel ne unus qvidem mihi ſe ſociavit, præterqvam, &c. qvô ipſô reſpexiſſe videtur ad malam Judæorum cauſam, qvi hactenus tales in fide atq; vitâ ſe geſſerint, ut parùm favere potuerint Spiritus adeò ſancti: De his enim cùm loqvatur angelus, non adeò facilè accedere poſſumus *Belgis*, qvi ad homines hæc referre malunt, qvod ne unus qvidem iſtorum fuerit auxiliatus angelum hunc, &c. Poſſet adjici & illud, qvòd ſermo ſit de angelis non qvibuslibet, ſed primatibus *v. 13. & 21.* Qvoad phraſin confer *Pſal. XIV, 3. Pſ. LIII, 4.* אֵין *non faciens bonum* אֵין גַּם אֶחָד *ne unus qvidem.* De cæterô ex multis illis textibus, in qvibus & אֵין *non* & אֶחָד *unus* in ſacris occurrunt, vix unus reperietur, ubi immediatè ita cohæreant hæ duæ voces ſicut in hôc noſtrô. Qvæ *Jacchiades* hîc affert de infauſtô Iſraëlitarum ſidere, qvod depreſſionem miſeriamq; ipſorum diuturnam portendat, deq; angelis nationum reliqvarum, conſtitutionem cœlorum urgentibus, &c. digna haut ſunt refutatione prolixiori; vide intereà L'Empereur *ad h. l.* ut & Hulſium *tom. 1. Theol. Jud. p. 437.* Sic ineptum qvoq; eſt, qvod R. Men. Ben Iſraël *problem. 29. de creat. p. 124.* Michaëlem propterea cenſet dici principem Iſraëlis, qvia ejus tantùm ſit advocatus & procurator, non verò Iſraële ſuperior; cujus aſſerti cauſa eſt hypotheſis ibidem propugnata, nimirum, hominem longè excellentiorem eſſe angelis, & divinum ſe poſſe efficere, ſi ſapienter viveret.

Poriſmata ex Verſu XXI.

1. Qvod revelare Deo placuit de ſuis decretis, id omni reverentiâ atq; attentione à nobis qvàm maximè debet ſuſcipi: ſicut è diverſô illa libenter ignorare par eſt, qvæ (v. g. de hujus aut illius prædeſtinatione, de hujus illiusve belli exitu, regni regisvé fatis,) in ſolis ſuis tabulis ſibi reſervavit Dominus.

2. De Scripturâ librisq; Dei, ut ſunt liber vitæ, &c. dicendi locus alibi copioſior.

3. Mira eſt Dei gubernatio per angelos ſuos, dum alicubi unum, alicubi plures; & viciſſim alicubi planè nullos vult adeſſe, (ſicut h. l. unum deprehendimus Michaëlem,) adeòq; ſicut nonnunqvam victoriam dedit ſuo populo per unicum Simſonem & Davidem, qvandoq; per Jonathanem & armigerum ſocios, qvandoq; per turmas Gideonis; ita credibile eſt ipſummet etiam angelorum miniſteria pro ſuâ in-

expli[illegible] ſapientiâ moderari, utut nihil iſtorum hiſce temporibus nobis innoteſcat.

4. Regnis, Eccleſiis, communitatibus perſoniſq; [illegible] gulis certus à Deô ad tempus certum aſſignari angelos, non repugnat divinæ veritati: Unde tamen hautqvaqvam conficitur, quod [illegible] tu adhuc ex gentiliſmo remanſit, (ſicut Romani genii [illegible] tius, Genii Carthaginenſis, Auguſtinus, &c.) certum [illegible] civitatis ac provinciæ dari patronum, &c. Qvâ de [illegible] *tom. 4. Syſt. Loc. p. 80.* Strenuè autem papizantem [illegible] *Grotium,* cujus verba recitâſse eſt refutâſse: *Mich[illegible] primæ gentis, h. e. Judaicæ, cuſtos tunc, ut nunc Chriſt[illegible] aliarum nationum præſides angeli aut Perſis favebant [illegible] inter angelos ſtudia extinxit Chriſtus.*

CAP. XI.

[illegible] בִּשְׁנַת אַחַת לְדָרְיָוֶשׁ הַמָּדִי

VERS. I. *Ego autem ab annô primô Darii Medi* [illegible] proximè præcedentia, utut novum hîc numerari [illegible] dicibus pleriſq;, qvam ipſam numerationem ne [illegible] mus veſtigiis antiqvis. Sunt itaq; hæc ipſa verba non [illegible] *Hieronymus, Petrus Comeſtor, & Dionyſius Carthuſ[illegible]* angeli ad Danielem miſſi *cap. X, 20.* principemq; [illegible] nicum oppugnantis, *ibidem,* qvem nemo adjuvat [illegible] Iſraëlis Michaël, *v. 21.* Commemorat itaq; hic ipſe [illegible] rio præſtitum officium; & qvidem (*a*) ratione [illegible] *Darii Medi,* qvô de temporis articulô dictum [illegible] periorum mutationes, qvando ſumma rerum à [illegible] am planè, Perſarum nempè Medorumq; nation[illegible] potuerunt non magnas ſecum trahere tum ho[illegible] humana moderantium, colliſiones; idcircò [illegible] chiæ hujus novæ initiali Gabriel dicit, ſe qvoq; [illegible] Iſraëlitarum, qvorum cauſam agebat ipſorumq[illegible] adverſantium, ut videtur, Dæmonum mach[illegible] opponens operas haſce angeli ſui fortiſſimi. [illegible] temporis circumſtantiam refert ad difficultates [illegible] circa dimiſſionem tantæ nationis à [illegible] inhibere ſategit Gabriel.

Digitized by Google

עָמְדִי לְמַחֲזִיק וּלְמָעוֹז לוֹ׃

Stabam, ut confortaretur & roboraretur.) De verbô ad verbum: *Stare meum* (habui) *ad confortantem & munimentum ipſi*, vel poſitô pronomine præcedente אֲנִי pro membrô integrô: *me* verò qvod attinet, *ſtare meum* fuit, &c. Videl. infinitum עֲמֹד *ſtare* nominaliter ponitur pro *ſtatione* vel conſiſtentiâ, æqvè ut vidimus jam cap. IIX,17. *& venit juxta* עָמְדִי *ſtare* vel *ſtationem meam*; v. 18. *& ſtare me fecit* עַל־ עָמְדִי *ſuper* vel *in ſtatione meâ*: cap. X, 11. *ſta* עַל־ עָמְדֶךָ *in ſtatione tuâ.* Qvapropter & hìc angelus ſuam deſignat præſentiam opitulationis causâ factam; id qvod oſtendunt ſeqventia duo vocabula, לְמַחֲזִיק *in confortantem*, h. e. ut eſſem confortans, Ita namq; verbum חָזַק *apprehendit*, in Hiphil qvandoq; eſt apprehendere aliqvem ſuſtentandi aut confirmandi animô, v. g. *Ezech. XVI, 49.* egenum non החזיקה *apprehendit*, Lutherus, den Dürfftigen halffen ſie nicht; Levit. XXV,35. *ſi attenuatus fuerit frater tuus, & nutaverit manus ejus tecum* וְהֶחֱזַקְתָּ בּוֹ *ſuſtentabis eum*: Eſa. XLI, 13. *ego Deus tuus* מַחֲזִיק *apprehendens dextram tuam*: Confer ibidem *v. 9.* it. *c. XLII, 6. c. LI, 18. c. LXIV, 6. Jer. XXXI, 32.* Adeòq; ſicut proximè anteceſſit *Dan. X, 19.* cùm loqveretur mecum התחזקתי *confirmavi* vel corroboravi *meipſum*, & v. 21. *ve unus qvidem* מתחזק *confortans ſe unà mecum*: ita hìc dicit ſe adſtitiſſe tanqvam ſubvenientem, qvi manum veluti præberet vacillaturo, &c. Qvoad conſtructionem videtur participium h. l. Gerundii vices qvodammodo ſuſtinere: ſteti ego ad confortantem, h. e. ad confortandum, ſicut *Ezech. IX, 6.* ponitur לְמַשְׁחִית ad perdentem, h. e. ad perdendum, *Pſal. LXXXVII, 4.* לְיֹדְעַי ad cognoſcentes me, *Lutherus*, daß ſie mich kennen ſollen / &c. Deinde addit לְמָעוֹז *in robur* aut munimentum: qvâ de voce confer *Prov. X, 29.* it. *Pſ. XXVII, 1. XXXI, 3. 5. XXIIX, 8. XXXVII, 39. XLIII, 2. & LII, 9.* Supereſt vocula לוֹ *ipſi*, cujus in gratiam adſtiterit angelus; de qvô ipſa non levis hìc difficultas, dum nonnulli referunt ad *Darium*, cujus proximè anteceſſit mentio, alii ad populum Iſraël, alii verò ad Michaëlem, cui ſimile officium præſtiterit antehàc hic Danieli loqvens angelus, qvale nunc ab ipſô expertus erat viciſſim *c. X, 21*, qvod ipſum eqvidem, ſtante hypotheſi de Michaële angelô creatô, nullam omninò poſt ſe traheret difficultatem, imò ratio velut redderetur; cur hìc Michaël ſubvenerit Gabrieli, nimirum qvia & ipſemet, ſic ordinante Dominô, ſubvenerat antehàc Michaëli. Verùm cùm ſuperiùs dictum ſit, per Michaëlem,

חזק

Iſraëlis principem, intelligendum eſſe Deum Filium ſive æternum Verbum, iccirco amplectimur ſententiam illorum, qvi de *Dario* hæc dici cenſent; eò qvòd ejusdem tutelæ traditus veluti fuerit hic Dei populus ſive Eccleſia, cui proinde robur etiam ſuum ſubſidiumq; præſtitit præſens Dei angelus tutelaris. Ad populum Iſraël commodè hoc referretur, modò ejusdem præceſſiſſet mentio.

Poriſmata ex Verſu I.

1. Repetantur dicta *cap. X, 21.*

2. Sicut angelica miniſteria comparantur militiæ, ita mirum non eſt, diverſarum qvoq; mentionem fieri concertationum, virium disparium, ſubſidiorum mutuò præſtitorum, &c. qvanqvam hæc ipſa metiri velle ſecundùm leges hominum militares, extremè foret ineptum.

ARGUMENTUM CAPITIS XI.

Recenſetur ab angelô ſtatus imperiorum in orbe præcipuorum indè à Danielis temporibus ad usq; Meſſiæ fermè tempora, ita qvidem, ut ſimul digreſſio fiat, ſecundùm communem interpretum ſententiam, à tractatione perſecutoris infenſiſſimi, Antiochi Epiphanis, ad deſcriptionem ipſiusmet in N. T. Antichriſti, utpote ſub qvô easdem qvodammodo adverſitates experturus erat Dei populus, qvas in V. T. perpeſſus fuerat ſub iſtô inſigni tyrannô. Adeòq; producuntur hîc (1) Monarchæ Perſici, *v. 2.* (2) Imperator ex Græciâ oriundus, Alexander M. *v. 3. 4.* (3) Ejusdem ſucceſſores diſtincti, *v. 5. ſeqq. usq; ad 35.* (4) Antiochus tanqvam antitypus Antichriſti *v. 36. ad finem.*

VERS. II. וְעַתָּה אֱמֶת אַגִּיד לָךְ *Et nunc veritatem annunciabo tibi.*

Poſtqvam integrô capite nonô prolegomena viſionis hujus prolixè habuimus, promiſſumq; revelationis arcanorum ſatis amicè ab angelô fuit factum, adeò ut inter medias occupationes momenti maximi *v. 20. 21. & c. XI, 1.* informandum nihilominùs ſibi ſumſerit noſtrum Prophetam, nunc denuò eandem adhuc repeti videmus pollicitationem, qvæ paulò aliis verbis adfuit *c. X, 21. Veritas* itaq; vocantur eventa illa inſtantia, qvæ infallibiliter ſuô tempore erant adfutura, eô modô, ſicuti verbis apertis ab angelô nunc deſcribuntur, ut omnis hîc abſit ſuſpicio figmenti, incertitudinis, mutabilitatis, &c. Et ſicut

aliàs

Digitized by Google

aliàs magnates aulici communiter *veritatem* celare ſolent modis omnibus, ne innoteſcant vel ſubditis vel exteris conſilia arcana; ſicut etiam prudentia politica maximam partem occupatur circa conjecturas; ita è diverſô angelus nil niſi ipſammet veritatem ſe nunciaturum dicit.

הִנֵּה־עוֹד שְׁלֹשָׁה מְלָכִים עֹמְדִים לְפָרַס.

Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide.) Incipit nunc demum vaticinii ipſiusmet pars I. de Perſicis Monarchis, ita ut ratione (α) temporis juſtum aliqvod determinetur ſpatium, vocula עוֹד *adhuc*, q. d. poſtqvam à Chaldæis ablata eſt majeſtas per tot annorum decurſûs illic reſplendeſcens, exiſtimandum non eſt, ad ſedes fortè priſtinas eandem ſuô tempore remigraturam eſſe, verùm ibidem, ubi nunc deprehenditur, עוֹד *adhuc* reſidebit aliqvandiu, nim. per duo ſecula continua, ſicut ex Herodotô, Xenophonte, Diodorô Siculô aliisqve id deducere norunt Chronologi. Porrò (β) ratione poteſtatis mentio fit מְלָכִים *regum*, h. e. hujusmodi Dominorum, qvi non uni alterive ditioni, (ſicut in Joſuæ librô talium ſubindè regum fit mentio,) ſed potiori orbis habitabilis parti, in Aſiâ atq; Africâ, imperarunt, qvos reges alii vicini venerabantur tanqvam ſuperiores, imò tributa pendebant, inq; bellis citati ſuam qvoq; ferebant opem copiisq; militaribus ſerviebant. Ratione (γ) numeri recenſentur *tres*; qvod tamen ita præciſè accipiendum non eſt, ac ſi poſt Cyrum, ſub qvô hæc contigit viſio *c. X, 1.* ad Alexandrum M. usq; non fuerint numerô plures Perſarum Monarchæ, qvàm *tres*, verùm tot ſolùm Perſici ſiſtuntur reges ad illum usq;, qvi tertiæ Græcorum Monarchiæ præbiturus qvodammodò erat anſam, infeliciter adeò Græciam oppugnans, nimir. ad usq; Xerxem. Et fortaſſè etiam horum præcipuè trium debuit fieri mentio, qvia ſub iisdem tùm templi ſtructura, tùm Reipubl. Judaicæ inſtauratio præcipuam habituræ erant & difficultatem & viciſſitudinem. Neq; tamen adhuc inter interpretes convenit de hôc ipſô regum ante Xerxem numerô ternariô, dum nonnulli, ut *Geſnerus*, numerant nonniſi Xerxis patrem 1. Darium Hiſtaspidem, deindè 2. Cambyſen, & deniq; 3. Cambyſis patrem Cyrum: qvibus ipſis tamen non exiguam creat difficultatem vocula עוֹד *adhuc*, hunc gignens ſenſum: qvando præſens rex Cyrus, ſub qvô hæc revelantur, rebus humanis erit exemtus, tres adhuc reſtare dicuntur poſt eundem Cyrum reges

Perſarum alii. Qvâ de cauſâ inter Cambyſen & Darium interſerunt nonnulli Smerden Magum, qvi ſeptem ſolùm menſibus præfuerat regno: ita *Hieronymus & Theodoretus*, it. *Pererius, Sanctius, Cor. à Lapide, Tirinus, Grotius, Scaliger* L. *6.* de emend. temp. Utrovis acceptis modô, verbis angelicis ſua perſtat fides, ſiqvidem vocula [illegible] ſivè ſemper ſumi, adeò ut removeatur iſte vel iſtud, [illegible] contingit, oſtenſum evictumqꝫ eſt nondum. Deindè [illegible] non impedit, qvo minùs rex vocetur ille, qvi vix annum [illegible] midium exegit. Imò dici etiam poſſet, qvartum voc[illegible] tres extituros poſt Cyrum erat ultimus, adeoq; [illegible] Cyrô regum Perſicorum futurus in ordine qvartus: [illegible] ne ad Smerden illum ſuppoſititium horariumq; [illegible] currere. *Polani* ſupputationem, qvi Darium Medum [illegible] mum, Cyrum ſecundum, &c. abſurdam planè exiſtim[illegible] ra vel ideò, qvòd loqvente angelô, Darius jamjam [illegible] ximus. De ineptis Ebræorum enumerationibus vide [illegible] *1, Theol. Jud. p. 552. ſeqq.* ubi *Abarbinel* refutatur, [illegible] commemoratum eſſe ultimum Perſarum regem, qvem [illegible] xander Magnus; it. Raymundus *in pug. fid. fol. 227.* [illegible] os taxat impingentes. Ordinem regum Perſarum [illegible] bit Barthol. Mayerus *de LXX. hebdom. p. 58. ſeqq.* [illegible] Judæorum nugas Chronologicas, *pag. 76. ſeqq. 88. ſeqq.* [illegible]

Ratione (δ) regiminis tres hi reges dicuntur [illegible] jeſtate ſingulari ac formidabili ubivis conſpicui, vide [illegible] de ariete ſtante, & *ib. v. 22. 23.* de rege forti exſtituto [illegible] emphaſi obſervatâ nonnulli reſpondent ad objectio[illegible] regum Perſicorum ad minimum octonariô, cùm [illegible] memorentur *qvatuor*; nim. *ſtetiſſe* ſolùm hos [illegible] cùm cæteri Xerxem excipientes, non tàm ſteterint, [illegible] potiùs fractiq; apparuerint, ob fortunam Perſarum [illegible] tatam. Qvanqvam aliam qvoq; jam ſuprà adduxer[illegible] de tertiâ Græcorum Monarchiâ, qvæ ſub Xerxe [illegible] non obſcurè cœpit, adeòq; Perſarum ſplendorem [illegible] vit. Adeoq; cùm ad Xerxem, veluti qvartum [illegible] modò tres, nòn ſanè excluduntur eô modô cæter[illegible]

Deniq; ratione (ε) Gentis nominatur [illegible] ſemel in ſuperioribus.

Digitized by Google

וְהָרְבִיעִי יַעֲשִׁיר עֹשֶׁר גָּדוֹל מִכֹּל

Et qvartus ditabitur opibus nimiis præ omnibus.) Seqvitur nunc (ζ) Imperator Perſarum præ reliqvis notandus aut memorabilis, & qvidem non tàm animi magnitudine victoriarumq; celebritate, qvàm opum mundanorum copiâ. Eſt is ſine dubiô non alius, qvàm Xerxes, de qvô ita Juſtinus *L. 2. hiſtor.* §. *10.* *Jam ſeptuaginta millia de regnô armaverat, & triginta millia de auxiliis, ut non immeritò proditum ſit, flumina ab ejus exercitu ſiccata, Græciamq; omnem vix capere ejus exercitum potuiſſe. Navès qvoq; decies centum millia numero habuiſſe dicitur. Huic tanto agmini dux defuit. Cæterùm ſi regem ſpectes, divitias, non ducem laudes, qvarum tanta copia in regnô ejus fuit, ut cùm flumina multitudine conſumerentur, opes tamen regiæ ſupereſſent. Ipſe autem primus in fugâ, poſtremus in prœliô ſemper viſus eſt, in periculis timidus, &c.* Hactenùs Juſtinus. Dicit proindè de ipſô angelus non tantùm qvòd יַעֲשִׁיר *dives futurus ſit,* (nota intranſitivam verbi hujus Hiphilici acceptionem, æqvè ut *Prov. XXI, 17. & c. XXIII, 4.* cùm tamen aliàs ſit & tranſitivum, *ditare aliqvem:* Similia utriusq; acceptionis exempla habes etiam in הִרְשִׁיעַ *impium eſſe, & impium pronunciare;* הִשְׁלִים *pacem facere & pacificè vivere &c.)* ſed additur inſuper nomen verbale עֹשֶׁר *divitiæ,* unà cum adjectivô גָּדוֹל *magnæ,* eò qvod poſſideret inexhauſtam fermè opum vim, tùm à majoribus aggregatam, (qvorum in numerô præſertim Xerxis fuit parens, κάπηλος Caupo, eâ de cauſâ dictus, ſecundùm Herodotum *Lib. 3. fol. m. 126.)* tùm ſtudiô etiam propriô corraſam. Imò comparatio his omnibus adhuc accedit, qvòd dives fuerit מִכֹּל *præ omni,* videl. tùm anteceſſore, tùm vicinô rege aliô; nemo ſiqvidem ſe conferre cum Xerxe potuit qvoad proventûs regnorum theſauroſq; immenſum in modum auctos. Communiter autem hic ipſe Xerxes exiſtimatur fuiſſe Ahasverus, Eſtheræ maritus, centum & viginti ſeptem provinciis imperans, *Eſth. I, 1.* qvâ tamen de re hîc dicendi locus non eſt. Plura de Xerxis opulentiâ apud *Herod. L. 5.*

וּכְחֶזְקָתוֹ בְעָשְׁרוֹ יָעִיר הַכֹּל אֵת מַלְכוּת יָוָן׃

Et cùm invaluerit divitiis ſuis, concitabit omnes, adverſum regnum Græciæ.) Opulentiæ nunc ſubjungitur etiam belligerandi inſolentia; ubi notanda (α) belli media, vel ſi mavis, occaſio: כְּחֶזְקָתוֹ *in robore ipſius,* vel *propter robur,* h. e. qvia ſe rerum gerendarum

tum nervis, pecuniâ, tàm ſplendidè inſtructum deprehendebat, idcircò tantò magis efferebatur, &c. Notum verò præfixum ב modò *in*, modò *per* ac *propter* exponi poſſe; id qvod & hîc locū habet ſine controverſiâ. Geminatio ejusdem præfixi ante utrumq; nomen ſupplere jubet vel copulam, (ob fortitudinem ſuam & ob divitias ſuas,) vel *ἀσύστροφον* qvodammodò efficit h.m: cùm roborabitur opulentia ejus, &, cùm robur ejus erit opulentum. Hujusmodi exempla ſunt *Oſe.XIII,9.* כִּי בְעֶזְרֶךָ *in me in auxiliô tuô*, h.e. in me auxilium tuum eſt, & ego ſum in auxiliô tuô. Confer *Job. XIIX,8. & 1. Paral. VII,23.* Aliàs nomen חֶזְקָה *robur*, legitur *2. Paral.XII,1.* de Rehabeamô: *cùm confirmaſſet regnum ſuum* וּכְחֶזְקָתוֹ *& juxtà ac roboratus eſſet, deſeruit legem Domini*; cap. XXVI,16. de Uſiâ וכחזקתו *& qvamprimum roboratum ſe ſenſit, elatum fuit cor ejus*, &c. Qvi ipſe ſenſus politicus de regni ſtabilimentô usq;qvaq; firmô, ſatis etiam accomodatus eſt negotio præſenti. De voce עֹשֶׁר *divitias* auri argentiq;, ſive crudi, ſive ſignati, exprimente, opus non eſt coacervare textûs alios. Seqvitur (β) belli ſusceptio, in phraſi יָעִיר הַכֹּל *excitabit univerſum*, h. e. qvoslibet provinciarum ſuarum centum & viginti ſeptem (*Eſth. I, 1.*) ſubditos militiæ idoneos, imò vicinos reges ſuos tributarios, è ſomnô velut & ex qviete hactenùs uſurpatâ exturbabit, & ad arma capeſſenda urgebit. Ita namq; verbum עור *evigilare* in Hiphil eſt, *vigilantem aliqvem facere, ad motum agilitatemq; impellere*: Confer *Eſr. I,1. 2. Par. XXXVI, 22.* הֵעִיר *excitabit Dominus ſpiritum Cyri*, Jer. LI,11. *excitabit Dominus ſpiritum regum Mediæ*, it. *Eſ. XLI. 2. 25. c. XIII, 17. Jer. L, 9. c. LI, 1. Joël. IV, 9.* Excitatorum ſummam nonnulli poſt *Pererium* ex *Herodotô* computant, qvòd fuerint ter millena millia, trecenties ſeptendecim millia, nongenti & viginti: qvantæ copiæ vix ullibi deprehendentur apud hiſtoricos. *Grotius* itidem ex Herodotô dicit, fuiſſe qvinqvagies bis centena octoginta tria millia. Supereſt (γ) objectum oppugnandum, videlicet *regnum Javan*, h. e. Græcia, de qvâ jam diximus *c. IIX, 21.* Notandum adhuc venit, voculam אֵת poni h. l. pro עִם *contra, adverſus*; ſicut 1. Paral. XX, 5. *& fuit bellum* אֶת *cum Philiſtæis.* Ez. XXI, 20. *adveniet gladius* אֵת *contra Rabbat Ammonitarum* וְאֶת *& contra Judæos*, Confer *Jer. XXI, 4. Eſ. LIV, 17.*

Poriſmata ex Verſu II.

1. Veritas revelationum divinarum nunqvam inculcari ſatis poteſt,

Digitized by Google

tectæ, cùm nihilominùs dura ſemper maneat & obloqvatur ambigatvè humana ratio. Qvare cùm angelus ταυτολογίας non fuerit reveritus, aliqvoties hujusmodi exhortationes repetere, vitio qvoq; verti non debet miniſtris verbi, ſi & ipſi ſimile qvid committant cum Paulô, *Philip. III, 1.* Et qvod hîc de ſermone ſuô enunciat angelus, ipſum ſcil. eſſe meram veritatem, id de omni qvoq; verbô divinô reliqvô eſt ſentiendum: *Verbum tuum eſt veritas,* Joh. XVII, 17. hinc veritatis qvoq; columna eſt Eccleſia promulgans, *1. Tim. III, 15.*

2. Qvæ futura ſunt, æqvè nota ſunt Deo ac præſentia, qvæ qvando ſunt, non poſſunt non eſſe aut aliter ſe habere, qvamvis, anteqvam exiſterent, aliter omninò evenire potuiſſent. vide locum *de Deô ejusq; omniſcientiâ.*

3. *Divitiæ* regibus, privatisq; anſam utplurimum dant inſolentiæ oppreſſionibusq; imperiorum, neç non eorum, à qvibus non ſatis honorantur aut obfuſcari nonnihil metuunt gloriam jam acqviſitam.

4. Cùm inqvieti principes regesq; omnia commovent ad aliorum perniciem, nos è diverſô excitemus propriam noſtram carnem è peccati torpore ad oppugnandum mundi principem, qvò omnibus benè expeditis ſtemus, &c. *Eph. VI, 13.*

וְעָמַד מֶלֶךְ גִּבּוֹר *Surget verò rex fortis.*

Occaſione Græciæ jam memoratæ, omiſſis Perſarum regibus Versus III. cæteris, utpote, qvi nihil Xerxi ſimile contra Græciam tentarunt, mox (2) fit digreſſio ad Monarchiam Græcorum in ordine tertiam, juxta *cap. II 39.* ubi de regnô æreô: & *cap. VII, 6.* ubi de Pardô. Attendimus itaq; hîc (α) *Regem* גִּבּוֹר *fortem* & heroicum, qvi ſine dubiô eſt idem ille rex Javan, qvi ſub hirci figurâ deſcriptus ſuprà fuit *cap. IIX, 5. 21.* qvi fortis fuit & animô & exercitu, cujus etiam ſucceſſus inhiberi potuerunt à nemine. Huic (β) tribuitur imperium planè glorioſum, expreſſum (a) voce עָמַד *ſtetit*, h.e. omnibus adverſantibus ſuperior perſtitit, uti עמד dictum de hôc verbô *v. 2.* Adeòq; licèt Xerxes ille Perſa cuncta concitaverit adverſus Græcos, nullatenus tamen gentem illam vel deprimere, vel ita ſaltem lædere potuit, ne ſuô tempore illic *ſtaret* Rex hujusmodi fortis, qvi vindicaret maſculè injurias à Xerxe illatas, velut ipſe loqvitur *Alexander M.* in Epiſtolâ ad Darium Codomannum exaratâ, cujus apud Arrianum *L. 2. de expedit. Alex. M.* hoc eſt initium: *Majores veſtri Macedoniam reliqvamq; Græciam ingreſſi, damnis nos affecerunt,*

runt, qvùm ipſi nulla priùs à nobis accepiſſent. Ego Græcorum Imperator creatus, Perſarum injuriam vindicare volens, in Aſiam trajeci, à vobis laceſſitus, &c.

וּמָשַׁל מִמְשָׁל רָב *Et dominabitur poteſtate multâ.*

Vocabulo *ſtandi* Metaphoricò ſubjungitur nunc (b) proprium magis, videl. *dominari*, & qvidem additô ad emphaſin augendam verbali nomine, *dominatione*, eâdemq; non vulgari, aut aliis conſvetâ regibus, ſed רָב *magnâ multâq;*, h. e. non contentus erit provinciis hæreditariò jure impetratis, verùm latè extendet inſuper fimbrias, partim bellô, partim belli metû ſubjugando ſibi nationem unam poſt alteram, ſicut ſuprà id adductum copioſiùs. Semel adhuc præſens redibit phraſis *v. 5.* Vide de hujusmodi conſtructione verbi cum ſuô verbali Troſt. *Gram. p. 144. n. 3.*

וְעָשָׂה כִּרְצוֹנוֹ׃ *Et faciet qvod placuerit ei.*

Dominio jam ſuperadditur (c) *Securitas*, adeò ut à nemine ſibi cogatur metuere potentiori, ſed ut ubivis ſanciat leges, exigat tributa, mutet Politias, ordinet pro lubitu univerſa. Ita eandem hanc phraſin habuimus ſuprà *c. IIX, 3.* de Monarchâ Perſicô ultimô, qvem poſteà devicit Alexander M. Addi hîc poterunt verba *Curtii* L. 10. *Fatendum eſt, cùm plurimum virtuti debuerit,* (Alexander M.) *plus debuiſſe fortunæ, qvam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit. Hujus ſiqvidem beneficiô agere videbatur gentibus, qvicqvid placebat.*

Poriſmata ex Verſu III.

1. *Fortitudo* animi ingens Regum Principumq; donum, multis theſaurorum exercituumq; copiis anteferendum. Leo cervorum dux plus præſtabit, qvàm exercitus leonum, à timidô gubernatus cervô.

2. Ut heroum eſt *ſtare*, non inerti otiô torpeſcere, vel in lectô ſtertere, inter pocula ac jocos, aut in gynæceô laſcivè conſidere, turpiterve hoſti terga vertere; ita cujusvis etiam eſt Chriſtiani, *ſtare* in die malâ, carnem ſubjugare ſuam maſculè, Dæmoni reſiſtere, &c. *Eph. VI, 13. Jac. IV, 7.*

3. *Dominium* nobiliſſimum, propriis ſapienter imperare affectibus, eosdemq; ad normam divini verbi compeſcere, *Prov. XVI, 32.*

4. Agere pro lubitu ſuô nemini competit propriè, præterqvàm Deo. Reges namq; utcunq; ſuprà ſe, cui rationem dent, metuant neminem, ſuam tamen voluntatem nihilominùs attemperare debent

bent ſtatutis tàm ſacris & Eccleſiaſticis, qvàm Politicis. Principem legibus exſolvere nemo auſit Politicorum, niſi qvi hominem ipſummet eſſe negaverit.

וּכְעָמְדוֹ תִּשָּׁבֵר מַלְכוּתוֹ *Et cùm ſteterit, conteretur regnum ejus.* VERSUS IV.

Fuit dominium; ſeqvitur (γ) dominii decrementum, ita qvidem, ut oſtendatur (1) tempus, כְּעָמְדוֹ *ſecundum ſtare ipſum*, h.e. cùm עמד heros ille integrarum adhuc erit virium, à nemine debellatus, neq; jacens neq; fugiens, &c. mutatio tamen orietur inſperata, ita ut ex ſe ipſô velut in fruſta diſſiliat ſpecioſum hocce vitrum, ut arbor hæc, fulmine velut icta, ſcindatur in diverſas partes, priorq; penitùs aboleatur imperii tremendi forma. Affixum maſculinum ſine dubiô ad Regem ſpectat fortem, cui idem *ſtare* tributum antecedenti verſu. Illuſtrat hoc *ſtandi* verbum *Maldonatus* ex arte medicâ, ubi morbus dicitur habere *ſtatum*, qvando eſt ἐν ἀκμῇ, & viciſſim dicitur declinare, qvando decreſcit: ſic & h. l. cùm Alexander M. pervenerit ad ſummum, &c. Uſum præfixi כ ante infinitivum vidimus *c. X, 19.* Licèt verò Regis h. m. meminerit Angelus, mox tamen eôdem miſsô, pergit (2) ad *regnum ejus*, h. e. ad majeſtaticam illam populorum ſibi ſubjectorum gubernationem, qvæ hactenùs ſtuporem admirationemq; incuſſerat univerſis, qvomodo caput unicum tantæ poſſit ſufficere hominum multitudini regendæ: Ea, qvæ regno huic accident, recenſentur diverſimodè. Et *primò* qvidem תִּשָּׁבֵר *frangetur*, h.e. ex unô continuô ſolidoq; diſtinctæ fient partes, qvomodo v. g. vas figuli confringitur, *Pſ. II, 9. Jer. XIX, 11. Eſ. XXX, 14.* it. arcus, *Jer. XLIX, 35. Oſ. I, 5.* cornua, *Dan. IIX, 7. 8. 22.* Confer *Prov. VI, 15.* it. ſuprà *Dan. IIX, 25.* absq; manu frangetur. Hâc itaq; ratione ex Monarchiâ fiet Polyarchia, poſtqvam ſcil. regnum hoc ſeptennii terminum attigerit, domitorq; orbis occubuerit morte inſperatâ ac præmaturâ. Vide ſuprà *c. IIX, 8.* de hirci cornu magnô fractô.

וְתֵחָץ לְאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמָיִם

Et dividetur in qvatuor ventos cœli.) En *alterum* regni hujus accidens, in qvatuor videl. partes diviſio. Verbum חָצָה (qvod חצה h. l. in futurô ſecundô Niphal eſt collocatum,) idem eſt ac, *dimidiavit, partitus eſt, diſtribuit*, qvomodo v.g. exercitus in certas diſtribui ſolet turmas, *Jud. VII, 16. c. IX, 43.* qvomodo Jacob ſuam diſtribuit familiam ac greges, *Gen. XXXII, 7. c. XXXIII, 1.* qvomodo diſtribuuntur

Digitized by Google

ſpolia, *Num. XXXI, 42. 27.* aut pretium bovis venditi inter poſſeſſorem & læſum, *Exod. XXI, 35.* &c. ita in Niphal occurrit *2. Reg. II, 8. 14.* יֵחָצוּ dividebantur aqvæ Jordanis in duas partes, & *Ezech. XXXVII, 22.* non יֵחָצוּ *dividentur* ampliùs Iſraëlitæ in duo regna. Qvapropter & hîc talem intelligimus ſeparationem territoriorum provinciarumq; qvâ illa, qvæ priùs ſub unô coaluerant capite, nunc plures diſſidentesq; invicem nanciſcuntur Dominos, adeò ut una pars cedat huic, illi altera, &c. Et qvidem diſtributio determinatur hîc pro ratione qvatuor mundi plagarum, de qvibus repetantur, qvæ hâc ipſâ de materiâ jam dicta ſunt *c. IIX, 8.* ubi locô cornu unius fracti exorta dicuntur qvatuor *ad qvatuor cœli ventos.* Fabuloſam *Jacchiadæ* relationem, ac ſi Alexander M. cùm ſentiret vires ſuas deficere, regnum IV. principibus diviſerit, &c. refellit *L' Empereur*, qvem vide, ut & *Curtium l. 10.*

וְלֹא לְאַחֲרִיתוֹ *Sed non in poſteros ejus.*

Eſt hæc diſtributionis modò factæ uberior declaratio, ne nimirum Daniel arbitraretur, tot fortè filios à tantô Rege oriundos, regnum inter ſe diviſuros eſſe, qvomodo factum poſt mortem Conſtantini M. &c. Adeòq; repetitô verbô (*dividetur,*) removetur אַחֲרִית *poſteritas* Regis, h. e. hæredes ex ejusdem lumbis ortum trahentes atq; poſt patrem ſuperſtites. Qvanqvam enim vox אַחֲרִית communiter accipiatur pro fine, terminô, vel mercede alicujus rei, qvæ labore ſolet eſſe *poſterior*, illumq; ſubſeqvi, uti paſſim videre eſt in *Prov. XXIII, 18. c. XXIV, 14. 20.* &c. Qvia tamen generatim deſignat *poſteritatem*, (vide *Cohel. VII. 10.*) ideòq; modò ad id, qvod locô, modò qvod tempore poſterius eſt, applicari ſolet; atq; hâc ratione accipitur etiam pro *poſteris* alicujus, qvi mortuo ſuccedunt parenti, & ordinariè *poſt* ipſum diutiùs adhuc ſuperſunt, uti conſtat ex *Ezech. XXIII, 25.* אַחֲרִיתֵךְ *poſteritas tua* clade peribit, filios filiasq; tuas, (en declarationem poſteritatis,) ipſi abripient, וְאַחֲרִיתֵךְ & ipſa etiam *poſteritas tua* abſumetur igni. Sic *Amos IX, 1.* אַחֲרִיתָם *poſteritatem eorum* gladiô interficiam. Ita verò ex hiſtoriis conſtat, filios Alexandri M. nempè Alexandrum ex Roxane, & Herculem ex Parſine ſuſceptos, ad regni participationem nullatenus admotos vel admiſſos, ſed maturè potiùs extinctos eſſe, ita ut Duces defuncti Alexandri bellici, & qvidem initiò duodecim, licèt nomine filiorum gubernare videri vellent aliqvandiu, mox tamen ſe mutuò conficerent, donec ad qvatuor primarios delata

eſſet

Digitized by Google

eſſet rerum ſumma, ipſiq; ſe conſtituiſſent regni ſucceſſores, videl. Seleucus Nicanor in Oriente obtinens Babiloniam, Caſſander Macedoniam ab Occidente, Antigonus Aſiam minorem à Septentrione, & Ptolomæus Lagi filius Ægyptum à meridie.

וְלֹא כְמָשְׁלוֹ אֲשֶׁר מָשָׁל

Neq; ſecundùm potentiam illius, quâ dominatus eſt.) *Tertium* hoc eſt regni accidens, regiminis nimirum novi à præcedente inſignis diſparitas. Ellipticus verò nonnihil eſt ſermo, ita ut ex prædicatô hîc poſitô ſubjectum commodè ſuppleri poſſit: מָשְׁלָם *regimen ipſorum*, de qvô enunciatur, qvod non (erit) ſicut regimen ipſius, videl. מֶלֶךְ גִּבּוֹר regis heroici Græci, ex hôcce orbe jam abrepti; ſiqvidem ſucceſſores non eâ pollebant gubernandi dexteritate, vincendi felicitate, &c. uti Alexandri M. dominium erat מִמְשָׁל רָב *dominium magnum*, horum è diverſô erit multò contractius & qvadruplô tenuius. Aliàs verbum infinitum מְשׁוֹל *dominari*, nominaliter pro *dominiô* uſurpari deprehendimus *Zach. IX, 10.* מָשְׁלוֹ *dominium ejus à mari ad mare*, it. *Job. XLI, 24.* qvanqvam etiam ipſa hæc vocis forma referri poſſit ad nomen מוֹשֵׁל *dominium.*

כִּי תִנָּתֵשׁ מַלְכוּתוֹ *Lacerabitur enim regnum ejus.*

Niſi hoc declarationem dixerimus fractionis ſuprà memoratæ, *qvartum* hîc poterit ſtatui accidens regni, videl. *deſtructio* fermè totalis, adeò ut nihil de Alexandri M. ſupereſſet regiminis gloriâ, præterqvam ſolus ille Græcus ducum Græcorum ſangvis, qvi in Baboniâ, Perſiâ, Ægyptô atq; Aſiâ ſuperſtes manebat locô Regum indigenarum, qvos Alexander M. ſceptrô privavit. Ita verò verbum נָתַשׁ (qvod è re petitum eſt hortenſi, opponiturq; plantationi herbarum aut arborum *Jer. I, 10. c. XIIX, 7. c. XXIV, 6. c. XLII, 10. c. XLV, 4.)* deſtructionem alicujus rei infert inſignem aut omnimodam, qvomodo extirpari ſolent ſtirpes radicitùs aut luci ſuccidi, *Mich. V, 13.* Sic namq; de Iſraële legitur è terrâ ſuâ deportatô, *1. Reg. XIV, 15. 2. Paral. VII, 20. Deut. XXIX, 28. Amos IX, 15.* de urbibus, *Pſal. IX. 7.* &c. Hanc ipſam, ſi & hîc urgeas, vehementiam, commodiſſimè recurremus ad Monarchicæ gubernationis abolitionem dum locô capitis unius ſurrexerunt alia nova qvatuor; qvanqvam intereà perſeveraret adhuc imperium orbis tertium, donec oriretur poſt aliqvot ſecula imperium Romanorum qvartum.

Digitized by Google

וְלַאֲחֵרִים מִלְּבַד־אֵלֶּה

Etiam in externos exceptis his.) Potius [illegible] dividetur,) *præter illos*. Pertinent & hæc ad ſucceſſionum determinatio- nem; adeòq;, ſicut in ſuperioribus dixerat תֵּחָץ *dividetur*, ſed non לְאַחֲרִיתוֹ *poſteritati ejus*, ita jam denuò ait, (dividetur vel [illegible] *erit*, cedet,) לַאֲחֵרִים *aliis præter hos*, ſucceſſores [illegible] primos, h. e. non deſinet ſtatim hæc qvadripartit[illegible] cum qvatuor iſtis Alexandri M. ſucceſſoribus imme[illegible] alios etiam horummet ſucceſſores derivabitur re[illegible] etiamſi ferè diſceptatio propagetur unà cum regno [illegible] vicinos, veluti ſeqvens oſtendit commemoratio [illegible] rurſus locutio ex antecedentibus ſupplenda venit, [illegible] tivum יִהְיֶה *erit*, inſertum velis, qvippe qvod [illegible] eſt. Nonnulli pronomen אֵלֶּה *illos* interpret[illegible] filiis, ut *Polanus*; verùm hoc non modò tavtologic[illegible] iam durant poſceret relationem ad remotius [illegible] לְאַחֲרִיתוֹ *poſteritati ejus*.

Poriſmata ex Verſu IV.

1 Neminem ſeducat præſens in felicitate [illegible] vel optimè valet, è veſtigiò corripi poteſt apople[illegible] dente tegulâ, delabi per ſcalas, &c. ita qvi ſtat flor[illegible] tate, ingenii dotibus, &c. facilè adverſam poteſt [illegible] imò qvi tranqvillitate conſcientiæ gaudet, poteſt [illegible] dere, colaphis percuti Satanicis, &c. *2. Cor. II, 7* qv[illegible] detur ſtare, videat ne cadat, *1. Cor. X, 12.* ſi ſtas fide, [illegible] me: *Rom. XI, 20.* Ipſamet bona habitudo ſuſpicione[illegible] diantis qvàm maximè infortunii ac Satanæ.

2. Fractio regni Græci admoneat nos fragili[illegible] munis. Franguntur hîc, & qvidem inopinatò, qv[illegible] tur firmiſſima. Succidi poteſt arbor, qvæ nubibus [illegible] xima, *Dan. IV, 11. (14.)* Nihil penitùs hîc ſolidum, [illegible] ſtructum eſt Deo. Qvisqvis igitur in horas ſingu[illegible] gilem, proindeq; terrenis cor ſuum adhærere no[illegible] *Pſal. LXII.*

3. Ruinæ cauſa, tam apud communitates, [illegible] ſingulos, ut plurimum eſt inſolentia, adverſu[illegible]

Digitized by Google

luxus, intemperantia; qvæ omnia in Alexandrô M. ubertim ante interitum ſe exeruerunt, teſtibus hiſtoriis. Divinos ipſum appetiiſſe honores apud Arabes, &c. haut diffitetur *Arrianus L. 7. & Curtius L. 10.* tacemus ingluviem ac vitia reliqva.

4. Sicut ingens illud Alexandri imperium in minutas findebatur portiones mortuô eôdem: ita immenſæ non rarò divitiæ, defunctis parentibus evaneſcunt brevi inter hæredes. Confer *Pſ. XXXVII, 36.* Qvæ animæ ac corporis in morte obtingat ſeparatio, qvotidiana noſtratium loqvuntur funera, ſingulosq; nos, ut cor Deo adhæreat arctiùs, admonent in horas, it. ne confidamus ſucceſſibus exoptatis, virium amicorumq; præſidio, &c. Imò licèt compacta ſit vis hoſtium firmiſſimè, deſperandum tamen eſt haut qvaqvam Dei amicis, cùm flatu ipſius unicô diſſipari qveant univerſa: hîc enim eſt Immanuel, *Eſ. IIX, 10.*

5. Ne pro *poſteritate* curemus nimiùm vel intempeſtivè; neſcimus ſiqvidem, qvis adepturus ſit, qvæ collegimus, *Pſ. XXXIX, 7.* id potiùs curemus, ne in ſemine puniantur peccata ſeminis; nevé in generationem tertiam & qvartam usq; ſuccenſere cogatur Dominus offenſus, *Exod. XX.*

וְיֶחֱזַק מֶלֶךְ הַנֶּגֶב וּמִן־שָׂרָיו

Et confortabitur rex Auſtri & de principibus ejus.) Tertium nunc inchoat revelationis angelicæ membrum, de Alexandri nimirùm Magni ſucceſſoribus, iisq; non omnibus & ſingulis, ſed ſolùm auſtralibus ac borealibus: qvorum ideò hîc fit mentio, qvia inter utrosq; media erat terra ſancta cum Dei populô, qvi utrinq; à congredientibus hisce inimicis divexabatur qvàm maximè, cui proindè, ſolatii animiq; majoris ergò, talia prænuncianda duxit provida Patris cœleſtis cura. Qvorſum omninò pertinet *Joſephi* locus L. 12. antiqvit. Judaic. c. 3. *Antiochô Magnô in Aſiâ regnante in continuâ vexatione fuit Judæa & Cœleſyria, qvòd eô bellum gerente cum Ptolomæô Philopatore hujusq; filiô Epiphane, ſive vinceret ſive vinceretur, modò mulctarentur, non aliter, qvàm navis fluctibus utrinq; oppugnata inter proſperam & adverſam Antiochi fortunam jactati, &c.* Id qvod in Commentariô ſuô ad h. l. obſervavit etiam *Hieronymus.* Habes itaq; hîc (1) duorum regum ortum, qvorum (α) unus eſt *rex Auſtri*, h. e. Ptolomæus Lagi filius, Ægypti ad ſe pertrahens regnum poſt Alexandri M. obitum, à qvô etiam ſucceſſores hæreditarium velut Ptolomæi nomen ſortiti ſunt. Per Auſtrum Vers. V.

ſtrum verò denotari Ægypti regnum, apertè docet *v. 8.* De hôc regé enunciatur, qvòd יֶחֱזַק *confortandus ſit*, vel qvòd robur ſit habiturus, id qvod *Pererius* qvatuor complectitur membris: prudentiâ, fortitudine, divitiis, & gloriâ rerum geſtarum, continuâq; penè felicitate. Qvam in rem plura hîc commemorantur ab *Hieronymô*, petita, ut cenſet *Pererius*, ex Pauſaniâ, v.g. qvòd Pyrrhum regem Epirotarum expulſum reſtituerit in regnum, qvòd Cyprum obtinuerit, ut & Phœnicem, ac Cariam multasq; inſulas, urbes ac regiones, qvòd victô Demetriô filiô Antigoni, Seleuco regni ſui partem, qvæ ab Antigonô fuerat ablata, reſtituerit, &c. Confer etiam Joſephi *L. 12. antiqvit. c. 1.* & Diodorum Siculum *Biblioth. L. 19. & 20.* (β) Alter, regi huic meridionali oppoſitus, ellipticè ſiſtitur h. m. וּמִן שָׂרָיו *& de principibus ejus*; qvod ipſum nonnulli intellectum volunt de ſecundô Ægypti rege, Ptolomæô ſcil. Philadelphô, Ptolomæi modò dicti filiô, qvi utut natu minimus, fratribus tamen reliqvis à patre fuerit prælatus regniq; hæres factus. Ita *Pererius, Sanctius*, (qvamqvam hic ſit ambiguus qvodammodò,) *Geſnerus* atq; alii. Verùm ex diligentiore verſûs ſeqventis collatione, nec non vocum ipſarum ſcrutiniô colligitur facilè, non ſucceſſorem, ſed adverſarium hîc ab angelô depingi. Proindeq; ex ſeqq. hæc ita compleri poterunt commodiſſimè: *& de principibus illius*, (Alexandri M. qvi principes אֲחֵרִים *alii* à regiô hôc ſangvine dicebantur *v. 4.* & non אַחֲרִיתוֹ *poſteritas ejus*,) confortabitur etiam *rex ſeptentrionalis*, v. 6. ad qvem ipſum pertinet qvoq; prædicatum antecedens יֶחֱזַק *confortabitur*, cùm accentus Athnach in voce שָׂרָיו ſententiam hîc claudat, qvem tamen neglexit *Vulgatus*. Ita ſiqvidem ex hiſtoriis conſtat, Seleucum Nicanorem vel Nicatorem, potentiorem adhuc Ægypti rege evaſiſſe, qvippe qvi cùm initiô Satrapa tantùm fuiſſet Babiloniæ, poſteà & Babiloniæ & Mediæ rex factus eſt, ultra Euphratem adhuc promovens imperium, acqviſitâ Phrygiâ, Meſopotamiâ, Armeniâ, Cappadociâ, ſubjectos inſuper habens Perſas, Bactros, Parthos, Arabes, Tapyros, Sogdios, Arachotas, Hyrcanos aliasq; conterminas gentes, usq; ad Indum fluvium, adeò ut exceptô Alexandrô M. nemo unqvam plures in Aſiâ terras obtinuerit. Qvæ ipſa, ut & bellum Seleuci cum Sandrocotô Indorum rege, prolixiùs commemorantur à Diodorô Siculô l. c. Appianô *de rebus Syriacis*, Liviô *decad. 4. L. 4.* Confer etiam Joſephum *L. 12. antiqvitat. c. 3.* B. Lutherus & poſt eum Belgæ copulam (וּ) (in וּמִן *& de*,) acceperunt pro pronomine, welcher

iſt ſei-

Digitized by Google

iſt ſeiner Fürſten einer: qvæ acceptio, qvamqvam inuſitata non ſit, propriæ tamen potiùs ſignificationi inhærendum videtur, ut ſic in primâ verſiculi parte utraq; adverſantium pars producta ſtatim cernatur. Phraſeologiam hanc illuſtrat, qvòd in diſtributionibus non rarò ante מִן & ἐξ ſupplendum veniat אִישׁ, אֶחָד, τὶς, *aliqvis* vel *alius*, ut *Matth. XXIII, 34.* ἐξ ὑμῶν ſcil. aliqvos, vide *Apoc. II, 10. c. III, 9. c. XI, 9. Job. VI, 25.* (מִכֶּם *de vobis* aliqvis;) *Num. XXIV, 19.* dominabitur de Jacob (aliqvis;) vide etiam inferiùs *v. 35. hujus capitis.*

וְיֶחֱזַק עָלָיו וּמָשָׁל *Prævalebit ſuper eum & dominabitur.*

Pertinent & hæc ad eum de Alexandri M. ducibus, qvi præter Auſtri regem fuerat nominatus; adeò ut de eô jam abſolutè innuerat, qvòd יֶחֱזַק *robur ſit habiturus*, ita nunc comparativè qvoq; de eôdem pergit, qvòd robur habiturus ſit *præ rege illô Auſtri* præcedente, *ſuper qvem*, aſcenſurum ſit ejus dominium (עָלָיו,) uti docet adjectum verbum alterum וּמָשָׁל *& dominabitur*, nim. non qvidem huic Ptolomæo Ægyptiaco ipſi, interea tamen gentibus aliis, uti diximus, ſatis numeroſis.

מִמְשָׁל רַב מֶמְשַׁלְתּוֹ׃ *Multa enim dominatio ejus.*

Vel verbotenùs: *dominatio magna dominium ejus.* Ubi, ut qvivis videt, ſubjectum enunciationis tanqvam anguſtius, ſtat locô poſteriore, prædicatum autem tanqvam latius, locô priore. Res ipſa, amplitudo nim. dominii, ex iis, qvæ modò dicta ſunt, ſatis eluceſcit. Qvibus addi poteſt ex Grotiô, conditas ab hôc Seleucô fuiſſe urbes Antiochias ſedecim, Laodiceas qvinq;, Stratoniceam, Berroeam, Edeſſam, Perinthum, Maroneam, Callipolin, Achaiam, Pellam, Oropum, & alias adhuc ſeptendecim ibidem commemoratas.

Poriſmata ex Verſu V.

1. Dominium in orbe hôc terrarum datur multiplex, qvorum unum ſuperat alterum robore opum, exercituum, munitionum, ſagacitate item, atq; experientiâ ducum militarium, prudentiâ conſiliariorum, &c. adeòq; ut ſtella ſtellam claritate, fundus fundum fœcunditate, ita qvoq; regnum unum antecellit alia peculiari gloriâ.

2. Creſcente unô decreſcunt alia. Is, qvi modò deſpectus habebatur, emergere poteſt paulisper mutatô rerum ſtatu. Id qvod videre eſt in perſonis tàm publicis qvàm privatis. Nemo itaq; ſuæ confidat fortunæ, nemo etiam ab aliis depreſſus deſpondeat animum.

Digitized by Google

Hoſtes Eccleſiæ jam triumfantes brevi rumorem nunciumq; poſſunt accipere de exſurgente adverſariô potentiore aliô, ſicut regi contingebat Aſſyriaco, *2. Reg. XIX, 17.* aliisq; pluribus.

3. Dominium, utcunq; ampliſſimum ſucceſſu tamen temporis fit evanidum. (Ubi enim nunc Seleuci, Ptolomæi, cæterorumq; orbis terrarum faſtus?) Solius verò Dei noſtri imperium eſt à ſeculô in ſeculum, à mari ad mare, *1. Paral. XXX.*

VERSUS VI. וּלְקֵץ שָׁנִים יִתְחַבָּרוּ *Et poſt finem annorum fœderabuntur.*

Uti verſu proximô regum habuimus ortum, ita nunc (2) Compoſitio eorundem ſeqvitur ſeu fœdus tentatum. Et qvidem (α) Ratione temporis dicitur id eventurum *ſub finem annorum*; h. e. annis aliqvot circa mutuas illas infeſtationes inſumtis ac præterlapſis. *Lutherus:* Nach etlichen Jahren. Non enim abſolutè *finem annorum* intendi hîc eum, qvando abolito Sole ac Lunâ ceſſabunt temporis menſuræ omnes, ſed potiùs indefinitè annos aliqvot diſſidiis tributos, (circiter LXX. juxta qvorundam computum,) facilè contextûs docent circumſtantiæ. Imò hæc qvoq; temporis circumſtantia ſimul commonefacit, non reges Aqvilonarem Auſtralemq; præciſè primos intelligi debere, ſed eorundem ſucceſſores, qvi diſſidii unà cum regnô hæredes extiterant, ut ſeqvetur. Qvâ eqvidem ratione tàm Antiochus Soter, Seleuci filius, cum Ptolomæô Lagide fœdus iniit, qvàm Antiochus Theos cum Ptolomæô Philadelphô, &c. Porrò (β) confœderatio efſertur verbô יִתְחַבָּרוּ *ſocietatem contrahent mutuam!* ita namq; חָבַר *ſociavit*, in Hithpaël eſt, *ſocium ſe alteri præbuit*, qvomodò forma hæc bis præter hunc textum occurrit, 2. Paral. XX, 35. *poſtea* אֶתְחַבַּר *ſocium ſe præbuit Joſaphat Ahaſiæ regi Iſraël*; & v. 37. כְּהִתְחַבֶּרְךָ *poſtqvam te ſociaſti cum Ahaſiâ, rupit Deus opera tua, &c.* Qvapropter ex ipſâ hâc conglutinatione colligimus antecedens diuturnum diſſidium, qvô neuter alteri fidem habuit, eivè propior acceſſit, qvin obeſſe potiùs ſtuduit modis, qvibus potuit, omnibus.

חבר

וּבַת מֶלֶךְ הַנֶּגֶב תָּבוֹא אֶל־מֶלֶךְ הַצָּפוֹן

Filiaq; regis auſtri veniet ad regem aqvilonis.) Eſt hoc (γ) confœderationis medium, matrimonium videl. inter partes hactenus litigantes inſtitutum: De qvô ipſô non eadem interpretum mens eſt, dum aliqvi per *filiam regis auſtralis* intelligunt Cleopatram Antiochi M.

chi M. filiam, qvam nuptum locavit Ptolomæo Epiphani: alii Cleopatram filiam Ptolomæi Epiphanis Antiocho M. nuptui datam; ita Theodoretus (fortè ex Joſephi *L. 12. antiqvit. Judaic. c. 13.*) qvidem Cleopatram filiam Ptolomæi Philometoris, qvam Alexander, Antiochi Epiphanis filius uxorem duxit: ita Maldonatus ex *1. Maccab. XI, 12.* & Joſephus *L. 13. antiqvit. c. 7.* Communiter verò accipitur de Berenice Ptolomæi Philadelphi, ſecundi Ægyptiorum regis filiâ, qvæ in ſponſam data Antiocho Theo, tertio Syriæ regi, haut dubiè in ſignum amicitiæ fortioris novæ, utut intereà Ægyptiacus h. m. aucuparetur regnum ſui generi, gener verò viam ſibi ſtratam ad regnum Ægyptiacum opinaretur: ita *Pererius, Corn. à Lapide, Eman. Sa, Polanus, Junius, Piſtator, Belga, Grotius, Geſnerus, Fridlieb, &c.* Nonnulli, ut poſt *Polanum Belga,* inceſtuoſum hoc credunt fuiſſe connubium, cùm Berenice uxoris Antiochi prioris, nempè Laodices, fuerit ſoror; verùm id parùm probabile, parentem Ptolomæum filiæ alterius elocatione propriam filiam prius datam, unà cum ſemine ejus à regnô removere ſtuduiſſe; ut taceamus alia plura. Mira hîc habet paraphraſis Syriaca in opere Anglicanô, qvæ hîc adſcribimus: *Filiam Ptolomæi dabit Alexandro fratri Antiochi & Petri, & filia regis Auſtri abibit ad regem aqvilonis. Alexander abiens aſſumet Bataram Ptolomæi filiam, ut ſit ſibi uxor, &c. imò filia Ptolomæi, qvæ dabitur Demetrio poſt obitum Alexandri mariti ſui, tradetur ipſa, & qvi adduxerunt eam, adoleſcentula ejus, & qvi ſubſidio fuerint ei illis temporibus.*

לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים *Facere amicitiam.*

Finis hic eſt adventûs modò dicti matrimonialis, videl. *inſtitutio rectitudinum,* h. e. complanatio eorum, qvæ hactenùs inter utrosq; reges fuerant tortuoſa & iniqva, qvalia nim. multa cum bellis cohærent nexu indivulſô: *per fœdera* autem, ut verba hîc habent Grotii, *corriguntur curva.* Ita namq; Ebræum מֵישָׁרִים de *aeqvitate* accipitur paſſim, cujus oppoſitum eſt iniqvitas: radix ſiqvidem eſt יָשַׁר *rectus vel planus fuit,* vide dicta *Prov. I, 3.* Lutherus poſt Vulgatum reddidit: Einigkeit/ h. e. pacem iniqvitatis finem, & æqvis etiam utrinq; conditionibus gaudentem. Nos fortaſſe diceremus: Richtigkeit zu machen. מישר

וְלֹא־תַעְצֹר כֹּחַ הַזְּרוֹעַ וְלֹא יַעֲמֹד וּזְרֹעוֹ

Et non obtinebit fortitudinem brachii, nec ſtabit ſemen ejus.) Potiùs: *Et brachium non obtinebit robur, neq; ſtabit* (ipſe) *& brachium*

Digitized by Google

זרוע *ejus*. Eſt hîc (δ) confœderationis ſucceſſus vel eventus, intentioni contrahentium planè contrarius. *Brachium* phraſi Scripturæ ponitur pro præſidiô, qvô qvis nititur, ut *Jer. XVII, 5.* brachium ſuum ſtatuere carnem, it. *Pſal. LXXXIII, 9. Eſa. XXXIII, 2.* brachium eſſe alicui, h.e. eundem tenere, juvare, tueri, &c. Hìc itaq; vel ipſum innuitur connubium, vel filia regis Ægyptiaci, cui parens multum omninò tribuebat, tanqvam ſecuritatis ſuæ procuratrici, vel militare qvodvis præſidium aliud. *Maldonatus* hoc declarat per dextrarum junctionem in connubiis ad firmandam amicitiam, qvaſi brachium ab unô regnô porrectum fuerit in alterum, &c. Verùm de eôdem brachiô enunciatur: *non obtinebit robur*, h.e. emarcidum qvaſi fiet, flacceſcent nervi, portare aut arcere injuriam hoſtilem ampliùs haut valebit, ut inceperat. Sic namq; phraſis hæc legitur *2 Paral. XIII, 20.* Et Jeroboam non עָצַר כֹּחַ *obtinuit robur*, qvamdiu viveret Abia: vide *Dan. X, 8. & 16.* Inſuper verò pergit qvoq; angelus loqvi in genere maſculinô: *& non* יַעֲמֹד *ſtabit*, nimirum rex meridionalis, qvi filiam ſuam regi Syriaco elocaverat, pacis firmandæ cauſâ: ad hunc namq; ſine dubio ſpectat verbum maſculinum *ſtabit*, cum præceſſiſſet fœmininum תַעְצֹר *obtinebit*, cohærens cum nomine fœminino זְרוֹעַ *brachium*. Stare autem, ſicut ex antecedentibus patuit aliqvoties, idem eſt ac, ſuperiorem eſſe, eminere, erectum conſiſtere, &c. qvod ipſum removetur tàm à rege ipſô auſtrali, qvàm ab *ejus brachiô*, h.e. vel filiâ, vel copiis militaribus cæterâq; potentiâ, qvâ æqvè nitebatur ac brachiô ſuô nititur athleta vel miles. Atq; hoc ipſum ex hiſtoricis illuſtrari poteſt; ubi Philadelphus poſt multos annos finire cupiens periculoſa bella; filiam Berenicen Antiocho elocavit, ita, ut ipſammet usq; Peluſium deduceret, additis auri argentiq; multis millibus locô dotis; undè & *Phernophorus*, dotalis dictus. Antiochus itaq;, cùm jam uxorem haberet Laodicen, ex eâq; duos jam ſuſcepiſſet filios, Seleucum Callinicum, nec non Antiochum, hanc Berenicen regni conſortem ſe habere dicens, Laodicen in concubinæ locum deſtinavit. Verùm ejusdem amore ſuperatus poſt aliqvod temporis ſpatium, reduxit hanc conjugem priorem in regiam, unà cum ſuis liberis. Qvapropter ut hæc Laodice tantò viveret ſecurior, Antiochum regem ſuſtulit venenô, Seleucô Callinicô in regem ejus locô conſtitutô, Berenicen verò cum filiô ex Antiochô natô occidendam tradidit Icadioni & Genneo, Antiochiæ principibus. Vide ſis Hieron. *Comment. ad h.l. it.* Juſtin. *L. 27. hiſtor. ſub init.* Appianum

Digitized by Google

in Syriacis p. 97. *Vulgatum* qvod ſpectat interpretem, omiſit is non ſolùm in voce ultimâ copulam Vav, ſed & locô וּזְרֹעוֹ *brachium ejus* legit וְזַרְעוֹ *ſemen ejus*, contra omnem codicum Ebræorum fidem.

וְתִנָּתֵן הִיא וּמְבִיאֶיהָ וְהַיֹּלְדָהּ וּמַחֲזִקָהּ בָּעִתִּים׃

Et tradetur ipſa & qvi adduxerunt eam adoleſcentes ejus, & qvi confortabant eam in temporibus.) Qvæ modò negativè fuerant dicta, ea clariùs nunc affirmativè etiam pertexuntur, ita ut de filiâ Auſtrali enuncietur *traditio* תִּנָּתֵן *dabitur*, in manus nim. perſeqventium ipſam, qvomodo idem hoc verbum occurrit *Jer. XXXII, 24.* ſeqq. civitas hæc נִתְּנָה *dabitur* vel *tradetur* in manus Chaldæorum, *Levit. XXVI, 26.* trademini in manûs hoſtium, *Eſr. IX, 7.* propter iniqvitates noſtras נִתַּנּוּ *traditi fuimus nos.* Confer *Jer. XXXII, 4. c. XXXIV, 3. c. XXXVII, 17. XXXIIX, 2 XXXIX, 17. Eſ. XXXVII, 10. 16. 2. Reg. XIIX, 30. c. XIX, 10.* Qvæ ipſa traditio hunc in modum deſcribitur à Juſtinô L. 27: *Berenice cùm ad ſe interficiendam miſſos didiciſſet, Daphnæ ſe claudit, ubi cum obſideri eam cum parvulô filiô nunciatum civitatibus Aſiæ eſſet, recordatione paternæ majorumq; ejus dignitatis, & caſum tàm indignæ fortunæ miſerantes, auxilia ei omnes miſêre: frater qvoq; Ptolomæus periculô ſororis excitus relictô regnô cum omnibus viribus advolat. Sed Berenice ante adventum auxiliorum, cùm vi expugnari non poſſet, dolô circumventa trucidatur. &c.* De Daphne Strabo *L. 16. fol. m. 516.* (edit. Caſaubon.) refert, qvòd *mediocris fuerit vicus & lucus ingens & opacus, fontanis aqvis irriguus, in cujus mediô erat fanum Apollinis ac Dianæ & Aſylum.* Non ſine cauſâ autem angelus meminit ſimul perſonarum traditarum, nim. ut tantò magis pateſieret crudelitas exercita, tanqvam gravis gravium illinc exortorum denuò bellorum cauſa. Et qvidem tradenda dicitur tùm הִיא *ipſamet*, Regis auſtralis filia, tùm מְבִיאֶיהָ *adducentes eam*, h. e. qvotqvot à patre adjuncti fuerant miniſtri nobiles ſponſam comitantes, inq; regnô poſtmodum à latere ipſi ſtantes vel adhærentes, tùm הַיֹּולְדָהּ *is, qvi genuit eam*, parens ratione ſcil. vilipendii, qvandò nullâ ipſius fuit habita ratio, qvò minùs filia trucidaretur; tùm *corroborans eam temporibus qvibusdam*, h. e. ipſemet maritus, Antiochus, qvippe qvi & ipſe venenô, ut diximus, fuit interemtus, nullâ dignitatis regiæ habitâ ratione. De voce היולדה annotavit Mercerus *in Lexicô*, minùs dextrè Pagninum reddidiſſe: *& parientem illam*, cùm tamen participium non ſit fœmininum.

נתן:

num, ſed maſculinum: *& qvi generans eam;* ſiqvidem ה initiale non eſt emphaticum, ſed relativum. Et qvanqvam nonnulla exemplaria vocem hanc legant ſine Mappik, emendatiora tamen, eôdem Mercerô ex *Michlol Kimchii* annotante, Mappik omninò habent. Qvomodo verò יֹלְדָהּ exponi qveat de *ſobole,* nondum docuerunt, qvi ſic reddidêre; niſi fortè cum audace Grotiô aliam planè fingant lectionem הַיִּלְדָּהּ *& filius ejus;* de qvô tamen profanô auſu alibi disqviritur latiùs. Adeòq; tàm parens, qvàm maritus Berenices (qvi בָּעִתִּים *certis temporibus,* vel aliqvandiu eandem ut reginam confortaverat,) non malè qvoad hunc infauſtum exitum ignominioſamq; tractationem conjunguntur; ſiqvidem traditus fuit uterq; & parens & maritus, licèt diverſimodè: adeòq; paciſcentes invicem ſocer & gener, imò Berenice amborum vinculum, truculentiæ Seleuci Callinici & Laodices permiſſi fuerunt penitùs, ad peſſundandam amicitiam contractam, animiq; ſuccenſi libidinem ignominioſè explendam. Aptè Lutherus qvoad verba ultima: dem/ der ſie eine weile mächtig gemachet hat. Berenicen ad patrem ſuum rediiſſe, fabuloſè refertur à *Jacchiade,* refelliturq; à *L' Empereur p. 222.*

Poriſmata ex Verſu VI.

1. Periculoſa ſunt matrimonia inter perſonas diverſæ nationis, religionis complexionisq; contracta: qvâ de re in *locô de conjugiô.* Videatur etiam Serarii *Tom. 2. opuſc. fol. 70. ſeqq.* Rivetus *ad Pſal. 45. p. m 337. ſeqq.* Bened. Carpzov. *definit. Eccleſiaſt. L. 2. fol. 9. &c.*

2. Fœdera ac conſociationes regum hujus ſeculi multò utplurimum ſangvine extorqventur, multô ſudore parantur, multis undiqvaqve modis muniuntur, veruntamen opinione citiùs iterum diſpereunt, qvia non ſunt in Deô facta; æqvè ut fœdus horummet docet Regum Auſtri & Aqvilonis.

3. Fiducia in *brachium carnale* poſita vehementer culpabilis, ſtulta atq; noxia: *Jer. XVII, 5.*

4. Si Deus *tradat* aliqvem Satanæ accuſanti, nihil omninò valent præſidia humana, utut alioqvi munitiſſima. Conf. *Jer. XXIV, 8. Rom. I, 24. ſeqq.* Imò nec parentes nec conjunctiſſimi amici ſuâ proſunt tunc aſſiſtentiâ, *Pſ. XXVII, 13.*

וְעָמַד מִנֵּצֶר שָׁרָשֶׁיהָ כַּנּוֹ

VERSUS VII. ***Et ſtabit de germine radicum ejus plantatio.)*** Expirante

confœ-

confœderationis vinculô ſeqvitur nunc (3) conflictus novus, & qvidem inter Berenices extinctæ fratrem Ptolomæum Evergeten, nec non extinctorem ejus Seleucum Callinicum, Syriæ regem. Qvantum ad Ægyptium, deſcribitur is ipſe (α) ratione ſtemmatis, qvod ſit מִנֵּצֶר שָׁרָשֶׁיהָ *de germine radicum ejus*, h. e. aliqvis, eôdem cum filiâ Regis Auſtri (*v. 6.*) ſtemmate regiô proſapiâq; gaudens: ſiqvidem ut ſuprà *v. 5.* notavimus, ante præpoſitionem מִן *de*, ſubintelligendum venit pronomen *aliqvis*; נֵצֶר *ſurculus* verò Metaphoricè ponitur pro ſobole humanâ, ad inſtar ſurculi hortenſis ex radice ortum ducentis, communem agnôſcente proſapiam cum alterô: uti conſtat ex *Eſ. XI, 1.* ubi ſermo de ſurculô ex radice Iſai, i. e. de Meſſiâ ex Davidis proſapiâ oriundô, it. ex *Eſ. LX, 21. c. LIII, 1. Pſ. LXXX, 16.* Porrò *radices ejus* (Berenices, ſiqvidem hanc reſpicit affixum fœmininum;) nihil aliud ſunt, qvàm *parentes*, ex qvibus vitam hauſerat; æqvè ut Judæorum radix appellantur Patriarchæ, *Rom. XI, 16. 17.* Confer *Eſ. XI, 1. 10. c. XV, 2. Rom. XV, 12.* Unus itaq; vel aliqvis *de ſurculis radicum Berenices* alius dari neqvit commodior præ fratre Ptolomæô Evergetâ: de qvô jam porrò enunciantur (β) ſucceſſus diſtincti. Siqvidem (a) dicitur is, *conſtitutus ſuper baſi ſuâ*, h. e. thronum Ægypti regium occupaturus, locô videlicet parentis defuncti, Ptolomæi Philadelphi. (Ita filium hunc fuiſſe ſtatuit cum *Juſtinô Sanctius*, qvanqvam fratrem Philadelphi fuiſſe hunc Evergetam, ſcribunt poſt *Hieronymum Cornel. à Lapide* & *Tirinus*.) Ubi non opus eſt repetere aliqvoties dicta de *ſtandi* verbô, qvô conſpicuum alicujus robur innuitur, uti præceſſit *v. 6.* Additur hìc vox כַּנּוֹ qvam aliqvi cum *Vulgatô* accipiunt nominandi caſû de *plantatione*, qvos unicus fortè juvare poſſet locus, *Pſ. LXXX, 16.* וְכַנָּה *& vitiarium, qvod plantavit dextra tua*. Verùm cùm entia (ſignificatus) præter neceſſitatem multiplicanda non ſint, & ex reliqvis Scripturæ textibus, ubi hæc vox deprehenditur, luculenter conſtet, eâdem exprimi *ſedem* alicujus rei firmam, cui ipſa innititur, idcircò & h. l. eundem amplectimur ſenſum, moti inſuper repetitione ipſiusmet hujus vocabuli, *v. 20. 21. & 38.* ubi plenè habetur עַל כַּנּוֹ *ſuper baſi ſuâ*, qvam ipſam præpoſitionem עַל & hìc ſupplendam arbitramur, ut ſenſus ſit: (aliqvis) *de ſurculis radicum Berenices ſtabit* (ſuper) *baſi ſuâ*, h. e. regnum, qvod occupavit ſemel, tuebitur ſtrenuè, nec dimovebitur illinc à qvoqvam &c. Confer de voce כֵּן *baſis, Ex. XXX, 18. 28. c. XXXI, 9. c. XXXV, 16. &c.* ubi de baſi labri ænei, it. *Gen. XL, 13. c. XLI, 13.* ubi de ſta-

נצר

כן baſis.

כן

Digitized by Google

de ſtatione vel officiô pincernæ, cui is fuerat reſtitutus. Pari modô omnium commodiſſimè exponitur etiam Pſ. LXXX, 16. *viſita vineam tuam* וְכַנָּה *& ſedem ejus, qvam plantavit dextra tua.* Defectum particulæ עַל nemo urgebit, qvi perpenderit locos ſimiles ellipticos, *Pſ. III, 8.* (collatum cum *2. Paral. XIIX, 23. & Mich. IV, 14.*) *Ez. XII, 10.* pluresq; adhuc alios. Pulchrè qvoad ſenſum *Lutherus:* **Es wird aber der Zweige einer von ihrem Stamme aufkommen.**

וְיָבֹא אֶל־הַחַיִל *Et veniet cum exercitu.*

Procedit nunc angelus (b) ad robur atq; apparatum bellicum hujusce vindicis, dicens, eundem egreſſurum cum exercitu notabili, (emphaſi enim haut caret הַ demonſtrativum;) qvali nim. erat opus ad plectendum hujusmodi potentem ſororis ſuæ interfectorem. Poſſet qvidem vox חַיִל accipi de *robore*; ita ut *venire ad robur*, ſit, creſcere viribus regiis; verùm cùm phraſis hæc fortaſſè alibi non occurrat, econtrà verò vox חַיִל ſub ſignificatione exercitûs redeat *v. 13. & 25.* in hôc ipſô capite, idcircò communi inſiſtimus interpretationi, addentes, particulam אֶל accipi pro אֶת *cum*, ut *Thren. III, 41.* attollamus cor noſtrum אֶל *cum* manibus, *Ez. XVI, 26.* ſcortata es אֶל cum filiis Ægypti, &c.

וְיָבֹא בְּמָעוֹז מֶלֶךְ הַצָּפוֹן

Et ingredietur provinciam regis Aqvilonis.) Seqvitur (c) invaſio regni Syriæ violenta, adeò ut occupetur qvoq; מָעוֹז *munitio*, h.e. urbs atq; arx vallis turribusq; ac machinis neceſſariis ad arcendum hoſtem ſingulariter inſtructa, eademq; non una, ſed per enallagen fortalitia invadentur plura, itemq; propugnacula aut munitiones in regnô paſſim ſitæ; (qvorſum ſpectare etiam videtur ſeqvens plurale בָּהֶם *cum illis:*) niſi intelligatur antonomaſticè munitionum præcipua, ex cujus occupatione ſalus totius regni pendere videbatur. Confer de Ebræâ hâc voce, qvæ diximus *Prov. X, 29.* Nimis generaliter autem *Vulgatus* reddidit *provinciam*, cùm potiùs certus provinciæ locus, *munitio* nim. vel propugnaculum deſignetur; hinc Lutherus: **in ſeine Feſte.**

וְעָשָׂה בָהֶם וְהֶחֱזִיק׃ *Et abutetur eis & obtinebit.*

עָשָׂה בָּהֶם Continent hæc (d) ſubjugationem, qvâ בָּהֶם *cum illis*, videl. munitionibus munitionumq; incolis *faciet* pro lubitu, (hæc enim verba ad

vocem

Digitized by Google

vocem *faciet* commodiſſimè ſubintelligendam eſſe conſtat ex *v. 3. & 36.*) ſenſusq; eſt: Rex hicce auſtralis munitiones à priore Dominô ad ſe pertrahet, milite ſuô præſidiariô muniet, theſauros abducet, imò pro ratione ſtatûs bellici penitùs abolebit ac ſubvertet. Simili ferè ſenſu verbum hoc עָשָׂה *facere* pro *perficere* animi ſui deſideria, accipitur c. IIX, 34. *proſperabitur* וְעָשָׂה *& perficiet;* it. infrà hoc ipſo *c. XI, 17.* convertet vultum ſuum ad irruendum וְעָשָׂה *& perficiet;* v. 28. וְעָשָׂה *& perficiet, & revertetur in terram ſuam* v. 30. *indignabitur contra fœdus ſanctum* וְעָשָׂה *& perficiet.* v. 32. populus cognoſcentium Deum יַחֲזִיקוּ וְעָשׂוּ *& confortabunt ſe & perficient.* Jer. XIIX, 23. *tempore iræ tuæ* עֲשֵׂה בָהֶם *fac cum ipſis,* ſcil. pro lubitu tuô. A fontibus ergò diſcedit Vulgatus: *abutetur eis;* è diverſô appoſitè *Lutherus* und wirds ausrichten. Majoris verò exaggerationis cauſſâ additur וְהֶחֱזִיק *& confortabit* (ſe, vel confortabitur,) *Luth.* und wird ſiegen; ubi notandum verbum חָזַק *invaluit, fortis fuit, apprehendit, tenuit,* in Hiphil eundem retinere ſignificatum, qvem habet in Kal *v. 5.* adeoq; & hîc verti poſſet tranſitivè: *apprehendet* aut *retinebit munitiones eas,* ut *v. 21.* verùm cùm infrà *v. 32.* eôdem modô hæc bina copulentur verba, ut modò vidimus, etiam hîc intranſitivè accipimus: *& invaleſcet,* Sic *2. Paral. XXVI, 8.* Ammonitæ munus obtulerunt Uſiæ, & fama ejus progreſſa eſt in Ægyptum usq;, וַיַּחֲזֵק *& invaluit inſigniter.* Pertinet proinde verbum hoc in cenſum eorum, qvæ modò tranſitivè, modò intranſitivè valent, cujusmodi exempla obſervavimus *Proverb. XII, 2. c. XVI, 7. c. XXIII, 4.*

Poriſmata ex Verſu VII.

1. Conſangvineorum eſt, injurias legitimè ulciſci, ſicut hîc videre eſt in fratre Berenices trucidatæ. Qvorſum vindex ſangvinis in V. T. *Num. XXXV, 12. 19. ſeqq. Devt. XIX, 6. 12.* Ita apud Perſas homicidam hodieq; tradi conſangvineis manu ipſorum propriâ jugulandum refert Adamus Olearius *Itiner. Perſ. fol. 522. ſeqq.*

2. Victorias utplurimum (licèt non ſemper,) procurat cauſæ juſtitia, ut h. l.

3. Propugnaculis arcibusq;, utut ad miraculum usq; munitis, fidendum tamen non eſt: manum enim ſubtrahente Dominô eædem expugnantur facilè; imò eaſdem nil expugnat citiùs, qvàm Domini aut incolarum pravitas.

וְגַם אֱלֹהֵיהֶם עִם־נְסִכֵיהֶם עִם־כְּלֵי חֶמְדָּתָם כֶּסֶף וְזָהָב וגו׳

VERSUS IIX. *Inſuper & Deus eorum & ſculptilia, vaſa qvoq; pretioſa argenti & auri, captiva ducet in Ægyptum.*) Subjugationi [illegible] nectitur *captivatio*, ubi abducenda memorantur tùm idola, [illegible] cipes, tùm ſupellex pretioſa. Abductio ipſa eſt in verbis [illegible] *in captivitatem venire faciet*, ita ſcil. ut novum [illegible] num. Et deniq; abductionis terminus ad qvem eſt [illegible] voce *Meridiei* hactenùs ſignificata fuit. Per אֱלֹהִים [illegible] idola, pro diis apud Syros ſtultè hactenus culta & [illegible] talogum hiſtoriamq; cognoſcere qvi vult, poteſt [illegible] deni *de DIs Syris*. Porrò נְסִיכִים qvos Vulgatus red[illegible] aliud ſunt, qvàm *principes*, prout evincunt textus Sc[illegible] qvibus hæcce vox deprehenditur, nim. *Joſ. XIII, 21.* [illegible] chonis principibus: *Ez. XXXII. 30.* de principibus [illegible] ad Tartarum deturbatis: *Mich. V, 4.* præficiemus illi [illegible] *cipes hominum*, & Pſal. LXXXIII, 12. ſtatuæ ſicut Z[illegible]

נסיכים נְסִיכֵיהֶם *principes eorum*. Semel in ſingulari legitur [illegible] & qvidem *de libamine* vini, qvi ſignificatus huc non [illegible] fortaſſe reſpexit ad formam nominis aliam מַסֵּכָה [illegible] men ſatis diſtat à formâ præſente, imò ταυτολογίαν [illegible] guntur hiſce perſonis idolisq; *vaſa deſiderii*, h. e. ſupellex [illegible] deſiderabilis, tàm ſacra qvàm profana, uſibusq; tàm [illegible] principum aptata. *Lutherus:* ſamt den köſtlichen K[illegible]

כלי le autem eſt כְּלִי *vas* ſeu teſtaceum, *Levit. XI, 33.* ſive [illegible] *XXXV, 22.* ſive ligneum, *Levit. XV, 12.* ſive pellic[illegible] ſeqq. Vas verò *deſiderii* poni pro eô, qvod præ cæteris [illegible] ſtimatur, conſtabit ex *Oſ. XIII, 15. Nah. II, 10. Jer. XX*[illegible] *XXXII, 27. c. XXXVI, 19. c. XX, 25.* Hujuſmodi vaſa [illegible] lica qvàm domeſtica, & ſacra vel idololatrica, uti [illegible] *XXIV, 23. c. XXXI, 37. XLIX, 5. Exod. III, 22. c. XII, 35.* [illegible] Parùm autem referet, an *Aurum & Argentum* referas [illegible] tanqvam eorundem materiam, an verò eadem accipias [illegible] ut pretioſa hæc metalla, ſive cuſa in monetam, ſive [illegible] tur abducta catervatim. Ita namq; belli fert [illegible] rendarum nervos auferre à devictis, ſibiq; in [illegible] *Pererius* ſupputat qvadraginta millia talentorum [illegible]

ſimulacra Deorum duo millia qvingenta, in qvibus erant & illa, qvæ Cambyſes captâ Ægyptô in Perſiam deportaverat. Affixum nominis poſterioris ratione ſenſus pertinere ad prius, *(vaſa ipſorum* deſiderii, h. e. deſiderabilia,) notatur paſſim. Videatur Glaſſius *Lib. 3. Philoſ. ſac. p. m. 35.* Flacius *part. 2. clav. Tract. 3.* Gatakerus *de ſtylô N. T. p. 153.* & Arn. Bootius *L. 4. animadverſ. c. 2. §. 12.* Referri hîc poſſent, qvæ de modernis Chinenſibus retulit ex Pintô Luſitanô Rogerus *in portâ gentil. p. 561.* in Cauchinchina aſſervatas in regiâ ſtetiſſe 64. æneas & 19. argenteas idolorum ſtatuas, ferreis circa collum catenis alligatas, in ſignum obtendæ de cultoribus victoriæ; ubi & hoc additur, regem illum maximæ ſibi gloriæ ducere, triumphare de Diis hoſtium ſuorum. Alia *ibid.* exempla referuntur *p. 689.* de trecentis ſexaginta Diis à Rege Tartaricô ſuperatis: it. *p. 755. & 756.*

וְהוּא שָׁנִים יַעֲמֹד מִמֶּלֶךְ הַצָּפוֹן׃

Ipſe prævalebit adverſùs Regem Aqvilonis.) Potiùs: *Et ipſe Annos* (aliqvot) *ſtabit præ Rege Aqvilonis:* Luth. Und etliche Jahr für dem Könige gegen Mitternacht wol ſtehen bleiben. Ita nim. (f) Potentiæ duratio deſcribenda erat, adhibitô verbô *ſtandi*, de qvô dictum aliqvoties. Nomen שָׁנִים indefinitè poſitum diuturnam nobis indigitat perſeverantiam, qvæ non ſeptimanis aut menſibus, verùm annis dimetienda veniat, qvomodo *v. 6.* dicebatur: *ad finem annorum ſociabuntur.* Hab. III, 1. *in mediô annorum vivificabis.* Conſuli autem hîc poterunt hiſtorici profani, v. g. Juſtinus *L. 27.* Polybius *L. 5.* & Appianus *de rebus Syriacis*, qvâ ſcil. ratione Ptolomæus ſuperatâ Syriâ ſe Regem ejus coronari curaverit, multisq; annis dominium hoc in Syriam, imò totam penè Aſiam, fortiter tenuerit, nil qvicqvam contra ipſum Seleucô Callinicô valente. Huc facit etiam Joſephus *L. 2. contra Appionem*, ubi Ptolomæum Deo Iſraëlis pro hâc victoriâ hoſtias obtuliſſe refert. De cæterô, qvid ſentiendum ſit de interpretatione *Theodoreti*, referentis hosce verſus ad bella inter Ptolomæum Philopatorem Epiphanemq;, & inter Antiochum M. legi poteſt apud *Pererium p. 811. 812.* Dum verò non nudè dicitur, regem Ægyptiacum aliqvot perſtiturum annos, ſed comparativè מִמֶּלֶךְ *præ Rege Aqvilonis*, meritò hoc ipſum referimus ad debellatas Seleuci vires, qvæ usq; adeò fuerunt fractæ, ut cùm alter *ſtaret*, hic fugienti aut jacenti ſimilis ſemper permanſerit.

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu IIX.

1. Idolorum ſculptiliumq; vanitas inter cætera qvoq; colligitur ex captivatione, uti non malè concludit Rabſake *Eſa. XXXVI, 18. ſeqq.* Confer *Pſal. CXV, 4. ſeqq.* Ais: Sed nonnè veri qvoq; Dei arca fœderis in captivitatem fuit abducta? *1. Sam. IV, 11. ſeqq.* Reſp. Sicut propter populi ſcelera præpoſteramq; fiduciam permiſit id Dominus ad tempus, ita propter ſuam gloriam miraculosè qvoq; liberavit eam. Id qvod adhuc gentium numina ficititia præſtare nequeunt. Et qvod de ſtatuis gentilium hîc dicitur, id Papiſtarum ...accidiſſe novimus non ſemel: qvod alibi oſtenſum...

2. Ingens eſt *captivitatis* miſeria, uti præſenti ... comprobant gemitibus abducti à Tartaris Turcis... ant ſibi proinde Reges ac Magnates à ſimilibus ... bus, ne ipſis delirantibus miſeri ſimul plectantur ... & hi non ſint innocui, ſed peccata ſua peccatis pri... eò citiùs Deo extorqveant plagas, *2. Sam. XXIV* ... riâ Davidis *cit. locô.*

3. Ne faſtuosè abutaris ſupellectile pretioſa ... hæc ipſa novum nanciſci poteſt Dominum, tibi ... ſtultam qvoq; eſſe fiduciam, in Mammonâ multi... piâ locatum, oſtendit ſpoliatio, nec non infinita ... dia.

...בְּמַלְכוּת מֶלֶךְ הַנֶּגֶב

VERSUS IX. *Et intrabit in regnum Rex Auſtri, ...* ... modò deſcripti (g) clauſulam, adeò ut *Rex Ægypti* ... Syrorum invaſi evaſerit Dominus, (id qvod ſibi vult ... *regnum,*) partim ut bellô extra patriam compoſitô ... petiverit regiam, & velut triumphum egerit.

(וְשָׁב אֶל־אַדְמָתוֹ *Et revertetur ad ...*

H. e. non occumbet in bellô illô Aſiaticô, ... trà patriam ſuam finire cogebatur vitam, neq; etiam ... gyptô ad Syros transferet, verùm natale repetet ... rici referunt, ob inteſtina interim in Ægypto ... nemq;. Sic namq; Juſtini habent verba L. 27. ... *propter cædem Berenices & filii ejus, tanta indignatio ... plô, defecerunt à Seleucô, ingentiâ comparatâ c...*

Digitized by Google

lomao ſe tradunt, qvi niſi in Ægyptum domeſticâ ſeditione revocatus eſſet, totum regnum Seleuci occupaſſet.

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Qvisq; noſtrûm regnum Satanæ ac peccati deſtruere nitatur, ſuisq́ imperet cupiditatibus; qvæ ſanè victoria longè glorioſior hâc occupatione regni Syriaci, factâ à Ptolomæô, *Prov. XVI, 32.*

2. Patriæ amor innatus vim habet qvaſi magneticam attrahendi ſuos etiam è longinqvô. Trahantur verò potentiùs adhuc pii amore patriæ cœleſtis, *Phil. III, 20. Col. III, 1. Matth. VI, 21.*

וּבָנָו יִתְגָּרוּ וְאָסְפוּ הֲמוֹן חֲיָלִים רַבִּים

Filii autem ejus provocabuntur & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum.) Fuit hactenùs à *v. 7.* conflictus tùm interfectoris, tùm vindicis reginæ Berenices: ſeqvitur nunc (4) diſſidium novum inter Seleuci Callinici filios hæredes, & ab alterâ parte Ptolomæum Evergetem, ejusq; filium, Ptolomæum Philopatorem. Ubi (*a*) pars, Ægyptium hactenùs deſcriptum oppugnans, vocatur בָנָיו *filii ejus*, nimirum Regis Septentrionalis *v. 8.* memorati. Ad hoc enim nomen remotius referendum eſſe affixum, docebit collatio cum *v. 11.* ubi Rex oppugnatione hac exacerbatus dicitur fuiſſe Auſtralis. Qvapropter intelligendi per hos filios erunt Seleucus Ceraunus & Antiochus M. qvorum parens Seleucus Callinicus, qvi amiſsô regnô, poſtqvàm imperaverat annos 20. eqvô præcipitatus interierat. (*β*) Studium horummet bellicum cognoſcitur tùm ex verbô יִתְגָּרוּ *contendunt mutuò*, tùm ex *collectione copiarum* bellicarum. Verbum גָּרָה *miſcuit*, in Hithpael accipitur de voluntariâ colliſione, qvando qvis cum alterô hoſtiliter congreditur, ſive verbis, ſive factis, prout oſtenſum, *Prov. XXIIX, 4.* Qvapropter & hic Seleucidæ, odiô adverſus Ægyptios antiqvô ardentes ubivis captarunt occaſionem congrediendi cum iisdem, donec res in apertum exardeſceret bellum, copiæq; paſſim ut ſeqvitur, conſcriberentur. Harum verò robur innuitur tùm voce הָמוֹן *multitudo*, (de qvâ *c. X, 6.*) tùm numerô plurali vocis חַיִל *exercitus*, (de qvâ proximè *v. 7.*) tùm adjectivo רַבִּים *multi*: è qvibus facilè colligitur, Seleucidas undiqvaq; corraſiſſe milites, tùm ex ſubditorum propriorum cœtu, tùm ex Regum Principumq; vicinorum provinciis, qvorum precariò implorarunt ſubſidium, tùm ex condu-

VERSUS X.

ctione Stipendiariorum, qvos pretioſorum qvoq; theſaurorum ſuorum alienatione alere ſtuduerunt.

וּבָא בוֹא וְשָׁטַף וְעָבַר *Et veniet properans & inundans.*

Apparatum nunc excipit (γ) irruptio hoſtilis, indicata verbô tùm *v eniendi*, (veniet veniendo, h. e. certò, feſtinanter, animoſè veniet,) tùm *exundandi*; ad inſtar fluminis ſcil. collectâ ex imbribus aqvarum vi magnâ, alveos vel littora ſua excedentis, & cuncta operientis non ſine ingenti obviorũ qvorumvis damnô atq; devaſtatione: *Eſ. IIX, 8. c. XXIIX, 2. 15. 18. c. XXX, 28. c. XLIII. 2. c. LXVI, 12. Jer. XLVII, 2. 2. Paral. XXXII, 4.* Sic de imbre vehementi legitur *Ez. XIII, 11. 13. c. XXXIIX, 22.* tum *tranſeundi* (עָבַר,) qvô itidem indicatur occupatio terræ totius ad inſtar aqvarum totam terræ ſuperficiem operientium aut occupantium: Confer Pſ. CXXIV, 4. 5. *torrens tranſiiſſet ſuper animam noſtram,* item *Eſa. IIX, 9.* & in hôc ipſô *c. XI, 40.* Singularis verborum horum commodiſſimè referri videtur ad ſingulare הָמוֹן *multitudo ſive copia exercituum magnorum;* qvanqvam ſint, qvi ſubeſſe cenſeant reſpectum ad unum ex fratribus his ſuperſtitem, ſiqvidem Seleucus Ceraunus tertiô Imperii annô occiſus fuit in Phrygiâ, dolô Nicanoris & Apaturii, unde exercitus in Syriâ Antiochum extincti Seleuci fratrem de Babiloniâ vocavit ad regnum, qvi ipſe unus Antiochus, dictus poſteà magnus, venit, exundavit, tranſiit. Ita *Lutherus* expreſsè hoc ſupplet: Und der eine wird kommen. Vide, ſi libet, hiſtoriam *Polybii L. 4. & 5.* nec non *Juſtini L. 31.* Terminus ad qvem adventûs hujus non additur diſertè; hiſtoria tamen docet, veniſſe Antiochum in Syriam, à Rege Ægyptiacô patri ſuo Seleuco ereptam, & à Ptolomæi Philopatoris Ducibus tunc temporis gubernatam, ubi referente *Polybiô L. 5.* præcipuus erat Theodorus, qvi ob offenſionem qvandam, nec non pravos regis ſui mores facilè cum Antiochô tranſegit, eidemq; Judæam ac Syriæ inferioris urbes tradidit. Adeòq; occupavit etiam Seleuciam, mox Tyrum & Ptolomaidem, qvibus territus (verba ſunt Calviſii *in Chronicô ad An. M. 3731.*) Ptolomæus de pace egit fraudulenter, cùm tamen bellum interim appararet. Nihilominùs ingruente hyeme factæ ſunt induciæ ad qvatuor menſes.

וְיָשֹׁב וְיִתְגָּרֶה עַד־מָעֻזּה׃

Et revertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore ejus.) Potiùs de verbô ad verbum: *& revertetur & commiſcebit ſe uſq; ad*

ad munitionem ejus. Eſt hæc nova irruptio, adeòq; ordine ſecunda, ubi pro indole lingvæ verbum *(revertetur)* adverbiaſcit hôc modô: *& iterum bellô congredietur*, Luth. wird wiederumb reiſʒen/ꝛc. veluti notatum Coh. IV, 1. *redii & vidi*, h. e. iterum vidi, Dan. IX, 25. *revertetur ædificabitur*, h. e. iterum ædificabitur. Hoſtilitas porrò effertur verbô יִתְגָּרוּ, qvô armorum mutuò ſibi adverſantium bellica commixtio deſignatur. Et qvidem hoc eveniſſe dicit *Polanus* h. m: Etiamſi Legatis Ptolomæi inducias conceſſerit, diſceſſurumq; ſe à provinciâ promiſerit, aliter tamen actum planè fuiſſe, cùm copias in hyberna qvidem duxerit, ſed vere appetente fuerit reverſus, terreſtribus navalibusq; copiis cum Nicolaô, Ptolomæi Philopatoris Duce confligens, qvô ipſô devictô penetraverit עַד מָעֻזּוֹ *usq; ad munitiſſimam* Ptolomæi *urbem* Rabbatameſſanam, ſive Raphiam, in finibus Ægypti ſitam, eamq; occupaverit, teſte *Polybiô L. 5*. Calviſius *annô mundi 3732*. ita deſcribit: *Antiochus vere appetente bellum parat contra Ptolomæum terrâ mariq; & in Cœleſyriâ reliqva occupare conatur. Nicolaus Dux Ptolomæi anguſtias ad Libanum occupat, ſed inde dejicitur, duobus millibus ferè occiſis & Syriam Antiochus ingreſſus usq; ad Samariam progreditur, inde in hyberna redit*. Urbes ab Antiochô captas, qvi nominatim vult cognoſcere, conſulere poterit *Polybium l. c*. In voce מָעֻזּוֹ poſitum eſſe ה loco Vav, (per alternationem literarum אהוי conſvetam,) notant hîc Maſorethæ.

Poriſmata ex Verſu X.

1. Filiorum eſt, parentum ſuorum tueri aut recuperare gloriam; ita tamen ut hoc fiat legitimè, nec qvicqvam committatur contra veritatem aut juſtitiam, ne cœcis aliqvis rapiatur carnis affectibus.

2. Diſſidia declinant homines pii, qvoad poſſunt, *Rom. XII, 18*. à qvâ Apoſtoli regulâ ne magnates qvidem exludere ſe jure poſſunt, ut ne temerè laceſſant alios, aut ad bella, nondum omnibus tentatis pacificandi mediis facilè proſiliant: pretioſus namq; in ipſorum oculis omninò eſſe debet humanus ſangvis, pietatis honeſtatisq; inter ſubditos vigor, qvi aliàs proſcribi ſolet bellis invaleſcentibus, &c.

3. Exercitu carere neqvit, qvi vel potentem invaſorem vult depellere, vel bona injuſtè ſibi erepta recuperare.

4. Infinita bellorum ſunt incommoda, qvæ inſtar *diluvii* terras miſerè peſſundant, vaſtatis templis, urbibus, pagis, vineis, hortis, imò hominibus ad Dei imaginem conditis.

וְיִתְעָרַב

VERSUS XI. וְיִתְמַרְמַר מֶלֶךְ הַנֶּגֶב *Et provocatus Rex Auſtri.*
Inchoat hic congreſſio Antiochi cum Rege Auſtrali
per hunc Ægypti Regem ſine dubiô intelligitur Ptolomæus Philopa-
tor, κατ' ἀντίφρασιν h. m. appellatus, utpote qvi interfeciſſe dicitur
patrem, matrem, fratrem, ſororem & uxorem, captus illecebris
thocleæ meretricis; (Ita Cœleſtinus *in clave Daniel. fol.*
Calviſius *ad ann. M. 3729.* ſcribunt, ipſum à matris
gnum eſſe auſpicatum, annisq; regnaſſe novem.
ciatur, qvòd יִתְמַרְמַר *exacerbatus ſit*, æqvè ut
arietem, *c. IIX, 7.* ubi vocem hanc jamjam examinav
tus h. l. remotè nimis reddidit per *provocari*.

וְנִלְחַם עִמּוֹ עִם־מֶלֶךְ הַצָּפוֹן

Egredietur & pugnabit adverſus Regem
tractatûs nim. pacis res geri cœpit armis, adeò
pum productus fuerit exercitus, qvomodo *egredi*
ſimili materiâ occurrit paſſim, ut *Gen. XIV, 18.*
IV. 15. Speciatim tamen egreſſum hunc deſcribit
mæus iter per Peluſium fecerit, & per Caſſium
caſtrametatus fuerit qvinqvaginta ſtadia ab urbe
prima civitatum Syriæ Ægyptum adſpiciens.
citu Antiochus, & vix qvinq; ſtadiis procul hoſtibus
tandum verò, qvòd, vitandæ ambiguitatis cauſâ,
ipsô, ſubjungatur ſtatim diſertè ipſummet nom
ptentrionali; hujusmodi exempla ſunt Exod. II, 6.
הַיֶּלֶד *puerum* it. 2. Sam. VI, 4. Plura adhuc ad
Grammat. p. 126. n. 3.

וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רָב *Et præparabit multitu*

Potiùs: *Et ſtare faciet*, vel ſiſtet *multitudin*
refert Calviſius *ex Polybiô*, Ptolomæus exercitum
elephantos 73. Antiochus verò produxit 78000.
atq; duos elephantos. Paulò aliter *Pererius*;
habuit ultra 70000. peditum, eqvitum 5000.
62. millia peditum & 6000. eqvitum, elephan
ſunt Antiochi naves tectæ 30. & onerariæ qv

וְנִתַּן הֶהָמוֹן בְּיָדוֹ׃ *Et dabitur multi*

Eſt hic prælii eventus, qvô poſtqvam

& cornu qvidem, cui Antiochus præfuerat, viciſſet, alterum tamen unà cum acie mediâ ſuccubuit, cæſis ad 10000. & ampliùs, vivisq; captis circiter 4000. nec non compluribus elephantis; unde Ptolomæus totam recuperavit Cœleſyriam, civitatibus populisq; certatim victori ſe tradentibus.

Poriſmata ex Verſu XI.

1. Exacerbatio ſive fervor animi, profectus ex injuſtâ ſubditorum ſuiq; læſione, non improbatur, modò intra terminos ira poſtmodùm ſe contineat: qvâ ratione Saul laudabiliter incandeſcebat ob injuriam Jabeſitis à Nahaſô intentam *1. Sam. XI, 6.*

2. Exercitûs numeroſitati fidendum non eſt: infiniti namq; ſunt modi, qvibus idem annihilari poteſt, v. g. diſſidiis internis, lue, fame, inſectis, &c.

3. Victoria eſt à Deô: ipſe ſiqvidem eſt, qvi copias victori *tradit in manum ipſius, Pſ. CXLIV, 10. Prov. XXI, 31. Judith. IX, 16.*

וְנִשָּׂא הֶהָמוֹן יָרוּם לְבָבוֹ

Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor ejus.) Conſeqventia hæc ſunt congreſſionis tertiæ, nimirum tùm faſtuoſa animi victoris elatio, tùm ſiniſtra victoriæ uſurpatio. Ita namq; verbum hoc נִשָּׂא in Niphal nunqvam aliter accipitur, qvàm *elevari* aut *in altum extolli*, ſive id fiat per realem dignitatis, æſtimii aut potentiæ adeptionem, ſive per altitudinis imaginariam præſumtionem. Confer *Eſa. II, 2. c. LII, 13. Mich. IV, 1.* Adeòq; idem iſte exercitus magnus, qvem Rex Auſtri *v. 11.* collegiſſe dicebatur, æſtimari ob victoriam & res proſperè ſuccedentes non parùm cœpit tàm apud devictos, qvàm apud gentes vicinas reliqvas; idcircò, ut fieri ſolet, *exaltabatur cor ejus*, videl. tàm exercitûs, qvàm Regis, exercitui huic imperantis. De phraſi alterâ, qvâ *cor alicujus extolli* dicitur, qvando ob proſperos ſucceſſus inſoleſcit, alios contemnit, inſolidi qvid de ſe præſumit, ſecuritati faſtuiq; indulget, &c. conferantur textûs ſeqventes: *Deut. XVII, 20.* לְבִלְתִּי רוּם לְבָבוֹ *ne elevetur cor ejus* (Regis) *præ fratribus ſuis*, Ezech. XXXI, 10. וְרָם לְבָבוֹ *elevatum eſt cor ipſius ob eminentiam ſuam.* Adde *c. XXIIX, 2. 5. 17. c. XXVI, 16.* Nota Maſoretica geminam hîc nobis refert lectionem, tum præteriti וְרָם tum futuri יָרוּם *exaltabitur*, citra ullam tamen ſenſûs diſcrepantiam. Qvoad prius verbum notari adhuc poteſt,

VERSUS XII.

נשׂא

 poſſe

poſſe illud ſalvis Grammaticorum principiis, activè etiam reddi: *tollet* vel *abſumet*; ita ſcil. ut ſit præteritum Piel, qvâ in formâ legitur etiam Amos IV, 2. נִשָּׂא *auferet vos hamis, &c.* hâc ratione ſenſus foret, Regem Auſtralem abſumpturum eſſe exercitum illum Syriacum, qvi in manus ejus fuerat traditus *v. 11.* Qvorſum etiam tendit *Lutherus*: Und wird denſelben Hauffen wegführen.

וְהִפִּיל רִבֹּאוֹת וְלֹא יָעוֹז׃

Et dejiciet multa millia, ſed non prævalebit.) Alterum ſuccedit conſeqvens, qvô potentia per victoriam impetrata, parùm tamen ſtabilis prædicitur, ſiqvidem *licèt cadere fecerit* vel proſtraverit (הִפִּיל) multas *myriades*, *non tamen roborabitur*, h. e. robur illud
ו etiamſi. continuabitur hautqvaqvam. Præfixum ו ante verbum commodiſſimè redditur *etiamſi, licèt*: hujusmodi exempla ſunt, *Pſal. CXLI, 6. Cohel.*
נפל *IX, 16.* it. ſuprà *cap. IX, 25.* Deinde verbum נָפַל *cecidit*, in Hiphil eſt *proſtravit*, ſicut fieri ſolet in clade, ubi ſaucii cadunt magnô numerô, atq; è ſuis intereunt vulneribus. Conf. *Prov. VII, 26. Ezech. VI, 4. 2. Reg. XIX, 7. Eſa. XXXVII, 7. Jer. XIX, 7.* Proſtrati vocantur רִבֹּאוֹת *my-*
רבוא *riades*, cujus ſingularis רִבּוֹא occurrit *Eſr. II, 64.* & *Neh. VII, 66.* ubi egredientium ſumma dicitur fuiſſe *qvatuor* רִבּוֹא *myriades*, (h. e. qvater decem millia;) אַלְפַּיִם *duo millia*, & Nehem. VII, 72. *fuerunt auri drachmarum* שְׁתֵּי רִבּוֹא *bis decem millia.* Alia forma רִבּוֹ deprehenditur *1. Paral. XXIX, 7. Jon. IV, 11.* pluralis רִבֹּאוֹת legitur tùm hîc, tùm *Eſr. II, 69. & Neh. VII, 71.* & absq; א רִבּוֹת *Neh. VII, 71.* Sine dubiô verò pluralis hic *myriadum*, indefinitè poſitus, de immenſâ nos cogitare jubet multitudine interfectorum, qvi non ſolùm in acie illâ grandi, ſed & in fugâ, aliisqꝫ conflictibus particularibus occubuerunt paſſim. Vide, ſi lubet, eandem Synecdochicam locutionem *1. Sam. XIIX, 7. Pſ. III, 6. Pſ. XCI, 7.* Qvæ omnia tamen non effecerunt, ut Ptolomæus יָעוֹז *roboraretur*, qvin imò licèt Antiochus omnem, (verba ſunt *Hieronymi* ad h. l.) amiſerit exercitum, & per deſerta fugiens penè captus fuerit ipſe, fœdere tamen & qvibusdam conditionibus pugna finita eſt. Imò, *Juſtini* verba ſunt Lib. 30. *ſpoliaviſſet* (Ptolomæus) *regnô Antiochum, ſi fortunam virtute juviſſet. Contentus tamen recuperatione urbium, qvas amiſerat, factâq; pace, avidè materiam qvietis arripuit, revolutusq; in luxuriam occiſâ Eurydice uxore, eâdemq; ſorore ſua, Agathocleæ meretricis capitur illecebris, & regii nominis ac majeſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conviviis conſumſit.* Qvæ ſanè profani

Scriptoris

Digitized by Google

Scriptoris verba liqvidiſſimum Prophetæ noſtri exhibent Commentarium. Addi adhuc poteſt illa Grammaticorum obſervatio, qvâ verbum actûs ponitur pro ejusdem continuatione, v. g. *Levit. VI, 2.* ignis altaris *ſuccendetur*, h.e. ſuccenſus continuabitur; 2. Paral. XXIX, 11. *ne erretis*, h.e. ne errare pergatis, Pſal. LXIX, 15. *ne infigar*, h.e. ne infixus permaneam ex *v. 3.* ſic ſuprà c. II, 24. *ne perdas*, h.e. ne perdere pergas *ex verſ. 13.* Ita igitur & h.l. *non roborabitur*, h.e. robur victoriâ impetratum non continuabitur. Qvoad verbum עָזַז *robuſtus fuit*, conferatur Jud. III, 10. *& corroborata fuit manus ejus contra Cuſchan.* c. VI, 2. *& corroborata fuit manus Midian contra Iſraëlem*, h. e. imperârunt ei, onera impoſuerunt, ſpoliârunt pro lubitu, &c. עזז

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Vitium homini familiariſſimum & qvodammodò inſeparabile eſt, elevari rerum proſperô ſucceſſu ac inſoleſcere.

2. Victori etiam decedere rurſus poteſt robur paratum, niſi piè in Dominô, & maſculè contra hoſtem nova ſemper molientem, victoriâ ſemel partâ nôrit uti.

3. Aliud tamen eſt, omnia pacificandi media inſolenter, avaritiæ faſtûsq; ſtudiô, ſupplicanti hoſti denegare, aliud, deſidiæ ac voluptatis ſolùm cauſâ ſubterfugere conflictus in cauſâ juſtâ ulteriores.

וְשָׁב מֶלֶךְ הַצָּפוֹן *Convertetur enim Rex Aqvilonis.*

Qvartus hic eſt conflictus, ubi (א) pars pacem rumpens ſiſtitur Rex Aqvilonis, videl. Antiochus, potenter adeò debellatus, *v. 11. & 12.* qvi ignominiæ impatiens, vindictæq; ut & terrarum amiſſarum cupidiſſimus, redintegravit bellum niſu incredibili, ut ſeqvitur. *Reverti* dicitur, ob fugam antehàc ſusceptam, manusq; victori præbitas. VERSUS XIII.

וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רַב מִן־הָרִאשׁוֹן

Et præparabit multitudinem multò majorem, qvàm priùs.) Traditur hîc (ב) apparatus, ita ut הֶעֱמִיד *ſtare fecerit* (Germ. auff die Beine bringen/) *copiam*, qvoad pedites, eqvites & elephantos, ratione numeri armorumq; *magnam*, imò comparatè, *præ priori exercitu* longè validiorem; Vide *v. 11.* Congregatio iſthæc militum facta eſt, ut *Hieronymus* ſcribit, de ſuperioribus Babiloniæ locis: occaſionem belli inſtaurandi Antiocho præbuit Ptolomæi ignavia ac mores diſſoluti, qvos prolixè depingit *Juſtinus Lib. 30.* qvem conſule.

poſſe illud ſalvis Grammaticorum principiis, activè etiam reddi: *tollet* vel *abſumet*; ita ſcil. ut ſit præteritum Piel, qvâ in formâ legitur etiam Amos IV, 2. נִשָּׂא *auferet vos hamis, &c.* hâc ratione ſenſus foret, Regem Auſtralem abſumpturum eſſe exercitum illum Syriacum, qvi in manus ejus fuerat traditus *v. 11.* Qvorſum etiam tendit *Lutherus*: Und wird denſelben Hauffen wegführen.

וְהִפִּיל רִבֹּאוֹת וְלֹא יָעוֹז׃

Et dejiciet multa millia, ſed non prævalebit.) Alterum ſuccedit conſeqvens, qvô potentia per victoriam impetrata, parùm tamen ſtabilis prædicitur, ſiqvidem *licèt cadere fecerit* vel proſtraverit (הִפִּיל) multas *myriades*, *non tamen roborabitur*, h. e. robur illud continuabitur hautqvaqvam. Præfixum ו ante verbum commodiſſimè redditur *etiamſi, licèt*: hujusmodi exempla ſunt, *Pſal. CXLI, 6. Cohel. IX, 16.* it. ſuprà *cap. IX, 25.* Deinde verbum נָפַל *cecidit*, in Hiphil eſt *proſtravit*, ſicut fieri ſolet in clade, ubi ſaucii cadunt magnô numerô, atq; è ſuis intereunt vulneribus. Conf. *Prov. VII, 26. Ezech. VI, 4. 2. Reg. XIX, 7. Eſa. XXXVII, 7. Jer. XIX, 7.* Proſtrati vocantur רִבֹּאוֹת *myriades*, cujus ſingularis רִבּוֹא occurrit *Eſr. II, 64.* & *Neh. VII, 66.* ubi egredientium ſumma dicitur fuiſſe *qvatuor* רִבּוֹא *myriades*, (h. e. qvater decem millia;) אַלְפַּיִם *duo millia*, & Nehem. VII, 72. *fuerunt auri drachmarum* שְׁתֵּי רִבּוֹא *bis decem millia.* Alia forma רִבּוֹ deprehenditur *1. Paral. XXIX, 7. Jon. IV, 11.* pluralis רִבֹּאוֹת legitur tùm hîc, tùm *Eſr. II, 69. & Neh. VII, 71.* & absq; א רִבּוֹת *Neh. VII, 71.* Sine dubiô verò pluralis hic *myriadum*, indefinitè poſitus, de immenſâ nos cogitare jubet multitudine interfectorum; qvi non ſolùm in acie illâ grandi, ſed & in fugâ, aliisq; conflictibus particularibus occubuerunt paſſim. Vide, ſi lubet, eandem Synecdochicam locutionem *1. Sam. XIIX, 7. Pſ. III, 6. Pſ. XCI, 7.* Qvæ omnia tamen non effecerunt, ut Ptolomæus יָעוֹז *roboraretur*, qvin imò licèt Antiochus omnem, (verba ſunt *Hieronymi* ad h. l.) amiſerit exercitum, & per deſerta fugiens pene captus fuerit ipſe, fœdere tamen & qvibusdam conditionibus pugna finita eſt. Imò, *Juſtini* verba ſunt Lib. 30. *ſpoliaviſſet* (Ptolomæus) *regnô Antiochum; ſi fortunam virtute juviſſet. Contentus tamen recuperatione urbium, qvas amiſerat, factâq; pace, avidè materiam qvietis arripuit, revolutusq; in luxuriam occiſâ Eurydice uxore, eâdemq; ſerore ſuâ, Agathocleæ meretricis capitur illecebris, & regii nominis ac majeſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conviviis conſumſit.* Qvæ ſanè profani

Scriptoris

ו etiamſi.

נפל

רבוא

Digitized by Google

Scriptoris verba liqvidiſſimum Prophetæ noſtri exhibent Commentarium. Addi adhuc poteſt illa Grammaticorum obſervatio, qvâ verbum actûs ponitur pro ejusdem continuatione, v. g. *Levit. VI, 2.* ignis altaris *ſuccendetur*, h. e. ſuccenſus continuabitur; 2. Paral. XXIX, 11. *ne erretis*, h. e. ne errare pergatis, Pſal. LXIX, 15. *ne infigar*, h. e. ne infixus permaneam ex *v. 3.* ſic ſuprà c. II, 24. *ne perdas*, h. e. ne perdere pergas *ex verſ. 13.* Ita igitur & h. l. *non roborabitur*, h. e. robur victoriâ impetratum non continuabitur. Qvoad verbum עָזַז *robuſtus fuit*, conferatur Jud. III, 10. *& corroborata fuit manus ejus contra Cuſchan.* c. VI, 2. *& corroborata fuit manus Midian contra Iſraëlem*, h. e. imperârunt ei, onera impoſuerunt, ſpoliârunt pro lubitu, &c. עזז

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Vitium homini familiariſſimum & qvodammodò inſeparabile eſt, elevari rerum proſperô ſucceſſu ac inſoleſcere.

2. Victori etiam decedere rurſus poteſt robur paratum, niſi piè in Dominô, & maſculè contra hoſtem nova ſemper molientem, victoriâ ſemel partâ nôrit uti.

3. Aliud tamen eſt, omnia pacificandi media inſolenter, avaritiæ faſtûsq; ſtudiô, ſupplicanti hoſti denegare, aliud, deſidiæ ac voluptatis ſolùm causâ ſubterfugere conflictus in causâ juſtâ ulteriores.

וְשָׁב מֶלֶךְ הַצָּפוֹן *Convertetur enim Rex Aqvilonis.*

Qvartus hic eſt conflictus, ubi (א) pars pacem rumpens ſiſtitur VERSUS XIII.
Rex Aqvilonis, videl. Antiochus, potenter adeò debellatus, *v. 11. & 12.* qvi ignominiæ impatiens, vindictæq; ut & terrarum amiſſarum cupidiſſimus, redintegravit bellum niſu incredibili, ut ſeqvitur. *Reverti* dicitur, ob fugam antehàc ſuſceptam, manusq; victori præbitas.

וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רַב מִן־הָרִאשׁוֹן

Et præparabit multitudinem multò majorem, qvàm priùs.) Traditur hîc (ב) apparatus, ita ut הֶעֱמִיד *ſtare fecerit* (Germ. auff die Beine bringen/) *copiam*, qvoad pedites, eqvites & elephantos, ratione numeri armorumq; *magnam*, imò comparatè, *præ priori exercitu* longè validiorem; Vide *v. 11.* Congregatio iſthæc militum facta eſt, ut *Hieronymus* ſcribit, de ſuperioribus Babiloniæ locis: occaſionem belli inſtaurandi Antiocho præbuit Ptolomæi ignavia ac mores diſſoluti, qvos prolixè depingit *Juſtinus Lib. 30.* qvem conſule.

Digitized by Google

וּלְקֵץ הָעִתִּים שָׁנִים יָבוֹא בוֹא בְּחַיִל גָּדוֹל וּבִרְכוּשׁ רָב׃

Et in fine temporum annorumq; veniet properans cum exercitu magnô & opibus nimiis.) Apparatum ſubſeqvitur (ב) invaſio ipſa, expreſſa tùm tempore, tùm ingreſſu, tùm copiis. (α) Tempus notatur h. m. *in fine* הָעִתִּים *horum temporum* שָׁנִים *annorum*, h. e. elapſis finitisq; qvibusdam annis. Sic ſuprà *v. 6.* dicebatur: *in fine annorum*; it. *2. Paral. XIIX, 2.* לְקֵץ שָׁנִים h. e. *finitis aliqvot annis deſcendit Joſaphat ad Achabum*. Nehem. XIII, 6. לְקֵץ יָמִים h. e. *finitis aliqvot diebus poſtulavi à Rege*: Sic Lutherus h. l. nach etlichen Jahren. Præmittitur tamen h. l. vox עִתִּים *tempora*, qvæ latior adhuc eſt ſeqvente alterâ שָׁנִים *anni*, ſine dubiô, qvia prolixior inter cladem redintegratamq; hanc invaſionem interceſſit mora, qvæ non tàm menſibus, qvàm annis menſuranda fuit. Pluralis hic vocis עֵת *tempus* jam adfuit c. IX, 25. *in anguſtiâ temporum*. Inter hæc et duo nomina facilioris nexûs ergò ſubintelligi poteſt copula, ſicut Eſ. LXIII, 11. *recordatus eſt Moſis* (&) *populi ſui*, Hab. III, 11. *Sol* (&) *luna ſtetit*. Si *Calviſii* inhæreamus calculo, integrum poſt acceptam cladem ſexennium elapſum eſt, anteqvam Antiochus Syriam Ptolomæo rurſus eriperet, ipſiusq; expelleret Præfectos, videl. A. M. 3739. imò annô 3746. demum idem hic Antiochus cum Philippô Macedoniæ Rege pactionem fecit de tollendô Ptolomæô Epiphane adhuc puerô ferè, & occupandô dividendôq; invicem Ægypti regnô. (β) Ingreſſus cogitare nos jubet de Antiochi audaciâ, qvi prædicente angelô non expectabit hoſtem, donec ſuos turbet limites, verùm ultrò יָבוֹא *veniet* intra regni Ægyptiaci provincias, & qvidem בוֹא *veniendo*, h. e. certò, infallibiliter, feſtinanter, cùm ſtrepitu. Sic namq; intendi ſolet actio, qvando ejusdem verbi modus & finitus & infinitus conjungutur. *Luth.* Er wird daher ziehen/ h. e. pompoſè, formidabiliter, audacter, ut *v. 10.* (γ) Copiæ exprimuntur tum voce חַיִל *exercitus, robur*, de qvâ *verſ. 7.* tùm רְכוּשׁ *facultates*, qvâ voce comprehenditur omnis apparatus bellicus, curruum, ſcalarum, arietum, machinarum, haſtarum, gladiorum, &c. it. pecunia, tanqvam rerum gerendarum nervi, nec non alia ſuppellex militatis, qvalis in caſtris, obſidionibus, præliisq; reqviri ſolet. Ita namq; vox hæc, deſcendens à רָכַשׁ *acqviſivit*, רכשׁ
comparavit, legitur de facultatibus ex Sodom direptis, *Gen. XIV, 11. 16. 21.* de facultatibus regiis, v. g. Hiskiæ, *2. Paral. XXXII, 29.* Joram, c. XXI

c. XXI,17. Joſiæ, *c. XXXV, 7.* qvarum certi erant præfecti, *1. Paral. XXVII, 31. c. XXIIX, 1.* Sic de ſuppellectile exercitûs Moabi, Ammonis & Edom, qvam diripuit Joſaphat victor, occurrit *2. Paral. XX, 25.* de facultatibus præter aurum & argentum, *Eſr. I, 4. 6.* utriſq; tàm exercitui, qvàm facultatibus epitheta addûntur; *magnus & multus*, ne Ægyptus eadem viliſpendat fortè aut ſecuritati porrò indulgeat.

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Sæpè etiam victis redit in præcordia virtus. Nemini igitur de ſucceſſibus gloriandum, otiandum, deliciisvé indulgendum. Hoc ſicut uſu venit in re bellicâ, ſic in qvotidianâ qvoq; carnis mundiq; oppugnatione: redit ſiqvidem Dæmon depulſus antehac, fiuntq; ultima pejora primis, *Luc. XI, 24.*

2. Exercituum variæ ſunt vices, æqvè ut lunæ; modò creſcunt, modò decreſcunt; jam valent, animoſi ſunt, abundantq; commeatu, atq; aliis ad vincendum neceſſariis; mox tamen liqveſcere incipiunt, lue, anonnæ penuriâ, terrore panicô, &c.

3. Filii hujus ſeculi parùm curare ſolent fœderum fidem, verùm datâ ruptionis occaſione qvalicunq;, (cujus generis erat hîc mors Philopatoris, infantia regii hæredis, defectus ducum bellicorum, &c.) reſcinduntur pacta omnia, qvanqvam non deeſſe ſoleat fucus: qvod hodierna qvoq; aliqvoties docuerunt (ut vocantur,) Manifeſta vel Apologiæ reſilientium. Huc Papiſtarum praxis, (licèt regulam nonnulli mordicùs impugnent, atq; à ſe alienam clamitent,) *Hæreticis non eſſe ſervandam fidem.*

וּבָעִתִּים הָהֵם רַבִּים יַעַמְדוּ עַל־מֶלֶךְ הַנֶּגֶב

Et in temporibus illis multi conſurgent adverſus Regem Auſtri.) En (ר) Antiochi auxiliares, qvi deſcribuntur tanqvam רַבִּים *multi*, tàm ex incircumciſis, (ſicuti jam meminimus de Philippô Rege Macedonum,) qvàm circumciſis ipſis Judæis: aſſiſtentia verò colligitur ex phraſi: *ſtare contra Regem Auſtri*, h.e. eidem nolle ampliùs parere, ſed ſeſe adjungere inſurgenti hoſti publico, & damna Regi Ægyptiaco inferre: Confer *2. Sam. XIIX, 13. 1. Pet. V, 5. Obad. v. 11.* VERSUS XIV.

וּבְנֵי פָּרִיצֵי עַמְּךָ יִנַּשְּׂאוּ

Filii qvoq; prævaricatorum populi tui extollentur.) Pertinet hoc ad Judæos, qvi vocantur *filii latronum*, h.e. homines latro-

cinantes; qvomodo filii nobilium ponuntur pro nobilibus, *Cohel. X, 17.* filii peregrini pro peregrinis, *Pſ. XIX, 45.* filii egeni pro egenis, *Pſ. LXXII, 4.* filii Græcorum pro Græcis, *Joël. III, 6. (vel 11.)* filii Æthiopum pro Æthiopibus, *Amos IX, 7.* Per פָּרִיץ (à פָּרַץ *dirupit, irrupit, perrupit,*) intelligitur is, qvi violenter repagula effringit, v. g. legum, pactorum, honeſtatis, &c. adeòq; vim infert alteri non meritò. Ita ſiqvidem qvinqvies adhuc vox hæcce occurrit, *Pſ. XVII, 4.* obſervavi vias פָּרִיץ *effractoris: Eſ. XXXV, 9.* non erit ibi leo, nec פָּרִיץ *perfringens beſtia* adſcendet per eam. *Jer. VII, 11.* ut ſpelunca פָּרִיצִים *latronum* facta eſt domus hæc: *Ezech. VII, 22.* violabunt aditum meum, & introibunt illuc פָּרִיצִים *graſſatores: & c.* XILX, 10. ſi genuerit filium פָּרִיץ *latronem,* effundentem ſangvinem, &c. Ex qvorum locorum collatione facilè colligitur, etiam h. l. tales notari homines factioſos, qvi violentiam præferant juri, qvi latrocinia, turbasq; publicas ament ſpe prædæ, qvi gaudeant profuſione ſangvinis, &c. Non alios verò qvàm Judæos deſignari, docet vocula עַמְּךָ *populi tui,* de qvâ phraſi vide *cap. IX, 24. & c. X, 14. Grotius* de iis interpretatur Judæis, qvi in gratiam Ptolomæi Evergetæ, cùm is Scopam miſiſſet, & per eum pleraq; Judææ ſui juris feciſſet, à religione defecerunt. De his porrò Antiochi ſociis enunciatur יִנָּשְׂאוּ *efferentur,* h. e. tàm audaces fient, ut inſuper habitâ Ægyptiorum potentiâ opinentur, ſe ſatis validos ad ſuſtinendos depellendosq; ipſorum impetûs hoſtiles. Vide de verbô hôc *v. 12.* Qvòd ſi tamen hoc hiſtoriæ minùs conveniens dixeris, poterimus hanc *elationem* inſolentemq; Judæorum adverſationem accipere abſolutè, ita ſc. ut cùm iisdem magis competiiſſet ſubmiſſio pacifica, elati tamen fuerint facti, adeò ut arma ſumerent atq; Antiochi infringere conarentur progreſſus, licèt maximô cum ſuô damnô, inſolentisq; ac temerariæ hujusmodi pugnacitatis pœnâ.

לְהַעֲמִיד חָזוֹן *Ut impleant viſionem.*

Eſt hoc elationis modò dictæ conſeqvens vel concomitans, ſiqvidem illâ ipſâ temerariâ inſolentiâ *ſtatuminabitur viſio,* h. e. tanqvam vera, conſtans ac immota probabitur, qvando Deus huncce ſuum populum jamdudū deſcripſit tanqvā ingratum, refractarium, ſangvinolentū, &c. *Devt. XXXII, 15. 28. ſeqq.* qvam ipſam qverelam per ſingulas fermè viſiones ſuas repetiverunt Prophetæ ſinguli, infauſta inſimul qvæq; ruinamq; ultimam populo huic vaticinantes. Hôc modô de veteribus prophetiis, qvæ legum contemtoribus omnia mala denunciant,

accepit

Digitized by Google

accepit etiam *Grotius*. Nonnulli, ut *Geſnerus*, per *viſionem* ſpecialiter intelligunt illud Eſaiæ oraculum, qvô *c. XIX, 19.* vaticinatus eſt de altari, Domino in terrâ Ægypti extruendô, qvam ipſam viſionem Onias ad Ægyptios transfuga; impleturum ſe promiſit, ædificandô illîc templum, Hieroſolymitano ſimile, qvod ipſum qvoq; templum Ægyptiacum perduravit ad tempora usq; Titi Veſpaſiani, veluti pluribus ex Joſephô commemorant *Hieronymus, Pererius, Polanus,* &c. Verùm cùm hæc templi extructio non ſteterit à partibus Antiochi, ſed potiùs Ptolomæi, cùm eadem etiam cœperit temporibus demum Ptolomæi Philometoris, non verò Epiphanis, (de qvô tamen Epiphane hîc ſermo,) cùm extructionem qvoq; illam non ſecuta fuerit ea ſtrages, de qvâ hîc immediatè ſeqvitur, meritò ambigimus, num ad illum Eſaiæ textum habitus ab Angelô ſit reſpectus. Commodiùs *viſionem* referemus ad ipſam hanc, qvæ jam traditur, Evangelicam revelationem, qvòd Judæi ipſam confirmatu[illegible]nt ſuâ tùm temerariâ inſolentiâ, tùm ultrò ſibimet accerſitâ plagâ, vera ſcil. eſſe etiam reliqva, qvæ in hôc angelicô traduntur ſermone. *Jacchiades* ita exponit: Multi efferent ſe ad explicandum viſiones, nempè fore tandem, ut Rex Auſtri incidat in manus Regis Aqvilonaris: ſed corruent, h. e. omnes ſuſpendentur de lignô, qvia negotium innoteſcet Regi. Sed qvomodo hæc fluant ex voce לְהַעֲמִיד ad ſtabiliendum, nondum à Rabbinô hôc oſtenſum fuit.

וְנִכְשָׁלוּ *Et corruent.*

Eventus hic eſt aſſociationis adeò tumultuoſæ ac refractariæ, nim. *ruina*, dum variis ſe immerſerunt infortuniis, vitamq; perdiderunt ipſam. Plura de hâc voce Prov. IV, 12. *ſi cucurreris, non* תִכָּשֵׁל *impinges*, vel corrues.

Poriſmata ex Verſu XIV.

1. Qvò fortuna, eò & favor hominum inclinat. Qvamdiu Ptolomæus Philopator victoriâ ſucceſſibusq; pollebat adverſus Antiochum optatis, tamdiu applaudebant adhærebantq; vicini omnes; nunc verò eôdem defunctô, hæredem minorennem amici deſtituunt fermè omnes.

2. In populô Dei nunqvam defuêre refractarii, effractores legum atq; honeſtatis, graſſatores ſangvinarii, &c. Nunqvam enim ſperanda Eccleſiæ mundities à Donatiſtis, Novatianis, Catharisq; prodita, aut

aut qvam ſibi imaginantur Anabaptiſtæ: Confer inter cæteros Arcularium *Tom. 1. Diſpp. Marpurg. p. 394.* B. Gerh. *Tom. 2. Diſpp. Academ. p. 215.* Brochmand. *in locô de Eccleſiâ qvæſt. 18. & 19.* De Brovvniſtis ſive Separatiſtis Anglis, qvi eam negant Eccleſiam veram, cui immixti ſint impii, videatur Hornbeck *de controv. Relig. p. 644.*

3. Elatio & caſus indivulſô cohærent nexu, ſicuti præſens non ſolùm docet textus, verùm loci etiam alii qvàmplurimi, ut *Matth. XXIII, 12. Luc. XIV, 11. c. XIIX, 14. Prov. XVI, 18. &c.*

4. Ruina in peccatum poſt ſe trahit ruinam in varia infortunia mortemq; tandem ipſam, tàm temporalem, qvàm æternam.

וְיָבֹא מֶלֶךְ הַצָּפוֹן וְיִשְׁפֹּךְ סֹלְלָה וְלָכַד עִיר מִבְצָרוֹת

VERSUS XV. *Et veniet Rex Aqvilonis, & comportabit aggerem, & capiet urbes munitiſſimas.*) Seqvitur jam (ויבא) ſucceſſus expeditionis Syriacæ, ita ut denuò fiat mentio *adventûs*, de qvô jam dictum *v. 13.* additâ ſimul occupatione urbis munitiſſimæ. Obſidio antecedens exprimitur *aggeris extructione*: ubi vox סֹלְלָה descendens à סלל *aggeſſit, contumulavit, in altum extulit*, propriè ſignificat ejusmodi terræ cumulum, qvi certô ordine & ſecundùm ſuas lineas aliqvem locum cingit, poſt qvem alius latitare poteſt commodè, omnemq; adeò elabendi rimam præcludere obſeſſis. Ita namq; occurrit, & qvidem ſemper cum verbô שָׁפַךְ *effudit*, (exceptis locis, *Jer. XXXII, 24. & cap. XXXIII, 4.*) v. g. 2. Sam. XX, 15. *obſederunt Sebam in Abela, & effuderunt aggerem juxta civitatem.* 2. Reg. XIX, 32. *non effundet aggerem contra civitatem hanc*, it. *Eſ. XXXVI, 33. Jer. VI, 6. Ez. IV, 2. c. XVII, 17. c. XXI, 27. & c. XXVI, 8.* Kimchi qvidem *in librô rad.* exponit de baliſtâ, qvâ lapides projiciuntur intra urbem; verùm annon concinnior ſit verſio modò dicta, tàm ratione originis, qvàm ratione uſûs in textibus allegatis, ipſa docebit collatio diligentior. Videatur etiam Pagnini *Lexicon per Mercerum.* Hinc appoſitè *Lutherus*: wird Schütte machen. *Belgæ*: eenen Wal opwerpen. Poſt obſidionem eſt expugnatio, incluſa verbô לָכַד *cepit, occupavit*, qvomodo Joſua occupavit urbem Ai, *c. IIX, 21. c. X, 1.* Makedam, *c. X, 28.* Kiryatſepher *c. XV, 16. Jud. I, 12.* Aſſyrius Samariam, *2. Reg. XVII, 6. &c.* De capturâ perſonarum hoc ipſum legitur verbum, *Joſ. XI, 12. 17. Dan. XI, 18. Jer. XXXVI, 22.* Confer *Prov. XVI, 32.* Id deniq;, qvod expugnandum erat, vocatur *urbs munitionum*, h. e. inſigniter præ cæteris munita. Ita namq;

Marginalia: סלל — שפך — לכד

vox

Digitized by Google

vox מִבְצָר (à בָּצַר *munivit, occluſit*, muris putà, turribus, foſſis vallisvè,) legitur de civitatum externô adverſus hoſtium invaſiones apparatu aut munitione paſſim; adeòq; ut *civitates munitionis* ſunt civitates munitæ, *Joſ. X, 20. c. XIX, 35. Num. XXXII, 36.* ita viciſſim in ſingulari, *civitas munitionum* erit civitas multiplice omnigenâq; adverſus hoſtes defenſione gaudens. Confer *Pſ. CIIX, 11.* qvis ducet me ad *urbem munitionis?* it. infrà hôc *cap. XI, 34. 39. Pſ. LXXXIX, 40.* Forma fœminina pluralis מִבְצָרוֹת nonniſi h. l. occurrit, cùm alibi ſit maſculina מִבְצָרִים, ſenſu tamen eôdem. Sicut verò aliàs non rarò ſingularis collectivè ſolet ſumi, v. g. Gen. III, 8. *in mediô arboris*, h. e. arborum, Exod. XIV, 17. *in curru & eqvitibus ejus*, h. e. in curribus: c. XV, 2. 21. *eqvum & ſeſſorem ejus* projecit in mare, h. e. eqvos & eqvites: Pſ. VI, 7 *lacrymâ meâ*, Pſ. IIX, 9. *avem*, Pſ. XI, 3. *ſagittam* eorum, &c. ita & h. l. non incommodè vel munitionem regni præcipuam, vel urbes intelligimus munitas plures, qvas ſibi ſubjugavit Antiochus oppugnans, aut minis tamen ſibi ſubjiciens. Hinc Lutherus: wird feſte Stådte gewinnen/ & in margine: nicht in Egypten/ſondern in den Stådten Syriæ und Judææ/ die zuvor des Ptolomæi waren. Juvat hîc aſcribere Hieronymi interpretationem: *Antiochus M. volens Judæam & Syriæ urbes --- recuperare, maximô cum exercitu venit in eam regionem, & Scopam Ducem Ptolomæi juxta fontes Jordanis, ubi nunc Paneas condita eſt, in eô certamine fugavit, & cum decem millibus armatorum obſedit clauſum in Sidone. Ob qvem liberandum miſit Ptolomæus duces inclytos, Eropum & Menocleam & Damoxenum. Sed obſidionem ſolvere non potuit, donec fame ſuperatus Scopas manus dedit, & cum ſociis dimiſſus eſt. Qvod verò hîc dicitur: Comportabit aggerem, ſignificat præſidium Scopæ in arce Hieroſolymorum annitentibus & juvantibus Judæis, multô tempore fuiſſe ab Antiochô oppugnatum, captumq; ſimul cum aliis urbibus, qvæ prius à Ptolomæi partibus tenebantur, Syria, Cilicia & Lycia. Eô enim tempore captæ ſunt Aphrodiſias, & Solos, & Zephyrion, & Mablos, & Avemurium*, &c. His adde Joſephum *Lib. 12. antiqvit. Jud. c. 3.*

וּזְרֹעוֹת הַנֶּגֶב לֹא יַעֲמֹדוּ וְעַם מִבְחָרָיו

Et brachia Auſtri non ſuſtinebunt & conſurgent electi ejus ad reſiſtendum.) Potiùs: *& brachia Auſtri non ſtabunt, neq; populus electorum ejus.* Pertinet & hoc ad bellicos ſucceſſus, ita qvidem, ut ſicut proxima tradiderunt territorii occupationem, ita hæc exercituum

continent ſupplantationem: Urbes ſiqvidem fuere expugnatæ, copiæ verò militares profligatæ. Duplici verò nomine hæ ipſæ inſigniuntur copiæ, ſiqvidem mentio fit (α) *Brachiorum*, per qvæ præſidium notari vidimus *v. 6.* Confer *Pſ. XLIV, 4. Eſ. XLIIX, 14. Job. XXXV, 9. Ez. XXII, 6. c. XXXI, 2.17.* Deinde (β) *populi* מִבְחָרָיו *electorum ejus*, h. e. militum ſelectiſſimorum, qvi & animoſitate & armorum peritiâ multis præferendi erant aliis. Ita namq; מִבְחָר idem eſt ac *ſelectum* vel *delectus*, v. g. *ſelectum votivorum veſtrorum*, h. e. votiva veſtra ſelectiſſima, *Deut. XII, 11.* ſelectum vallium tuarum, h. e. valles tuæ ſelectæ. *Eſ. XXII, 7.* it. ſelectum abietum, *c. XXXVII, 24.* cedrorum, *Jerem. XXII, 7.* ſepulchrorum, *Gen. XXIII, 6.* filiorum Aſſur, *Ez. XXIII, 7.* tribunorum vel Ducum Ægyptiacorum, *Exod. XV, 4.* Ac proinde & h. l. *populus delectuum* opponitur farragini militum promiſcuæ & hinc inde velut corraſæ: qvâ ipſâ tamen curâ induſtriâq; bellicâ haut obſtante, nihilominus prædicitur Syriacorum victoria, *qvippe nec brachia, nec populus Ægyptiorum ſtabunt*, h. e. frangentur, in fugam vertentur, ſuccumbent. Confer *c. IIX, 7.*

וְאֵין כֹּחַ לַעֲמֹד׃ *Et non erit fortitudo.*

Majoris certitudinis ac evidentiæ cauſâ non ſolùm negatur actus ſtandi, ſed & ſtandi potentia vel facultas; qvaſi diceret: utut magnum aliàs Ægyptii robur ſibi conſveverint arrogare, id tamen reipſâ jam apparebit nullum. Confer c. I, 4. *in qvibus* כֹּחַ *robur* ſive facultas, aut aptitudo *ad ſtandum*, it. *c. IIX, 7. c. X, 17. c. XI, 6.*

Poriſmata ex Verſu XV.

1. Varia ſunt media ac modi, qvibus libertate ſuâ privari qvis poteſt atq; obſideri, qvibus etiam animus, æqvè ut civitatis murus, expugnatur tandem. Circumvallamur modò Dæmonum terriculamentis inviſibilibus, modò hominum odiis, calumniis, &c. Ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι, *2. Cor. VII, 5.*

2. Straminea ſunt qvævis humana præſidia, ſi ſuum Deus denegaverit concurſum atq; opem. Nil tunc valent arces, propugnacula, valla, muri, &c. Qvod manus humana conſtruxit, id manu qvoq; ſimili deſtrui rurſus poteſt. Exemplô ſunt tot expugnatæ paſſim urbes fortiſſimæ, Edomæorum v. g. nidi inter aſtra, *Obad. v. 4. ſeqq.* Exercitus divinô carens adjutoriô eſt tanqvam brachium nervis privatum vel inciſum, *Ez. XXXI, 2. ſeqq.* Non eſt Rex, qvi ſervetur copiarum multitudine, &c. *Pſ. XXXIII, 16. 17.*

ועמ

Digitized by Google

וְיַעַשׂ הַבָּא אֵלָיו כִּרְצוֹנוֹ

Et faciet veniens ſuper eum juxta placitum ſuum.) Continuantur Antiochi ſucceſſus proſperi, partim, qvòd pro lubitu cum territoriô adverſarii, qvod ingreſſus erat, egerit, partim qvòd neminem ſibi ſolidè reſiſtentem habuerit. Per הַבָּא *ipſummet hunc venientem,* idem *Rex Septentrionalis* innuitur, de qvô *v. 15.* dicebatur וְיָבֹא *& veniet:* adeòq; is, *ad qvem* veniet, eſt *Rex meridiei,* הַנֶּגֶב cujus *brachiorum* itidem præceſſit mentio. Phraſin; *facere ſecundùm voluntatem ſuam,* habuimus *c. IIX, 4. & hôc ipsô cap. v. 3.* **VERSUS XVI.**

וְאֵין עוֹמֵד לְפָנָיו *Et non erit, qvi ſtet contra faciem ejus.*

Animô ſcil. vim depellendi hoſtilem, aut proprias periclitandi vires, qvin potiùs milites tàm gregarii, qvàm gregariorum præfecti, ubi victrices viderint has appropinqvare copias, terga vertent, nec vitam periculo exponent. Affuit & hæc phraſis ſupra *c. IIX, 4. & 7.*

וְיַעֲמֹד בְּאֶרֶץ־הַצְּבִי וְכָלָה בְיָדוֹ׃

Et ſtabit in terrâ inclytâ, & conſumetur in manu ejus.) Succeſſui hactenùs à *verſ. 15.* deſcriptô ſubnectitur jam (1) terræ ſanctæ infeſtatio: ubi locus devaſtandus venit nomine terræ הַצְּבִי *ornamenti,* h.e. terræ pretioſiſſimæ, veluti pluribus hoc deduximus *c. IIX, 9.* Unde ſimul conſtabit, qvàm inaniter nonnulli ſudaverint circa Theodotionis verſionem: *in terrâ Sabi,* qvippe qvi Ebræam retinuit vocem, qvam tamen imperiti ſcribæ transformârunt in Σαβείρ, Σαβεί, &c. imò judicium ferri poterit de LXX. Interpretibus, qvi habent *terram voluntatis:* de Symmachô vertente terram *fortitudinis,* &c. Optimè inter hos Aqvila: τῆς δόξης. Devaſtatio ipſa colligitur tùm ex ſubſiſtentiâ; *ſtabit,* (num verò exercitus hujusmodi numeroſus victorioſusq; ſtare poteſt aut ſolet in aliqvâ provinciâ ſine damnis innumeris?) tùm ex deſolatione, ſiqvidem כָלָה *conſummatio in manu ejus,* i.e. & animata & inanimata deſtruentur per ipſum pro lubitu, homines perimentur, jumenta abſumentur, urbes pagiq; incendentur, opes diripientur, vineæ atq; agri inculta deſerentur, &c. Vide de hâc ipſâ voce Ebræâ כָלָה (qvam pro verbô accepit Vulgatus: *conſumetur*, qvem ſecutus qvoq; eſt *Lutherus:* Und wirds vollenden durch ſeine Hand/ cùm tamen pluribus in locis nominalis ſignificatio ſit manifeſtiſſima,) *c. IX, 27.* Eventum hujus vaticinii diſcere poterimus ex relatione Joſephi *Lib. 12. Antiqvit.*

Jud. c. 3), nec non ex Polybii *Lib. 11.* qvomodo ſcil. Antiochus M. Judæam omnem, Judæis non nolentibus, tenuerit, & ex eorum commeatu aluerit exercitum, & urbe Hieroſolymâ occupatâ Scopæ [illegible] arce erant, obſederit, &c. *Jarchiades* dicit, Antiochum propterea vaſtaſſe terram Iſraëliticam, qvia tum pacem colerent cum [illegible]

Poriſmata ex Verſu XVI.

1. Cui conceditur poteſtas agendi pro lubitu, [illegible] bet circumſpicere, ne iſthac abutatur datâ ſibi facultate [illegible] tantò graviorem ſibi ipſi accerſit pœnam, qvantò [illegible] in cœlis curat Dominô, cui rationem reddere tenetur [illegible] ſtres recordentur ejus, qvi ipſis de cœlô imperat, [illegible] *Ephes. VI, 9.*

2. Cùm invaſori ſe nemo audet opponere, [illegible] Deô, talem immittente terrorem panicum, qvalem [illegible] moſiſſimus valet ſuperare. Multi namq; tunc fugiunt [illegible] perſeqvente, *Levit. XXVI, 17.* Exemplo ſint Syri, 2. *Reg.* [illegible]

3. Maximum provinciæ conciliatur decus à [illegible] roq; veri Dei cultu: inde enim terra decoris appellatur [illegible] alioqvin impuris profanisq; ſcatuerit incolis. Imò [illegible] nari nihilominùs merebatur, qvanqvam hypocriti[illegible] ta fuerint, uti conſtat ex *Matth. IV, 5. & c. XXVII, 53.*

4. Ab hoſtili incurſione non immunis [illegible] ia, in qvâ ſedem adhuc ſuam habet religio vera. [illegible] catâ, etiam inter Dei filios, iram vindictamq; div[illegible] niſi hæc fuerint, Deo tamen non rarò placet hu[illegible] ſuorum explorare fidem, patientiam, conſtanti[illegible] nam qvoq; in hoſtibus manifeſtare potentiam, ve[illegible] Pharaonis hiſtoria.

[illegible] לָבוֹא בְּתֹקֶף כָּל־מַלְכוּתוֹ

VERSUS XVII. *Et ponet faciem ſuam, ut veniat in* [illegible] *ſum regnum ejus.)* Conſpeximus hucusq; [illegible] ctûs hoſtiles, primum *v. 10.* alterum [illegible] tum *v. 13. ſeqq.* Seqvitur prophetiæ nunc [illegible] dicere expeditionem Antiochi M. tertiam, [illegible] Traditur verò hic (1) bellicus apparatus [illegible]

Digitized by Google

ve, eſt omni ſtudiô ad aliqvid attentum eſſe, aliqvid non à latere aut obliqvè intueri, ſed vultu directè oppoſitô ad id appropinqvare: v. g. Gen. XXXI, 21. *& Jacob* (fugiens) *poſuit faciem ſuam ad montem Gilead.* 2. Reg. XII, 17. (18.) *& poſuit Haſaël faciem ſuam ad aſcendendum Hieroſolymam*: Jer. XLII, 15. *ſi omninò poſueritis faciem veſtram ad veniendum in Ægyptum*, &c. Sic ibid. *v. 17. c. XLIV, 12: c. L, 5.* Opus intentum ab Antiochô eſt לָבוֹא *venire*, hoſtili ſcil. animô, ad oppugnandum appropriandumq; ſibi loca pede ſuô calcata. Adjunctum eſt תְּקֶף *robur univerſi regni ſui*, h. e. non contentus erit adhibere qvaleſcunq; manipulos vel militares turmas, verùm ex omnibus velut angulis corradet, qvæ terrorem incutere qveant univerſo regno Ægyptiaco ad ſubjugandum ipſum. Vide ſimilem apparatum *v. 13.* Non inconcinnus interim eſt ſenſus, qvem Vulgatus ſuppeditat, qvô *robur regni ipſius* non de Antiochô, ſed Ptolomæô intelligendum cenſuit, ita ut adventûs oſtendatur terminus, videl. *robur regni Ægyptiaci univerſi*, qvippe qvod ad ſe pertrahere cogitavit Antiochus M. Verùm cùm hôc modô potiùs dictum fuiſſet ex uſu lingvæ לְתֹקֶף qvàm בְּתֹקֶף. idcircò cum *Lutherô* ſentimus meritò: daß Er mit Macht ſeines gantzen Königreichs komme / ꝛc. vox תֹּקֶף non niſi bis adhuc occurrit, Eſth. IX, 29. (30.) *ſcripſit Eſther* אֶת־כָּל־תֹּקֶף *omni fortitudine, ut confirmaret Epiſtolā Purim.* Et c. X, 2. *omne opus* תָּקְפּוֹ *fortitudinis ejus, ac potentia ejus, ac expoſitio magnitudinis Mardochai ſcripta ſunt*, &c. Radix eſt תָּקַף *fortis fuit*, de qvâ dictum *Cohel. IV, 12.* Qvapropter & illa hîc conjunctim rurſùs deſignantur, qvæ ratione militum, armorum, tàm offenſivorum, qvàm defenſivorum, itemq; ratione magnificentiæ qvomodocunq; comprobandæ, præcellebant in totô Antiochi regnô. תקף

וִישָׁרִים עִמּוֹ וְעָשָׂה *Et recta faciet cum eô.*

Potiùs: *Et recti cum ipſô, & efficiet.* Nim. & hæc bina priora vocabula adhuc ad apparatum ſpectant bellicum, ita ut in ſocietatem aſſumti ab Antiochô dicantur Iſraëlitæ, qvos hîc *Rectorum* nomine deſignari veroſimillimum, in contradiſtinctione ſcil. ad milites gentesqvè reliqvas, exercitum illum conſtituentes: Soli namq; Iſraëlitæ rectam fovebant religionem Deiq; cultum, cùm cæteri curvis incederent errorum ac idolomaniæ viis. Ita Bileam *Num. XXIII, 10.* exoptabat *mori morte* יְשָׁרִים *rectorum.* Confer. *Pſ. IL, 15. CVII, 42. CXI, 1. CXII, 2. CXLI, 14. Prov. II, 7. 21. c. III, 32. & c. XI, 11.* Sicut itaq; *v. 14.* men- ישר

Digitized by Google

tio fiebat filiorum ex Iſraële latrocinantium factioſorumq;, qvòd Antiocho tum temporis opponere ſe fuerint auſi; ita nunc è diverſô aſſeritur, qvòd *Recti* futuri ſint *cum ipſô*, h.e. ipſiusmet partibus adhæſuri, & pro viribus eundem adjuturi. Alteri interpretationi, qvæ hæc cum *Vulgatô* de pacificatione utriusq; Regis dicta autumat, obſtat tùm acceptio vocis maſculinæ ישרים qvæ nuſpiam neutralem nanciſcitur ſenſum, *(recta,)* tùm copula ו, verbo עשה præmiſſa, qvæ integram enunciationem indicat præceſſiſſe, (& *Recti* erunt *cum eô;)* ipſum verò verbum & *faciet* vel *efficiet*, itidem ſeorſim accipiendum eſſe. Adeòq; poſt apparatum ſeqvitur (2) eventus ועשה & *efficiet*, nimirum, qvæ efficienda cogitaverat. Vide dicta *v. 7.*

ובת הנשים יתן לו להשחיתה

Et filiam fœminarum dabit ei, ut evertat illud.) Eventu belli deſcriptô generali, exponitur nunc in ſpecie matrimonium, tanqvam pacis ſtabiliendæ cauſâ utrinq; initum, & tanqvam bellorum finiendorum medium competens utrinq; approbatum. Sicut itaq; ſuprà *v. 6.* filia Regis Ægyptiaci elocabatur ſimili occaſione Regi Syriaco, ita nunc viciſſim Regis Syrorum filia mittitur, ut ſponſa Ægyptiorum regi, ad ineundam hôc modô concordiam novam. Habes hic (α) Sponſam, *filiam mulierum*, h. e. filiam inter mulieres formoſiſſimam præcellentiſſimamq;, qvô fermè ſenſu *Cant. I, 8.* legitur: *formoſa* בנשים *inter mulieres.* Adeòq; ut *cæli cælorum* ponuntur pro altiſſimis, 1. Reg. IIX, 27. *Canticum Canticorum, malitia malitiæ, fortis beſtiarum*, pro canticô nobiliſſimô, malitiâ conſummatâ, beſtiâ fortiſſimâ, *Cant. I, 1. Hoſ. X, 15. Prov. XXX, 30.* Sic & h. l. filia mulierum, pro eâ, qvæ cæteras ſui ſexûs antecellit. Aliqvi *Mulieres* accipiunt de uxoribus regiis, ita, ut filia mulierum ſit una aliqva, ex mulierum iſtarum numerô in lucem edita: qvod ipſum tamen idiotiſmo lingvæ minus eſt conveniens. Coccejus *de Antich. p. 66.* ſic exponit: Cleopatram cum dote Syriæ & Judææ regnô, qvaſi diceret, virginem mulieribus comitatam: *Mulieres* namq; pro regnis ſive regionibus uſurpantur, *Ez. XVI, 41. c. XXIII, 28. &c.* qvod ipſum tamen paulò ſubtiliùs; Fuit verò hæc filia Antiochi, nim. Cleopatra, qvàm, ut refert *Hieronymus*, per Rhodium deſpondit adoleſcenti Ptolomæo, ſeptimô regni annô, poſtmodumq; annô regni decimô tertiô tradidit, additâ dotis nomine Cœleſyriâ & Judæâ: Addit Joſephus *L. 12. Antiquit. c. 32.* etiam

Phœnicen

Phœnicen & Samariam, nec non diviſa inter utrumq; Regem vectigalia. Unde ſimul conſtat, (β) Sponſum fuiſſe Regem Ægyptiacum, Ptolomæum Epiphanem, ſub tutelâ Romanorum hactenùs contra vim inſidiasq; Antiochi conſervatum. (γ) Deſponſatio eſt in verbô יִתֵּן *dabit*, nempè non ut obſidem, nec ut miniſtram, ſed ut thori regniq; ſociam. (δ) Adjunctum deſponſationis eſt ſponſæ corruptio: לְהַשְׁחִיתָהּ *depravando illam*, h. e. animum ejus neqviſſimis inſtruendo inficiendoq; artibus, qvomodo futurum ſuum maritum vel venenô, vel aliis mediis poſſit è mediô tollere, ut hâc ratione ad ſe, tanqvam ad ſocerum, totum pertrahatur regnum, &c. ita præfixum לְ ante infinitum non raró formare ſolet Gerundium *in do*, uti conſtat ex vulgatiſſimô לֵאמֹר *dicendo*, ſic לְהִתְחַלּוֹת *morbô ſe conſumendo*, 2. Sam. XIII, 2. לִשְׁמֹר *cuſtodiendo*, Pſ. CXIX, 9. לְבַקֵּשׁ *qværendo*, Cohel. IIX, 17. Vide plura apud Arnol. Bootium *L. 2. animadv. c. 1. §. 4. p. 117.* Qvod ſi tamen in verbis antecedentibus *per robur regni ejus* intellexeris regnum Ægyptiacum, non abſonè affixum hoc ־הּ *eam*, referri poſſet ad illud ipſum fœm. מַלְכוּת, ita ut לְ conſvetô more efficiat gerundium *in Dum*: ad corrumpendum vel deſtruendum illud; qvô ſenſu indicaretur deſponſationis finis, videl. abolitio regiminis hactenùs in Ægyptô obtinentis. Qvâ ratione etiam non malè qvadraret, qvod ſeqvitur: *Et non erit ejus*, ſc. Antiochi, hoc qvod aucupabatur Ægyptiacum regnum. Expende, ſi placet, locos, ubi idem hic reperitur infinitivus, v. g. 1. Sam. XXVI, 15. *venit aliqvis* לְהַשְׁחִית *ad perdendum Regem Dominum tuum*. Thren. II, 8. *cogitavit Dominus* לְהַשְׁחִית *perdere murum filiæ Zion*. 2. Reg. XIIX, 25. nec non Eſ. XXXVI, 10. *num adſcendi contra locum hunc* לְהַשְׁחִיתוֹ *ad perdendum illum*; 1. Paral. XXI, 15. *miſit Deus Angelum* לְהַשְׁחִיתָהּ *ad perdendum eam*, (Hieroſolymam peſte:) Jer. LI, 11. *contra Babel eſt cogitatio* (Regis Perſarum) לְהַשְׁחִיתָהּ *ad vaſtandam illam*. Ex qvibus aliisq; textibus ſimul eluceſcit, potiùs Phyſicam qvàm Ethicam ſive moralem rei corruptionem eâdem hâc voce ſignificari. Addimus hîc fabuloſam *Jacchiadis* expoſitionem dicentis: Antiochum decreviſſe, ut qvæcunq; filia Iſraël nuberet, priùs à qvôdam Principum ejus comprimeretur, &c. Verùm hæc verba recitaſſe, eſt refutaſſe, &c. Vide ſîs *Conſt. L'Empereur* ad h. l.

וְלֹא תַעֲמֹד וְלֹא־לוֹ תִהְיֶה׃ *Et non ſtabit nec illius erit.*

Ita (ε) Conſeqvens matrimonii delineatur, conſiliorum ſcil. ſubverſio. *Non ſtabit* nimirùm filia illa elocata, qvæ à partibus parentis, prout

prout ab ipſô ſubornata fuerat, non diu permanſit; vel *non fuit conſtans* in ſuis ad patrem promiſſis conatibusq; ſub initium aliqvantisper tentatis; vel *non ſtabit* conſilium patris; qvomodò hæc occurrit phraſis Pſ. XXXIII, 11. *conſilium Domini* תַּעֲמֹד *ſtabit*; Lutherus: Aber es wird ihm nicht gerathen. Inſuper verò additur: *& non erit ei*, h. e. non impetrabit illud regnum, qvod inhiabat. Sic namq; verbum הָיָה *fuit*, conſtructum mediante לְ valet *acqvirere, poſſidere aliqvid*. Fœmininum verbi genus, niſi trahere malimus ad מַלְכוּת *regnum*, pertinebit ad בַּת *filiam*, qvæ neq; conſtans fuit, neq; *patri* porrò *fuit*, ſed tota in mariti partes conceſſit, usq; adeò, ut arte ſtudiôq; hujus Filiæ Syriacæ multa à Ptolomæô Epiphane maritô fuerint recuperata in Aſiâ minore; qvâ de cauſâ etiam Antiochus coactus fuerit, non tantùm de occupandâ Ægyptô deſiſtere, ſed & de retinendis ſuis ſtudioſiùs cogitare. Cæterùm de hâc Cleopatræ elocatione mentionem qvoq; facit Livius *Lib. 3. Dec. 4.* qvòd, cùm Senatus Romanus miſiſſet Lucium Cornelium ad dirimenda inter Antiochum Ptolomæumq; Reges diſſidia, reſtituiq; Ptolomæo civitates omnes, qvæ ditionis ejus fuiſſent, vellet, Antiochus reſponderit: ſibi cum Ptolomæô & amicitiam eſſe, & id agere ſe, ut brevi etiam affinitas jungatur, &c. Addi poterit Livius *lib. 5. Dec. 4.* ut & Appianus *in Syriacis*.

Poriſmata ex Verſu XVII.

1. Ut Rex Syriacus vultum ſuum componebat ad expeditionem novam, ſic animus hominis, utut nullâ adigatur neceſſitate, qvieſcere tamen neqvit, ſed perpetuis agitatur cupidinibus ad tentanda nova, qvæ vel oculorum vel carnis expleant concupiſcentias, vel faſtui inſerviant, &c.

2. Etiam hi, qvi veræ religioni ſunt addicti, turbis qvandoq; implicantur bellicis, vel diſſidiis ad minimum privatis.

3. De matrimoniis, concordiæ ſanciendæ cauſâ inter diſſidentes inſtitutis, qvid ſentiendum, repetatur è *verſu 6*.

וְיָשֵׁב פָּנָיו לְאִיִּים וְלָכַד רַבִּים

VERSUS XIIX. *Et convertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas.)*
Fuit hucusq; *v. 17.* conflictus Antiochi M. qvintus: accedimus ad *ſextum*; ubi (1) invaſio, indicata phraſi: *convertet vultum ſuum*, de qvâ jam modò dictum verſu proximô. (2) Loca invaſa dicuntur אִיִּים *inſulæ*,

אִי

ſulæ, qvæ vox à ſingulari אִי deſcendens, de *ululis* exponitur *Eſ. XIII, 23. c. XXXIV, 14. &c.* ſicut & אַיָּה *cornicem* denotat *Levit. XI, 14.* Communiter verò accipitur de ejusmodi territoriis, qvæ vel undiq; vel maximam partem ambiuntur mari, domiciliumq; præſtant animantibus omnis generis; uti videre eſt *Gen. X, 5. Pſ. LXXII, 10. Pſal. XCVII, 1. Eſa. XXIII, 2. 6. c. XX, 6. c. XL, 15.* (inſulas inſtar pulveris diſſeminavit in mari:) *c. XLI, 1. 5. Ez. XXVI, 15. 18. c. XXVII, 3. 15. 35.* &c. Vide, ſi placet, Feſſelii *part. 2. adv. p. 320. ſeqq.* ubi hanc ipſam vocem examinans oſtendit uſurpari (1) de inſulis, regionibus ac civitatibus, qvæ mari aut flumine undiq; alluuntur aut cinguntur. (2) Synecdochicè de regionibus tùm maritimis, tùm provinciis etiam reliqvis, ad qvas ex Judæâ nonniſi navibus pervenire licebat: (3) Metonymicè de inſulanis incolis. (4) Metaphoricè de locis aridis; (5) de interjectione comminantis. Hiſtoricos ſi adeamus nunc, de Antiochi ad regiones transmarinas excurſionibus, percipimus, ipſum occupaſſe Acarnaniam, Phocæam, Chalcidem, Samum, Rhodum, Colophonem, Cyprum, multasq; inſulas ac Græciæ civitates. Id qvod comprobat (3)
prædictam h. l. ſubjugationem, in voce לָכַד *occupavit, cepit*, de qvâ לכד
v. 15. Nimirùm tùm pollicitationibus, tùm comminationibus, tùm obſidionibus obtinuit apud qvàmplurimas hujusmodi provincias, ut abdicatô regimine priſcô, propriâ miſsâq; jurisdictione, ſubmitterent ſe huic adventanti Domino novo, ipſiq; obſeqvium & cuncta illinc manantia ſubjectionis genera pollicerentur. De qvâ expeditione pluribus egerunt Appianus *in Syriacis,* Livius *Lib. 8. Dec. 4.* Memnon *Lib. 13. & 14. Hiſtor.* Plinius *L. 37.* Florus *Lib. 2.* Juſtinus *l. 31.* & Polybius *in excerptis de Legationibus.*

וְהִשְׁבִּית קָצִין חֶרְפָּתוֹ לוֹ

Et ceſſare faciet principem opprobrii ſui.) Potiùs: *& ceſſare
faciet princeps opprobrium ipſius in ipſô,* vel *ipſi.* Nomen enim קָצִין non קצין
eſt in regimine , ſed abſolutè poſitum, tanqvam Nominativus, &c. Adeòq; ſeqvitur jam invaſionis (4) Conſeqvens, qvod eſt conatuum Antiochi probroſa repreſſio, adeò ut non ſolùm ipſe adigatur ab injuriâ aliis inferendâ faceſſere, ſed & opprobrium in ſeipſô viciſſim experiri. Et qvidem reprimens vocatur קָצִין *Dux*, cui ſcil. commiſſa eſt in exercitum poteſtas ſuprema, veluti vidimus ad *Prov. VI, 7.* Sine dubiô verò denotatur hôc modô adminiſter Reip. Rom. Marcus Acilius vel Attilius Glabrio, qvi devicit Antiochum, ejusq; caſtra diripuit; cui

Digitized by Google

ſucceſſit L. Scipio Naſica Conſul, eidemq; ob rei militaris imperitiam additus Legatus P. Scipio Africanus, qvi ipſi copias Antiochi navales devicerunt, unde Antiochus, cognitâ ſuorum clade, Cherſoneſum deſeruit temerè, non expectatô hoſtium conſpectu, & ne commeatu qvidem inde tranſlatô, aut incenſô apparatu, qvem cumulaverat, armorum, machinarum, pecuniæ, &c. ſed his omnibus relictis integris in uſum hoſtium, in unicam intentus erat curam, qvomodo Romanos Abydo arceret; qvanqvam ne hunc qvoq; trajectum cuſtodiverit, ſed in mediterranea, ut præveniret hoſtem, properans, nullum ibi reliqverit præſidium. Tum Scipiones, diſceſſu ejus cognitô, curſim occuparunt Lyſimachiam, & potiti in Cherſoneſô theſauris armamentariisq; regiis, Hellespontum incuſtoditum trajecerunt properè, aſſecuti apud Sardes Antiochum omnium horum ignarum: qvi ipſe mox Heraclidem Byzantium miſit ad Scipiones, ut de pace ageret. Verùm cùm pacis conditiones, ut nimis duras detrectaret Antiochus, dicens, ſe nondum ita victum, ut ſpoliari ſe regnô pateretur, novasq; denuò coacervaret copias, factum eſt, ut denuò victus fugam arripuerit in Syriam; qvô in infelici prælio amiſit, annumeratis captivis, circiter 50. millia: vix enim iniri potuit cæſorum numerus præ multitudine, elephantis etiam interfectis, præter qvindecim, qvi vivi fuerant capti. Ubi notatu dignum, Romanorum exercitum in univerſum conſtitiſſe 30. millibus, Antiochenum verò 70. millibus: robur erat phalanx ſedecim millium Macedonum veteranorum, qvæ pro invictâ habita. Fuſius hæc perſeqvitur *Polanus* h. l. confer Juſtin. *Lib. 31.* de Æmiliô Prætore claſſem Antiochi vincente, &c. Adeòq; ex hâc ipſâ voce קָצִין colligi potuit facilè, non Regem fore, (qvalis Ægyptiacus Auſtralis,) à qvô debellandus Antiochus, verùm ducem ab aliô ſuperiore vel Republicâ miſſum, qvalis tùm temporis S. P. Q. R. Porrò *repreſſio* eſt in verbô הִשְׁבִּית *ceſſare fecit;* ubi præſupponitur inqvieta, faſtuoſa ac furibunda tumultuatio, qvando qvis cœcis ſuis indulget affectibus ac lingvæ, aliosq;, qvos poteſt, offendit pro lubitu, ut hôc modô ſolus emineat, & ex aliorum opprobriis damnisq; gloriam ac lucrum ſibi conqvirat. Qvodipſum qvoq; infertur apertè ſatis voce חֶרְפָּה *opprobrium*, qvô alterius exiſtimatio læditur qvomodocunq;, ſive geſtibus, ſive verbis, ſive factis, prout notatum ad *Prov. VI, 33.* Affixum nomini huic adjectum autorem denotat opprobrii, non ſubjectum patiens: adeòq; Dux ille Romanus ceſſare faciet חֶרְפָּתוֹ opprobrium ejus,

videl.

videl. Antiochi, Romanorum Reip. hactenùs illatum, qvippe qvorum territorium invaſerat, qvorum Legatos inurbanè ſuperbèq; repulerat, (ut eſt apud Juſt. *L. 31.* & Appian. *in Syriac.*) qvorum confœderatos clienteſq; læſerat, & qvibus adverſarios hinc inde conciliare ſtuduerat, v.g. Ptolomæum Epiphanem, datâ ipſi hunc in finem filiâ Cleopatrâ, item Ariarathem Regem Cappadocum, nec non Eumenem Regem Pergami, ut & Gallo-Græcos, minis muneribusq; in ſocietatem adverſus Romanos allectos, &c. Pleonaſticè verò aut ex more lingvæ adjicitur inſuper Pronomen לוֹ *ipſi*, qvâ ratione & alibi dicitur: *abi tibi*, Gen. XII, 1. *ſedit ſibi*, c. XXI, 16. *ſedete vobis*, c. XXII, 5. &c. Sic & h. l. ceſſare faciet *ipſi* (Antiocho,) h. e. finem imponet opprobriis, ab hôc elatô Rege hactenus protervè atq; crebrò aliis illatis. Eleganter *Lutherus:* Ein Fürſt wird ihn lehren auffhören mit Schmähen.

בִּלְתִּי חֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ׃

Et opprobrium ejus convertetur in eum.) Potiùs: *Præterqvam qvòd opprobrium ejus retorqvebit in ipſum.* Sicut proxima qvodammodò ſe habebant privativè, ita hæc poſitivè, ſiqvidem Antiochus à Duce hôc probrum experturus prædicitur in ſeipſum retrò agendum. Exceptivè autem hoc proponitur per voculam בִּלְתִּי *præterqvam*, qvaſi diceret: tantoperè prævalebit is Reip. Romanæ Legatus, ut undiqvaq; compeſcat Antiochi alios laceſſitantis lædentisq; turbas, ne dicam de opprobriô abundè autori compenſatô. Id namq; vult phraſis יָשִׁיב לוֹ *redire faciet in ipſum*, h. e. retorqvebit, v. g. Jud. IX, 57. *Deus* הֵשִׁיב *redire fecit* vel rependit *omne malum Sichemitarum in caput ipſorum*, 1. Sam. XXV, 39. *Dominus litigavit litem* חרפתי *ignominiæ meæ*, (à Nabale illatæ,) *& malum Nabalis* הֵשִׁיב *retorſit in caput illius.* 2. Sam. XVI, 12. הֵשִׁיב *rependet* לִי *mihi Deus bonum locô ignominiæ meæ.* Confer *Prov. XII, 14. c. XVII, 13. c. XXIV, 12.* Complementum vaticinii hujus prolixè recenſet *Polanus*, qvâ ratione ſcil. Legatis Antiochi, pacem acceptâ clade petentibus, exprobraverit P. Scipio, Antiochi cupiditatem in culpâ eſſe, qvòd hoc qvoq; bellum exortum ſit, qvòd non contentus regnô ſuô ſatis amplô Ptolomæum cognatum ſuum, amicum populi Rom. Cœleſyriæ poſſeſſione dejecerit, Europam nil ad ſe pertinentem invaſerit, Thraciam ſubjugaverit Cherſoneſôq; munitâ condiderit Lyſimachiam, Græcos nuper à populô Rom. libertate donatos in ſervitutem vindicare non deſierit, donec ad Thermopylas victus ſit, &c. Qvapropter Antiochus Europâ abſtine-

to, Aſiâq; omni, qvæ cis Taurum eſt, decedito, Elephantos, qvotqvot habet, tradito, itemq; naves, qvotqvot imperabimus, impoſterùm nec elephantos alios parato, nec naves ultra ſtatutum numerũ. Obſides viginti, ex arbitriô Conſulis, dato, & pro impenſis in hôc bellô factis MD. talenta præſentis pecuniæ, & cùm Senatus pacem comprobaverit, 12000. talentorum per annos duodecim æqvis in ſingulos portionibus: captivos qvoq; & transfugas omnes reddito & Eumeni reliqvum ex eô, qvod patri debitum eſt. Vide ibi plura.

Poriſmata ex Verſu XIIX.

1. Inſatiabilis eſt hominum cupido, adeò ut *vultum ſuum* modò huc, modò illuc *convertant*, & ſubinde nova concupiſcentiæ ſuæ objecta reqvirant.

2. Occupatio rerum alienarum non caret certâ debitâq; ſupremi judicis pœnâ; ſicut hîc videre eſt in Antiochô.

3. Tandem tyranno validior immittitur domitor, qvi ex lege talionis cum ipſô agat. De qvâ ipſâ lege inter cæteros conſuli poterit Dietericus *Tom. II. Homil. in Sapient. fol. 282. & 304. ſeqq.* Delrio *Tom. II. adag. p. 492.*

וְיָשֵׁב פָּנָיו לְמָעוּזֵּי אַרְצוֹ

VERSUS XIX. *Et convertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ.)* Continuatur adhuc infauſtus bellorum Antiochi exitus, ita ut tùm fuga, tùm omnimoda ejusdem extirpatio ſimul tradantur. Sicut verò *v. 18.* præ inſatiabili cupiditate, *vultum ſuum converterat* ad terras alienas, ita nunc, ex juſtâ Dei vindictâ, eundem *vultum* opprobriô repletum, *convertere* denuò cogitur ad terram propriam, putà Syriam ejusdemq; munitiora loca, Apaniam ſcil. Suſan & ultimas regni ſui urbes, qvò ſuæ eò meliùs conſuleret ſecuritati. Ita namq; in fontibus mentio fit מָעוּז *munitionum terræ ipſius*, qvas obſcurè ſatis *Vulgatus* expreſſit, per imperium terræ ſuæ. De voce autem מָעוֹז vel מָעֹז *munitio*, dictum jam *v. 7. & Prov. X, 29.*

וְנִכְשַׁל וְנָפַל וְלֹא יִמָּצֵא׃

Et impinget & corruet, & non invenietur.) Interitum hæc deſcribunt Antiochi, ita ut curſui priori expedito nunc reſpondeat infelix pedum offenſio, h. e. conſiliorum expeditionumq; perturbatio, (vid. ſuprà *v. 14. & Prov. IV, 12.*) qvam excepit τὸ נפל *cecidit*, nimi-

rùm

Digitized by Google

rum in mortis foveam, vel infrà interfectos, *Eſa. X, 4.* Conf. *Pſ. XXXV, 8. XXXVI, 13. XXXVII, 24. Prov. XI, 5. Eſa. IIX, 15. &c.* ita ut non ſurgeret iterum, *Eſa. XXIV, 20.* Et ne de caſu in ſolum infortunium accipiantur hæc, additur: *& non invenietur,* videl. in hâc viventium ſub ſole terrâ. Mortem hanc autor *l. de viris illuſtribus c. 54.* deſcribit, qvòd illata fuerit ab Antiochi ſodalibus, qvos in conviviô temulentus pulſaverat: verũ unde hæc hauſerit Plinius vel modò dictus autor, haut conſtat, cùm aliter hæc commemoret Strabo *Lib. 16. f. m. 512. Antiochum M.* inqviens, *Beli templum ſpoliare conatum, finitimi* (Elimæis) *barbari absq; aliorum ope adorti interemerunt:* itemq; Juſtinus Lib. 32. §. 2. *Antiochus, cùm gravi tributô pacis à Romanis victus oneratus eſſet, ſive inopiâ pecuniæ compulſus, ſive avaritiâ ſolicitatus, qvâ ſperabat, ſe ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis excuſatiùs ſacrilegia commiſſurum, adhibitô exercitu nocte templum Didymæi,* (alii codices *Dodonæi* it. *Dindymei,*) *Jovis aggreditur. Qvâ re proditâ, concurſu incolarum,* (qvidam codices legunt *inſularum,* alii *inſularium*) *cum omni militiâ interficitur.*

Poriſmata ex Verſu XIX.

1. Mira rerum eſt viciſſitudo, adeò, ut qvi vultum modò formidabilem objecerat aliis ſtudiô ſubigendi, mox eundem opprobriô oppletum retrò vertere cogatur ſtudiô elabendi. Adeoq; & hîc exemplum datur regulæ Luc. I, 51. *diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.*

2. Nemo itaq; confidat fortunæ ſuæ: facilè enim impingere poteſt impius ac evaneſcere, *Pſ. XXXVII, 35. ſeq. Pſ. LII, 9. Eſa. XIV, 16. ſeqq.*

וְעָמַד עַל־כַּנּוֹ מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת

Et ſtabit ejus locô viliſſimus & indignus decore regiô.) Poſtqvam hactenùs inde à *v. 10.* Antiochi M. motûs pugnasq; audivimus varias, nunc (5) Antiochi M. ſucceſſor ſiſtitur, non eqvidem *Antiochus Epiphanes,* uti vult Theodoretus; nec *Ptolomæus Epiphanes,* ſecundùm Porphyrium apud Hieronymum, neq; etiam *Tryphon,* ex mente qvorundam Judæorum, verùm *Seleucus Philopator,* qvi & *Soter* dictus, filius Antiochi M. de qvô notanda (α) Succeſſio, in phraſi: *ſtabit* עַל כַּנּוֹ *ſuper baſi ejus,* vel *in locô ſuô;* de qvâ repetantur dicta *v. 7.* Lutherus, an ſeiner ſtatt wird auffkommen. (β) Succeſſor vocatur מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ *tranſire faciens exactorem:* qvod nonnulli capiunt in bonam partem; *tranſire* vel ceſſare faciens *exactorem;* alii in malam: *circummit-* VERSUS XX.

tens exactorem, vel eundem per qvasvis regni plagas diſcurrere faciens.
נוגש Et qvidem Participium נגש deſignat eum, qvi nomine Magiſtratûs aliqvid violenter extorqvet à ſubditis, uti conſtat ex *Exod. III, 7. c. V, 6. 10. 14.* ubi de præfectis Iſraëlis, ad labores ipſum adigentibus: confer *Job. III, 17. c. XXXIX, 7.* ubi de exactoris voce poſt mortem ceſſante;
עבר it. *Eſ. III, 12. c. XIV, 2. c. LX, 17.* Deinde עבר *tranſit* & in Hiphil *tranſire fecit*, vel ablationem alicujus rei aut perſonæ omnimodam, vel motionem ſolummodò de locô in locum, deſignat. Optimè verò præſens textus declarabitur ex *Zach. IX, 8. non* יעבור *tranſibit per eos ampliùs* נגש *exactor*, h. e. nullam porrò experientur violentiam ingratam; Confer Zach. X, 4. *exibit ab ipsô, tanqvam victore,* נוגש *exactor, &c.* Adeoq; etiam h.l. intelligitur, vi phraſeos, Rex talis, qvi undiqvaq; in regnô ſuô circummittet tributorum exactores, qvi moleſta ſubditis cogetur onera imponere, ad ſatisfaciendum Romanis ſecundùm promiſſa parentis. Hinc *Lutherus:* Wie ein Scherge/ & in marginali gloſſâ: Welcher nichts Fürſtliches gethan hat/ und ſchindet die Leute. Eventus verò ſatis oſtendit vaticinii veritatem, dum hic ipſe Seleucus, tanqvam homo ignavus ac voluptuoſus, indeſinentibus penſitationibus, capitationibus, vectigalibus atq; indictionibus emunxit ſubditos, usq; adeò, ut cùm familiares aliqvi monerent, periculum eſſe, ne amicos abalienaret ſuis exactionibus, reſponderit impudentiſſimè: *ſibi pecuniam eſſe amicos;* qvi ſermo non exiguum ipſi apud omnes conciliavit odium ac vilipendium. Imò hâc phraſi peculiariter etiam videtur reſpexiſſe Angelus ad exactionem, Judæis eorumq; templo intentatam, ſiqvidem Seleucus hic, licet initiò benè affectus eſſet Judæis, adeò ut ſuppeditaret de propriis reditibus neceſſaria ad cultum ſacrificiorum, *2. Maccab. III, 3.* technis tamen Simeonis concitatus fuit, ut Heliodorum, ærario præfectum, mitteret Hieroſolymam, ut pecunias in templô aſſervatas abſportaret, &c. id qvod Judæis ſcitu qvodammodò erat neceſſarium.
הדר Huic verò exactioni additur finis הדר *honor* vel magnificentia *regni*, qvòd ſcil. Rex hiſce ſuis exactionibus conciliare voluerit regno non parum debilitato majorem gloriam, auctis regiis theſauris ad comparandum illinc ſive exercitum, ſive coëmenda adjacentia territoria, &c. *Belgæ* in margine reddunt: Vor die Königl. Majeſtät, qvod ipſum etiam convenit luxui hujus Regis, qvi voluptatibus fuit turpiter deditus, adeòq; profuſione opum in omnis generis faſtum & delicias factâ, coactus fuit aliundè prorſus reditûs procurare.

Digitized by Google

curare. Sic ſupplenda erit particula (ל) להדר *in* vel ad *bonorem regni.* Vel etiam הָדָר accipi poteſt accuſandi caſu, *circummittens exigentem decus regni*, h. e. qvi ubivis colligeret rerum gerendarum nervos, videl. pecuniā, qvæ à mundanis æſtimari alias ſolet tanqvàm decus maximum. Aliqvi hæc verba poſteriora connectere videntur cum כַּנּוֹ *baſi* vel *locô illius*, qvaſi diceret: ſtabit locô illius (in) *honore regni:* qvæ tamen minùs conveniunt, ſi interjacentium verborum penſior habeatur ratio. Aliàs hæc nominis forma הָדָר nuſpiam in ſacrô redit Codice; haut dubiè verò convenit cum alterô הָדָר *bonor, decus, gloria,* de qvô *Prov. XX, 29.* הֲדַר *bonor ſenum canities.* Confer Prov. XIV, 28. *in copiâ populi* הַדְרַת־ *bonor Regis.*

וּבְיָמִים אֲחָדִים יִשָּׁבֵר *Et in paucis diebus conteretur.*

Poſtqvam ſucceſſoris deſcripta fuit perſona, ita ut ſimul regni incluſa fuerit adminiſtratio parùm glorioſa; additur nunc etiam (γ) ſucceſſoris interitus: & qvidem ratione temporis בְּיָמִים אֲחָדִים *in diebus unis*, h. e. poſtqvam paucos abſolverit imperii annos, qvi cum parentis Antiochi M. regimine neqvaqvam conferendi, utpote qvi annis præfuit triginta ſeptem, hic verò Seleucus ſolùm duodecim. Qvòd aliqvi hos dies paucos reſtringunt ad intervallum inter ſpoliationem templi Hieroſolymitani per Heliodorum tentatam, & inter mortem Seleuci, id verborum latitudini conforme haut videtur. Unde nonnulli, inter qvos *Pererius*, paucos dies accipiunt de tempore ignobiliter transactô, qvòd nihil magnum aut memorabile geſſerit: à qvô non parùm abeſt *Maldonatus*, de regnô belli experte, vi ſeqventium verborum, exponens. Aliàs *dies uni* occurrunt etiam Gen. XXVII, 44. *maneto cum Labane* יָמִים אֲחָדִים *dies unos*, (h. e. paucos,) *donec ira fratris præterierit*; c. XXIX, 20. *viſi Jacobo ſunt anni ſeptem qvaſi dies uni*, Lutherus: einzele Tage. Sic verba אֲחָדִים *una* vocantur ea, qvæ unius generis, qvalia ante γλωττοσύγχυσιν Babylonicam, *Gen. XI, 1.* Porrò interitus ipſe continetur verbô יִשָּׁבֵר *frangetur*, inſtar videl. baculi, *Eſ. XIV, 5. & 25.* lagenæ, *c. XXX, 14. Jer. XIX, 10.* jugi lignei, *Jer. XXIIX, 2. 13.* Sic *Ez. XXX, 21.* de fractô Ægypti Regis brachiô: *Eſa. XLII, 3.* de fractâ arundine; & *Dan. IIX, 8. 22. 25.* de fractô cornu ſine manu: ſic ſuprà hôc ipſô cap. *XI, 4.* de fractô regnô.

וְלֹא בְאַפַּיִם וְלֹא בְמִלְחָמָה׃

Non in furore, nec in præliô.) H. e. morte peribit infauſtâ; qvam

Digitized by Google

qvam nulla tamen comitabitur gloria bellica, qvemodo alias [illegible]
occumbere qvandoq; ſolent fortiter, in irâ [illegible]
hoſtes. Nimirum qvantum ex hiſtoriis, præſertim [illegible]
inſidiis Heliodori purpurati peremtus eſt veneno [illegible]
regnum affectare credebatur; qvanqvam alii [illegible]
ctum eſſe in gratiam Antiochi Epiphanis fratris [illegible]
revertebatur, ubi tanqvam obſes hactenùs hæſ[illegible]
nas pervenerat. Removetur itaq; באפים *ira*, [illegible]
(vide de voce hac *Proverb. XIV,17.*) nec non [illegible]
te, qvod ignavus iſte voluptuariusq; homo ſem[illegible]
ſuprà *cap. IIX,25.* ubi fractionis itidem fit mentio. [illegible]

Poriſmata ex Verſu XX.

1. Magna non rarò inter parentes & liberos [illegible]
& ſucceſſores eſt disparitas: Salomoni ſapienti [illegible]
Rehabeam, Joſaphato pio profanus Joram, [illegible]
idololatra, &c. è diverſò, malo Ahaſo ſucced[illegible]
ni Joſias, &c. Confer *Cohel. II,12.*

2. Tributa ac vectigalia utut jure [illegible]
XIII,16. Matth. XXII,21. omnis tamen meritò [illegible]
gravatio non neceſſaria, ne in luxum inſumantur [illegible]
&c. *Jer. XXII,13. 1. Reg. XII,3.* Hinc lauda[illegible]
Conſtantii Chlori, patris Conſtantini M. [illegible]
magis, qvàm fiſci opulentiâ fuit ſollicitus, [illegible]
opes à privatis teneri, qvàm intra unum cuſtodi[illegible]

3. Qvi nil niſi onera expilationesq; ſubdito[illegible]
rit, ne inopinatò miſereq; frangatur. Preſſi a[illegible]
rant, qvod mutare neqveunt, ſperantes, Deum [illegible]
turum qvoq; plagas, virgamq; fracturum. [illegible]

וְעָמַד עַל־כַּנּוֹ נִבְזֶה *Et ſtabit in loco* [illegible]

VERSUS XXI. Inchoat hîc (6) novi Regis Aqvilonaris hiſt[illegible]
chi Epiphanis, qvi frater fuit memorati modò [illegible]
chi M. filius. Aliena namq; ſunt, qvæ h[illegible]
triô filiô Seleuci, in locum Antiochi [illegible]
ſum 19.) ſuccedente. Refellit ipſum hiſtoria. [illegible]
ne notanda venit (*a*) Succeſſio: *Stabit in loco* [illegible]

Digitized by Google

(β) Succeſſor ipſe non aliô venit nomine, qvàm נִבְזֶה *contemtus*, i. e. contemtibilis, nulloq; ferè honore dignus habitus; qvomodo in oculis piorum נִבְזֶה *contemtus* eſt reprobus, Pſal. XV, 4. qvomodo Meſſias in oculis hominum erat נבזה *contemtus*, abſq; formâ, &c. *Eſa. LIII, 3.* ſic de ſimulacrô *contemtibili*, cui comparatur Jechonia, *Jer. XXII, 28.* de menſâ Domini נבזה *ſpretim* habitâ *Mal. I, 7. 12.* Hinc Judæi qvoq; dicuntur facti נבזים *contemti* ac humiliati præ qvôvis aliô populô, *c. II, 9.* ita David *Pſ. CXIX, 141.* ait, ſe eſſe *parvum & contemtum.* Ex qvibus colligitur, etiam hunc Epiphanem tùm in regnô, tùm extra illud apud Romanos, vicinaſq; gentes reliqvas omni caruiſſe æſtimiô; nemo enim procerum exiſtimâſſet, hunc aliqvando futurum Regem, cùm tanqvam obſes perpetuus à Patre Antiochô M. Romanis fuiſſet traditus, præcipuè, qvòd eundem ad ſceptra ineptum prorſùs deprehenderet. Adeòq; ubi reliqvi obſides tertiô qvôq; annô permutandi erant cum novis, hic tamen Epiphanes exceptus erat ſolus, tanqvam invariabiliter manſurus. Qvorſum pertinet morum vilitas, cujus ex Polybiô meminit Athenæus *Lib. 10. Dipnoſoph. c. 12.* it. ex Leonicô *Cornel. à Lap.* v. g. qvòd ſæpiùs in plublicis plateis convocatô populô ſtans exclamaverit: cui fortuna dederit, capiat, & eô dictô pecuniam diſperſerit; qvòd lapides, qvos ſub alâ vel axillâ geſtabat, in gyrum actos in ſuos proprios miniſtros, qvi ipſum ſeqvebantur, per jocum ludumq; projecerit; qvòd in communibus balneis laverit ungventis delibutus, imò iſtud ipſum craſſum oleum ibidem curaverit effundi in ſolum, cujus lubricitas cùm aliis labendi daret anſam, ipſe in cachinnum ſolvebatur; it. qvòd cum popularibus ac peregrinis familiariter biberit ac converſatus fuerit, &c. Qvâ de cauſâ etiam cùm ab adulatoribus dictus eſſet *Epiphanes*, alii id commutabant nomen in *Epimanes*, eò qvòd furioſum referret magis, qvàm glorioſum. Sic Luth. ein Ungeachter.

וְלֹא נָתְנוּ עָלָיו הוֹד מַלְכוּת

Et non tribuetur ei honor regius.) Verbotenus: *Et non dederunt* vel poſuerunt *ſuper ipſum honorem regni*; ſeqvitur (γ) Regni conſecutio, tàm κατ' ἄρσιν, qvàm κατὰ θέσιν. Regia majeſtas venit nomine הוד *dignitatis*, de qvâ voce jam dictum *c. X, 8.* & *Prov. V, 9.* Modus eandem conſeqvendi gloriam deſcribitur negativè, qvòd *non dederint*, ii ſc. qvorum erat dare, h. e. neq; proceres regni, neq; parens, neq; ſubditi vel ſtatus Epiphanem hunc elegerunt, conſtituerunt vel accerſiverunt,

ſunt, imò ne unqvam de ipſô qvidem eligendô cogitarunt. Confer qvoad phraſin *Pſ. XXI, 6.* הוֹד *decus & honorem* [illegible] ipſum. Defectus Nominativi impersonalem reddit locutionem [illegible] *therus*: Welchem die Ehre des Königreichs nicht [illegible]

וּבָא בְשַׁלְוָה *Et veniet clam.*

Potius: *Veniet in pace*, h. e. qvanqvam non per [illegible] nam fuerit adeptus, neq; tamen vi etiam aut bellô [illegible] vit. Româ enim abiit, inq; Syriæ regnum venit, [illegible] adhuc fratris Seleuci, qvi, ſecundùm qvosdam, ope [illegible] uti decreverat in bellô adverſus Ægyptios, it. contra [illegible] lios, qvi â Seleucidarum familiâ defecerant. Verùm, [illegible] Seleucus ope Heliodori interea temporis eſſet inter[illegible] Heliodoro Epiphanes non ſatis fideret, ſubdolè eum [illegible] Eumenem & Attalum Reges, tanqvam Regni affectator[illegible] inſtantiam iidem Reges Heliodorum expulerunt, Epi[illegible] poſſeſſionem promotô, qvô eundem ſibi tantô devin[illegible] contra Romanos, qvos & ipſos ob qvasdem offenſ[illegible] ſuſpectos. Ac proinde cum *in pace venturus* dici[illegible] dubiè habetur ad prætextum illum plauſibilem, qvô [illegible] ditabat Demetrii, qvem minorennem filium Seleuc[illegible] reliqverat, tutorem regniq; adminiſtratorem, donec is [illegible] nationi fieret idoneus. De voce שַׁלְוָה *tranqvillitas* [illegible] it. *Prov. I, 32. c. XVII, 1.* Hôc ipſô verò excludun[illegible] ditiones, hoſtilesq; invaſiones, qvibus aliâs commu[illegible] lent regna.

וְהֶחֱזִיק מַלְכוּת בַּחֲלַקְלַקּוֹת׃

Et obtinebit regnum in fraudulentiis) [illegible] eventus, nimirum הֶחֱזִיק *apprehendit*, apprehen[illegible] (vide *Prov. III, 18. c. IV, 13. c. VII, 13. c. XXVI, 17.*) regnum [illegible] mediantibus חֲלַקְלַקּוֹת *blanditiis*, qvibus & pr[illegible] delinire ac allicere noverat qvàm maximè, partim [illegible] qvendo, partim donis omnis generis devinciendo. [illegible]

חלק hæc deſcendens â radice חָלַק *levis, mollis fuit*, [illegible] calibus ſingularem planè denotat lubricitatem [illegible] eſt in viâ argillaceâ, ubi veſtigia facilè imprimun[illegible] petroſis; ut Pſal. XXXV, 6. *ſit via ipſorum tenebræ* [illegible]

Digitized by Google

bricitates : Jer. XXIII,12. *via ipſorum erit* כחלקל *qvaſi lubricitates in caligine, impellentur cadentq; in eâ ;* ſemel adhuc redibit infrà *v 31.* De hôc vocabulorum genere, ubi radicales literæ geminantur, vide ſuprà *c. VI,20.* ubi rex adfuit בשפרפרא *in aurorâ.* Blanditias has Epiphanis prolixiùs oſtendit *Polanus*, qvòd non tantùm familiariter converſatus fuerit cum popularibus & exteris in balneis ac forô, ſed qvòd in diſtribuendis etiam donis fuerit multus, dando aliis aſtragalos è dorcade; aliis fructus palmæ Ægyptiacæ maturos, aliis aurum, & prout fortè ei occurrerint aliqvi, qvos etiam nunqvam anteà viderat, inopinatò muneribus cumulaverit, &c.

Poriſmata ex Verſu XXI.

1. Mira ſuccedentium in hæreditatibus officiisq; eſt viciſſitudo ac diſcrepantia, cujus inter vanitates præcipuas meminit etiam Salomo *Cohel. II,12.*

2. Neminem contemnas, cùm eundem fortè ſucceſſorem tuum neſcias, aut non credas. Aliàs de humilium evectione, qvi in Dominô ſe verè deprimunt, indignosq; omnis honoris ſine fucô ſe æſtimant, loqvi novit mater Domini, *Luc. I,51.* Qvanqvam ad illorum cenſum neqvaqvam hic noſter pertineat Epiphanes.

3. Variæ ſunt filiorum hujus ſeculi artes derivandi ad ſe aliena, aucupandi aliorum vota, laudes ac favores, &c. Sic multi in officia Eccleſiaſtica ſe ingerunt non vocati; multi ad dignitates Politicas promoventur largitionibus, clancularis delationibus, &c.

4. Sicut Porphyrius, teſte *Hieronymô*, vaticinium hoc de ſolô Epiphane, ita de ſolô AntiChriſtô omnes ante Hieronymum Eccleſiaſtici ſcriptores intellexerunt idem, ipſômet referente. Verùm partim Epiphanem, partim AntiChriſtum hæc ipſa concernere, vel AntiChriſtum in hôc Epiphane adumbratum eſſe, communis antiqvorum poſt Hieronymum fuit ſententia, haut diffitentibus etiam Pontificiis, utut Papam Romanum eundem eſſe, diffiteantur infringantq; modis omnibus. Qvàm vilis autem initiò fuerit Epiſcopus Romanus, ante impetrata bona hujus ſeculi, qvàm inſidioſè ſenſim ad ſe inclinârit principum hujus ſeculi animos, adeò ut fundis opibusq; indies diteſceret magis, donec tandem univerſalem totius orbis Epiſcopum ſe venditare auderet, id alibi diducitur operoſiùs. Locum proinde habet, ut de Bonifaciô VII. ſic & de Epiphane, imò de Anti-Chriſtô illô faſtuoſô

Digitized by Google

Romanô generatim: *intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus eſt* (& *morietur*) *ut canis*. Atq; ſic Antiochum AntiChriſti fuiſſe figuram, fatetur etiam h. l. Piſcator, it. Wittakerus *Controv. 4. quæſt. 5.* alii plures: Egregiè verò ad hanc rem faciunt, quæ prolixiùs hîc tractat de Antichriſtô *Pererius*, & qvidem ex Patribus, de ſex modis, qvibus is circumventurus ſit homines, eosq; ſibi ſubjecturus, videl. (1) *ſpecie ac ſimulatione ſanctitatis, præcipuè trium virtutum, caſtitatis, abſtinentiæ & pietatis*; (2) *oſtentatione ſcientiæ tàm rerum naturalium, qvàm futurarum*; (3) *Operibus Meſſiæ, ipſi competentibus*, (4) *Largitione munerum amplorumq; præmiorum promiſſione*, (5) *Minis terroribusq;* (6) *Prodigiis*. Qvæ ſingula qvàm bellè conveniant in Papam Roman. nemo eſt, qvi non videat. Confer etiam ſi lubet, *Maldonatum*, qvi argumentis aliqvot probat, tùm de Antiochô, tùm de Antichriſtô in figurâ hîc agi. Bellarmini ſomnia de Antichriſtô adhuc metuendô, vide confutata à Brochmannô *de Pontif. Rom. p. 321. ſeqq.*

וּזְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף יִשָּׁטְפוּ מִלְּפָנָיו וְיִשָּׁבֵרוּ

VERSUS XXII. *Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie ejus, & conterentur.*) Poſt regni conſecutionem recenſentur jam (δ) res geſtæ vel ipſa regni adminiſtratio. Initium verò fit (1) ab expeditione Ægyptiacâ violentâ, ubi occurrunt tùm copiæ, tùm copiarum ſubverſio, tùm Dux iiſdem velut immerſus. Copiæ appellantur *brachia* הַשֶּׁטֶף *inundationis*, h. e. brachia longè lateq; ſe expandentia, & cuncta fortiter complectentia. Vide dicta *v. 6. & 15.* & qvidem ex collatione hujus ipſius verſiculi *15.* cum præſente *v. 22.* luculenter patet, pro Synonymis poni brachia *hannégef* & brachia *haſſchétef*, h. e. brachia *meridionalia*, nec non brachia *exundantia*: Utrobiq; ſiqvidem reſpectus fit ad copias Ægyptiacas fortes copioſasq;, qvæ totam qvandoq; Syriam ac vicina loca operuerant, meramq; ipſis vaſtitatem induxerant. Fortaſſè etiam *Exundationis* mentione deducimur ad Nili aqvas meridionales, qvarum exundatione tota fœcundabatur Ægyptus. Deindè vox שֶׁטֶף *inundatio* deducit nos ad collationem exercitûs militaris cum fluviô, horribiliter in vicina qvævis loca ſe exonerante, ac obvia qvælibet ſubvertente, ſicuti colligi poteſt ex dictis *cap. IX, 27. Prov. XXVII, 4.* & *Pſ. XXXII, 6.* adeòq; tùm Metaphora *brachiorum*, *ex* corpore humanô petita, nec non *exundatio* ad aqvas ſpectans, hîc combinantur, meritò recurrimus ad Catachreſin, qvalis Exod. XV, 21.

ſerr-

fœtere feciſtis odorem noſtrum in oculis Pharaonis: Marc. VII, 21. 22. *ex corde exit oculus malus*, &c. Vide Glaſſium *L. 5. Phil. ſacr. p. 466.* De his itaq; copiis enunciatur יִשָּׁטְפוּ *effundentur*, h. e. fugâ diffluent & in omnes velut angulos diſſipabuntur, vel *obruentur* inſtar agrorum, qvos undiqvaq; operiunt vaſtantq; aqvæ diffuſæ. Et qvidē מִלְּפָנָיו *à facie ejus*, putà Epiphanis; qvi tanqvam victor copiis ſuis incutiet terrorem ſolô velut conſpectu: Ita namq; phraſis hæc, *à conſpectu ejus*, accipitur *Cohel. IIX, 13. c. III, 14. (ut timeant* מִלְּפָנָיו *à conſpectu ejus.)* Qvanqvam aliàs non rarò deſignet etiam terminum à qvô, ut *Exod. XXXV, 20. c. XXXVI, 3.* &c. Qvoad verbum שָׁטַף *exundavit*, (de qvô *v. 10.*) notamus adhuc, illud nonniſi ſemel adhuc in Niphal reperiri, *Levit. XV, 12.* vas ligneum יִשָּׁטֵף *inundabitur* vel *immergetur aqvis.* Sic in Pual itidem occurrit ſemel ſolùm, *Levit. VI, 21.* vas æneum abſtergetur, וְשֻׁטַּף *& immergetur aqvis.* Qvapropter & hôc locô ſupplantatio copiarum meridionalium deſignabitur ejusmodi, ut ipſæ ſuffocentur qvaſi ab exercitu victore, undiq; graſſante. Qvæ ipſa ad exercitûs, qvibus duo Ptolomæi & Demetrii Duces, Eulenus & Cenæus præerant, qviq; inter Peluſium & Caſium ab Antiochô ſeparati ſunt, accommodat ex Suctoriô *Hieronymus*, & cum eô *Sanctius*. Evidentiùs adhuc eadem ſubjugatio colligitur ex verbô alterô: *frangentur*; de qvô *c. IIX, 8. 22. 25. c. XI, 4. & Prov. VI, 15.*

וְגַם נְגִיד בְּרִית׃ *Inſuper & Dux fœderis.*

Socius hîc datur brachiis confractis *etiam Dux fœderis*, h. e. qvidam ex proceribus Ægypti primariis, qvi fœderis cum Antiochô ineundi autor ſuis extiterat. Hieronymus per Ducem hunc intelligit Judam Maccabæum, (qvod ipſum qvoq; placuit *Jacchiadi*,) vel ipſummet etiam Epiphanem, Ptolomæo fœdus offerentem: Qvo etiam ſenſu de Antiochô accipit Graſerus *in ult. verb. p. 236. 238.* qvanqvam aliter conſtruat: *Sed & adverſarius erit fœderis.* Verùm cùm nomini huic nullum aptari poſſit verbum præter antecedentia, *obruentur, frangentur*, incommodum foret, hæc de ipſô repetere victore. Imò ſi dixeris, hæc declarare qvadantenus vocem מִלְּפָנָיו *à conſpectu ejus*, qvi *tamen Dux fœderis* vel *autor* extiterit, omninò adeſſet pronomen הוּא *ipſe*, vices gerens verbi ſubſtantivi. Qvapropter alii, ut *Maldonatus, Cornel. à Lap. Calvinus*, & è noſtratibus Balduinus *(de AntiChriſtô p. 80. ſeqq.)* referunt ad Ptolomæum Philometorem, Antiochii è ſorore

Digitized by Google

Cleopatrâ nepotem, qvi ex fœderali illô connubiô erat natus, eſt velut vinculum fœderis vel Dux ejus haberi poterat, qvi proinde patrueli ſuo Demetrio patrocinaturus auxilia decreverat adverſus molitiones hujusce Epiphanis, qvi patruus erat Demetrii minorennis: qvæ ipſæ tamen copiæ nullius contra Epiphanem fuerunt roboris, &c. Sunt, qvi deſcriptum hîc velint Oniam Pontificem ut *Theodoretus*, alii, ut *Grotius* Demetrium Seleuci Philopatoris filium, cum Heliodorô fœderatum: nonnulli Seleucum Philopatorem aut Phyſconem, Philometoris fratrem, aut Pontificem Pontifici adverſantem, ut *Conſtant. L'Emper.* alii Tryphonem, unum è Magnatibus Ægyptiacis, qvi Epiphani perſvaſerit, ut fœdus pangeret cum Philometore puerô, ejusdemq; ſuſciperet tutelam, qvippe qvi eô tempore referente Zonarâ, *fol.m.26.a.* minorennis adhuc fuit unà cum fratre Phyſcone. Tryphonis hujus, tanqvam autoris fœderis, meminit qvoq; Appianus. Atq; hæc ipſa ſententia poſtrema præ cæteris hactenùs viſa eſt convenientior, approbata etiam *Belgis & Vinarienſibus*. De voculâ נָגִיד *Dux*, vide *c.IX, 25. 26. & Prov. XXIIX, 16.*

Poriſmata ex Verſu XXII.

1. Etiam ſtolidis & iniqvis tyrannis nonnunqvàm conceſſæ ſunt victoriæ; è qvibus tamen ad cauſæ bonitatem argumentari haut licet, æqvè ut hîc Epiphanem videmus Ægyptiis prævaluiſſe, qvi tamen inde non evincitur melior.

2. Qvi alienas inundant obruuntq; terras, non immeritò inundantur viciſſim ab aliis: qvi fregerunt, franguntur & ipſi: juxta tritum verſiculum: *Væ tibi qvi ſpolias, qvoniam ſpoliaberis ipſe.*

3. Sic ab Antichriſtô Rom. immanibus ſæpè perſecutionibus proſtrati ſunt optimi veritatis confeſſores, imò fraudibus ac violentiâ plerorumq; fundorum evaſit ipſe Dominus, integra inſuper Clericorum ſuorum exonerans hinc inde examina, qvæ inſtar undarum occupârunt orbem Chriſtianum.

וּמִן־הִתְחַבְּרוּת אֵלָיו יַעֲשֶׂה מִרְמָה

VERSUS XXIII. *Et poſt amicitias cum eô faciet dolum.)* Fuit hucusq; expeditio Epiphanis violenta: Seqvitur nunc (2) continuatio fraudulenta. Ubi (*a*) occaſio eſt *conſociatio* Ægyptiorum cum Epiphane fœderalis, ſiqvidem obtentâ victoriâ transactum eſt de gerendâ ab Epiphane

poſt-

Digitized by Google

poſthac Ptolomæi Philometoris pupilli tutelâ ob propinqvitatem ſangvinis, &c. Adeòq; nomen hoc הִתְחַבְּרוּת qvod in ſimili formâ nullibi redit aliàs, mutuam denotat pactionem, qvando qvis alteri ſe pollicetur futurum ſocium, qvando unionem ſancit ſive defenſivam ſive offenſivam, &c. à rad. חָבַר *ſociavit, conjunxit*, & in Hithpaël, unde etiam nomen hoc fluxit, *aſſociavit ſemetipſum*. Ex qvô ſimul colligitur, qvòd non tàm Epiphanes, qvàm Ægyptii præcipuè talem ambierint ac urſerint conjunctionem אֵלָיו *ad ipſum*, videl. Epiphanem, ſiqvidem maluerunt hunc habere amicum qvàm hoſtem, utut conditiones fœderis non eſſent adeò acceptæ à partibus debellatorum. Præpoſitio מִן non incommodè redditur à Vulgatô *poſt*, unde *Luth.* Nach dem er mit ihm befreundet iſt: cujusmodi exempla occurrunt *Hoſe. VI, 2.* vivificabit nos מִיֹּמָיִם *poſt biduum*; it. *Gen. II, 2. c. IV, 3. &c.* qvanqvam cauſaliter etiam efferri qveat, *propter*. ſiqvidem fraudis exercendæ neceſſitatem imponi ſibi opinabatur Epiphanes, eò qvòd vigore pacti nil ampliùs contra Ægyptum tentare debuiſſet adverſi. *Grotius* hoc ipſum refert ad Epiphanis machinationes, qvibus effecit per *amicos*, qvos Romæ habebat, ut Demetrius Romæ retineretur, &c. qvod ipſum tamen alienius à textûs præſentis circumſtantiis. (b) Ipſum fraudis exercitium eſt in phraſi: *faciet* מִרְמָה *dolum*, h. e. ea, qvæ intendit, artificiosè celare, incautosq; jugô ſuô premere ſtudebit ſedulò ac infinitis modis. Nam ſicut *facere judicium ac juſtitiam*, eſt, judicium juſtum exercere, it. *facere iniqvitatem*, eſt iniqvitati dare operam, nec non facere abominationem, facere bonum, facere violentiam, &c. Ita & h. l. *facere dolum*, ſtudium exprimit ſingulare, multiplex, indefeſſum ac diuturnum, qvod Epiphanes exercuit tàm erga regni proceres, qvàm ſubditos militesq; munitionum præſidiarios, qvos à Magiſtratu legitimô alienare ſibiq; devincire, imò bona qvoq; regni ad ſe pertrahere, anxiè omninò laboravit.

וְעָלָה וְעָצַם בִּמְעַט־גּוֹי׃

Et aſcendet & ſuperabit in modicô populô.) Succedit nunc (3) Ægypti invaſio oneroſa, & qvidem diſtinctis vicibus. Prima continetur *verſ. 23. 24.* ubi *Adſcendendi* verbum, Scripturæ more, vim habet intrandi vel adveniendi, ut *Jud. IV, 5. 2. Reg. I, 3. 6. Apoc. XX, 9.* vel reſpectus habetur ad faſtuoſum hoſtilemq; alicujus ad ſupplantandum alterum conatum, *1. Reg. XXII, 6. 12. 15. 2. Reg. III, 7. c. XIV, 11. &c.* Additur

verò

Digitized by Google

verò [וְעָצַם] *& invaleſcet*, pro lubitu ſcil. ſibi alienos ſubjugando, ſubjugatisq; imperando, qvomodo vox hæc adfuit *cap. IIX, 8. 24.* Medium ſubjugationis vocatur מְעַט־גּוֹי *paucitas gentis*, h.e. vix parculæ militum turmæ computatæ ad numeroſum adeò Ægyptiorum regnum. Qvod ex hiſtoriâ lucem capit profanâ, ut & ex Joſeph. *Lib. 12. Antiqvit. c. 4. 5.* ubi refertur, Epiphanem ſub ſpecie pacis veniſſe in Ægyptum, comitatu qvidem non adeò numeroſô, attamen ſelectiſſimorum Regiq; addictiſſimorum militum, qvos ipſos mirâ arte diſtribuit per loca regni munitiora, ut nihil Ægyptii poſthâc moliri potuerint in contrarium, occupatâ etiam Metropoli Memphi, ad utramq; Nili ripam regionemq; frenô qvaſi cohibendam; ibi namq; Antiochus ipſemet ſubſiſtebat, cuncta tantò accuratiùs obſervaturus.

Poriſmata ex Verſu XXIII.

1. Inſidioſa filiorum hujus ſeculi ſolet eſſe amicitia, fœdera ac pacta. Proinde nemini fidendum, præterqvam Deo, *Pſal. CXVI, 11.*

2. Fraudulentia tàm publicis qvàm privatis perſonis ſemper in mundô familiaris fuit: Qvapropter ſimus ſimplices ut columbæ, at prudentes ſicut ſerpentes, *Matth. X, 16.* Qvisq; verò pius deteſtetur fraudulentiam, ne abominationi ſit Domino, *Pſ. V, 7.* oret verò pro ſanctâ ſimplicitate, *Pſal. XXV, ult.*

3. Etiam parvis copiis profani homines non rarò patrarunt magna: nimirum ſi gentis alicujus completa fuerit menſura vitiorum, eademq; ad pœnam jam maturuerit.

בְּשַׁלְוָה וּבְמִשְׁמַנֵּי מְדִינָה יָבוֹא

VERSUS XXIV. *Et abundantes & uberes urbes ingredietur.)* Pertinent & hæc ad invaſionem Ægypti deſcribendam pleniùs, ſiqvidem ut proximè meminerat *Aſcenſionis*, ita nunc *Adventûs*: יָבוֹא *veniet*, nimirum αὐτοπροσώπως, unà cum exercitu ad præſens inſtitutum neceſſariò. Attendenda verò ſimul veniunt tùm adventûs modus בְּשַׁלְוָה *in aut cum tranqvillitate*, (de qvâ voce dictum *v. 21.*) tùm terminus בְּמִשְׁמַנֵּי מְדִינָה *ad* vel *contra pingvedines provinciæ*, h.e. contra loca

מִשְׁמָן perſonasq; præ cæteris nobiliores. Ita namq; מִשְׁמָן *pingvedo* (à שָׁמֵן pingvis fuit & שֶׁמֶן oleum;) uſurpari ſolet de eô, qvod ſaginatum eſt ac benè habet, qvod etiam eſui eſt gratum præ eô, qvod macilentum aut tabidum, veluti conſtat ex Eſa. XVII, 4. *in die illâ attenuabitur gloria Jacob,*

Digitized by Google

Jacob וּמִשְׁמַן *& pingvedo carnis ejus macreſcet*: c. X, 17. *mittet Dominus* בְּמִשְׁמַנָּיו *in pingvedines ejus maciem, &c.* Gen. XXVII, 39. *ecce* מִשְׁמַנֵּי *pingvedines terræ habitatio tua, &c.* verſ. 28. *det tibi Deus de rore cœli* וּמִשְׁמַנֵּי *& pingvedines terræ atq; abundantiam frumenti & vini novi*: & deniq; Pſal. LXXIIX, 31. *interfecit* בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם *pingviſſimos ipſorum.* Alia adhuc forma cum pathach ſub literâ præform. extat Nehem. IIX, 10. *agite, edite* מַשְׁמַנִּים *pingvedines*, &c. E qvorum textuum collatione colligitur, deſignari & hôc locô tùm perſonas, tùm locos, qvi ob opulentiam, ſituationem, fœcunditatem aliasq; commoditates præ cæteris omnibus æſtimabantur בְּמְדִינָה *in provinciâ* vel territoriô illô Ægyptiacô: confer de hac voce *Cohel. V, 7. c. II, 8.* & ſuprà *c. IIX, 2.* Luth. daß Er in die beſten Städte des Landes kommen wird. Non malè autem hæc cohærent *cum modicâ illâ gente*, qvâ cum advenit hoſtis *v. 23.* nimirum qvia Ægyptii altam ſibi pollicebantur pacem, otiôq; torpeſcebant, idcircò etiam tantò faciliùs eosdem modicus ſubjugare potuit exercitus. Imò hâc ratione abſonum forſan non adeò fuerit, vocem בְּשַׁלְוָה accipere concretivè: *in pacem & pingvedines provinciæ veniet*, h.e. in loca qvieta, opima atq; opulenta.

וְעָשָׂה אֲשֶׁר לֹא־עָשׂוּ אֲבֹתָיו וַאֲבוֹת אֲבֹתָיו

Et faciet, qvæ non fecerunt patres ejus, & patres patrum ejus.) Invaſionem excipiunt (4) res geſtæ tàm generatim, qvàm ſpeciatim. Generatim dicitur, qvòd Epiphanes hic ſuperaturus ſit majores ſuos univerſos, non eqvidem animoſitate, ſed ſubjugatione ad votum qvodammodò ſuccedente; nemo ſiqvidem Regum Syriæ tantoperè regnum Ægypti devaſtaverat, exactionibus preſſerat, divitias diſſipaverat, prudentesq; procerum cogitationes calliditate ſuâ extinxerat, qvàm hic ipſe verſipellis. Qvoad phraſin confer Exod. X, 6. *implebunt locuſtæ domus tuas, — qvod non viderunt patres tui, nec patres patrum tuorum ex eô die, qvô fuerunt in terrâ hâc*, &c.

בִּזָּה וְשָׁלָל וּרְכוּשׁ לָהֶם יִבְזוֹר

Rapinas & prædam & divitias eorum diſſipabit.) Speciatim nunc recenſentur geſta in Ægyptô partim ratione opum, tanqvam bonorum mobilium, partim ratione munitionum, tanqvam immobilium. Illas exprimit voce בִּזָּה *præda*, (à בָּזַז *ſpoliavit*,) בזה h. e. qvicqvid ſubjugato adimitur hoſti, ſive ſint veſtes, ſive arma, ſive ſupellex, aut nummi, &c. qvomodo occurrit *2. Paral. XIV, 14.* de

Digitized by Google

prædâ civitatum: *c. XXIIX, 14.* de prædâ debellatis Judæis à fratribus
Iſraëlitis detractâ: *Ez. XXIX, 19.* de prædâ ex Ægyptô per Nebucad-
nezarem abductâ: *Eſth. IX, 10. 15. 16.* de prædâ hoſtium [illegible]
שָׁלָל qvam tollere Judæi noluerunt. Deindè additur [illegible]
itidem generale eſt, uſurpatum de iis, qvæ alteri ſive [illegible]
tra illud adimuntur, uti dictum *Prov. I, 13. c. XVI, 19.* [illegible]
niq; meminit etiam רְכוּשׁ *facultatum,* qvâ de vo[illegible]
eòq; ex vocum harum cumulô ſingularis planè re[illegible]
colligenda datur, adeò ut vitam qvodammodò [illegible]
riisq; exactionibus ac tributis inſatiabilem tyranni [illegible]
plere cogerentur. Pronomen לָהֶם *illis* nonnulli [illegible]
nis milites præſidiarios ac ſtationarios, ac ſi iisdem [illegible]
tribuerit, ut tantò fortiùs hos ipſos ſibi devinciret. [illegible]
remotiùs id eſt, מְעַט גּוֹי *paucitas gentis,* v. 23. ad [illegible]
ſed & ratio belli id vix permittit, ut tantoperè dite[illegible]
ce, cùm eò citiùs hôc modô ad propria vertantur [illegible]
lere incipientes, pericula defugientes, voluptatibus [illegible]
experientia id hactenùs abundè docuit in modernis [illegible]
bellis. Qvapropter convenientiùs pertinebit ad [illegible]
provinciæ, ita ut relativum אֲשֶׁר (cujus aliàs freqvent[illegible]
pſis,) ſubintelligatur h. m. *& prædam & ſpolium* [illegible]
qvæ ſunt) לָהֶם *iis* vel ipſorum, vel qvæ poſſident, [illegible]
qvoad præfixum ל *Pſ. XXIV, 1.* לַיהוָה *Domini eſt* [illegible]
[illegible] *ejus eſt ſapientia,* c. IX, 7. לְךָ *tua eſt juſtitia* [illegible]
locutionem evolve *Deut. V, 22.* non concupiſces [illegible]
בזר *mnia qvæ proximi tui.* Actus expilationis exprimitur [illegible]
ſperſit, diſſipavit, qvodipſum nonniſi ſemel adhuc in [illegible]
ſervatur *Pſ. LXIIX, 31.* בִּזַּר, *diſſipat populos.* Hau[illegible]
dit cum ὁμοφώνῳ פִּזַּר *diſperſit,* de qvô *Pſ. LIII, 6. Pſ.* [illegible]
11. Prov. XI, 24. Qvapropter & hôc locô tùm opum à [illegible]
qvis alienatio, tùm earundem in varios uſus alios [illegible]
qvô ipſô ſimul prodigum Epiphanis ingenium taci[illegible]
variis largitionibus militum, præſertim loca muni[illegible]
aucupaverit gratiam, nec non inſuper plurima in [illegible]
nem impenderit, uti legere eſt *1. Maccab. III, 30.* & [illegible]
12. antiqvit. c. 11.

[illegible] מִבְצָרִים יְחַשֵּׁב מַחְשְׁבֹתָיו

Et contra firmiſſimas cogitationes inibit [illegible]

Digitized by Google

bilia ſeqvuntur & immobilia; videl. מִבְצָרִים *munitiones*, loca muris vallisq; benè occluſa; de qvô vocabulô mentio præceſſit *v. 15*. Confer *Num. XIII, 19.* utrum in locis patentibus habitent, an בְּמִבְצָרִים *in munitionibus:)* it. *Thren. II, 2. Jer. V, 16. Hoſ. X, 14.* Modus circa munitiones hujusmodi verſandi eſt *cogitare* vel excogitare *cogitationes ſuas*, h. e. callidiſſima concipere conſilià, ad easdem tùm occupandas, tùm uſibus ſuis aptandas, tùm firmiter retinendas. Aliàs namq; phraſis hæc: *cogitare cogitationes* ſtudium deſignat haut frivolum vel perfunctorium, ſed planè accuratum, qvomodo legitur Jer. XIIX, 11. *ſic dicit Dominus: ecce ego cogito contra vos cogitationem*, c. IL, 30. *conſilium iniit contra vos Nebucadnezar, & cogitavit adverſus vos cogitationes*; Ez. XXXIIX, 10. *cogitabis cogitationem malam: aſcendam contra terram*, &c. Sic de conſiliis Hamanis *Eſth. IIX, 3. 5. c. IX, 25.* it. de inventionibus artificum ingènioſis *Exod. XXXI, 4. c. XXXV, 32. 35.* Confer *Jer. XI, 19. c. XIIX, 18. Maldonatus* munitiones has non malè ſubjungi cenſet pingvedinibus, h. e. urbibus mercatoriis, utpote qvæ altiora etiam reqviſiverunt conſilia ac labores. excogitare cogitationes.

;וְעַד עֵת *Et hoc usq; ad tempus.*

Limitantur jam ſucceſſus Epiphanis hactenus commemorati ratione durationis, qvòd ſcil. certa periodus à Deô ſit ipſis præfinita, ne pro libidine furat ſemper in infinitum tam ferox homo, ſed ſolùm ad præſcriptum tempus, qvanqvam id ratione menſium aut annorum non exprimatur, qvomodo aliàs dicitur עַד עֵת הָעֶרֶב *ad usq; tempus veſperæ* Joſ. IIX, 29. Confer *Pſal. CV, 19.* afflixerunt compedibus (Joſephum) עַד עֵת *usq; ad tempus*, qvô venit verbum ejus: *Ezech. IV, 10. 11.* cibus tuus in pondere, à tempore עַד עֵת *usq; ad tempus* comedes illum, i. e. usq; ad definitum dierum numerum, it. *Dan. XI, 35. c. XII, 4. 9.* usq; ad tempus finis. Aliàs eventum vaticinii hujus ſi conſulamus, conſtat, Epiphanem non adeò diu tenuiſſe Ægyptum, ſiqvidem paulò adultiore factô Rege à præſidiis Antiochi ſe liberarunt Ægyptii.

Poriſmata ex Verſu XXIV.

1. Satanæ ingenium imitantur, ut h. l. Epiphanes, ſic etiam mundani cæteri: Veniunt ſiqvidem ſub pacis nomine, fraternitatē communiaq; prætendunt ſtudia, hoſtilitatem omnem occultant ſtudioſè, interea nonniſi *pingvia* qværunt, macilenta prætereunt, &c. Haut difficilè

foret hæc ipſa ad Syncretiſtas accommodare Irenicosq; cæteros, & qvi ad Babilonem revocare hactenùs aliqvoties atq; allicere voluerunt digreſſos ex eâdem.

2. Qvisq; majorum nitatur ſuperare non malitiam, ſed pietatem ac virtutes.

3. Diſperſio bonorum ac prodigalitas, nec non corruptio eorum, qvæ vitæ humanæ inſerviunt, grandia ſunt contra V. & VII. præceptum vitia. De ſpoliis, num bonâ conſcientiâ qvis participare qveat, qvæ adempta ſunt fidei conſortibus, prolixi proſtant aliorum Tractatus.

4. Papam Romanum, poſtqvam ſenſim à Majorum deflexit pietate, ſimulatione pietatis affectaſſe pingvia, tantumq; in hisce ſtudiis proceſſiſſe, qvantum ex anterioribus Epiſcopis nemo; usq; adeò, ut latifundiorum paſſim evaderet Dominus, ipſisq; imperare auderet tandem Imperatoribus Regibusq;, iſtorum loqvuntur ſcripta, qvi hoc iniqvitatis myſterium ſcrutati ſunt ac detexerunt ex profeſſo.

וְיָעֵר כֹּחוֹ וּלְבָבוֹ עַל־מֶלֶךְ הַנֶּגֶב בְּחַיִל גָּדוֹל

VERSUS XXV. *Et concitabitur fortitudo ejus, & cor ejus adverſus Regem Auſtri in exercitu magno.)* Poſt invaſionem Ægypti primam, *v. 23. 24.* ſeqvitur nunc *altera*, ita, ut recenſeatur (1) apparatus יער יָעֵר *excitabit robur ſuum*, h. e. qvicqvid modò rerum bellicarum hactenùs qvieverat & dormire viſum fuerat, id commovebit & ad alacritatem concitabit. Et qvanqvam aliâs *excitare* dicatur *iram* aut *zelum ſuũ*; (Pſ. LXXIIX, 38. Eſa. XLII, 13.) qvi ſemetipſum cogitationibus ſuis intenſioribus reddit iracundum atq; fervidum, ut ſimili modô *excitet* etiam Epiphanes *ſuum robur*, ad animoſitatem ſe componendo, &c. habitâ tamen ratione ejusdem hujus capitis noſtri *verſ. 2.* potiùs כוח accipimus de perſonis rebusq; robur belligerandi conciliantibus: ac proinde ſicut Xerxes עִיר הַכֹּל *excitabat univerſa*, qvæ ad Græcos debellandos poterant inſervire: ita & h. l. Epiphanes, viſâ ſuorum in Ægyptô ſupplantatione, id unum egit, ut præſtò eſſent omnia, qvæ ſubjugandæ rurſus Ægypto conducere poſſent. Deinde mentione *cordis ejus* innuitur intentio ac ſtudium. Adverſarius eſt *Rex Auſtri*, h. e. Ptolomæus Philometor, factus jam adultior, qvi jugi alieni impatiens præſidia arcium Syriaca paſſim exturbaverat, atq; ſe ac regnum ſuum in priſtinam libertatem vindicare inchoaverat. Medium adverſario huic opponendum, eſt חיל

exercitus

exercitus magnus, eqvitibus nimirum, peditibus ac elephantis, pro more iſtorum temporum, conſtans numeroſis. Confer *verſ. 13.*

וּמֶלֶךְ הַנֶּגֶב יִתְגָּרֶה לַמִּלְחָמָה בְּחַיִל־גָּדוֹל וְעָצוּם עַד־מְאֹד

Et Rex Auſtri provocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis.) Poſt apparatum ſiſtitur nunc (2) adverſarius, videlicet Philometor modò memoratus. Negotium iſtius eſt *committere prælium*, vel *congredi* cum alterô hoſtiliter; qvô de verbô גָּרָה *miſcuit*, dictum modò *verſ. 10.* Miſcere autem ſemetipſum *in bellô* vel *ad bellum* legitur *Deut. II, v. 24.* Medium verò Epiphani opponendum eſt itidem *exercitus magnus & vehementer robuſtus*, qvi videlicet & animô, & experientiâ militari, & armis, & numerô, & commeatu reliqvô æqviparari poſſit adventanti Epiphanis exercitui hoſtili modò deſcripto.

וְלֹא יַעֲמֹד *Et non ſtabit.*

Habes hîc (3) prælii eventum, videl. Rex Auſtri cum copiis ſuis in fugam vertetur & ſuccumbet: idnamq; vult phraſis: *non ſtare*. Videatur *v. 3. 6. 15.*

כִּי־יַחְשְׁבוּ עָלָיו מַחֲשָׁבוֹת׃

Qvia inibunt adverſus eum conſilia.) Datur (4) cauſa infelicis iſtius pugnæ, videl. procerum Ægyptiorum Ducumq; bellicorum perfida cum Epiphane colluſio, ſiqvidem hi ipſi diffidentes juvenilibus Regis ſui conatibus, ſibiq; metuentes ab Epiphane hactenùs victore, corrupti inſuper largitionibus promiſſisq; omnis generis, machinabantur clanculum contra ſuum Regem, ac promovebant intereà pro viribus Epiphanis ſucceſſus. Qvi verò nominetenùs fuerint, hiſtorici tàm ſacri qvàm profani tacent. *Sanctius* conjicit, illos innui optimates, ad qvos miſſus eſt Antiochi Legatus Apollonius Mneſtæi filius, *2. Macc. IV, 21.* qvæ ipſa tamen conjectura certis deſtituitur fundamentis. Verbum plurale *cogitabunt*, expreſſô carens Nominativô, imperſonalem gignit locutionem, *conſultabitur*. Clariùs tamen hæc ipſa mox efferentur *verſu ſeq.* Phraſis, *cogitare cogitationes adverſus aliqvem*, adfuit modò *verſ. 24.*

Poriſmata ex Verſu XXV.

1. Qvisq; piorum excitet qvotidiè univerſum robur ſuum in prælium

lium adverſus Satanam, mundum carnemq; propriam, *Eph. VI, 10. 1. Pet. V, 8.*

2. Bona cauſa non in bellô ſemper triumphat: aliàs Philometor injuſtum debellaſſet expilatorem Epiphanem.

3. Perfidia ſubditorum miniſtrorumq; aulicorum vitium immane ac peſtilentiſſimum. Sed qvid dicemus de carne noſtrâ conſpirante ſæpiùs cum mundô adverſus Spiritum? *Gal. V, 16.*

וְאֹכְלֵי פַתְבָּגוֹ יִשְׁבְּרוּהוּ

VERSUS XXVI. *Et comedentes panem cum illô, conterent illum.)* Continuatur adhuc cauſa infelicium adeò Philometoris ſucceſſuum, ita ut proditores vocentur אֹכְלֵי פַתְבָּגוֹ *comedentes cibum ejus*, h. e. qvi ſunt alumni Regis, qvi ſtipendia ab ipſô accipiunt, omnemq; ſuam ipſi debent felicitatem, qvi Regi ſunt familiariſſimi ac à latere, qvales ſunt conſiliarii intimi, Secretarii, Præfecti item militares, &c. Hâc ratione Daniel ac ſocii ejus comedebant פַּתְבַּג *cibum* Nebucadnezaris. Vide de hâc voce *c. I, 5.* it. qvæ aliàs annotantur *Pſal. XLI, 10. & Job. XIII, 18.* ubi comedens panem alicujus, ponitur pro ejusdem familiari ac beneficiariô. Qvæ ipſa ſatis refellunt Hieronymi ſententiam, qvi de Antiochô ipſô hæc dicta cenſet; hunc ipſum aliqvot confutat argumentis *Sanctius* ad h. l. Opus perfidorum horum hominum eſt, *frangere* exercitum Regemq; ſimul ipſum, h. e. ſubducere neceſſaria vincendi media, imbellem ipſum reddere, arcana hoſti propalare, noxia Regi ſuggerere conſilia, habitâ ratione temporum, locorum, &c. Videatur *v. 22.*

וְחֵילוֹ יִשְׁטוֹף *Exercitusq; ejus opprimetur.*

Potiùs: *& exercitus illius*, (putà Epiphanis victoris,) *exundabit*, h. e. inſtar fluvii, undis ſuis omnia longè lateq; devaſtantis, terram Ægypti occupabit. Vide ſuprà *v. 10.* Nimirùm שָׁטַף non victis, ſed victoribus tribui ſolet, qvando iidem terram aliqvam operiunt ac evertunt.

וְנָפְלוּ חֲלָלִים רַבִּים׃ *Et cadent interfecti plurimi.*

Indicium hæc ſunt cladis immenſæ, qvando tàm jaculis qvàm haſtis gladiisq; multi paſſim ſauciantur, proſternuntur, enecantur. Vide qvoad phraſin Prov. VII, 26. *multos confoſſos cadere facit*, &c. cadere idem eſt ac vires vitamq; amittere, uti oſtenſum locô dictô. Hieronymus ex Sutoriô hæc refert ad cladem inter Caſium montem & Peluſium. Confer *1. Maccab. I, 19.* & Joſeph. *L. 12. Antiqvit. Judaic. c. 6.* Imò

captum

Digitized by Google

captum tunc fuiſſe Ptolomæum cum regnô ſcribit *Sanctius*, niſi ad fratrem, qvi tunc erat Alexandriæ, maturè ſe fugâ corripuiſſet.

Poriſmata ex Verſu XXVI.

1. Ingratitudinis eſt commune in mundô vitium, ubi hi, qvi pane alicujus fruuntur, malam nihilominus rependunt gratiam: de qvô ipſemet conqveritur Meſſias, *Pſ. LV. 13. ſeqq. & Pſ. XLI, 10.*

2. Prava conſilia ac proditiones magnarum ſæpè cladum ſunt cauſa. Lingva plures interimit qvàm gladius: miniſter aulicus corruptus certiſſima Reip. peſtis.

וּשְׁנֵיהֶם הַמְּלָכִים לְבָבָם לְמֵרָע

Duorum qvoq; Regum cor erit, ut malefaciant.) Cladis (5) conſeqvens eſt tum ſubdola pacis tractatio, tùm Antiochi in Syriam reverſio *v. 28.* tùm terræ ſanctæ infeſtatio, *ibidem.* Paciſcentes ſunt *duo Reges*, nempe ſenior Epiphanes, & Philometor juvenis; cujus utriusq; *cor* vel animus directus erat לְמֵרָע *ad malefaciendum*, nim. ſibi mutuò, hic ille, ille huic meditatur exitium, ambo intùs ardent tùm vindictæ cupiditate, tùm inſatiabili gloriæ ſtudiô, &c. Vox לְמֵרָע communiter accipitur tanqvam nomen רָע *malum*, cui præmiſſum לְ *ad*, interjectô per Pleonaſmum מֵ, qvomodo *2. Sam. XIII, 22.* legitur: *non locutus eſt* לְמֵרָע *à malô usq; ad bonum*, &c. Verum diverſiſſima utriusq; loci eſt ratio. Qvapropter licèt recurri fortè qveat ad formã infinitivi Chaldæã, ubi ad Analogiam לְמֵקָם *ad ſtandũ*, dici poteſt לְמֵרָע *ad malefaciendũ.* (Chaldæam autem Dialectũ Danieli familiarẽ extitiſſe, ignorat nemo.) Convenientiſſimum tamen arbitramur, formam hanc eſſe participii in Hiphil, poſiti locô Infinitivi aut Gerundii in dum, qvomodo *v. 1.* dicebatur לְמַחֲזִיק *ad confirmandum.* Et qvidem rigidè, ſi verbum verbô reddamus, erit: *Et ambos illos Reges*, (qvod ſpectat, nominativus. ſiqvidem hic membri vim habet integri:) *cor eorum ad malefaciendum*, (ſcil. eſt propenſum vel avidum,) &c. Difficultates eqvidem objicit h. l. *Sanctius*, qvomodo Antiochus tanqvam avunculus annoſus, & Ptolomæus ſororis Cleopatræ filius adhuc juvenis, inſidias ſibi invicem ſtruere potuerint, cùm ad minimum hic per ætatem vel ad fingendum, vel ad celandum fuerit ineptus? Qvâ de cauſâ etiam ſuſpicatur, per duos hosce Reges Antiochum & Eumenem Pergami Regem, vel duos Ptolomæos fratres, Alexandriæ ſimul viventes, intelligi poſſe. Verùm VERSUS XXVII.

qvis

Digitized by Google

qvis ætatem juvenilem, imò puerilem, ad technas crederet ineptam, præſertim in perſonis regiis, ubi animi generoſi ad faſtum naturaliter ſunt proclives? Qvidni etiam puer à Conſiliariis inſtructus callidum ſe exhiberet, ubi rem in acie novaculæ conſtitutam audit?

וְעַל־שֻׁלְחָן אֶחָד כָּזָב יְדַבֵּרוּ

Et ad menſam unam mendacium loqventur.) Latet hic transactionis tentatæ modus per *τὸ colloqvi* invicem *ad menſam unam*; ex qvô conſeſſu colligitur luculenter, eos, qvi anteà in campô congreſſi fuerant apertô Marte, nunc, mutuô ſecuritatis datô ſymbolô, amicè ad conclave vel menſam conveniſſe unam, inſtructis ad id Memphide lætitiæ ac compotationis cauſâ epulis. Inſidiæ verò nihilominùs intereà ſtructæ patefiunt ex *locutione mendacii*, dum ſcil. alter alteri pollicitus fuit affectum amicum, aut qvalis à patruô debebatur, nepoti ex ſorore, &c. tùm etiam mutua officia ſubſidiumq; prolixè fuerunt invicem collata. Utut verò colloqvium hoc in eâdem menſâ non exprimatur apud hiſtoricos, uti adducit *Maldonatus*, propterea tamen falſitatis argui neqvit vaticinium, cùm multa ejus generis cum hiſtoricis deperditis perire qvoq; potuerint hiſtorica; velut hodièq; eveniunt non pauca, qvæ ab hiſtoricis hautqvaqvam conſignantur; vel ſaltem à paucis.

וְלֹא תִצְלָח *Et non proficient.*

Potiùs: *& non ſuccedet*, negotium ſcil. tantô apparatu ſtudiôq; tunc geſtum; pax ea nullius erit pretii. Tertia fœminina verbi תִּצְלַח neutralem gignit ſenſum: *illud non ſuccedet*. Confer Num. XIV, 41. *cur transgredimini os Domini, cùm hoc non* וְהִוא לֹא תִצְלָח *proſperè ſit ſucceſſurum?* Lutherus h. l. es wird ihnen aber fehlen.

כִּי עוֹד קֵץ לַמּוֹעֵד׃ *Qvia adhuc finis in aliud tempus.*

Luth. Denn das Ende iſt noch auff eine andere Zeit beſtimmet. Redditur ratio, cur inſidioſæ illæ machinationes non ſucceſſuræ ſint ex votô, videl. *qvia* לַמּוֹעֵד *periodo illi definita*, qvamdiu diſſidium illud inter Regem Auſtri & Septentrionis continuari debeat *v. 29.* קֵץ *terminus adhuc* abeſt, vel, *terminus adhuc* (defixus eſt) *ad tempus certum* aliud; adeòq; nondum poterit alter alterum deglutire, cùm diutiùs adhuc Palæſtina premi debeat ex mutuis horummet regum colliſionibus. Vide dicta *c. IIX, 17. 19.*

Pori-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XXVII.

1. Ut mundanorum animus ad malefaciendum, ſic piorum ad benefaciendum promtus eſt, idq; ex inſtinctu charitatis, qvæ à verâ fide ſeparari ſe nunqvam patitur, *Gal. V, 6.* Ac proinde ubi illi vindictæ ſtudent, hi è diverſô pro inimicis intercedunt, eosdemq; Deo lucrari allaborant, collatis ſubindè beneficiis, *Matt. V, 43. ſeqq. Rom. XII, 20. ſeq.*

2. Doli magnatibus inuſitati non ſunt; Etiam commenſalibus parum qvandoq; fidei tribui poteſt; inter pocula alter alterius elicere cogitat arcana, pollicitationes ejusdem, qvas potus præcipuè eructat, ſubdolè captare novit.

3. Etiamſi multi cogitent concordiam inter Lutheranos, Calvinianosq; per laxas confeſſionum formulas, elenchi nominalis proſcriptionem, mutuam tolerantiam, controverſiarum ad Academias relegationem modosq; alios cudere, vix tamen alius poterit ſperari ſucceſſus, qvàm qvi hôc locô, *ad menſam unam,* (modò non ipſam Euchariſticam,) *loqventur mendacium.* Qvamdiu enim verbis Chriſti non ſimplex adhibetur fides, rejectô rationis magiſteriô, tamdiu ruinoſa eſt omnis diſſidentium compoſitio.

וְיָשֹׁב אַרְצוֹ בִּרְכוּשׁ גָּדוֹל

Et revertetur in terram ſuam cum opibus multis.) Fuit conſeqvens cladis unum; ſeqvitur nunc & alterum, Syriæ nimirùm repetitio. Siqvidem Antiochus cùm pro ratione iſtorum temporum plura ſe tunc exeqvi non poſſe deprehenderet, tutiſſimum arbitratus eſt, in proprium reverti regnum, eoq; referre רכוש *opes illas ingentes,* qvas hactenùs in Ægyptô variis compilaverat modis. De voce hâc Ebræâ videatur *verſus 13. & 24.* VERSUS XXIIX.

וּלְבָבוֹ עַל־בְּרִית קֹדֶשׁ

Et cor ejus adverſus teſtamentum ſanctum.) Tertium hoc eſt conſectarium, videl. populi Dei infeſtatio. Per *fœdus* enim *ſanctitatis* nil aliud innuitur, qvàm ea ipſa gens, qvæ ſanctô circumciſionis fœdere peculiariter devincta erat Deo vero, cujus etiam legem, templum, ſacrificia, feſta, aliaq; fœderis ſymbola ſtudiosè hactenùs asſervârat, utut hanc ipſam ob fœderis gloriationem nimioperè gentium aliarum experiretur odia ac ſannas. Vide de hôc ipſô fœdere *Geneſ. XVII, 10. ſeqq. Exod. II, 24. cap. VI, 4. c. XIX, 2. Mal. II, 10. Zach. IX, 11. Eph. II, 12.*

Digitized by Google

II,12. Rom. IX,4. Contra hoc igitur fœdus, h. e. tam perſonas, qvàm loca, ubi fœdus illud vigebat לְבָבוֹ *cor ejus* (Antiochi) erit, h. e. in reditu ex Ægypto omnia mentis ſuæ cogitata plerumq; voluntatis aſſenſum diriget, ut ægrè illis faciat, ſuamq; illinc augeat & opulentiam & potentiam & gloriam. Qvod ipſum ſanè vaticinium Iſraëlitis haut dubiè ſudes ſemper fuit in oculis, qvoties hunc Regis Syriaci ex Ægyptô reditum in hisce Danielis verbis attenderunt, non ſine malô ſuô maximô. vide ſuprà *c. IIX,10.11.*

וְעָשָׂה וְשָׁב לְאַרְצוֹ׃

Et faciet & revertetur in terram ſuam.) H. e. licet irrita fuerit Antiochi contra regnum Ægyptiacum intentio; *(cor ejus* ad malefaciendum, ſed non ſuccedet *v. 27.)* non tamen irrita erit ipſa contra terram ſanctam vel terram decoris, uti vocabatur *verſ. 16.* Nam עָשָׂה *faciet*, h. e. cogitata efficiet, reipſâ exeqvetur, &c. qvomodo hoc verbum *faciendi* adfuit *v. 17.* Nimirum interfectis Judæorum qvampluribus ſpoliabit templum Hieroſolymitanum, atq; ſit, tanqvam re benè geſtâ, reverſus eſt in Syriam: cujus rei hiſtoriam nonnulli adducunt ex *1. Maccab. I,18. ſeqq. & 2. Maccab. V,1. ſeqq.* Verùm ſecundùm *Grotium* autor libri Maccabæorum hunc adventum Antiochi primum in Judæam planè præteriit, cùm res ſecundi adventûs multò fuerint atrociores.

Poriſmata ex Verſu XXIIX.

1. Mira eſt opum mundanarum viciſſitudo; qvæ hactenus poſſedit Ægyptus, nunc deportantur in Syriam; qvæ olim erant bona Germaniæ, aliô tempore facta ſunt Sveciæ, &c. Imò qvæ feuda hujus fuerant familiæ ante annos 10. nunc planè ſunt alterius: nimirum propter abuſum toties hujusmodi bona novos nanciſci coguntur Dominos.

2. Qvando inter ſe paciſcuntur mundani, plerumq; damnum inde ſentit Eccleſia; qvando in gratiam redeunt Pilatus & Herodes, ſannas intereà mortemq; experitur innocens Chriſtus. Sic ejusdem qvoq; accidit corpori, Eccleſiæ, ſicut id ſuperiorum qvoq; annorum comprobant hiſtoriæ, qvantopere ſc. veri confeſſores afflicti fuerint poſt initam inter principes Pontificios pacem.

3. Gaudeamus, qvotiescunq; ob ſanctum cum Deô fœdus adverſa patimur. Sic namq; in communione Sanctorum nos eſſe, concludere

Digitized by Google

tutò poſſumus. Imò fœderi ſancto ac religioni veræ favere nunqvam Satan poterit, neq; ejuſdem organa, &c.

לַמּוֹעֵד יָשׁוּב וּבָא בַנֶּגֶב׃

Statutô tempore revertetur & veniet ad Auſtum.) Fuit Versus
hactenùs indè à *verſ.25.* invaſio Antiochi in Ægyptum ſecunda, ſeqvi- XXIX.
tur nunc *tertia.* Ubi advertimus (1) tempus, qvod hîc appellatur מוֹעֵד *tempus determinatum,* tùm ratione ipſiusmet Antiochi, qvi commodam obſervavit occaſionem debellandi Philometorem cum Cleopatrâ ſorore ſuâ, & ubi ſpecies adeſſet juvandi Philometorem contra ſeditioſos Alexandrinos, ſuffultos præſentiâ Ptolomæi Minoris; (videatur *Livius Lib. 45. dec. 5. & Appianus.)* tùm etiam ratione Dei, qvi regnorum fata moderari ſolet pro ſuâ ſapientiâ, iiſdemq; horas atq; dies definire, ſicut hactenùs deprehenſum in Daniele multoties. De Ebræâ voce actum *cap. IIX,19.* (2) Actus eſt iterata invaſio: *revertetur & veniet,* h. e. iterum veniet, pro more lingvæ. Adventus autem fuit non perſonæ ſolius regiæ paucorumvè ejus comitum, verùm exercitus ſimul ad expeditionem inſtantem neceſſarius adfuit, qvi & terrorem incuteret & adverſantes reprimeret & occupata defenderet. (3) Terminus ad qvem, eſt *meridies,* h. e. Ægyptus, ex *v. 5. & 8.*

וְלֹא־תִהְיֶה כָרִאשֹׁנָה וְכָאַחֲרֹנָה׃

Et non erit priori ſimile noviſſimum.) Potiùs: *Et non erit ſicut priùs & poſteriùs.* Habemus hîc (4) invaſionis eventum. לֹא תִהְיֶה *non erit,* non ſuccedet aut eveniet, (iterum tertia fœminina תִּהְיֶה neutraliter accipitur, ſicut תִּצְלָח *ſuccedet v. 27.*) ſicut *ab initiô* vel in expeditione primâ *v. 23.* nec etiam, *ſicut in poſtremâ,* h. e. noviſſimâ Ægyptiorum ſubjectione, qvando poſt cladem de pace cogitare jubebantur parùm honorificâ, *v. 26. ſeqq.* Verùm nunc aliter planè agetur cum Antiochô, ſiqvidem Romani, Ægyptiis ſubvenientes, conſilia intervertent omnia, ut mox ſeqvetur.

Poriſmata ex Verſu XXIX.

1. Ut impiorum inqvietum ſemper eſt ingenium, *Eſa. LVII, 20.* ita licèt pacem qvandoq; inire adigantur, diutiùs tamen eandem haut colunt, qvàm ubi violandi deeſt oportunitas: imò ſunt inſtar arcûs doloſi, &c. *Pſal. LXXVIII, 57.*

2. Non æqvales ſemper victoribus parati ſunt ſucceſſus; Etiam

qvi ſecundâ aut tertiâ vice proſtravit hoſtem, qvartâ tamen vice proſterni poteſt & ipſe; imò infinita Deo ſunt media, qvibus cohibere, imò penitùs invertere poteſt felices hoſtium ſucceſſus. Nemo proin fidat fortunæ blandienti, nemo nitatur ſucceſſibus ſuis hactenùs aliqvandiu exoptatis, 1. Reg. XX, 11.

וּבָאוּ בוֹ צִיִּים כִּתִּים וְנִכְאָה

VERSUS XXX. *Et venient ſuper eum trieres & Romani, & percutietur.)* Sicut *v. 29.* eventus deſcribebatur priùs in genere, ita nunc etiam in ſpecie exponitur, mentione factâ (α) obſiſtentium, qvi ſunt צִיִּים h.e. juxta Vulgatum, *trieres* vel triremes (à Græcô τριήρεις *triremis,*) Lutherus: Schiffe aus Chitim. Nimirùm צִי & צִיָּה eſt *ſiccitas*, ſicut terræ צִיָּה *ſiccitatis* fit mentio paſſim, *v. g. Pſ. LXIII, 2. Pſ. CVII, 35.* &c. Maſculinum tamen צִי accipitur de *navi*, ut qvæ in mediis undis ſiccitatem præbet navigantibus, ut *Eſ. XXXIII, 21.* velut locus pluviorum, &c. & צִי אַדִּיר *navis magna* non tranſibit per eum: *Num. XXIV, 24.* וְצִים *& naves*, מִיַּד כִּתִּים *de littore Chittim & affligent Aſſur*, &c. Ezech. XXX, 9. *exibunt nuncii à facie meâ* בַּצִּים *in navibus, ad terrendum Chus*; Eſa. XXIII, 13. *Aſſur fundavit eam* לְצִיִּים *pro navibus*. Qvandoq; tamen pluralis צִיִּים uſurpatur etiam de incolis locorum ſiticuloſorũ, ſive beſtiis, ſive barbaris hominibus, v. g. Pſ. LXXII, 9. *coram ipſô incurvabunt ſe* צִיִּים *barbari* ſive inſulani, & Pſ. LXXIV, 14. *dediſti cibum populo* לְצִיִּים *in ſiccitatibus*, ſeu inſulis, Eſa. XIII, 21. *accubabunt ibi* צִיִּים *beſtiæ*: cap. XXXIV, 14. & Jer. L. 39. *occurrent tibi* צִיִּים *beſtiæ ſylveſtres obimis* ſeu ululis. Ex qvâ inductione locorum nominis צִי, præcipuè verò ex *Num XXIV, 24.* colligitur, h. l. deſignari *naves*, & qvidem (de littore) כִּתִּים *Chittæorum*, h. e. Romanorum. Qvanqvam enim non deſint, qvi Chittim exponant de Cyprô, ut *Epiphanius, Theodoretus, Vatablus, Joſephus, &c.* it. de Chiis certâ Indorum gente, de Ciliciâ, in cujus portubus naves Romanæ, ut habet *Polanus p. 1050.* ferè ſervabantur, ut mari mediterraneo omnibus ex partibus imperarent, (ſic Belgæ qvoq;) qvanqvã etiam ſint, qvi agi opinentur de Macedoniâ; (v. g. Grotius,) &c. nobis tamen diſplicere neqvit Bochardi ſententia *L. 3. Phaleg c. 5. f. 179.* per Chittim denotari Italos, qvos etiam h. l intelligunt Græci & Latini Patres, & ex Ebræis *Joſephus Ben Gorion, Salomon Jarchi, Saadias Gaon, Aben Eſra, Jacchiades*, &c. & ex noſtris *Geſnerus* pari modô *Num. XXIV, 24.* כִּתִּים Hieronymus reddidit: *de Italia*, Onkelos

כתים

Digitized by Google

ſelos & Interpres Arabicus *de Romanis*, Targum Hieroſolymit. *in Lombardiâ ex urbe magnâ* (h.e. Româ:) Jonathan: *ex Lombardiâ & è terrâ Italiæ.* Dubia qvæ ex *Eſa. XXIII, 1. 8. & Ez. XXVII, 6.* objici ſententiæ huic poſſent, diſcuſſa videbis apud autorem modò nominatum. Qvòd ſi tamen ejusdem hujus autoris *partem primam Hieroz. L. 3. c. 15.* conſulas, videbis, hocce צִיִּים exponi de felibus feris, præteritô navium ſignificatu; qvod ipſum, qvanqvam ſatis ſit novum atq; paradoxum, defendendum relinqvimus inventori. Si tamen ſecundùm *Lutheri* gloſſam marginalem ad *Num. XXIV, 24.* intelligere generatim veſimus *Europaeos*, compendioſiùs declinare poterimus obſtacula hinc inde mota. Simile qvid legitur apud Joſephum *L. 1. antiqvit. Judaic. c. 7.* à Chittim occupante Cyprum profectum eſſe, ut tum inſulæ omnes, tùm loca maritima pleraq; ab Ebræis Chittim vocarentur. Placet hoc etiam *Pererio, Sanctio, Corn. à Lap. Calvino atq; aliis:* Aliàs inter poſteros Javan referuntur כִּתִּים *& Dodanim*, à qvibus diſperſæ ſunt אִיֵּי הַגּוֹיִם *inſulæ gentium in terris ipſarum, cujusvis ſecundùm linguam ſuam*, Gen. X, 4. 5. 1. Pet. I, 7. Sic mentio ſit Chittim *Eſa. XXIII, 1. 12.* ubi de Tyrô ejusq; infortuniô è terrâ Chittim, it. *Jer. II, 10.* qvanqvam ibi ſit כִּתִּיִּים *ad inſulas Cittijorum.* Ratione conſtructionis ſuppleri poteſt præfixum מִ h. m. *naves* (de) *Chittim*, cujus ellipſeos exempla paſſim obvia: Conferatur locus *Num. XXIV, 24.* aliqvoties citatus. Porrò (β) obſiſtentia ipſa eſt in phraſi: *venient* בוֹ *contra eum*, oppugnatis ſcil. ab Antiochô Epiphane Ægyptiis opem laturi, & hujusce vim ab ipſis propulſaturi. Similem præfixi ב uſum pro *contra*, reperies *Pſ. LXXIV, 1. Pſ. LXXIIX, 19. Pſ. LXXX, 5. Pſ. LXXXV, 6. Pſ. LXXIII, 9. Prov. VII, 23. &c.* (γ) Conſeqvens obſiſtentiæ hujus eſt partim Epiphanis perturbatio, partim erga Iſraëlem indignatio. De priore dicitur וְנִכְאָה *& dolore afficietur*; (Luth. daß er verzagen wird:) h. e. licèt dolorem animi ob Romanorum potentiam cogatur premere, inſigniter tamen inde cruciabitur, qvod ſpe ſuâ excidere ſe experiatur, cum ignominiâ, tam imperioſè à Romanis abire juſſus, fruſtrà etiam impenſis tot ſumtibus laboribusq;. Nimirum Radix eſt כָּאָה *doluit*, (congruens qvodammodò cum נָכָה *percuſſit* & cum כָּאַב *doluit*,) qvæ in Niphal ſemel adhuc legitur, *Pſal. CIX, 16.* miſerum & egenum וְנִכְאֵה *& attritum vel dolentem corde.* In Hiphil iterum ſemel legitur *Ezech. XIII, 22.* propter הַכְאוֹת *affligere*, qvandoqvidem dolore afficiunt *cor juſti falſò*, &c. De voce נִכְאֵה *attritus*, conferantur di- כאה

Digitized by Google

&a *Prov. XV,13.* Qvod ſi itaq; eventum deſideres in hiſtoricis, adire poteris Joſephum *L. 12. antiqvit. c. 6.* nec non Juſtinum *Lib. 34.* cujus hæc ſunt verba: *Pulſus regnô Ptolomæus ab Antiochô ad fratrem minorem Ptolomæum, Alexandriam confugit, participatôq; cum eô regnô legatos Romam ad Senatum mittunt, auxilia petunt, fidem ſocietatis implorant. Movére Senatum preces fratrum. Mittitur itaq; legatus Popilius ad Antiochum, qvi abſtinere illum Ægyptô, aut ſi jam inceſſiſſet, excedere juberet. Cùm in Ægyptô inveniſſet, oſculumq; rex ei obtuliſſet; (nam coluerat inter cæteros Popilium Antiochus, cùm Romæ obſes eſſet;) tunc Popilius faceſſere interim privatam amicitiam jubet, cùm mandata patriæ intercedant, prolatoq; Senatûs decretô & traditô, cùm cunctari illum videret, conſultationemq; ad amicos referre, ibi Popilius virgâ, qvam in manu gerebat, amplô circulô incluſum, ut & amicos caperet, conſulere jubet, nec prius indè exire, qvàm reſponſum Senatui daret, aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum. Adeòq; hæc auſteritas animum regis fregit, ut pariturum ſe Senatui reſponderet.* Hactenùs Juſtinus. De mandatô illô Senatûs addi poteſt ex Appianô, qvòd in tabellâ ſcriptum fuerit h. m: *Non pugnare in Ptolomeum Antiochum.* Adde his Florum *Epit. Lib. 45.* & Vellejum Paterc. *L. 1. hiſt. Rom.*

וְשָׁב וְזָעַם עַל־בְּרִית־קֹדֶשׁ וְעָשָׂה׃

Et revertetur & indignabitur contra Teſtamentum ſanctuarii, & faciet.) Eſt hoc alterum conſeqvens ratione Iſraëlis, qvod per aliqvot continuatur verſus. Occurrit hîc (α) iterata Epiphanis indignatio: *revertetur & indignabitur*, h.e. iterum indignabitur, poſtqvam ſcil. jam ſemel indignatus eſſet, *v. 28.* qvanqvam enim prius verbum exponi etiam qveat de abitu ex Ægyptô, Syriæq; repetitione, per Romanos injunctâ, indoli tamen lingvæ magis convenit, prius hocce verbum accipere adverbialiter: *iterum* indignabitur. De verbô זעם qvod & *indignari* & *deteſtari* ſignificat, vide *Prov. XXII, 14.* Adeòq; Epiphanes cùm indignationem ſuam effundere citra evidentiſſimum periculum non poſſet adverſus eos, à qvibus inſigniter offenſus erat, idcircò eandem direxit adverſus imbelles, qvibus alioqvin ob religionem malè omninò cupiebat, imò qvos tanqvam terræ catharmata deteſtabetur animitùs. Objectum indignationis vocatur *fœdus ſanctitatis* ſive ſanctum, per qvod gens Deo grata cum univerſô ſuô cultu bonisq; cæteris deſignabatur, uti vidimus *v. 28.* Indignationem excipit (β) concepti

cepti odii executio, וְעָשָׂה *& faciet*, h.e. qvæ indignabundus hic animô ſecum conceperat, eadem efficiet, (ſimplex pro compoſitô,) poſtqvam nemo eſſet impediens, viresve Epiphanis retundens. Vide rurſus *v. 28.* Adeòq; pertinet huc relatio Joſephi *L. 12. Antiqvit. c. 6.* qvomodo Epiphanes ad urbem Jeruſalem perduxerit exercitum, eandemq; occupaverit obſiſtente nemine, imò portas ipſi aperientibus eis, qvi cum ipſô conſpiraverant. Cùm enim potentes Judæorum inter ſe diſſiderent, eò qvòd nemo ſe ſubmittere vellet pari, Onias qvidem è Pontificibus Tobiæ filios expulit civitate. Hi verò ſupplices confugerunt ad Epiphanem, petentes, ut ſemet ducibus irrumperet in Judæam; id qvod facilè impetrarunt ab eô, qvi dudum talia fuerat machinatus. Illam ipſam verò dominationem exercuit crudeliter, necatis permultis, qvi diverſarum erant partium, direptisq; pecuniis & Antiochiam abſportatis. Audi ſcriptorem libri 2. Maccab. V, 14. *intra triduum 80000. fuerunt occiſa, 40000. verò manu capta, nec pauciores venditi, qvàm interfecti.*

וְשָׁב וְיָבֵן עַל־עֹזְבֵי בְּרִית קֹדֶשׁ׃

Reverteturq; & cogitabit adverſus eos, qvi dereliqverunt teſtamentum ſanctuarii.) Potiùs: *Et revertetur & animum adhibebit ad deſertores fœderis ſancti.* Seqvitur (ע) Epiphanis cum apoſtatarum turbâ conſpiratio, indicata verbô יָבֵן *intelliget, attendet*, &c. de qvô dictum jam *c. IX, 2.* & *Prov. XXIII, 1.* Senſus verò eſt, verſipellem hunc Tyrannum non inſuper habuiſſe ſuſurros delatorum qvorundam perfidorum, eosdemve à ſe abegiſſe, ſed accuratè potiùs ipſorum exploraſſe animos, auſcultaſſe conſilia, poſtulaſſe indies novorum communicationem ulteriorem, &c. Additur denuò, וְשָׁב *& revertetur*, h.e. iterum attendet, poſtqvam videl. negotium iſtud ob expeditionem Ægyptiacā aliqvandiu qvieviſſet, aut per intercurrentes curas turbasq; alias nonnihil interruptum fuiſſet. Illi verò, ad qvos attendit, vocantur *deſertores fœderis ſancti*, qvi ipſi haut dubiè fuerant de natione Iſraëlitarum, circumciſionem unà cum cultu reliqvô antehac amplexi, nunc verò ob ſecularia ſive commoda ſive incommoda fœdus illud turpiter deſeruerant, parùm curantes, qvid Deus & qvid reliqvi concives ad hujusmodi facinora & cum gentilibus colluſionem ſentirent. Qvanqvam enim hi neqvitioſi præ ſe fortè adhuc tulerint religionis Judaicæ profeſſionem, mens tamen eorum longè receſſerat à ſanctô fœdere, parùm curans, qvid in ipſô vel ergà Deum vel

proximum

Digitized by Google

proximum reqvireretur. Vide dicta *Prov. XXIV, 8.* עֹזְבֵי תוֹרָה *deſerentes legem laudant impium.* Hos ipſos verò ſtudioſè ad ſe allexit Epiphanes vel eâ de cauſâ, ut tantò graviùs Judæos affligere poſſet per Judæos; hujus generis erant Jaſon, Menelaus, Alcimus, *(1. Macc. VII.)* &c. *Maldonatus* conjicit, hæc dicta in Jaſonem, Oniæ fratrem, qvi cùm à lege defeciſſet, Gymnaſiumq; Græcæ ſuperſtitionis Hieroſolymis erexiſſet, adeò tamen inviſus & Antiocho & Judæis fuerit factus, ut in Ammonitidem Ægyptumq; fugere coactus fuerit, *2. Maccab. V, 8.* Verùm ponderoſior adhuc ſententia prior. Tacemus *Jacchiadæ* nugas, de fœdere Iſraëlitarum cum regibus Syriæ & Ægypti, cujus ſententiæ incommoda detexit L'Empereur *in notis pag. 229.*

Poriſmata ex Verſu XXX.

1. Ut Romani ab Ægyptô depellebant Epiphanem, ita non rarò à pupillis, viduis, miſerabilibusq; perſonis aliis propellitur adverſantium injuria per homines extraneos, & de qvibus vix cogitarunt tales preſſi.

2. Affliguntur, qvi nos injuſtè afflixerunt modis miris duriſſimisqvè, *2. Theſſ. I, 6.* æqvè ut hîc Antiochus.

3. In innocuos non rarò bilis effunditur, qvi commiſeratione potiùs auxilioq; fuiſſent digni. Æqvè ut hîc Judæi perpeti coguntur, qvæ Ægyptiis antehac fuerant deſtinata. Imò Dæmonum idem qvoq; eſt ingenium, ut unô locô pulſi, qværant infeſtentq; alium novum. *Matth. IIX, 31.*

4. Apoſtatarum miſera eſt conditio, utut aliqvandiu coram mundô florere videantur inſigniter. Fidem perdiderunt apud Deum atq; homines, aſſimilati dæmonibus; hinc fidem ipſis adhibere meritò reformidant boni qviq;.

5. Adſcribimus hîc obſervationem *Polani* è commentariô hujus loci jam ante 65. annos publicatô, ubi de Cardinalibus, Pſeudo-Epiſcopis ac Jeſuitis, tanqvam fœderis ſacri deſertoribus, annotavit, ipſos inflammare Imperatores, reges & Principes ad perſeqvendum pios, clamitando: *Propterea infeliciter geri bellum adverſus Turcas, qvia hæretici tolerentur: Inde nata recens perſecutio contra Evangelicos in Auſtriâ, Stiriâ & Carinthiâ.* Hæc illle. At nonne jam eadem prorſus decantatur in mundô fabula? Legatur modò ſcriptum *D. Scheffleri* modernum, an die Teutſche Völckerſchafft / cui abunde ſatisfactum à *Dn. D. Chriſtianô Chemnitiô, Dn. D. Scherzerô,* aliisq;.

6. De Apoſtaſiâ magnâ, hominecq; peccati videatur *2. Theſſ. II, 3.* *1. Tim. IV, 1. ſeqq. 2. Tim. III, 1. ſeqq. c. IV, 3. 4.* lectu item digniſſimus de Apoſtaſiâ Romanæ Eccleſiæ eſt tractatus *Dn. D. Nicolai Hunnii, D. Heinrici Höpfneri,* it. quæ protulit Brohmannus *in ſpeculô veritatis p. 105.* & in *apologiâ ejusdem p. 31.* Forbeſius *in appendice ad apocal. p. 370. ſeqq.* Rivetus *ad Hoſeam p. 29. ſeqq.* Camero *operum f. 553. ſeqq.*

וּזְרֹעִים מִמֶּנּוּ יַעֲמֹדוּ *Et brachia ex eô ſtabunt.*

Specialiùs nunc ſubjungitur (δ) Copiarum præſidiariarum conſtitutio, ſiqvidem per *brachium* tale qvid indicari, conſtitit ex *v. 6. 15. & 22.* Non verò agi de *ſemine* Epiphanis regiô, ut nonnulli ſenſêre, (ac ſi fuiſſet זְרָעִים à זֶרַע *ſemen,* velut ineptè *Sanctius* ſcribit, in Ebræô pro brachiis haberi você זְרֹעִים quæ vox *ſemen* propriè, *brachiũ* noniſi figuratê ſignificet, &c. ſed de *brachiis,* conſtat ex literis punctisq;, nec non textibus parallelis. Et qvidem nomen זְרוֹעַ *brachium,* pluralem format tàm maſc. qvàm fœmin. de qvô Grammatici. Autor præſidiorum horum eſt Epiphanes: מִמֶּנּוּ *ab ipsô* emanabunt veluti, aut expandentur brachia, h. e. copiæ aut duces militares, qvibus ipſe comprehendet tenebitq; loca unâ cum incolis, ne elabi eripivé poſſint ipſius manibus. *Abarbinel* conjicit, hîc trajici ad Romanos: *& brachia,* h. e. Romani Græcis & Antiochô fortiores, *ſtabunt poſt ipſos in orbe,* &c. qvem tamen è nexu, ſcopô & Gramaticâ refellit Hulſius *part. 1. Theol. Jud. p. 563. ſeqq.* Cum *Abarbinele* idem ſenſit *Jacchiades,* qvi eadem ſibi qvoq; dicta habebit. Robur deniq; præſidiorum colligitur ex *ſtandi* verbô, qvanqvam id Metaphoræ *brachiorum* minùs convenire videatur, adeòq; ad catachreſticas pertineat locutiones. Vide qvæ diximus *de brachiis inundationis, v. 22.* it. *de ſtandi* verbô *v. 2. 3. 7. 16. 20. 21.* Accommodantur autem hæc ad ea, qvæ bienniô pòſt, qvàm ipſe Epiphanes Hieroſolymam vaſtaverat, bonisq; omnibus ac pretioſis Judæos ſpoliaverat, contigerunt, miſſô tributorum principe in civitates Judææ, cujus adventus longè funeſtior, qvàm ipſiusmet Epiphanis, ceu conſtat ex *1. Maccab. I.* Huc etiam pertinent præfecti, v. g. Jeruſalemi, Philippus genere Phryx, moribus barbaris ſuum Dominum adhuc ſuperans, it. Garizimis Andronicus Bacchides, nec non Apollonius, de qvô *2. Maccab. V, 24.* Nonnulli ad ipſosmet referunt Judæos apoſtatas, Antiocho contra gentem ſuam adhærentes.

Versus XXXI.

זרעים

וְחִלְּלוּ הַמִּקְדָּשׁ הַמָּעוֹז *Et polluent ſanctuarium fortitudinis.*

Adhæret priori (*t*) templi profanatio; qvod ſanè ingens populi Dei infortunium, ſpectatâ imprimis inſigni in id locatâ fiduciâ, Jer. VII, 4. Templum appellatur הַמִּקְדָּשׁ *ſanctuarium illud* ſingulare, (non enim caret emphaſi ה demonſtrativum;) cujus mentio jam facta ſuperiùs *c. IX, 17.* Additur inſuper הַמָּעוֹז *munimentum illud* præclarum, qvô titulô per appoſitionem inſignitur ſtructura illa ſancta, qvæ tùm temporis, cùm verba hæc proferret angelus, nondum eqvidem extabat, deſolatum ſiqvidem templũ adhuc jacebat, certò tamẽ erigendum brevi tempore; id qvod ſimul colligitur ex hocce titulô angelicô, extiturum videl. ſanctuariũ non inſtar tugurii aut ſacelli cujusdam anguſti, ſed qvod arcem aut munitionem præferre poſſit ob loci eminentiam, murorum craſſitiem, &c. (confer *Ez. XL. 2.*) Non enim accipi hæc debere ſecundùm *Vulgatum* in formâ regiminis, docet tum ה emph. nomini recto nunqvam præmitti ſolitum, tùm ◌ ultimæ, qvod in (◌) mutandũ fuiſſet. Actus templo metuendus erat pollutio; וְחִלְּלוּ *& profanabunt*, omnem videl. tùm internam animi, tùm corporis externam reverentiam proſcribendo, taliaq; in locô ipſô ſacrô committendo, qvæ aliis fieri ſolent in locis privatis aut impuris. Ita verbum hoc חִלֵּל reperitur de profanô cibi ſacri uſu, *Levit. XIX, 8.* de fœderis transgreſſione, qvando ejusdem violatur ſanctitas, *Pſal. LV, 21.* de pollutione lecti paterni, *Gen. IL, 4.* de violatione Sabbathorum, *Ez. XXII, 8. c. XX, 16. 21.* nominis divini, *Levit. XIX, 12.* templi, *Pſal. LXXIV, 7. Ezech. VII, 22. c. XXIV, 21. c. XLIV, 7.* Atq; h.m. profanatum fuit ſanctuarium Domini, qvando poſitum illic fuit Jovis Olympii ſimulacrum & ſtatua regis Antiochi, &c. qvando illuc intrarunt homines incircumciſi, vaſa ſacra profanis adhibuerunt uſibus, aut planè abſportarunt, &c.

וְהֵסִירוּ . הַתָּמִיד ***Et auferent juge ſacrificium.***

Pertinet hoc ad profanationem modò inchoatam, ſiqvidem hæc poſtrema cultûs ſacri erat portio, *qvotidiè* manè ac veſperi Deo offerre ac parare in templô certas ovium victimas, panes, ſuffitûs, lucernas, &c. ita namq; de pane ponendô תָּמִיד *jugiter*, præcipitur *Exod. XXV,*
תמיד *30.* de lucernâ, תָּמִיד *jugiter*, cap. XXVII, 20. de agnis binis qvotidiè immolandis cap. XXIX, 38. 42. Levit. XXVIII, 3. 7. de ſuffitu jugi *Exod. XXX, 8.* de Minchâ, *Levit. VI, 13.* &c. Hunc ergò cultum jugem qvi ne per diem unicum aliàs interrumpi aut ceſſare debuit, הֵסִירוּ *removebunt*, videl. milites ducesq; ab Epiphane in Judæâ, ac metropoli

præfec-

Digitized by Google

præſertim, conſtituti, qvippe qvi interdictis, comminationibus, omniqve adhibita violentia exercitium religionis Iſraëliticæ abolebant, ut ad gentilium mores ſuperſtitionesq; gens hæc Judæorum ſingularis, multumq; ſeparata adduceretur eò citiùs potentiùsq;

וְנָתְנוּ הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם׃

Et dabunt abominationem in deſolationem.) Potiùs: & *collocabunt*, *vel dabunt abominationem devaſtantem.* Sicut proximè κατ' ἄρσιν, ita nunc κατὰ θέσιν inſtitutum Antiochi continuatur, dum idololatrica paſſim erigi cœperunt à perſecutoribus his profanis monumenta. Sicut verò ſuperiùs de שִׁקּוּץ *abominatione*, actum jam eſt שקוץ uberiùs *c. IX, 27.* it. de participiô מְשׁוֹמֵם *devaſtans*, ita & h. l. repeti eadem poterunt, ita qvidem, ut applicatio fiat tùm ad militem idololatricum devaſtantem, tùm ad ſimulacra omnis generis gentilia, qvæ ab hôc hominum genere hautqvaqvam abeſſe conſveverunt. Locum *Matt. XXIV, 15. & Luc. XXI, 20.* non ad textum præſentem, ſed ad *cap. IX, 27.* reſpicere, notatum paſſim ab Interpretibus. Grotius hæc refert ad imaginem Jovis Olympii, in ipſo templô S. locatam, *2. Maccab. VI, 2.* cujus qvoq; ſententiæ ſunt *Sanctius, Corn. à Lapide*, atq; alii.

Poriſmata ex Verſu XXXI.

1. Sicut Dei populus expertus eſt non rarò jugum hoſtile idololatricum, conſtitutis paſſim *brachiis* ſtringentibus, verberantibus, rapientibus; ita Eccleſia ſimilem qvoq; violentiam ſubindè paſſa eſt, tàm ſub Magiſtratu gentili, qvàm ſub jugô Pontificiô, qvando exercitium religionis intemeratæ graviter interdictum paſſim, qvando teſtes veritatis trucidati miſerè, &c.

2. Ex ſucceſſibus Epiphanis felicibus preſſurisq; Judæorum miſerandis argumentari hautqvaqvam licet ad cultûs publici probitatem, verùm judicium informari debet ſecundùm ſolum cœleſtis veritatis principium revelatum: Ita hodieq; inter nos & Pontificios decidi hautqvaqvam poterit religionis veritas aut falſitas ex ſucceſſibus bellicis, verùm ex ſolô revelatô Dei verbô, num noſtra vel papalium doctrina ac ceremoniæ magis verbo conveniant, &c.

3. Nefanda templi eſt profanatio, qvando locô divini verbi mera proponuntur humana dogmata, qvando honor ſoli tribuendus Deo diſtribuitur inter creaturas, angelos ſcil. defunctorumq; animas, &c.

Digitized by Google

4. Si remotio ſacrificii jugis grande fuit Eccleſiæ V. T. malum, non minus eqvidem dicemus afflictam Eccleſiam N. T. quando ſenſim ſublata fuit ſacræ Scripturæ tractatio, imò quando lectio ejusdem prohibita fuit Laicis, qvando locô fidei in Chriſtum, tanqvam victimam pro peccatis unicam ac optimam, ſubſtituta fuére merita ac ſatisfactiones peccantium propriæ, &c. Vide plura hanc in rem apud B. Hunnium, *de Antichriſt. Tom. 1. operum fol. 1431.*

5. Tot ſtatuæ imaginesq; ſanctorum paſſim poſitæ, cultuq; vel pari vel paulò minore cum prototypis dignæ prædicatæ, qvid aliud ſunt qvàm *abominatio devaſtans?* Confer Molinæum *Tom. 1. diſp. Selen. p. 262. & de novit. Papiſ. p. 589.* Voëtium *Tom. III. Diſp. ſelect. p. 870.* Chamierum *part. 2. Epiſtolarum fol. 43.* Dn. D. Danhauerum *Tom. 1. hodomor. Pap. p. 1211.* B. D. Dorſcheum *in vindiciis Exodi p. 66.* B. D. Gerhard. *Tom. 3. LL. CC. p. 82. ſeqq.*

וּמַרְשִׁיעֵי בְרִית יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת

VERSUS XXXII. *Et impii in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter.*) Potiùs: *Et improbantes fœdus profanabit blanditiis.* Sicut hactenùs de locô ſacrô: ita nunc (ζ) de perſonis corruptis & corrumpendis porrò agitur. Corruptio iſta colligitur ex verbô חָנַף qvod in Kal eſt *profanare* aut *contaminari*, v. g. Pſ. CVI, 38. וַתֶּחֱנַף *& profanata eſt terra ſangvinibus*, Eſ. XXIV, 5. *& terra* חָנְפָה *profanata eſt ſub incolis ſuis, qvia transgreſſi ſunt leges;* Jer. III, 1. *ſi repudiatam dennò vir ducat, nonnè* חָנוֹף תֶּחֱנַף *profanando profanatur terra?* v. 9. וַתֶּחֱנַף אֶרֶץ *& profanabit terram adulterando cum lapide & lignô*, c. XXIII, 11. *tam Propheta, qvàm ſacerdos* חָנֵפוּ *profanati* aut immundi *facti ſunt, etiam in domo meâ reperi malitiam ipſorum*, & deniq; Mich. IV, 11. *Gentes dicunt* תֶּחֱנַף *profanata eſt, Zionemq; intuebitur oculus noſter.* In Hiphil præter textum præſentem bis adhuc deprehendimus hoc vocabulum, Num. XXXV. 33. *ne* תַחֲנִיפוּ *contaminetis terram*, (non puniendo ſcil. homicidium,) *qvia ſangvis hic* יַחֲנִיף *contaminat terram*, & Jer. III, 2. וַתַּחֲנִיפִי *& contaminaſti terram ſcortationibus tuis.* Ex qvâ locorum inductione patet, qvid ſentiendum de interpretatione Polani: *inducet, ut ſimulati agant*, & Grotii: *eos, qvi ſacerdotium nundinati ſunt, blanditiis inducet, ut ad idololatriam conniveant*, 2. Maccab. VI, 21. cap. V, 15. 27. 1. Maccab. I, 45. Nimirum licèt nomen חָנֵף qvandoq; accipiatur pro hypocritâ, non tamen ſeqvitur, hanc ipſam quoq; eſſe verbi ſignificationem

Digitized by Google

ſionem in Hiphil, præſertim, cùm loca reliqva diverſum oſtendant. Proindèq; mens eſt verborum: eundem, qvi contra fœdus indignatus fuit, v. 30. *profanaſſe* etiam, vel omni religione penitùs privaſſe aut exuiſſe בְּרִית מַרְשִׁיעֵי *improbantes fœdus*, h.e. ſecundùm v. 30. *deſertores ſancti fœderis*, qvi ſi non ex aſſe jam anteà fuerunt profani, nunc tamen tales perfectò redditi ſunt per Epiphanem ejusdemq; blanditias, adeò, ut omnem erga Dei leges deponerent animi reverentiam, easdemq; ut ludicras ac nullius pretii conculcarent. De verbô הִרְשִׁיעַ qvod eſt & *iniquè agere*, & *impium aliqvem pronunciare*, ſive *condemnare*, dictum jam eſt *Prov. XII, 2.* qvi uterq; ſignificatus locum hîc habet commodè, ita ut apoſtatæ appellentur tam impiè agentes contra fœdus, & illud fœdus oppugnantes, qvàm *condemnantes fœdus*, h.e. ſententiam de ipſo ferentes iniqviſſimam, ac ſi meris conſtet figmentis aut ineptiis, &c. *Jacchiades* hæc dicta vult in Sadducæos, à Titô in partes ſuas allectos. Verùm impertinenter penitùs. Medium deniq; contaminationis, qvô hujusmodi homines corrumpuntur adeò horribiliter, ſunt חֲלַקּוֹת *lubricitates* ſive *blanditiæ*, h.e. perſvaſiones omnis generis captioſiſſimæ, qvando Epiphanes, ſive per ſemetipſum, ſive per miniſtros ſuos promiſſis ſpecioſis, donariis, immunitatibus, honoribus, ſophiſticisq; aliis argumentis induxit Judæos tepidos, ut gratiam regiam felicitatemq; mundanam majoris omninò facerent, qvàm rigorem legum Moſaicarum, laudatâ inſimul gentilium licentioſiore vitâ, qvæ alioqvin per ſe arridet carni corruptæ. Forma hæc pluralis nuſpiam alibi occurrens, deſcendit à ſingulari חֵלֶק *levitas, blanditiæ, mollities,* qvando qvid hirſutum non eſt, *Gen. XXVII, 16.* qvando eſt lubricum, *Pſal. LXXIII, 18.* adeòq; communiter uſurpatur de ſermone blandô meretriciô, *Prov. VI, 24.* it. de adulationibus aut technis blandis, *Pſ. XII, 3. 4. Eſa. XXX, 10.* ubi forma ponitur conſveta חֲלָקוֹת cujus locô in noſtrô textu adhibitum Dageſch Euphonicum in ultimâ radicali, mutans antecedentem vocalem longam in brevem; de qvô Troſt. *Gramm. p. 16.*

חֲנִיפֻה | חֲלַקּוֹת

וְעַם יֹדְעֵי אֱלֹהָיו יַחֲזִקוּ וְעָשׂוּ׃

Populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit, & faciet.) Potiùs: *Et populum agnoſcentem Deum ſuum comprehendens, ac prævalebunt.* Habuimus perſonas Iudæorum tepidorum, ſeqvuntur nunc etiam Iſraëlitæ ſinceri, dicti עַם *populus,* ob numerum, pro ratione iſtorum temporum, ſatis copioſum. Determinatur verò hic cœtus ad יֹדְעֵי

Digitized by Google

ſcientes, (h.e. colentes) *Deum ſuum*, qvi ſcil. longè aliter affecti erant, atq; modò memorati. Notitia non erat nuda, ſed cum affectu & effectu, confer *Pſal. XCI, 14.* novit nomen meum, *it. Pſ. IX, 11. Pſ. XXXVI. 11. CXIX, 79. Jer. XLIIX, 17.* Adeòq; non tantùm qvoad theoriam, ſed etiam qvoad praxin, veram amplectentes religionem deſignantur, qvales v.g. Eleazar, *2. Macc. VI.* ſeptē fratres martyres *c. VII. &c.* qvos ipſos Epi-
חזיק phanes ejusdemq; duces יַחֲזִקוּ *corripient*, h.e. libertate ſuâ privabunt, coarctabunt carceribus mediisq; aliis ſubigere laborabunt, וְעָשׂוּ & *facient*, h.e. ſatis proſperè ſuccedet hoc negotium ad votum impiorum. Vide plura de hiſce binis verbis ſuprà *v. 7.* B. *Lutherus* accepit verbum prius tanqvam in Hithpaël poſitum; werden ſich ermannen und ausrichten. Grotius: *legi adhærebunt.* Maldonatus: *confirmabuntur, conſtantes erunt, vincent.* Polanus hoc refert, ad hypocritas modò memoratos, qvod iidem blanditiis ſuis ac ſimulationibus eò collimarint, ut populum cultorum verorum caperent: qvæ prehenſio nil aliud eſſet, qvàm ſeductio. verùm violentiam potiùs indicari, qvalis in perſecutione illâ ſatis erat crebra ac manifeſta, docent tùm loca adducta, tùm complementum. Qvapropter ipſemet etiam hic autor utramq; comprehenſionem conjungit, cùm utraq; locum tunc habuerit, teſte *Lib. 1. Maccab. I, 55. ſeqq.* imò perſonæ etiam comprehendentes, tam Epiphanis duces, qvàm apoſtatæ Judæi, tanqvam in unum conſpirantes, unà etiam hìc non immeritò concipiuntur.

Poriſmata ex Verſu XXXII.

1. Mixtus ſemper fuit cœtus in Eccleſiâ verâ, adeò ut adfuerint tùm fœdus profanantes, tùm Deum ſuum ſincerè colentes; & qvamqvam illi non ſint de Eccleſiâ, ſunt tamen in Eccleſiâ, veluti de externâ Eccleſiæ ſocietate id paſſim docet *Apol. Aug. Confeſſ. ad art. 7. & 8.* Sic aliud eſt cœtus, in qvô eſt Eccleſia, aliud cœtus qvi eſt ipſa Eccleſia. qvare à Donatiſtis omninò recedimus, qvi impiis non adhærendum docuerunt, qvia illa non ſit vera Eccleſia, cui impii interſint. Id qvod etiam defendunt hodierni Brovvniſtæ ſeu Separatiſtæ in Angliâ, uti videre eſt apud Hornbek. *de converſ. Relig. p. 644.* De qvæſtione autem alterâ, an improbi ſint vera membra Eccleſiæ, vid. B. Hülſem. *Anti-Hagerum p. 217. ſeqq.* Dn. Danhavv. *Tom. 1. hodomor. Pap. p. 466.* Voët. *Tom. I. Polit. Eccleſ. p. 56. ſeqq.* Brochm. *loc. de Eccleſiâ qvæſt. 2. ſ. m. 700. ſeqq.* B. Gerh. *Tom. 2. Conf. Cath. p. 1059.*

Digitized by Google

2. Singularis atq; conſtans debet eſſe *fœderis* cum Deô ſemel initi religio, ne vel mente, vel lingvâ, vel opere contra id committatur qvicqvam.

3. Ubi alta non datur radix, facilè corrumpitur ſemen ſuccreſcens, *Luc. IIX, 13.* qvi tepidus eſt circa religionem, facilè redditur gelidus, advenientibus mundi blandimentis.

4. Captioſas itaq; adulationes qvisq; habeat ſuſpectas, adeòq; tantò caveat cautiùs. Memores ſimus blanditiarum ſerpentis antiqvi in Paradiſô, *Gen. III.*

5. Artes hæ Epiphanis neqvaqvam latent aulam Papalem. Qvid enim promiſſæ Prælaturæ, Cardinalatus, it. matrimonia ſplendida, promotionesq; egregiæ, niſi חֲלַקְלַקּוֹת *lubricitates*, qvibus multi moventur ab Evangelii puritate? *Sicut Chriſtus ſimplices & idiotas elegit: ita Antichriſtus aſtutos & duplices in fine mundi eliget:* inqvit Gregorius M. *ſuper Jobum L. 33. c. 23.*

6. Qvi de populô eſt noſcentium Deum ſuum, videat, ne profiteatur ſe noſſe, cùm factô tamen ipſô neget, *Tit. I, 16.* non enim omnis, qvi dixerit: *Domine, Domine, introibit in regnum cælorum*, Matth. VII, 21. qvi dixerit, novi ipſum, & mandata ejus non ſervat, mendax eſt, *1. Joh. II, 4.*

וּמַשְׂכִּילֵי עָם יָבִינוּ לָרַבִּים

Et docti in populô docebunt plurimos.) Declarationem hæc VERSUS
dant poſteriorum verborum, tùm qvi & qvales futuri ſint *noſcentes* XXXIII.
Deum ſuum, tùm, qvæ & qvanta paſſuri, vel qvid verbis illis *(comprehendent & facient,)* ſignificetur. Per מַשְׂכִּילֵי עָם deſignantur ii, qvi מַשְׂכִּילֵי עָם
non tantùm ſcientiâ pollent myſteriorum ſacrorum, per Moſen Prophetasq; revelatorum, verùm etiam, qvi ſcientiam ſuam communicant aliis, ſive oretenus, ſive ſcriptô, ſive exemplô, ſive modis aliis, h.e. qvi rudes informant, qvi nutantes confirmant, qvi errantes reducunt, qvi ſeductores refellunt, &c. Vide ſuprà c. IX, 22. *egreſſus ſum* לְהַשְׂכִּילְךָ *ad informandum te*, Neh. IX, 20. *Spiritum tuum bonum dediſti* (Domine) לְהַשְׂכִּילָם *ad informandum ipſos.* Pſ. XXXII, 8. אַשְׂכִּילְךָ *inſtruam te, & docebo te.* Vide, qvæ dicta ſunt *Prov. X, 5.* Exempli locô eſſe poterit Eleazarus, *2. Macc. VI, 17.* Vulgata reddit: *Docti in populô*, habitâ ſine dubiô ratione illius idiotiſmi, ubi nomina & participia, cum voce collectivâ, *(populus, terra, urbs,)* aut ſimili conſtructâ, ſuperlativum qvodam-

qvodammodò ſenſum efficiunt, v. g. עֲשִׁירֵי עָם *divites gentis*, h. e. præ reliqvis ditiſſimi, *Pſ. XLV*, 13. נִכְבַּדֵּי *honorati terræ*, Eſa. XXIII, 8. *fideles terræ*, Pſal. CI, 5. &c. Verùm cùm participium hoc מַשְׂכִּיל propriè ſit tranſitivum, idcircò tutiùs redditur: *informantes populum*, ita ut ſermo ſit tùm de Sacerdotibus ac Levitis, qvorum munus aliàs ordinarium erat, populum de lege ac voluntate Domini inſtruere, *Mal. II*, 7. tùm de qvibusvis cordatis Iſraëlitis aliis, qvi donô intelligentiæ præ reliqvis inſtructi erant cœlitùs, ita ut ex lectione Moſis atq; Prophetarum hauſerint ea, qvæ aliis communicare poterant vacillantibus. Actio igi-

בין tur ipſis tributa eſt יָבִינוּ *inſtruent, intelligentiam ſubminiſtrabunt*, (puta, qvæ *ad fœdus ſacrũ* qvocunq; modô pertinet aut conducit, vel etiam, qvæ vaticiniorũ horummet ſenſum communicat & applicat, qvomodo vox hæc adhibetur ad angelicã circa futura informationem, *c. IIX*, 16. & *c. IX*, 22.) eamq; communicabunt לָרַבִּים *multis*, ne ſc. populus Deo confœderatus planè aboleatur, merusq; emergat gentiliſmus, qvomodo metuere potuiſſent pii iſtorum temporũ. Sicut verò הִשְׂכִּיל tàm tranſitivè, qvàm intranſitivè accipitur, (*informavit ac intellexit:*) ita pari modô qvoq; הֵבִין ſumi ſolet: hîc tamen tranſitivum eſt ſine dubiô, æqvè ut mentio ſit Eſr. IIX, 16. *Elieſeris aliorumq́, qvi erant* מְבִינִים *informantes*; it. Neh. IIX, 7. & 9. ubi de Levitis מְבִינִים אֶת הָעָם לַתּוֹרָה *informantibus populum in lege*. Et ne dubium fortè remaneat ex conſtructione verbi cum ל, accerſimus huc textum *Job. VI*, 24. ubi expreſſè præfixum hoc deſignat perſonam informandam הָבִינוּ לִי *oſtendite mihi*, vel inſtruite me.

וְנִכְשְׁלוּ בְּחֶרֶב וּבְלֶהָבָה בִּשְׁבִי וּבְבִזָּה יָמִים רַבִּים׃

Et ruent in gladiô, in flammâ, & in captivitate, & in rapinâ dierum.) Potiùs: *Et corruent gladiô & flammâ, captivitate & ex-*

כשל *ſpoliatione diebus multis*. Malum igitur imminens latet in verbô נִכְשְׁלוּ *labi cogentur, proſternentur*: Vide de hâc voce *Prov. IV*, 12. Si interroges de perſonis lapſuris, facilè easdem invenies, habitâ ratione tùm informantium, tùm informatorum. Utrisq; enim offenſus erit Satan per Epiphanem, cùm regno ſuo vim h. m. inferri ſentiat. Ruinæ autem hujus calamitoſiſſimæ media recenſentur tùm *gladius*, tùm *flamma* (domos perſonasq; ſive per ſententiam judicis, ſive per militem trucidantem abſumens,) tùm *captivitas*, libertate privans ingenuos, inq; vilium mancipiorum claſſem referens ex patriâ chariſſimâ abductos,

(1. *Macc. I.*

Digitized by Google

(1. *Macc.* I, 33. 2. *Macc.* V, 24.) tùm בִּזָּה *exſpoliatio*, per vim ſurripiens vitæ neceſſaria, ſive mobilia, veſtes, alimenta, ſive immobilia, &c. (de qvâ ultimâ voce conſuli poteſt *v.* 24.) Duratio deniq; exprimitur: *Diebus multis*, ne ſcil. pii, tantum ſentientes perſecutionis turbinem, exiſtiment, vel citò tranſiturum, vel animis prorſus deficiant, ubi ſenſerint, ſibi non è veſtigiô opem ferri cœlitùs. Triſte vaticinii hujus complementum legi poteſt 1. *Macc.* I, 40. *ſeqq.* & *c.* II. III. IV. *it.* 2. *Macc.* V. VI. VII. IIX. Nec non apud Joſephum *L.* XII. *antiqvit. Jud. c.* VI. VII. & *L.* 1. *belli Judaici c.* I.

Poriſmata ex Verſu XXXIII.

1. Ingens Dei eſt beneficium, qvando populo alicui ingenuos veroſq; veri cultûs Doctores concedit, qvando ſeductoribus opponuntur confutatores, perſecutoribus conſolatores, interfectoribus vivificatores, &c. Qvorſum etiam pertinent *teſtes veritatis* tàm clerici, ut vocantur, qvàm laici, de qvibus vide *Catalogum Flacii.*

2. Confeſſio veritatis inter flammas gladioſq; egregium eſt fidei vivæ ſpecimen, poſt qvod corona reſtat gloriæ, *Apoc.* XII, 11. *c.* VII, 14. *c.* VI, 9. 2. *Tim.* IV, 8.

3. Cui datum eſt, informare alios in veritate, faciat id ipſum cum vitæ etiam periculô. Imò hujusmodi gregis canibus tantò magis infenſus eſt infernalis lupus, qvò plus per iſtos ſibi noceri ſentit; & cuſtodibus his remotis tantò faciliùs poſtmodùm gregem ſuperare poſſunt lupi atq; fures.

4. Diuturnitas afflictionis neminem frangat, cùm eandem refectio exceptura ſit æterna, 2. *Cor.* IV, 17.

וּבְהִכָּשְׁלָם יֵעָזְרוּ עֵזֶר מְעָט

Cùm corruerint, ſublevabuntur auxiliô parvulô.) Corruptioni, hactenus *v.* 32. & 33. expoſitæ, opponitur nunc (*n*) opitulatio ſive conſolatio. Et qvidem ratione temporis dicitur: בְּהִכָּשְׁלָם *in proſterni ipſos*, h. e. in mediô illô diriſſimarum perſecutionum curſu, cùm nemo fermè tale qvid ſuſpicabitur aut ſperare audebit, יֵעָזְרוּ *auxiliô juvabuntur*, & qvidem מְעָט *exiguô*, h. e. excitabuntur cœlitùs heroës qvidam, *Matathias* cum ſuis filiis, qvi zelô perciti divinô partim apoſtatas punient, partim hoſtes tantoperè ſævientes reprimient, urbem templumq; eripient, adeòq; ſibi ac ſuis libertatem qvodammodo recupe- VERSUS XXXIV.

Digitized by Google

cuperabunt: Qvâ de re prolixiùs *1. Maccab. II, 39. ſeqq. it. c. III. IV. V. & 2. Maccab. cap. 8.* Joſeph. *L. 12. antiqvit. cap. VII. ſeqq.* Exiguum verò dicitur hoc auxilium tùm ratione initii, qvòd pauci omninò eſſent, qvi tanto Epiphanis furori ſe opponerent, in ſylvis nempè latitantes, &c. *2. Maccab. V, 24.* tùm ratione ſucceſſuum, cùm in collatione ad priſtinum regni Iſraëlitici florem, exiguum planè fuerit, qvod Maccabæi obtinuerunt, & qvidem non ſine multâ ſangvinis ſuorum jacturâ; tùm ratione durationis, cùm ſubinde hoſtium redierit ſævities, mala qvæq; miſellæ huic Judæorum turbæ inferens, prout hiſtoriæ docebunt clariùs. Qvapropter nugæ ſunt, qvæ Judæi qvidam *apud Hieronymum* proferunt de Severô & Antoninô, it. Julianô, Imperatoribus Judæorum genti benè faventibus, templumq; excitare conantibus, cum id à ſcopo & contextu præſente ſatis alienum: æqvè ut & illud *Jacchiada* de adjumentô parvô in regnô Bither poſt devaſtationem Hieroſolymæ per Titum factam, ad annos 52. de qvô locô, ut & exitiô Judæorum illic ſubſecutô legi poteſt *Conſtant. L' Empereur.*

וְנִלְווּ עֲלֵיהֶם רַבִּים בַּחֲלַקְלַקּוֹת׃

Et applicabuntur eis plurimi fraudulenter.) Facit hoc ad auxilii deſcriptionem, ita ut hi, qvi ad pauxillum redacti fuerant numerum per gladium, rogum, captivitatem atq; expilationes, *v. 33.* nunc creſcere dicantur per novos fidei defenſores præliorumq; conſortes; qvanqvam & hîc aliqvid ſubſit amaritudinis, dum non omnes illi aſſeclæ candore pollebunt debitô, verùm *blanditiis* uſuri ſint doloſis, qvamdiu ſcil. confeſſorum felices durant ſucceſſus, hoſtiumqvè deeſt ſubſidium, qvô libentiùs aliàs hujusmodi aſſeclæ fruerentur. De verbô לָוָה *adhæſit*, & in Niphal *aſſociatus fuit*, vide ſis *Num. XIIX, 2. 4.* ubi de Levitis וְיִלָּווּ עָלֶיךָ *& aſſociabuntur tibi* (Aaroni,) *& miniſtrabunt tibi*: Geneſ. XXIX, 34. ubi de mariti cum uxore conſortiô, *Pſal. LXXXIII, 9.* ubi de Aſſyriorum cum hoſtibus Eccleſiæ confœderatione, it. *Eſa. XIV, 1. cap. LVI, 3. 6. Jerem. L, 5. Zach. II, 15. & Eſth. IX, 27.* Per רַבִּים *multos* intelligi poterunt tùm circumciſi, tùm ex vicinis gentibus transfugæ, Iſraëlicarum, ut fieri ſolet, caſtra ſeqventes, qvàmdiu prædæ ſpes eſt, licentioſiorq; conceditur vivendi ratio. Modus adhæſionis eſt בַּחֲלַקְלַקּוֹת *in blanditiis*, optima qvæq; ex corde doloſô pollicentibus; veluti de voce

hâc

Digitized by Google

hâc dictum *verſ.21.* Nimirum fidendum erit hautqvaqvam numeroſitati advehtitiorum militum, cùm multi fervorem præ ſe ferant maximum adverſus communem hoſtem, qvi tamen inſidioſè expiſcantur interim qvævis populi Dei arcana, occaſionemq; ſolùm præſtolantur deficiendi rurſus ad hoſtem, ſicubi robuſtior is redierit. Refer huc, qvæ leguntur *1. Maccab. V, 56. ſeqq. 2. Maccab. XII. 40. cap. XIII, 21.*

Poriſmata ex Verſu XXXIV.

1. Secundùm illud Poëtæ: *Sunt mala mixta bonis, ſunt bona mixta malis*; etiam h. l. calamitatibus aliqvid interſpergitur refrigerii, ne ſcil. tentatio ultra id, qvod ſufferre poſſumus, augeatur, *1. Cor. X, 13. Tob. III, 21.*

2. *Qvò ſe fortuna, eò & favor hominum inclinat.* Hinc *fide, ſed cui, vide.* Magna enim ſociorum eſt diſparitas: nil freqventiùs blanditiis doloſis, *Pſal. XII, 3. Jer. V, 26. c. IX, 3. ſeqq.*

וּמִן־הַמַּשְׂכִּילִים יִכָּשְׁלוּ *Et de eruditis ruent.* VERSUS XXXV.

Denuò redit angelus ad ruinam *verſ.33.* prædictam, ita ut ſpeciatim hæc adverſitas reſtringatur ad *informantes*, de qvibus eôdem *v.33.* Qvanqvam ii non omnes metuere habeant hoc infortunii, verùm מִן *de informantibus illis* aliqvi. Hujusmodi namq; particularitatem præpoſitio hæc inferre ſolet, uti notatum ſuprà *verſ.5.* Qvoad rem ipſam conſuli poterit *cap. IIX, 10.* ubi, qvi hîc Doctores, ſtellæ appellantur.

לִצְרוֹף בָּהֶם וּלְבָרֵר וְלַלְבֵּן עֵת קֵץ

Ut conflentur & eligantur & dealbentur usq; ad tempus præfinitum.) Finem hæc exprimunt infauſti adeò incertiq; Iſraëlitarum ſtatûs, nimirum hæc omnia permitti cœlitùs in piorum commodum, ut ſeparentur eò dilucidiùs à reliqvâ hypocritarum turbâ, perfectiorq; ipſorum evadat pietas & in Deum fides. Effertur hoc verbis metaphoricis, qvorum *primum* petitum eſt è re metallicâ, ſiqvidem צָרַף *liqvavit*, propriè uſurpatur de metallis, qvando eadem vi ignis ſunt liqvida, ita ut impuritates interim exhalent, aut ſpumæ locô tolli illinc poſſint, Confer *Pſal. XII, 7. Pſal. XIIX, 31. Pſal. LXVI, 10. Eſa. I, 25. Prov. XXV, 4. cap. XXX, 5.* Præfixum ב verbo huic ſubjunctum, oſtendit objectum liqvationis, videl. *informantes*, צרף

Digitized by Google

qvi Dei ſui gloriam ſincerè hactenùs propagarunt. Alterum verbum
ברר בָּרֵר (à בָּרַר *mundus fuit,*) petitum videtur è re ruſticâ, qvando בַּר *frumentum,* ventilando repurgatur à paleâ ac pulvere, qvomodo occurrit Jer. IV, 11. *ventus non ad ventilandum, neq; לְהָבַר ad purgandum.* Vide de eôdem hôc verbô, qvod in Piel ſolùm h. l. legitur, *Cohel. III, 18. c. IX, 1.* Tertium verbum הַלְבֵּן *dealbare,* referri poſſet ad fullonicam, qvando dealbantur panni; radix ſiqvidem
לבן לָבַן *albus fuit,* in Hiphil eundem aliàs retinet ſignificatum intranſitivum, *albeſcere* inſtar nivis, *Eſa. I, 18. Pſ. LI, 9. Joël. I, 6.* qvandòq; tamen in Kal etiam de laterum formatione legitur, *Exod. V, 7. 14. & Gen. XI, 3.* horſum ſi reſpiciamus, itidem ad vim ignis redeundum erit, qvi mollia firmat, argillamq; aut lutum ad ædificia h. m. reddit idonea. Qvæ omnia ſanè egregiè nobis deſcribunt afflictionum commoda, ſicut in locô de cruce exponi id ſolet uberiùs. Additur tamen temporis qvoq; determinatio, qvamdiu periculoſa hæc durare debeat cribratio, videl. ad præfinitum usq; à ſapientiſſimô in cœlis Moderatore terminum: *usq; ad tempus finis,* h. e. non poterunt hi rabioſi perſecutores extendere furorem ſuum, qvousq; placuerit, verùm præſcriptum ſibi videbunt à Deô certum terminum, qvem tranſilire hautqvaqvam poterunt, *vid. cap. IIX, 17.*

כִּי עוֹד לַמּוֹעֵד׃ *Qvia adhuc aliud tempus erit.*

Lutherus: Denn es iſt noch eine andere Zeit verhanden: habitô reſpectu ad *Habac. II, 3.* (qvia adhuc חָזוֹן *viſio,* לַמּוֹעֵד *ad determinatum tempus,*) ſubintelligi & h. l. tale qvid poteſt, ita ut detur ratio, cur purgatio iſthæc ardua ad finem usq; temporis illius extendi debeat, nimirùm, qvia *viſio* angelica certas involvit periodos, ad qvas unumqvodq;, vel proſperum vel adverſum, continuari debet; adeòq; *ad definitum illud tempus usq;* omninò perſeverandum erit piis, utut durum id fortè videretur carni atq; ſangvini; confer *Dan. IIX, 19.* & hôc ipſô *v. XI, 27. 29.* it. *Matth. XXIV, 6. 15.* ubi de fine nondum præſente, &c.

Poriſmata ex Verſu XXXV.

Ne optimi qvidem carere poſſunt afflictionum æſtibus: Feces namq; ſcoriæq; ſanctiſſimis etiam adhuc deprehenduntur adeſſe. Adeòq; imperfectiſſima eſt perfectio, qvam in Papatu Sanctis ſuis attribuere audent artifices imperiti, Conf. *Pſ. 32, 6.* non deſinit, qvamdiu hic

hîc vivitur, vetus Adam laceſſere, ut modò menti, modò voluntati, modò affectibus vis inferenda, *1. Cor. IX. 27. Gal. V, 24.*

2. Uſus perſecutionum omnisq; generis afflictionum eſt planè admirandus ac ineffabilis: ex parte Dei innoteſcit gratiæ operantis mirabilitas, inexpugnabile veritatis robur, &c. ex parte confeſſorum prorumpit interior fidei ſinceritas, decreſcitq; contracta morum atq; inclinationum immunditiès, *1. Cor. III, 12. ſeqq. Matth. III, 12.* ex parte malignantium convellitur calumniarum falſitas; ex parte convertibilium deniq; ſeqvitur ſalus, qvippe exemplis plures convinci ſolent, qvàm verbis, &c. imò crux in univerſum facit, ne cum mundô pereamus, *1. Cor. XI, 32. Mal. III, 2. 3.*

3. Non ultra vires conflari aut contundi nos patitur Dominus, *1. Cor. X, 13.* utut ſecundùm opinionem noſtram de nobis ipſis ſic pronunciet nonnunqvam caro, ac ſi ferendo ampliùs non ſimus, ſpiritus tamen omninò certus eſt, niſi vires ex Dei gratiâ adhuc adeſſent, aut certò ſubſeqverentur, neqvaqvam id oneris aut æſtûs permiſſurum fuiſſe Dominum.

4. Poſt æſtum ſeqvitur refrigerium, *Tob. III, 21.* Confer *1. Maccab. III, 15. ſeqq. c. IV, 8. ſeqq.*

5. *Purgatio* hujus vitæ, qvàm certa eſt ac ſalutaris, tàm falſa eſt purgatio animarum poſt vitam hanc in Papatu tradita, de qvâ alibi.

6. Eccleſia oppugnatur, ſed nunqvam expugnatur, *Matth. XVI, 18.*

וְעָשָׂה כִרְצוֹנוֹ הַמֶּלֶךְ

Et faciet juxta voluntatem ſuam Rex.) Ex mente Porphyrii *apud Hieronymum*; it. Bellarmini, Maldonati, Bernh. Vagetii, Junii, Brugthoni *(de concentu ſacræ Scripturæ p. 117.)* Conſtantini L'Empereur & Rolloci continuatur adhuc vaticinium tyranni hactenùs deſcripti, Epiphanis. Verùm inconvenientiam ſententiæ hujus deprehendêre præter Chriſtianos ipſimet qvoq; Judæi, adeò, ut faſſi ſint, novum hîc argumentum inchoari, objectumq; aliud ſiſti ab angelô, qvàm hactenùs tractatum fuit. Qvanqvam ne ſic qvidem conſenſus emergat, deſertâ licet claſſe primò productâ. Nam ex mente *Jacchiadis, Aben-Eſra* & *Abarbinelis* vaticinari incipit angelus de Conſtantinô M. qvam tamen opinionem ſatis refutavit Hulſius *L. 1. Theol. Jud. p. 563.* Secundùm *Gorionidem* verò ſermo eſt de preſſuris Judæorum ſub Titô Veſpaſianô; Alii referunt hæc ad ſucceſſorem Juliani, fautoris Judæorum tempo- Versus XXXVI.

Digitized by Google

temporarii, ſub qvô ſe pauliſper reſpiraſſe jactitant. Generatim de imperiô Romanô accepit *R. Salomo*; & ſpeciatim de eôdem ſub Conſulibus ante Cæſarum Monarchiam Joh. Calvinus. De eôdem imperiô, qvatenùs nationes domabat, Chriſtianos perſeqvebatur, cultuq́; falſô Chriſtum poſteà proſeqvebatur, Joſephus Medus *de apoſt. ultim. temp. p. 135.* à qvô parumper abit Coccejus *de Antich. p. 74. 78.* (qvomodo nomen Regis competat populo Romano, &c.) Verùm ex ſententiâ Hieronymi, Theodoreti, Lutheri, Brochmanni *Tom. 3. contra Bellarm. p. 323. & Tom. 2. LL. CC. p. 838.* Geſneri, Graſeri, Oecolampadii, Alſtedii *in præcog. Theol. p. 602.* Belgarum *in notis*, aliorumq́; &c. ab Antiochô Epiphane hactenùs deſcriptô nunc tranſitus fit ad ſtatum Eccleſiæ N.T. ſub Anti-Chriſtô literaliter deſcriptô; id qvod ſecundùm Dn. Danhauerum *de Antich. p. 273.* ſeqventibus evincitur argumentis (1) Ex ipſâ fili hiſtorici ſectione v. 35. *adhuc aliud tempus erit*, nimirùm qvale non fuit ab eô, ex qvô gentes eſſe cœperunt, *c. XII, 1.* (2) Ex noviſſimi & temporis & rerum noviſſimarum determinatione, videlicet qvando mortui ſunt reſurrecturi, *c. XII, 2.* (3) Ex prædicatorum conditione, qvorum nonnulla ad Antiochum penitùs accommodari neqveunt, imò qvi poſt motam perſecutionem, templiq́; profanationem, non diu ſuperfuit vivus; nec qvicqvam præter jam commemorata vel tentavit, vel perfecit memorabile. (4) Ex collatione citationum N.T. v. g. de faſtu, *v. 36.* apud Paulum, *2. Theſſ. II, 4.* de Michaële pugnaturô pro populô, *Apoc. XII.* de angeli juramentô, *Apoc. X, 1.* (5) Ex veterum auctoritate, v. g. Hieronymi, &c. Adde, qvæ habentur apud Danhauerum, Dürrfeldium *de fund. fidei p. 11.* & Coccejum *de Antich. p. 72. ſeqq.* ubi itidem probatur, de Antiochô hîc ampliùs non agi. Qvapropter tritæ inſiſtentes ſemitæ attendimus nos (α) *Regem*, peculiari ה emphaticô deſignatum, non qvòd præciſè ſit idem ille, qvi anteceſſit Antiochus Epiphanes, verùm, qvòd probè is obſervandus ſit hominibus ultimorum temporum, ne ejus faſtu ſucceſſibusq́; offendantur, æqvè ut hoc incumbebat Iſraëlitis tempore perſecutionis hactenùs deſcriptæ. Imò ſicut *Gen. III, 15.* Deus à ſerpente naturali, (qvæ *Lucæ Oſiandri* eſt obſervatio ad h. l. Danielis,) ſermonem vertebat ad ſerpentem larvatum Satanam; ita & hîc ab Antiochô, Antichriſti typô, delabitur qvoq; angelus ad Antichriſtum ipſum; qvò completa fiat Eccleſiæ inſtructio de adverſitatibus non modò ſub veteri, ſed & novô Teſtamentô. Plura comparationis Papæ Romani cum Epiphane

penda

puncta latiùs perſeqvitur Dorſcheus *de Miſſâ p. 114. ſeqq.* Neq; tamen exiſtimandum eſt, per hunece Regem perſonam exprimi unicam, vel individuum unius hominis, qvale deſignatum hactenùs, aut qvalem ſibi cum Judæis fingunt Papiſtæ Antichriſtum qvadrimulum, (qvem ipſemet Judæus Abarbinel falſê ridet, atq; abſurditatis arguit apud Hulſium *Theol. Jud. p. 562.*) qvippe certum potiùs hîc inchoat regnum, in qvô plures ſibi invicem ſuccedunt, æqvè ut suprà in Monarchiis cernere licuit, ubi ad unam beſtiam oſtenſam pertinuerunt perſonæ plures, ordine ſibi invicem ſuccedentes. Facit hûc, qvod D. Dorſcheus *l. c. p. 118.* ex Auguſtinô, Triumphô, Anconitanô, (qvi circa ſeculi XIII. finem vixit,) refert: *qvoad officium Papatûs & authoritatem omnes Papæ, qvi fuerunt à principiô, & erunt usq; ad finem mundi, non ſunt niſi unus Papa.* Ex qvô gloſſographus *in proœmio Decretalium (ad verbum: Reſecatis)* ait: *Poteſt ergò Dominus Papa derogare conſtitutionibus Prædeceſſorum ſuorum, non obſtante, qvòd par in parem non habeat imperium. Et eſt ratio, qvia eadem perſona cenſetur cum eô, qvi ſuccedit, & nemo ſibi poteſt legem imponere, ne liceat ſibi à primâ voluntate recedere.* Atq; hôc modô ה demonſtrativum etiam alibi multitudinis character eſt, æqvè ut articulus Græcorum demonſtrativus in illô, *Marc. III, 26. & Luc. XI, 18.* ὁ Σατανᾶς ubi Diabolorum cohors innuitur, ſicut *Marc. II, 27.* ὁ ἄνθρωπος totum exprimit hominum genus: ita individuum vagum literâ ה notatum deprehendimus *Geneſ. XIV, 13. cap. IX, 24. c. XXXIIX, 11. 1. Sam. IIX, 11.* (jus המלך regis cujusvis Ebræorum,) *Levit. IV, 3. 5. 6. 7. 16. 17.* (הכהן ſacerdos unctus ſi peccaverit, &c.) Confer *Dan. VII, 21.* de הצפיר *hircô*; & cap. IIX, 6. de האיל *ariete*: qvæ ipſa ſatisfacere poterunt objectionibus Bellarm. *Lib. III. de Pont. Rom. cap. 2.* titulum hunc Papæ Rom. aliqvantisper illuſtrat, qvòd ipſe hodièq; à Turcis appelletur *Rex Francorum*, h. e. Chriſtianorum, & à Judæis *Rex Edom.* it. qvod Papiſtæ ſcribunt, (v. g. Auguſtinus de Anconâ, *de poteſtate Eccleſ. qvæſt. 1. art. 7.*) Papam habere omnem poteſtatem etiam regalem & imperialem in totô mundô, qvia conſecratur ut ſacerdos, & coronatur ut Rex, &c. it. qvòd Papa Regi Antiocho ſimilior, qvàm Doctori Eccleſiæ vel Epiſcopo, &c. Qvâ de cauſâ etiam B. Lutherus vocare conſvevit Papalem Cæſareatum, vid. tract. *de cauſis rec. Conc. Trid. p. 279. ſeqq. 367. ſeqq.* Pergimus proindè nos ad prædicata, qvo-

Digitized by Google

qvorum (1) eſt *αὐτεξουσιότης*, *faciet ſecundùm voluntatem ſuam*, h. e. qvando Chriſtus ipſe non fecit voluntatem ſuam, ſed ejus, qvi miſit ipſum, *Joh. V, 30. Matth. XXVI, 39. ſeqq.* Antichriſtus tamen hautqvaqvam Dei curavit voluntatem, imò nec jura divina aut humana, qvin potiùs ſeqvatur proprias cordis adinventiones ac conſilia, juxta illud Poëtæ: *Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.* Eadem hæc loqvendi ratio jam adfuit *c. IIX, 4. & c. XI, 3. 16.* Pertinet huc, qvod Papæ Gnathones dicunt, *ipſum eſſe ſupra jus, contra jus, & extra jus*: qvòd multa hominum millia poſſit ad inferos abducere, & nemo ipſi poſſit dicere: *Cur hoc facis?* Qvod poſſit diſpenſare contra legem Dei ſcriptam, definire contra Evangelia. Vide in Jur. Can. *diſtinct. 40. Capit. Si Papa*, &c.) Qvod ſit abſolutè ſupra concilium, (uti operosè contendit Bellarminus *Lib. 2. de concil. c. 17.* & cum ipſô Schola Jeſuitarum, nec non Hiſpania & Italia, licèt contradicat in hôc punctô Gallia & reliqva Europa,) qvod de neceſſitate ſalutis ſit, ut Rom. Pontifici omnis creatura ſubſit, (uti habet Bonifacius IIX. *in extravag. Lib. 1. tit. 8. unam ſanctam; de majorit. & obedientiâ*). Qvæ & alia plura notavit etiam Apologia *Aug. Conf. p. 149.* dicens: Regni Pontificii deſcriptionem traditam eſſe hôc ipſô *Dan. XI.* qvod etiam repetitur *ibidem p. 208.* propter novos cultus excogitatos, qvales & hìc tribuuntur Regi tyrannico. Vide etiam ſi placet, Witakerum *de Pontif. Rom. qvæſt. 5. p. 711.* ubi de illô Canoniſtarum dictô: Pro ratione eſſe voluntatem Papæ. Huc etiam *ἐθελοθρησκεία* Pontificia, ubi intentio bona plus attenditur, qvàm expreſſa Dei in verbô voluntas. *Oecolampadius* utrumq; intelligit Antichriſtum tàm Orientalem, qvàm Occidentalem, h. e. tàm Papam in Eccleſiâ, qvàm Mahometem extra Eccleſiam; qvod ipſum qvanqvam in aliqvot membris, adeòq; & ipſô præſente, locum inveniat facilè, per omnia tamen de utrôq; accipi neqvit.

וְיִתְרוֹמֵם וְיִתְגַּדֵּל עַל־כָּל־אֵל

Et elevabitur & magnificabitur adverſus omnem Deum.) *Secundum* hìc prodit prædicatum, elatio nimirum incredibilis, indicata geminô verbô ex Hithpaël: יִתְרוֹמֵם *altum faciet*, vel opinabitur *ſe ipſum*; Qvæ forma alibi in ſacris non occurrit, facilè tamen ex aliis verbi רוּם textibus dijudicatur: Confer *Pſal. LXXV, 11.* תְּרוֹמַמְנָה ex-

alta-

Digitized by Google

altentur cornua juſti : Proverb. IV, 8. תְּרוֹמְמֶךָּ *exaltabit te*, &c. nimirum partim blandiente fortunâ, ſucceſſibusq; proſperis, partim ex aſſentationibus paraſitantium tantoperè faſtuoſum hocce regnum dementabitur, ut regum neminem opinetur ſe ſuperiorem aut meliorem, ut mandare audeat & Clericis & Laicis pro lubitu, ut jus ſibi arroget in bona univerſa, &c. Deinde adhibetur etiam verbum יִתְגַּדֵּל *magnum faciet ſeipſum, arrogabit ſibi dignitatem*, &c. qvomodo id præter hunc verſ. 36. & 37. occurrit Eſa. X, 15. *numqvid elevabit ſe ſerra contra tractantem eam?* & Ezech. XXXVIII, 23. ubi Deus verus de ſe: *magnificabo me, & ſanctum meipſum demonſtrabo, & notus ero in oculis gentium multarum.* Adeòq; & hîc tùm conatus, tùm mediorum diligens conqviſitio & applicatio ſignificatur, qvibus Rex hic eminentiam ſtabilire poterit ullô modô. Id verò admirationem meretur, qvod tàm ſtolidus is ſit futurus, ut efferat ſe עַל־כָּל־אֵל *ſuper omne robur*, vel *ſuper omnem Deum*, tàm λεγόμενον, qvàm ὄντως talem, (*1. Cor. IIX, 5.*) id qvod liqvidò deprehenditur in Papâ, qvi Scripturæ divinæ ſe præfert, adeò, ut hanc dicat mutuari & accipere authoritatem ſuam â ſe, ut venditet ſe Deum in terris, cujus vaſalli ſint Reges univerſi, ut Angelis, qvi & ipſi appellantur Dii, imperare audeat, ut Magiſtratibus pedes præbeat oſculandos, it. ut Divi ab ipſô Canonizationem præſtolari teneantur, &c. Facit huc, qvòd Summæ in terris poteſtates *Dei* nanciſcantur nomen *Pſal. LXXXII, 6.* qvomodo etiam Auguſti Imperatores ſeculô Tertulliani, (ut eſt in *Apologet. cap. 30. & ad Scapulam cap. 2.*) dicebantur *ſecundi à Deô, poſt qvem primi, ante omnes & ſuper omnes Deos, ſolô Deô minores, &c.* Qvi ſecundùm Optatum Milevitanum *adv. Parmeniam L. 3.* ante omnes ac ſuper omnes Deos ac homines colebantur, &c. Super hos ipſos verò Deos terreſtres extollere ſe Papam, penitùs eſt in propatulô. Vide, ſi lubet, B. Gerhard. *Tom. II. Confeſſ. Cathol. pag. 807.* it. Polanum *in Comment. hujus loci pag. 1111. & p. 1123.* ubi Bellarm. vindicias, qvibus Papam eximit ab hâc textûs noſtri accuſatione, refellit. Capellum, *de poteſt. Papa p. 205.* Balduini *phoſphor. pag. 939. 945.* Brochm. *Tom. II. Locô de Pontif. Rom. ſect. 4. p. m. 821. ſeqq. & Lib. III. de Antichr. contra Bellarm. p. 287.* Ægidium Hunnium *Tom. I. Opp. fol. 1381.* Balduin. *de Antichr. pag. 168. ſeqq.* Chamierum *Tom. II. Panſtrat. L. 17. cap. 11. §. 14. ſeq.* Mülleri *AntiJanſ. §. 586.* Wit-

Digitized by Google

tack. *loc. cit. p. 712. ſeq.* Confer præterea Ezech. XXIIX, 2. *eò, qvòd exaltatum eſt cor tuum,* (ô princeps Tyri,) *dixiſtiq;* אֵל *Deus ego ſum, in thronô Dei ſedi,* &c. Idem hoc legitur *2. Theſſ. II, 4.* de Antichriſtô, qvòd futurus ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα. Hoc ipſum verò non qvadrat in Epiphanem, ut qvi contentus ἀποθεώσει & colens Jovem Olympium, non affectabat ὑπερθεότητα univerſalem, uti habet D. Danhau. *l. c. pag. 275.* De voce אֵל *Deus* conſuli poterit D. Calovius *in Theol. nat. & revel. p. 400.*

וְעַל אֵל אֵלִים יְדַבֵּר נִפְלָאוֹת

Et adverſus Deum Deorum loqvetur magnifica.) *Tertium* hoc eſt prædicatum, videl. *blaſphemiloqventia.* *Dicet* נִפְלָאוֹת *mirabilia,* qvæ captum hominis omnemq; ordinarium curſum excedunt, qvæ ſecundùm Syrum ſunt רַוְרְבָן *magna,* ſecundùm LXX. ὑπέρογκα *ingentia,* (vide ſuprà cap. IIX, 24.) & qvidem *contra Deum Deorum,* h. e. non tantùm contra Magiſtratûs varia protrudet portentiloqvia, verùm etiam contra ipſum unicum verum ac ſupremum Numen, cui ſubſunt omnes Dii alii nominetenus tales, vel qvotqvot robore præcellunt alios, formidinemq; incutiunt. Ita namqve אֵלִים accipitur alibi de *Fortibus* aut *potentibus,* v. g. Job. XLI, 16. (17.) *à majeſtate ejus timent* אֵלִים *potentes:* Pſal. LXXXIX, 7. *qvis ſimilis Jehovæ inter filios* אֵלִים *potentum?* Exod. XV, 11. *qvis ſicut tu* בָּאֵלִים *inter potentes?* verſ. 15. אֵילֵי *potentes Moabi apprehendet tremor.* Sic אֵילֵי *potentes terræ* 2. Reg. XXIV, 15. Ezech. XVII, 13. it. אֵלֵי *potentes* גִבּוֹרִים *fortium,* Ezech. XXXII, 21. Confer Dan. IIX, 25. *contra Principem principum ſtabit.* Loqvetur proinde mirabilia contra horum potentum Deum hicce Rex, ejusdem mandatis derogando, in prohibitis diſpenſando, permiſſa ab ipſô prohibendo, articulos fidei novos cudendo, verbis ejusdem apertis alium planè ſenſum affingendo, adeòq; apertè fermè contradicendo, &c. id qvod de Pontifice Romanô probatum eſt à noſtratibus dudum, qvàm ignominiosè ſcil. tractet Scripturam ſacram, qvomodo ejus authoritatem à ſe dependere ſtatuat, imperfectionis, obſcuritatisq; arguat, ſatisfactioni Chriſti ſuas ſuorumve aſſuat, imperium ſibi in infera, terreſtria ac cœleſtia arroget, &c. Nota namq; Papiſtarum dicteria: Papam idem habere Conſiſtorium cum Deô, & idem tribunal cum Chriſtô: Papæ traditam omnem poteſtatem in cœlô & in

terra:

אֵלִים:

terrâ: à Papâ ne ad Deum appellari poſſe: Papam omnia poſſe facere, qvæ Deus facit, &c. apud D. Calov. *annot. ad h. l. contr. Grotium.* Confer *Apocal. XVII, 3.* ubi mulier inſediſſe dicitur beſtiæ, cui undiq; inſcripta *nomina blaſphemiæ.* Aliqva hanc in rem recenſentur à Polanô *pag. 115. ſeq.* qvomodo v. g. ſe venditet ſponſum Catholicæ Eccleſiæ, qvomodo dignitates mundi univerſas antecellat, qvòd à nemine qveat judicari; it. à Geſnerô *in Diſp. hujus loci theſ. 30. ſeqq.* Sunt, qvi hocce verſiculi membrum ita exprimunt: *& miracula jactabit contra Deum Deorum,* h. e. ſecundùm Paulum *2. Theſſ. II, 9.* adventus ipſius erit κατ' ἐνέργειαν τῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, &c. Verùm an hoc phraſi Ebrææ ſatis congruat, ſubdubitamus. Potiùs *mirabilia* adverbialiter valet *mirabiliter*: Vide *cap. IIX, 24.* Judæi, qvi de Conſtantinô M. hæc capiunt, deq; Trinitatis & incarnationis dogmatibus, vero Deo ac uni adverſis, (ut eſt apud *AbenEſram & Jacchiadem,*) refutationem non merentur.

וְהִצְלִיחַ עַד כָּלָה זַעַם

Et dirigetur, donec compleatur iracundia.) *Qvartum* prædicatum eſt felicitas: וְהִצְלִיחַ *& proſperè aget*, (qvod Vulgatus alienè reddidit: *dirigetur*:) h. e. ſuccedent ipſi ex votô negotia, adverſantes ſibi reprimet, obſtacula, ſi qvæ fuerint, ſuæ ambitioni objecta, removebit facilè, &c. Vide de verbô hôc *cap. IIX, 12. 24. 25.* it. *Prov. XXIIX, 13.* Additur tamen felicitati ſuus qvaſi limes: *donec conſummetur ira*, ſcil. qvam Dominus erga delinqventes in populô ſuô concepit, qvos ob transgreſſiones hactenùs corripere ſeveramqve ſimul diſplicentiam ſuam palam conteſtari decrevit. Vel: Habitô ad ipſum hunc perſecutorem reſpectu, ſenſus eſt: Tamdiu proſperabitur, donec matureſcat velut mea adverſus ipſum concepta indignatio, ipſiusq; inſolentiæ ac ſævitiæ juſta retribuantur ſupplicia. Sic eadem hæc phraſis occurrit Eſa. X, 25. *adhuc parum & modicum,* וְכָלָה זַעַם *& conſummabitur ira & furor meus ad conſumtionem eorum*, hoſtium videlicet Aſſyriacorum, ſuis hactenùs ſucceſſibus inſolenter abutentium. Confer Eſa. XXVI, 20. *abi popule mi in conclavia tua*, עד יעבר זעם *donec tranſiverit indignatio.* Vide ſuprà c. IIX, 19. *ecce indicabo tibi, qvid futurum ſit in fine* הַזָּעַם *indignationis.* צלח

כִּי נֶחֱרָצָה נֶעֱשָׂתָה׃ *Perpetrata qvippe eſt definitio.*

Digitized by Google

Vel: *deciſum namq; factum eſt*, h. e. non caſu, nec cœcæ etiam fortunæ indulgentiâ, tanti ſucceſſus contingent huic tyranno, verùm divina ſapientia, cujus ſolius eſt, ordinare tempora, limites præfixit certos, intra qvos ſucceſſus illi admirandi coërcebuntur. De participiô hôc נֶחֱרָצָה *deciſum* vel *deciſio*, vide dicta *cap. IX, 26.* Hoc itaq; *deciſum* dicitur factum, videlicet à Deô rerum moderatore ſummô. Alii verbum hoc נֶעֱשָׂתָה exponunt de impletione, q. d. illud, qvod deciſum à Deô, implebitur. Verùm hæc minùs dextrè cohærent cum antecedente, cur ſucceſſus tyranni aliqvandiu ſint continuandi, nimirum, *qvia deciſum implebitur*, cùm h. m. idem fermè per idem probetur. Hinc optimè Lutherus: Denn es iſt beſchloſſen / wie lange es währen ſoll.

Poriſmata ex Verſu XXXVI.

1. Dominium in alios ex votô ſuccedens non eſt indicium bonæ cauſæ, qvomodo inter cætera notam Eccleſiæ veræ (valdè tamen topicam, imò ἄτοπον potiùs aut nullam,) felicitatem temporalem conſtituunt nonnulli Pontificii. De qvâ inter alios peculiari egit tractatu Dominus D. Gottfr. Olearius, it. Dn. D. Joh. Müllerus *Anti-Janſen. p. 480. &c.*

2. *Ne facias ſecundùm voluntatem tuam carnalem*, niſi velis Deum rurſus tecum agere ſecundùm voluntatem ſuam legalem; potiùs infringe animi tui inclinationes cœcas, ne qvicqvam velis, qvod nolle ſcias Dominum. Benè Judæi in Pirke aboth, c. 2. *fac voluntatem Dei, ſicut tuam, ut & ipſe faciat voluntatem tuam, ſicut ſuam. Omitte voluntatem tuam, propter voluntatem ejus, ut & ipſe diſſipet voluntatem aliorum, propter voluntatem tuam.*

3. Qvid de Antichriſtô ſomnient Mahumedani, videlicet Jeſum deſcenſurum in terram apud turrim albam ad portam Damaſci orientalem, &c. cùm ab expugnatione Conſtantinopolitanâ reverſi fuerint homines, nuntiatô Antichriſtum adveniſſe, Mahumedis fidem amplexurum, uxorem ducturum, liberos geniturum, Antichriſtum interfecturum, magnam ſub ipſô in terrâ ſecuritatem rerumq; affluentiam futuram; convenientibus leonibus & camelis, urſis & ovibus, &c. ipſumq; Jeſum, poſtqvam 40. annis in terris permanſerit fatô functurum, refert Edv. Pocokius *in notis Miſcell. p. 260. ſeqq.* De Antichriſtô autem Judaicô, Armillos dictô, inter cæteros agit *Hul-*

ſius

ſius *Tom. 1. Theol. Jud. p. 51.* Buxtorf. *Synag. Jud. p. m. 447. & in Lexicô Rabbinicô in voce* אפ״ס.

4. De faſtu tùm Papali tùm Ottomannicô, de portentiloqviis horummet Chriſti ac veræ pietatis hoſtium, integrâ opus foret tractatione, ſi exhaurire iſta foret animus. Nimirum hæc inſolentia communis ſemper fuit Tyrannis, v. g. Pharaoni, Herodi, Neroni, &c. Et qvanta, qvæſo, inſolentia, arrogare ſibi eminentiam ſuper omnes in orbe Eccleſias Magiſtratusq; Chriſtianos, cùm nemo Regum talem vel habuerit, vel Epiſcopo alicui, ſive Romano, ſive alteri concedere potuerit? Aperiat nobis ſingulis Deus oculos, impleatq; nos odiô Papæ, ne hîc cæcutiamus. Caveat intereà unusqvisq; à machinatione hâc Satanæ, ne qvandam ſibi præ aliis arroget eminentiam, ſive animô, ſive verbis, ſive geſtibus ac factis. Lingvam item qvisq; compeſcat ſollicitè, ne mira loqvens, mira etiam poſtmodùm patiatur. *Pſ. XXXIV, 14. Pſ. XXXIX, 2.*

5. Proſperitati humanæ, etiamſi qvis albæ gallinæ ſe opinetur filium, aut cum Juliô Cæſare atq; Alexandrô M. certet de ſucceſſuum proſperitate, certus tamen eſt à Deô fixus terminus, inopinatò plerumq; imminens, ſicut apud fatuum illum opulentum, *Luc. XII, 20.*

6. Providentia divina eſt certa, infallibilis, ſapientiſſima, &c. Qvæ absq; conditione decrevit Dominus, à nullâ unqvam mutabuntur creaturâ. Qvæ definit ſub conditione reſipiſcentiæ, (v. g. excidium Ninevitarum,) exiſtunt eô modô, prout ſe habet conditio.

7. Indignationem Dei feramus intereà patienter, qvandoqvidem in Deum peccavimus, *Mich. VII, 9.* Momentanea eſt indulgentiſſimi hujus patris ira, *Pſ. XXX, 6.*

וְעַל־אֱלֹהֵי אֲבֹתָיו לֹא יָבִין

Et Deum patrum ſuorum non reputabit.) Pertinent hæc, tanqvam uberior gloſſa, ad prædicatum ſecundum; qvippe qvi ſe effert ſupra omnem Deum, is etiam ſe effert contra Deum majorum ſuorum. Qvia tamen elationis hîc diſerta non fit mentio, ideòq; conſtitui poteſt prædicatum *qvintum*, qvod eſt avitæ religionis contemtus. Et qvidem *non intelligere*, vel *non attendere* aliqvem, eſt ſtupidum aut ſuperciliosum, ſe ad illius debitam notitiam præbere, ſusq; deq; habere, vilipendere, honore cultuq; indignum æſtimare: qvo- VERSUS XXXVII.

modo Mich. IV, 12. dicitur: *ipſi non cognoverunt cogitationes Domini, nec* הֵבִינוּ *intellexerunt conſilium ejus*, Pſ. XCII, 7. *ſtultus non intelligit hoc.* Prov. XXIX, 7. *impius non intelligit ſcientiam.* Pſ. XXIIX, 5. *non intellexerunt* (non attenderunt ad) *opera Domini.* Prov. XXIIX, 5. *viri mali non intelligunt judicium.* Adeòq; vitium hîc latet tùm intellectûs, tùm voluntatis, qvando qvis non modò ignarus eſt, ſed & datâ operâ cœcutire ſtudet, neq; mentis oculos ad id aperit, ubi aperire deberet & poſſet. Item, qvando ex defectu debitæ notititiæ debitum qvoq; deeſt æſtimium ac honor, ejusq; locô neglectus adeſt ſuperciliosus, contumacia immorigera, &c. Objectum eſt אֱלֹהֵי אֲבֹתָיו *Deus Patrum* vel *majorum ejus*, (Synecdochicè enim per *patres* indicantur, qvotqvot in lineâ aſcendente ad genealogiam pertinent conſtituendam;) h. e. Deus, qvem Majores ipſius & agnoverunt & coluerunt, qvomodo Exod. III, 13. & 16. dicitur: *Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos:* Sic *c. IV, 5. Deut. I, 11. 21. cap. IV, 1. c. VI, 3. c. XII, 1. c. XXVI, 7. c. XXVII, 3. c. XXIX, 25. Joſ. XIIX, 3. Jud. II, 12. 2. Reg. XXI. 22.* (Ammon dereliqvit Deum patrum ſuorum) *1. Paral. XII, 17. cap. XXIX, 20. 2. Paral. VII, 22. c. XI, 16. c. XIII, 12. & 18. c. XIV, 3. c. XV, 12. c. XIX, 4. c. XX, 6. cap. XXI, 10. c. XXIV, 18. 24. c. XXIIX, 6. 9. 25. c. XXIX, 5. &c.* In qvibus multisq; textibus aliis ſemper accipitur de Deô verô, qvi in Dei populô per tot generationes inde ab Abrahamô ac Patriarchis reliqvis fuit cultus atq; adoratus. Colligitur hinc, Regem hunc tanqvam atheum, per grandem apoſtaſiam defeciſſe à verô Numine, cujus reverentia apud majores ipſius perſtiterat: Nam ſi de idolô hîc eſſet ſermo, qvalia majores Epiphanis aliiq; Reges gentiles coluerant, id ſanè non vitio verteretur huic Regi, ſed laudi potiùs, cùm Conſtantino M. glorioſum fuerit talia deſeruiſſe Numina, auſu planè heroicô ac cœleſti. Et qvanqvam ex *1. Maccab. I, 43.* nec non *Joſephô* adducat *Sanctius & Polanus*, Antiochi patres etiam verum noviſſe Iſraëlis Deum, non tamen propter huncce qvalemcunq; cultum idololatriæ permixtum, appellari potuit ipſorum Deus. Si per Deos patrum intelligas Numina Syrorum Græcorumq; fictitia, notum ſanè, Epiphanem hæc neqvaqvam deſeruiſſe, ſed potiùs Judæos gentesq; alias ad eundem cultum violenter adigere voluiſſe. Imò notandum & hoc contra *Bellarminum*, qvi Papam hîc deſignari infringit eâ de cauſâ, qvòd ipſe attendat ad Deum Patrem, Filium & Spiri-

Spiritum S. adeòq; non ſit atheus, nec ſeipſum pro Numine venditet ſolum, cum colat inſuper Sanctos. Verùm hoc ipſum eſt, *non intelligere Deum patrum ſuorum*, qvando qvis eum non agnoſcit, non profitetur ac colit eô modô, qvô fecerunt Majores, addendo ſcilicet vel detrahendo iis, qvæ Deus ipſemet Majoribus præſcripſit. Adeòq; pertinet huc qvodammodò, qvod de verbô הֵבִין notavit *Mercerus*, ipſum ſcil. ſignificare aliqvid mente intrinſecùs conſiderare, animum certâ diſtinctione & judiciô intendere, ut res ſimiles ſecernantur, &c. cujus induſtriæ negatio turpem ponit neglectum, inſcitiam, errores, protervíamq; malitioſam. Pertinet huc integer B. Nic. Hunnii *Tractatus de Apoſtaſiâ Rom. Eccleſia*.

וְעַל־חֶמְדַּת נָשִׁים וְעַל־כָּל־אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין

Et erit in concupiſcentiis fœminarum, nec qvemqvam Deorum curabit.) Potiùs; *Et ad deſiderium fœminarum, & ad ullum Deum non attendet*. *Sextum* prædicatum eſt conjugii contemtus: *non attendet ad deſiderium mulierum*, ubi repetenda erunt, qvæ de phraſi, *non attendere*, attulimus membrô præcedente. Objectum eſt חֶמְדַּת *deſiderium mulierum*, qvod diverſimodè accipi poteſt, *vel* ſubjectivè, ita ut poſterior Genitivus exprimat ſubjectum inhæſionis, idemq; ſit ac, deſiderium, qvod eſt in mulieribus erga aliqvid aut aliqvem; *vel* objectivè, qvod deſiderium verſatur circa mulieres, aut ad eas vergit; *vel* qvalitativè, ita, ut *deſiderium mulierum* ponatur pro mulieribus deſiderabilibus, qvomodo rectitudo cordis ponitur pro corde rectô, *Job. XXXIII, 3.* perfectio odii, pro odiô perfectô, *Pſal. CXXXIX, 22.* &c. *Vel* Genitivus poſterior deſignare etiam poteſt deſiderii cauſam efficientem, qvòd mulieres illud in viris excitent. Confer I. Sam. IX, 20. *cujus erit omne* חֶמְדַּת *deſiderium Iſraëlis?* h. e. qvicqvid in Iſraële eſt deſiderabile: vel totius Iſraëlis deſiderium ad te tanqvam futurum regem directum eſt: Hagg. II, 7. *veniet* חֶמְדַּת *deſiderium omnium gentium*, h. e. qvi cunctis gentibus erit deſiderabilis & acceptus. Porrò נָשִׁים non pellices aut ſcorta, ſed conjuges denotat propriè, ut conſtat ex *Geneſ. IV, 29. cap. VII, 7. cap. XXXIV, 29. Num. XIV, 3. 2. Sam. I, 26. &c.* Senſus igitur præſentis noſtri textûs erit hic: Tyrannus hactenus deſcriptus non attendet ad id, *qvod deſiderant fœmina* vel uxores, h. e. non curabit ho-

חמדה

נשים

bit honeſtum matrimonium, non æſtimabit uxores deſiderabiles. (qvomodo legitima Prophetæ uxor aliàs vocatur מחמד *deſiderium oculorum*, Ezech. XXIV, 16.) verùm, qvæ expoſitio etiam eſt Pererii, *ſimulaturus eſt caſtitatem.* Qvanqvam enim Vulgata contrarium inferat ſenſum, (*erit in concupiſcentiis fœminarum,*) cum fontibus tamen faciunt *LXX. Theodotio, Pagninus,* &c. Imò myſterium hîc ſub ſenſu tàm affirmativô qvàm negativô *Pererius* modò dictus venatur, qvòd Antichriſtus futurus ſit & mulieroſus, & à muliebribus etiam voluptatibus ſibi temperaturus: h. e. internis animi ſenſibus ſuper omnes voluptuarius ac libidinoſus, externâ converſatione caſtimoniam ſimulaturus egregiam. Id qvod in Papatum votô continentiæ Curios ſimulantem, intereà tamen Bacchanalia viventem, apprimè qvadrat. Aliqvot pro ſenſu noſtrô negativô rationes contra verſionem Vulgatam adduxit Hackſpan *part. 2. notar. Philolog. ad h. l. p. 892. ſeqq.* qvem vide. Aliter Polanus: *Ad deſiderium fœminarum non attendet,* h. e. non movebitur uxorum ſuarum precibus, eò ut à cœptô deſinat, ſed in conturbatione omnis religionis procaciter perget. Qvod ipſum tamen deſiderium uxorum Epiphanis meritò ex hiſtoricis etiam probandum fuiſſet, cùm aliàs fœminæ gentilium parùm curent, qvid in religione geratur extra patriam. Et eſto, uxores tùm temporis optâſſe religionis inter Judæos qvietum ſtatum, (qvamvis id parùm probabile,) qvid opus erat, à Spiritu S. iſtius muliebris deſiderii hîc peculiarem fieri mentionem? *Ac proindè* commodiùs refertur ad impuriſſimum in regnô Antichriſti cœlibatum, qvô, proſcriptô Clericorum perfectionisq; ſtudioſorum conjugiô, omnis generis libidines provocatæ ſunt, qvas ipſimet diffiteri neqveunt Papiſtæ paulò candidiores. Verbis id Apoſtoli *1. Tim. IV, 3.* declaramus: *κωλύσει γαμεῖν*, vel, non curabit אהבת נשים *amorem conjugalem* (2. Sam. I, 26.) Vide qvæ habet Gerhard. *de Conj.* §. 51. Intereà non diffitebimur, hôc modô ſævitiem qvoq; perſecutoris, unà cum ambitione ſummâ, qvodammodò expreſſam eſſe, qvâ flecti ſe neqvaqvam paſſus eſt lamentabili ſexûs debilioris ſorte, verùm promiſcuè tàm fœminas, qvàm viros crudeliter affligi interimiq; curavit, utut aliàs amabilis fœminarum conditio plus ſui deſiderium qvàm odium ſoleat excitare: adeòq; ubi urſit ipſum ambitio, ibi nec Deus aut ſacra, nec fœminæ aut voluptuaria obſtiterunt ipſi. Conf. *1. Maccab. I, 27. 63. 2. Macc. V, 13.* Mirè *R. Salomon Jarchi* hæc interpretatur: *Non curabit Synago-*

gam

gam Iſraëlis, qvæ formoſa inſtar mulierum. Qvæ ipſa riſum potiùs, qvàm refutationem merentur. Sic alienum qvoq; eſt *Oecolampadii* interpretamentum de Venere vel Lunâ, qvæ regina cœli dicta, cujus cultum Rex hic inſuper habuerit, &c. Sed cur ſolius hujus idoli meminiſſet in ſpecie? imò ubinam illa Regina vocatur Deſiderium mulierum? Et licet forſas recurras ad *Jer. XLIV, 15. 17.* nondum tamen repenies id, qvod hîc eſt in qvæſtione. *Septimum* prædicatum complectitur Atheiſmum, adeò, ut ſicut ſub initium hujus verſiculi ſolius Dei aviti facta fuerat mentio; ita jam generatim removeatur *Deorum* in univerſum aliorum *omnium* æſtimium ac cultus. Ita ſiqvidem excœcare ſolet Satan mancipiorum ſuorum mentes, ut in pleniſſimâ meridie ſolem tamen in cœlô fulgere pernegent, ſibiqve ipſis divinitatem intereà arrogent ſtolidiſſimè, ac ſi neminem teneantur metuere, & qvibus omnia pro lubitu cogantur ſe ſubmittere ac obtemperare. Videatur *verſ. 36.* Licèt verò Antichriſtus cum aſſeclis, apertis hoc vix ediſſerat verbis, ſufficit tamen, qvòd τοῖς ἔργοις ἀρνῦνται, licèt Deum ὁμολογῦσιν εἰδέναι, *Tit. I, 16.* Imò qvanqvam divinitatem negare homo neqveat, qvi ſanæ eſt mentis, Deum tamen non attendit vel curat, dum pro ſuô ſolùm lubitu ubivis protervè ſe gerit, atqvè intereà Deum ſibi ipſi effingit pro cerebri ſui captu, aut pro ratione ſtatûs, veluti mox ſubſeqvetur.

כִּי עַל־כֹּל יִתְגַּדָּל׃

Qvia adverſum univerſa conſurget.) Origo profanæ adeò vitæ, fideiq; omnis proſcriptæ, eſt infatuans ſuperbia, cujus negotium eſt *efferre* aut *magnum facere ſeipſum*, ſicuti de verbô יִתְגַּדֵּל dictum *verſ. 36.* Et ſicut ibidem objectum, cui ſe prælaturus erat hic homo peccati, vocabatur *omnis Deus*, ita adhuc generaliùs jam dicitur עַל־כֹּל *ſuper univerſitatem* vel *ſuper omnia*, h. e. tàm increata, qvàm creata, tàm viſibilia, qvàm inviſibilia, opinabitur nihil in orbe ſupereſſe, cui ſe cogatur ſubmittere, illudvè venerari.

Poriſmata ex Verſu XXXVII.

1. Majorum ſubmiſſa debet eſſe veneratio, adeòq; & illorum tùm dogmatum, tum rituum, ac morum, qvos ipſi Scripturæ Sacræ conformiter ſuis communicarunt poſteris; id qvod Spiritus S. ipſe confirmat, toties memorando Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi. It.

Digitized by Google

bi. It. traditionum paternarum *Pſal. LXXIIX, 3. 5.* &c. Intereà reverentia illinc non ſtatuminatur illimitata ac univerſalis, ac ſi indiſcriminatim omnia, qvæ patres aut crediderunt, aut fecerunt, aut intermiſerunt, liberos ſtatim obligent aut excuſent imitantes; neqvaqvam: (vide *Pſal. XLIX, 20. Pſal. LXXIIX, 8. 57. Pſal. XCV, 9. Pſal. CVI, 6. 7.*) Verùm major eſt poſterorum culpa, ſi majorum benè præeuntium nolint premere veſtigia, adeòq; *Deum Patrum ſuorum* poſtponant. Deinde diſcernendi etiam ſunt Patres verè antiqvi à patribus modernis; *Deum Patrum noſtrorum* meritò colimus, non qvem aut qvalem Majores noſtri coluerunt in Papatu, multò minùs in gentiliſmô, verùm qvem Majores ad Deum converſi, ac in fide ſani, ante defectionem agnoverunt ex revelatione cœleſti.

2. *Mulierum deſiderium* adeò non improbat Deus, ut ipſemet talem conjugi Prophetæ, (qvi haut dubiè Clericis papalibus ſanctitate non fuit inferior;) tribuerit titulum: *deſiderium oculorum tuorum*, Ezech. XXIV, 16. Sicut itaq; ubivis *medium tenuêre beati*; ita deſiderium illud nec debet eſſe nimium, nec nullum. Attendi illud poteſt, ſecundùm regulas ſcil. à ſanctiſſimô matrimonii auctore præſcriptas, non ſecundùm cœcum carnis libidinoſæ impurumq; impetum.

3. Papæ, utut matrimonium dicendo Sacramentum, magni videantur deſiderii mulierum æſtimatores ac patroni, eô ipſô tamen, dum impuritatis illud accuſant, adeò, ut qvi in carne hôc modô vivunt, Deo placere neqveant, ſecundùm Papam Siricium, reipſâ, qvod unâ manu dederunt, alterâ rurſus ſurripiunt, imò proculcant. Vide brevem B. Lutheri annotationem *Tom. VIII. Jen. G. fol. 324.* Gerh. *T. VII. de Conjugiô* §. *52.* Dorſchæum *de Miſſâ p. 48.*

4. Qvi ſecundùm Machiavelli principia religionem, tanqvàm obſeqvii vinculum, inſigniter commendant, illi reipſâ tamen nullum Deum in mente gerunt; adeòq; injuria regno Papali fit hautqvaqvam, dum præſens ipſi aptatur vaticinium de nullô in ibi curatô Deô. Dicant, qvi Romæ viderunt myſteria, annon præter craſſam paucorum ſuperſtitionem merus ibi imperet atheiſmus?

5. Ex ſuperbis facili negotiô Satan efficere poteſt atheos.

VERSUS XXXIIX

וְלֶאֱלֹהַּ מָעֻזִּים עַל־כַּנּוֹ יְכַבֵּד

Deum autem Mauſim in locô venerabitur.) Octavum ſequitur

tur prædicatum, tyranni hujus religionem exponens planè novam ac peculiarem, adeò, ut locô Dei majorum ſuorum, & locô Numinum aliorum יְכַבֵּד *honoret Deum Mauſim*; de qvô diverſiſſimæ ſanè inter- מעזים
pretum ſunt ſententiæ. Et qvidem ſignificatum vocis מָעוֹז *robur, munimentum*, (ab עָזַז *robuſtus fuit*,) jamjam expendimus *Prov. X, 29.* adde Joſephi Medi *de Apoſtaſiâ p. 144. ſeqq.* ubi de LXXvirali verſione, ὑπερασπιστῶν, & Vulgatô: *protector*. In plurali non legitur, præterqvam in hôc cap. XI. Danielis v. 19. *convertet vultum ſuum* לְמָעוּזֵּי *ad munitiones terræ ſuæ*, item hôc & ſeqvente *verſu 38. 39.* ſemel tamen irregulari formâ occurrit *Eſa. XXIII, 11.* ad perdendum מָעֻזְנֶיהָ *munitiones ejus* ſcil. Cananææ: ubi Dageſch forte, Chaldæorum more, in נ fuit reſolutum. Qvapropter *Deus munitionum* vel *fortitudinum* idem erit juxta Syrum ac, Deus עַשִּׁינָא *fortis*, vel Deus, cui Rex hic ſua feret accepta præſidia carnalia, cui committet eorum tutelam, in qvô, ceu fortalitiô, omne ſuum collocabit robur: Et ſicut Rex hic terrenorum amans, terrenas præcipuè æſtimabit munitiones, qvibus ſecurum præſtet ſuum regnum; ita illum qvoq;, qvi tuendis hisce præſidiis videbitur aptiſſimus, colet præ cunctis cæteris ſtudioſiſſimè. Non curabit Deum patrum, v. 37. nec *Deum veritatis cœleſtis*, in verbô revelatum, (ſuper hunc enim ſe efferet;) ſed Deum à ſeipſô confictum, qvem ratio ſtatûs ſuggeſſit. Sic fermè Hackſpan qvoq; *in Notis Philolog. ad h. l. p. 898.* ſicut venter eſt mundanorum Deus, *Philipp. III, 19.* ita Antichriſti Deus erit potentia, h. e. ſuprà modum deditus erit illis rebus, qvæ conſtant robore, ut ſunt arces munitæ, &c. vult eſſe princeps Italiæ, imò Dominus omnium dominantium. Verùm, qvod Numinis hujus proprium ſit nomen, qvô à reliqvis diſcerni qveat, exprimere haut voluit angelus. Hugo de S. Caro & Calvinus volunt *Jovem Capitolinum*: Maldonatus, *Jovem Olympium*: Heinſius, Grotius & Marcus Marinus *(in arcâ Noæ) Martem* θεὸν Ῥώμης, qvi ab Antiochô ad exemplum Phœnicum, dicentium eum ab עָזַז ἄζιζον, (unde & *Magaſin*, armamentarium, qvaſi מָעֻזִּים &c.) colebatur, & ab aliis coli jubebatur: Irenophilus (apud Polanum) vult *Machometem*, Liranus & Cornelius à Lapide *Diabolum* vel *ſpiritum familiarem*: Jacchiades, AbenEſra, & R. Salomon Jarchi, *Jeſum Nazarenum*, alii aliter. B. Lutherus *in præfat. hujus cap.* Wigandus, Chemnitius *part. 2. Exam. Conc. Trid. f. m. 151.* Ægidius Hunnius *tom. 1. operum fol. 381.* Geſnerus & Dn. D. Johannes Müllerus *Anti-Janſenii* §. 49. & 50. acci-

piunt de *Miſſâ*: id qvod B. Dorſcheus *μυσαρίας Miſſæ, cap. 2. p. 47. ſeqq.* ſic tuetur: *Concedimus*, (qvæ de Deô Mauſim allata ſunt,) *non eſſe originationem, ſed alluſionem ad Miſſam, & tùm reliqvi cultûs Antichriſtiani copiam idololatricam intelligi, tùm jactitatum illud ſacrificium Romanenſium.* Et aliqvibus interjectis: *præcipuè cultus Miſſaticus per nomen illud intelligitur, qvod docet* tùm *conſonantia qvædam & colluſio vocabulorum*; tùm *radix vocis à Confirmandô deſcendentis, robur enim Antichriſtianiſmi eſt Miſſa*; tùm *qvia locô baſeus in baſibus altarium, deſtructâ verâ baſi ſacerdotalis honoris, inſtituta*; tùm, *qvia ſingulari veneratione in divinam transfertur, & virtutem & exiſtimationem*; tùm *qvia ſuô colore, qvô à Romanenſibus tincta, nova eſt, & ſanctioris ſincerioriſq; fidei patribus ignota*; tùm, *qvia aurô, argentô & aliis ejuscemodi electitiis ornamentis penè eſt obducta*; tùm *qvia cultores ſuos multiplici ornat gloriâ, conſtituit Dominos ſuper multos, deſtinat terræ, locô pretii, poſſeſſores*; tùm *qvia clàm colitur, &c.* Ad hæc ipſa verò מָעֻזִּים *præſidia* referuntur porrò Baſilicæ, templa ac monaſteria Papalia, arcibus qvandoq; ſimiliora, qvàm ædibus ſacris; qvâ ratione expreſſè templum Hieroſolymitanum in ſingulari appellatur הַמָּעוֹז *verſ. 31. hujus capitis*; unde non malè colligitur, Regem hunc habiturum plura מָעֻזִּים *templa* ſplendida, novumq; illic Numen templis illis præfectum, qvod ignorarunt majores, &c. Inde Alſtedius *præcogn. Theol. pag. 604.* Deum Mauſim vertit, *Deum baſilicarum* ſeu *Numen templarium*, intelligens de Deô in Miſſâ factô. Huc etiam, qvòd Arabes templa ſua vocant *Meuſſin*, unde Moſcheæ vel Mosqvæ: apud Graſerum *de Anti-Chr. pag. 215.* Imò Petrinam ſucceſſionem, (cujus nomen cum *robore ſaxeô* qvodammodò convenit,) intendi etiam hîc, unà cum *robuſtâ* urbe Româ, cujus qvaſi tutelaris Deus eſt Petrus, arbitratur Dölingius *de Anti-Chr. interitu pag. 170.* & Brochmannus *tom. II. Locor. de Pontif. Rom. p. m. 821.* Nos per Deum huncce novum munitionum Antichriſtianarum intelligimus tale idolum cerebri Anti-Chriſtiani, qvod patribus Scripturæ Sacræ in ſolidum adhærentibus, antehâc penitùs fuit incognitum: adeòq; ſicut Deus Mahumetiſtarum, utut ab ipſis dicatur Creator cœli ac terræ unicus & ſupremus, nihilominùs à Chriſtianis vocatur idolum, Mahumetiſtæq; ob id idololatræ; ita & hic Deus Anti-Chriſti, ut ſecundùm aliqva notus etiam fuerit Eccleſiæ antiqvæ, tanqvam

Trinunus, &c. nihilominùs eſt idolum præſidiorum novum, dum ſcil. divinitatis qvodammodò participes redduntur Sancti cum ſuis reliqviis, panis item Euchariſticus extra ſuum uſum, & qvæ ſunt alia Papatûs, qvà talis, figmenta ſimilia, qvibus ſua muniri vident aut credunt munimenta terrena. De caterô, qvòd per Deum hunc intelligi neqveat Deus Iſraëlis verus, (uti qvidem volunt *Junius, Piſcator, Polanus* atq; alii,) nec ſecundùm Bellarminum & Scioppium *in Tract. de Antichr.* Anti-Chriſtus ipſe aut Diabolus, (qvem pluribus taxat Polanus, *p. 1151.* & B. Balduinus *de Antichr. p. 88. ſeqq.*) neq; etiam pecunia, cognoſci poteſt ex Dn. Danhaueri *Antichriſtoſ. pag. 280. ſeqq.* qvi ipſe intemperantiam qvoq; veneream à *Sanctiô* hîc intellectam refellit *pag. 282.* ut & ſtrophas *Bellarmini* de templis, ac ſi ea Antichriſti anticipaverint tempora, ac proinde hîc neqveant intelligi, *pag. 283.* Conferatur modò qvoad hoc ultimum verſus antecedens 31. ubi disertè templum Hieroſolymitanum vocatur הַמִּקְדָּשׁ הַמָּעוֹז *ſanctuarium illud fortalitium*: proindeq; Deus Antichriſti non in unô coletur templô, verùm in Baſilicis iſtiusmodi qvamplurimis per univerſum ferè orbem diſperſis, qvæ ipſa templa regnum Papæ terrenum, locô regni Chriſti ſpiritualis, promovent egregiè, utpote in qvibus apoſtatica illa ac recens conficta religio excolitur. R. Salomon exponit: Deum הכרובים, qvod an mendoſè ſcriptum ſit, pro הנצרים *Chriſtianis*, an pro הבנינים *ædificiis*, disqviſitione vix dignum eſt operoſâ. Joſephus Medus *de apoſt. ult. temp. pag. 142.* ita vertit: *Ad* vel *juxta Deum honorabit Mauſimos*, h.e. præter Deum verum Protectores colet angelos ſanctosq; martyres, tanqvam munimenta ſecundaria, qvomodo *cap. XI, 1.* dicitur de aſſiſtentiâ angeli לְמָעוֹז *in munimentum*, &c. Sic *pag. 155.* morem reliqvias vocandi *turres, mœnia, propugnacula & munimenta*, probat ex antiqvitate Eccleſiaſticâ prolixiùs. Qvòd qvamvis argutum, non tamen ad ſeqventia de unô Deô incognitô ſatis qvadrat. Hactenùs de Numine. Seqvitur nunc *Numinis cultus*, comprehenſus verbô יְכַבֵּד *gravem ac venerabilem reputabit, ipsôq; opere ac geſtibus externis magni faciet.* Vide plura de voce hâc *Prov. III, 9.* כַּבֵּד *honora Dominum de divitiis tuis*; & de conſtructione mediante ל *Pſal. LXXXVI, 9.* Additur prætereà cultûs iſtius locus עַל כַּנּוֹ *ſuper ſede ſuâ.* Qvod ipſum ratione affixi, ancipitem qvodammodò relinqvit lectorem, num ad Deum, an verò ad regem colentem referri debeat.

כבד

Verùm habitâ ratione ipſius hujus noſtri capitis, ubi *verſ. 7. 20. & 21.* phraſis hæc deſignat ſtationem regiam, in qvâ rex aliqvis ſuam fixit ſedem, tutiſſimè etiam eundem hìc amplectimur ſenſum, ita ut tyrannus hic *ſuper ſede ſuâ regiâ*, qvam ab hôcce ſuô confictô Numine paratam firmatamq; ſibi opinatur, honorem qvoq; referre laboret ei, à qvô ſe porrò credit ſtabiliri poſſe. Priorem qui probant ſententiam, referunt huc locum Amos V, 26. *tuliſtis* כִּיּוּן *ſuſtentaculum idolorum veſtrorum.* Coccejus *de Anti-Chriſtô pag. 87. ſeqq.* ſic vertit: *Deum arcium in ſuâ thecâ honorabit*, h. e. in certâ ſede, pompâ aut locamentô ſuô, &c. Verùm opus haut erit eò recurrere, adhibitis textibus modò citatis, qvi ipſi etiam ſufficienter refutabunt Bellarminum, qvi Theodoreti ſe tuens nomine, phraſin Ebræam æqvipollere vult huic Latinæ: *honorabit ſemetipſum locô Dei;* qvod qvàm abſonum ſit, qvivis lingvæ non imperitus oppidò perſentiſcit. Imò neq; hoc oſtenſum hactenùs, phraſin עַל כַּנּוֹ valere, *locô* vel *vice illius*, prout audacter ſatis contendit *Maldonatus.*

וְלֶאֱלוֹהַּ אֲשֶׁר לֹא־יְדָעֻהוּ אֲבֹתָיו

Et Deum, qvem ignoraverunt patres ejus.) Majoris perſpicuitatis cauſâ novitas præſentis hujusce cultûs repetitur & inculcatur denuò, ſiqvidem *verſ. 37.* jam dictum fuerat, qvòd *ad Deum patrum ſuorum animum adhibiturus haut ſit;* nunc verò inſuper adjicitur, qvòd neqve *patres*, vel majores hujusce ſeductoris, qvicqvam de tali recens fabrefactô cerebri idolô ejusdemq; cultu cognoverint. Naſutulus verò nimiùm hic eſt *Polanus*, qvi, dum Vulgatam corrigere nititur præter neceſſitatem, correctionem meretur ipſe. Dicit namq; *in Vulgatâ* confundi duo membra in unum, qvæ in textu Ebræô diſtingvantur; primum *(Deum fortitudinum)* accentu diſtingvi Sakephkaton, hôc ſenſu: qvod ad Deum roborum, ſcil. attinet; alterum eſſe, *locô ejus honorabit Deum majoribus ignotum.* Verùm ſic (1) præter neceſſitatem ſtatuitur ellipſis tùm verbi, *qvod attinet*, tùm accuſativi, poſt verbum honorabit: (2) accentuum eſt mera ignorantia, qvam corrigere poterit ex Ledeburi *cœnâ pag. 339. ſeqq.* ubi de poſitô Sakephkaton locô miniſtri; (3) turpiter negligitur accentus athnach, nec non copula Vau ante nomen

וְלֶאֱלוֹהַּ

וְלֶאֱלֹהַּ *& Deum colet*, &c. De affixô Pleonaſticô, *(qvem cognoverunt eum,)* Grammatici docent paſſim.

יְכַבֵּד בְּזָהָב וּבְכֶסֶף וּבְאֶבֶן יְקָרָה וּבַחֲמֻדוֹת:

Colet aurô & argentô & lapide pretioſô, rebusq́ pretioſis.) Sunt & hæc verba dilucidatoria antecedentium, ſiqvidem exprimitur colendi modus, dum dicitur *honoraturus* ſuum confictum Numen *aurô, argentô, gemmis*, & generatim בַּחֲמֻדוֹת *deſiderabilibus*, h. e. ſupellectile omnis generis pretioſâ, qvomodo *2. Paral. XX, 25.* mentio fit כְּלֵי חֲמֻדוֹת *vaſorum* vel *ſuppellectilis pretioſa* in ſpoliis Joſaphati. Vide etiam de Ebræô hôc vocabulô *cap. IX, 23. cap. X, 3. 11. & 19.* Nimirum donaria & ipſe feret, & ferri ab aliis curabit, omnium optima; æqvè ut Deus verus honorabatur olim divitiis Iſraëlitarum, dum apportabant ad ſtructuram tabernaculi omnis generis pretioſa, *Exod. XXXV, 22. ſeqq.* ita namq; & hîc tyrannus aureas argenteasq; curabit fieri ſtatuas, veſtimenta ſacrificulorum gemmis exornata, candelabra argentea, calices, &c. De hiſtrionicô externôq; ſolùm Dei cultu in Papatu pluribus agit Polanus *pag. 1147. ſeqq.* it. de altaribus, ſtatuis, monſtrantiis deauratis, &c. *p. 1149. 1156.*

Poriſmata ex Verſu XXXIIX.

1. Qvalia homines ſibi deligunt præſidia vel aſyla, talem ſolent qvoqve ſibi fingere Deum: qvi confidunt in nummis, arcibus, exercitibus, aliisq; ejus generis bonis caducis, illi etiam pedetentim à verô recedunt Deô, talem ſibi fingentes Dominum, qvi deſiderata, ex ipſorum opinione, largiatur ac defendat, imò ex ipſômet aurô Deum ſibi faciunt, *Job. XXXI, 24. Eph. V, 5. &c.*

2. Vide, qvem *honores*, & qvomodo. Honorandus ſuper omnia Deus verus: ſub Deô & propter Deum honorandi Magiſtratus, parentes, &c.

3. *Miſſam* qvantò plùs extollunt Pontificii, tantò plùs ad idoli præſentis meditationem nos deducunt. Ex Miſſâ ſiqvidem ignis emergit purgatorius, indulgentiæ, anni Jubilæi, &c. pertinent huc transſubſtantiatio, circumgeſtatio, adoratio, & infinitæ ſubtilitates aliæ: Vide *articulorum Smalkald. part. 2. artic. 2.* it. Chemn. *p. 2. Ex. Conc. Trid.* Gerh. *Conf. cathol. l. 2. p. 2. art. 15.* Dorſch. *miſſar. miſſa.*

4. *Majo-*

4. *Majorum* omninò debet haberi ratio, ſed eorum, qvi benè de Deô diviniſq; & ſenſerunt, & ſe benè etiam geſſerunt. Secus ſi res ſeſe habeant, plus Deo obtemperandum, qvàm hominibus, *Actor. IV, 19. V, 29.* Imò patres hujusmodi, qvi ultra fluvium & in Ægyptô coluerunt idola, prorſus deſerendi ſunt, *Joſ. XXIV, 14.* Illi, qvi tempore Regis Hoſeæ cultum vitulorum aureorum defenderunt antiqvitate, majorumq; exemplis, conferendi prorſus ſunt cum Papiſtis modernis, qvi nos rident, provocantes ad Apoſtolorum primorumq; Eccleſiæ N. T. ſeculorum dogmata ac ceremonias.

5. Optimum, qvô Deus honoratur, aurum, eſt interior fidei puritas, qvæ per charitatem eſt operoſa, *Apoc. III, 18.* hôc occultô cordis ornatu plus Deo te commendabis, qvàm pretioſiſſimis auri gemmarumq; oblationibus.

וְעָשָׂה לְמִבְצְרֵי מָעֻזִּים עִם־אֱלוֹהַּ נֵכָר

VERSUS XXXIX. *Et faciet, ut muniat Maozim cum Deô alienô.)* Potiùs: *Et operabitur in fortalitiis munitionum cum Deô peregrinô.* Continuatur adhuc novæ religionis ſtudium, ubi (α) Actus eſt עָשָׂה *faciet*, h. e. laborioſum ſe præbebit; qvomodo eadem phraſis occurrit Ruth. II, 19. *nomen viri,* אֲשֶׁר *qvô cum*, vel apud qvem עָשִׂיתִי *laboravi hodie, eſt Boas.* Qvanqvam enim *R. Salomo* ſuppleat h. l. accuſativum בִּנְיָנִים *ædificia faciet*, qvanqvam etiam aliàs legatur verbum hoc עָשָׂה conſtructum ſeqvente præpoſitione עִם (v. g. facere cum aliqvô mirabiliter, *Joël. II, 26.* facere cum aliqvô vel erga aliqvem gratiam, *Gen. XIX, 19. c. XXI, 23. c. XL, 14. c. XLVII, 29. Joſ. II, 12. 2. Paral. I, 8. Job. X, 12.* facere cum aliqvô facta inſolita, *Geneſ. XX, 9. 2. Sam. XIII, 16.* bonum, *Pſal. CXIX, 68. &c.)* convenientiſſimum tamen videtur, hîc intelligere operoſam eam induſtriam, qvâ rex hic vel regnū hoc nullis pepercit ſumtibus operiſve, qvibuscunq; modò promovere ſe poſſe opinabitur excogitatum hunce Numinis novi cultum. (β) Porrò Numen ipſum, qvod modò vocatum fuerat *Deus munitionum*, nunc appel-
נכר: ſatur *Deus* נֵכָר *peregrinus*, eôdem ſcil. modô, ſicut proximè dixerat, eundem majoribus prorſus fuiſſe incognitum. Adeòq; æqvipollentia ſunt, *eſſe peregrinum, & eſſe incognitum.* Sic mentio *Dei* אֵל נֵכָר *alieni vel peregrini* fit Devt. XXXII, 12. *non eſt cum ipsô* נֵכָר *Deus peregrinus:* Joſ. XXIV, 20. *coletis Deos* נֵכָר *peregrini* (populi;) Pſ. LXXXI, 10. *non incurvabis te* לְאֵל נֵכָר *Deo peregrino,*

it. Jer.

x. *Jer.V,19. Mal.II,11. Gen.XXXV,2. Jud.X,16. 1.Sam.VII,3. 2.Paral.XXXIII, 15.* Cum tali itaq; Deô peregrinô faciet hicce Rex, prout ſpretô tàm Deô verô, qvàm idolis aliis, ſibi ipſi confinxit Numen novum, cui ſe ſuasq; operas addixit; & qvidem ratione (γ) loci: *in fortalitiis munitio-num*, h. e. in templis, contra vim aliam omnem adverſam inſigniter munitis, multôq; privilegiorum ornatu condecoratis. Vocem מִבְצָר *fortalitium* vel *munitio*, vidimus *verſ. 15. & 24.* qvæ ipſa conſtructa cum מָעֻזִּים *munitionibus*, (de qvâ voce *v. 38.*) cogitare nos jubet de ſingulari robore, qvô Rex hic gaudere cupit conſtantiſſimè, ejusq; rei causâ nu-men ſuum novum colit tantô cum apparatu. Senſum, qvem Piſcator, Polanus aliiq; proferunt, (*& committet munitiones munitionum Deo alieno,*) nondum probatum vidimus ex phraſeologiâ ſacrâ: uti nec illum: *& faciet munitiones cum Deô alienô.* Qvid enim ſibi vellet לְ ante vocem מִבְצְרֵי?

אֲשֶׁר הִכִּיר יַרְבֶּה כָבוֹד

Qvem non cognovit, & multiplicabit gloriam.) Potius: *qvi agnoſcet.* (illi) *multiplicabit gloriam.* Uti hactenùs de cultu ipsô, ita nunc de cultoribus novi hujus Numinis præter regem, qvoq; aliis, qvid ſcil. iidem honoris ac emolumenti ſint conſecuturi. Et qvidem (α) Cultores deſignantur his verbis אֲשֶׁר הִכִּיר *qvi agnoverit*, putà Deum iſtum peregrinum, tanti apud regem inventorem æſtimatum, qvi internum mentis æſtimium externis qvoq; geſtibus ac honorificô obſeqviô comprobaverit, &c. Nota Maſoretica in voce hâc poſteriore הכיר gemi-nam refert lectioné à cenſoribus illis, in codicibus iſtorum temporum deprehenſam, qvorum aliqvi legerunt in præteritô הִכִּיר qvod hodie-qve conſonæ referunt, reliqvi in futurô יַכִּיר qvam lectionem punctum (-) repræſentat; diſcrimen verò exigui eſt momenti qvoad ſen-ſum, cùm utrôq; modô reſpectus habeatur ad id, qvod tum temporis adhuc futurum erat. Aliqvi verba hæc ita vertunt: *qvos agnoſcet* (Rex hic,) *iis multiplicabit dignitatem*, &c. Sed utrobiq; res ferè eodem recidit: ſupponendus enim utrobiq; communis cultus idololatricus, tanqvam honoris collati fundamentum, vi contextûs. (β) Præmium hujusmodi cultoris eſt, copioſa honoris collatio; יַרְבֶּה *multiplicabit*, (videl. Rex inventor,) *honorem*, h. e. promovebit ipſum præ reliqvis ad functiones ſplendidas, ornabit privilegiis, ditabit proventibus, &c. Confer de voce כָּבוֹד gloria, *Prov. III, 35. c. XV, 33. c. XIIX, 12. c. XXVI, 1. 8. (dans glo-*

riam ſtulto.) Sic Joſeph dicebat Gen. XLV, 13. *nunciabitis Patri meo omnem gloriam meam*, qvâ ſcil. me Rex affecit præ miniſtris ſuis reliqvis. Atqve ſic & h. l. plena foret locutio, ſi ſuppleatur affixum: multiplicabit כְּבוֹדוֹ *gloriam ejus*, æqvè ut mox ſeqvitur הִמְשִׁילָם *dominari faciet ipſos*, putà agnoſcentes Deum ſuum, utpote ad qvem commodiſſimè hæc ipſa referuntur. Qvando autem non nudè dixit; *dabit* vel *conferet*, ſed *augebit gloriam*, ſine dubiô fervorem exprimere voluit ſingularem, qvô rex totus veluti arſit in promovendo hôc novô cultu, usq; adeò, ut ſubinde novos excogitaverit modos alliciendi per copioſum ejusmodi ſplendorem cultores aſſeclasq; plures. Sic Hoſ. II, 10. *argentum* הִרְבֵּיתִי *multiplicavi ipſi*. Joſephus Medus *de Apoſtaſiâ ult. temp. p.* 150. hoc dictum cenſet de Sanctis, inter qvos in Papatu regna integra ſunt diſtributa, S. Georgiô nanciſcente Angliam, Andreâ Scotiam, Dionyſiô Galliam, Jacobô Hiſpaniam, Marcô Venetias, &c. verùm commodiùs omninò hæc cultorum primiceriis competunt, qvàm numinibus cultis; illi namqve aurô argentôqve, ut præceſſit, honorandi erant, &c.

וְהִמְשִׁילָם בָּרַבִּים *Et dabit eis poteſtatem in multis.*

Hæc ſunt honoris modò dicti declaratio, vel, ſi ita lubet, præmium cultûs exhibiti alterum, videl. *dominium in alios*; adeoq; ut *Pſal. IIX. 7.* de Deô dicitur: תַּמְשִׁילֵהוּ *dominari facies eum* (Meſſiam) *in opera manuum tuarum*, ita hîc Antichriſtus dominari faciet Apoſtatas novellos בָּרַבִּים *in multos*, h. e. officia ipſis aſſignabit honorifica cum jurisdictione conjuncta, prælatos ex ipſis faciet ſplendidos; qvi cum principibus regibusqve mundanis certare de eminentiâ audeant, uti novimus hoc ab Epiſcopis atq; Cardinalibus non ſemel factum fieriq; adhuc hodiè.

וַאֲדָמָה יְחַלֵּק בִּמְחִיר׃ *Et terram dividet gratuitò.*

Præmium hoc eſt tertium, diſtributio videl. terræ ſeu fundorum. Nim. ſicuti Joſua olim (Chriſti typus) terram dividebat Cananæorum inter Iſraelitas, ita hîc Antichriſtus ſimile ſibi arrogabit imperium in provincias orbis univerſas, ſicuti non ſolùm Indias jamdudum donavit Regi Hiſpaniæ, (falsè licèt ob id à Rege Indorum barbarô deriſus;) cunctaq; mundi regna à ſe, tanqvam feuda regibus mundanis concedi jactitat, verùm etiam Epiſcopatûs conferendo qvotidiè adhuc qvamplurima diſtribuit latifundia per totum Chriſtianum orbem, haut aliter, ac ſi eorundem eſſet Dominus legitimus ac unus. Confer Joel. IV, 2. *terram meam* חִלֵּקוּ *partiti ſunt*, Ezech. XLVII, 21. וְחִלַּקְתֶּם *& diſtribuetis* un-

terram: it. *Joſua XIX, 51. c. XIIX, 10. c. XIII, 7. Mich. II, 4.* Additur verò qvod daturus ſit non *gratuitò*, uti poſuit *Vulgatus*, ſed בִּמְחִיר *pro pretiô*, h. e. inſigne ſibi parabit lucrum ex hujusmodi Prælaturarum diſtributionibus, ſiqvidem non contentus erit ex tali larvatâ largitate ſibi comparâſſe paſſim mancipia, verùm emunget etiam illinc magnam nummorum copiam, veluti contra Papam Romanum multoties conqveſti ſunt Romani Imperii ſtatus, qvod per pallia, annatas, &c. theſauros ex Germaniâ ſuffuratus ſit infinitos, uti videre eſt ex ſtatuum *gravaminibus causisq́; declinati Concilii Tridentini pag. 113. ſeqq.* Cæleſtini *tom. 3. Comitiorum Augustan. fol. 113.* Wolfii *tom. 1 memorabil. fol. 65. &c.* Ita verò phraſin בִּמְחִיר valere, *pro pretiô*, h. e. pro æqvivalente aliqvô, qvod locô rei datæ accipitur, patebit ex inductione, *2. Sam. XXIV, 24. 1. Reg. X, 28. 2. Paral. I, 16. Eſa. XLV, 13. Jer. XV, 13. Thren. V, 4. & Mich. III, 11.* Vide inſuper, ſi lubet, notas *Prov. XXVII, 26.* מחיר

Poriſmata ex Verſu XXXIX.

1. Argutias Bellarmini, *(L. 3. de Pontif. R. c. 21.)* qvòd Papa neminem antagoniſtarum Lutheri ditaverit, refellit h. l. Polanus *p. 1160.* ex Gomeziô ſimul referens infinitos pretiorum modos *ex beneficiorum minorum inſtitutionibus, ex electionibus, collationibus, reſervationibus tàm generalibus qvàm ſpecialibus, præventionibus, proviſionibus, expectativis, reſignationibus in favorem, ex reſcriptis, &c. it. ex devolutionibus, unionibus beneficiorum & unionum revocationibus, ex commendis, translationibus Epiſcoporum & Monachorum, pro erectione Eccleſiæ in Cathedralem, ſecularem vel alium ſtatum, pro exemtionibus non viſitandi, canoniſationibus ſanctorum, &c.*

2. Qvid *idololatria* ſit, qvid *Deus peregrinus*, docebunt commentatores Decalogi, & ſpeciatim præcepti primi. Semper autem fervidiores eſſe ſolent cultores hujusmodi Dei ficti, qvàm Dei veri, ſicuti plura videmus in Papatu impenſa in ſacrificulos, in Monaſteria, ſacella, &c. qvàm nunc impenduntur in honorem Dei veri religionisq́; ſalvificæ.

3. De *templis* an erigenda ſint, qvânam formâ, an ad peragenda nunc inibi ſacrificia, an dedicanda & conſecranda more Pontificiô, an iis inſit ſanctitas, qvomodo ſint ornanda, &c. diſcuſſum vide apud Brochmandum *tom. 2. LL. de Lege c. 9. qvæſt. 6. ſeqq.* it. de extruendis & reparandis templis apud Zepperum *Polit. Eccleſiaſt. p. 283.* Æſchardum *de templis contra Bellarm.* Miniſterium Hamburgenſe *contra Qvakeros p. 278.* Num Papiſtæ plurima extruxerint templa, indeq́; præjudicium aliqvod

Digitized by Google

oriatur noſtræ religioni, &c. diſqvirit Voëtius *tom. 2. diſp. ſelect. p. 574. ſeqq.* qvalis item veneratio templis atq; altaribus debeatur, pertractavit *tom. 3. diſp. ſelect. pag. 202. ſeqq.* De templorum dedicatione ſanctis facta egit inter cæteros Dn. D. Dannhauerus *tom. 1. hodomor. Papiſt. pag. 1106.*

4. Infinitæ ſunt illecebræ, qvibus Papa ad defectionem à veritate Evangelicâ allicere poteſt & ſolet ingenia fumigantia & ſecularia; veluti hîc mentio fit honorum, dominationis, fundorum, &c. cum Satanâ namq; ſolet oſtendere mundi regna, ipſorumq; gloriam, *Matth. IV.* Aſt pius magnum ſciat eſſe qvæſtum pietatem cum animô ſuâ ſorte contentô, *1. Tim. VI, 6. ſeqq.*

וּבְעֵת קֵץ יִתְנַגַּח עִמּוֹ מֶלֶךְ הַנֶּגֶב

VERSUS XL. *Et in tempore præfinitô præliabitur adverſus eum Rex Auſtri.)* Vidimus hucusq; regis ſucceſſus inſolentes, obſiſtente nemine; ſeqvitur nunc ejusdem diſſidium cum adverſante Rege Auſtrali. Notanda hîc (1) Tempus בְּעֵת קֵץ *in tempore finis.* Qvô ipſô non præciſè ultimus ante reſurrectionem *(cap. XII, 2.)* annus cenſeri debet denotatus, verùm cum qvâdam latitudine *tempus finis* ponitur pro ultimis mundi temporibus, æqvè ut ultima tempora, hora ultima, vocatur tempus exhibiti Meſſiæ, in relatione ſcil. ad millenarios mundi jamjam transactos: *Eſa. II, 2. Hoſ. III, 5. Mich. IV, 1. Joël. II, 28. Act. II, 17. Ebr. I, 1. 1. Pet. I, 20. 1. Corinth. X, 11. 1. Joh. II, 18. 1. Tim. IV, 1. 2. Tim. III, 1. 2. Pet. III, 3. Jud. v. 18.* Vide tamen qvæ de phraſi hâc jam præceſſerunt *c. IIX, 17. & c. XI, 35.* Et qvanqvam aliàs iisdẽ verbis exprimatur ultima regni alicujus periodus, hîc tamen, cum *cap. XII, 2.* diſertè copuletur hæc duratio cum reſurrectione ultimâ, meritò poſtremorum non regni, ſed mundi temporum meminiſſe debuimus. (2) Adverſarius deſcripti hactenus tyranni inſolentiſſimi vocatur *rex Auſtri* ſive meridionalis, qvô ipſô titulô, ſalvis iis, qvæ dicta ſunt ſuperiùs, non intelligere poterimus Philometorem, Ægypti Regem propriè dictum, qvem amplectuntur h. l. *Porphyrius* refutatus à Pereriô ex Chronologiâ. it. *Polanus;* neq; etiam alium in plagâ hâc orbis meridionali imperium ſuum exercentem regem mundanum, ſiqvidem tam ſeptentrionis, qvàm meridiei ſeqveſtrandus eſt ſitus naturalis, ſeu geographicus, ſi myſtica ſemel placuit vaticinii præſentis interpretatio. Sunt igitur ex noſtratibus viri etiam magni nominis, qvi dicta hæc arbitrantur, vel de Chriſtô ipſô tanqvam Sole juſtitiæ, merum facientem

diem,

Digitized by Google

diem, æſtum conciliante cœleſtem, unà cum luce, &c. vel de Chriſtianis aliqvot regibus principibusq; Antichriſto ſe opponentibus; verùm ne ſic qvidem declinantur ſatis difficultates ſpinoſæ nimis atq; grandes. Chriſtus namq; & Chriſtiani Principes ſpectandi hîc veniunt tanqvam terræ ſanctæ (*v. 41. & 45.*) ſive Dominus, ſive incolæ. Adeoq; neqveunt intelligi ſub Rege Auſtrali, tanqvam extraneô, terram ſanctam pro re natâ ipſomet infeſtante. Qvapropter donec concinnior appareat interpretatio, facimus cum illis, (v. g. Wigandô & Alſtediô *L. 2. præcogn. Theol. p. 605. &c.*) qvi capitalem Eccleſiæ veræ arbitrantur hîc depictum adverſarium, Antichriſtum videl. alterum, Orientalem, ſicut hactenus dicta optimè qvadrarunt in occidentalem; Et ſicuti hucusq; montis ſancti hoſtis deſcriptus fuit ille, qvi in ipſomet conſidet Dei templô vel Eccleſiâ, ita nunc commodè producitur etiam alter, qvi eſt extra Eccleſiam, i. e. Mahomet. Si hunc vocamus Antichriſtum Orientalem, illum Occidentalem, mutatô ſolùm plagarum nomine, unus h. l. vocabitur Meridionalis, alter Septentrionalis, re tamen utrobivis manente eâdem. Ab utrôq; enim infeſtatur mons ſanctus, vel grex Chriſti puſillus, à neutrô autem defenditur: Qvod ipſum ſanè ſatis etiam premit interpretationes ſub initium adductas. Si objiciatur: Hunc Antichriſtum Orientalem non ſub finem demum temporum ſe oppoſuiſſe Occidentali, ſed eosdem ferè natales ipſum eſſe nactum cum alterô: Reſp. etiam Reges Syriæ extiterunt olim unà cum Regibus Ægypti, & nihilominùs diſtincta tamen obſervari potuerunt tempora, in qvibus ambo conflixerunt, adeò, ut diverſimodè etiam ſua ex conflictibus illis damna perſentiſceret Eccleſia Judaica. Ita & hîc peculiaris à Spiritu S. intenditur periodus, qvam fortaſsè clariùs adhuc manifeſtabunt dies ſubſecuturi. Atq; ſic & h. l. *Jacchiades* Judæus, (qvanqvam ex aliis planè hypotheſibus,) Turcam opinatur cum Romanis congreſſurum, &c. Accedit etiam Dn. D. Gravius *tab. apoc. p. 97.* intelligens Regem ſeu Caliphum Saracenorum ejusq; ſucceſſores, qvi imperium per Aſiam & Africam extendentes, conatus Antichriſti Romani primatum in oriente affectantes, repreſſerunt. (3) Altera confligens pars elicitur ex voculâ עִמּוֹ *cum ipsô*, nempe Septentrionali Rege hactenus deſcriptô, qvem, uti diximus, non adeò tenemur probare, naturaliter aut geographicè Septentrionalem eſſe Mahumetanis; ſufficit, Papæ ea competere attributa, qvorum prolixa anteceſſit enumeratio. (4) Diſſidium effertur verbô יִתְנַגַּח *configet*, qvæ verbi forma nuſpiam aliàs in codice occur-

נגח occurrit ſacrô. In Kal tamen נָגַח legitur *Exod. XXI, 28.31.32.* de bove cornupetâ hominem vel brutum ferientе: In Piel jamjam vidimus ſuprà *cap. IIX, 4.* de ariete מְנַגֵּחַ *cornuferiente* verſus Occidentem, Meridiem, & Septentrionem; adeò, ut nullum coram ipſo conſiſtere valeret animal. Plura petantur ex l. c. Qvapropter & hîc mutuum indicabitur diſſidium, mutua virium oppoſitio, conatusq; fervens, qvô alter alterum è medio tollere vel ſupplantare hoſtiliter ſtuduit ex ambitione, avaritiâ, carnaliq; affectu. *Lutherus*: wird ſich mit ihm ſtoſſen/ æqvè ſcil. ut ſuprà hircum cum ariete h. m. vidimus concurriſſe. *Maldonatus*, cum videat fateaturq; Antiochum, poſtqvàm ſemel Ægyptô abiit, legatô Romanorum eò adigente, non rediiſſe illuc, exiſtimat, hæc eſſe repetitionem eorum, qvæ *v. 25.* jam dicta ſunt. Qvô cum facit etiam *Sanctius, Corn. à Lapide, Hugo, Polychronius, &c.* Verùm refellunt hanc ipſam ſententiam evidenter initialia verſiculi hujus verba: *In tempore finis*, ut taceamus reliqva.

וְיִשְׂתָּעֵר עָלָיו מֶלֶךְ הַצָּפוֹן

Et qvaſi tempeſtas veniet contra illum Rex Aqvilonis.) Continuatur adhuc diſſidium modò inchoatum adhibitô itidem aliô vocabulô emphaticô, יִשְׂתָּעֵר qvod itidem in hac conjugatione qvartâ
שער nuſpiam alibi uſurpatur. Radix eſt שָׂעַר *horruit*, ita ut שֵׂעָר *pilus*, in altum erigatur, v. g. Ezech. XXVII, 35. & cap. XXXII, 10. *Reges inſularum* שָׂעֲרוּ *formidabunt formidine*, Jerem. II, 12 *horreſcite cœli*, Deut. XXXII, 17. *Diis, qvos non* שְׂעָרוּם *timuerunt patres eorum.* Semel etiam in Kal eſt *turbine abripuit*, (habitô reſpectu ad vocem שַׂעַר & שְׂעָרָה *turbo, procella.*) Pſal. LIIX, 10. ira יִשְׂעָרֶנּוּ *inſtar turbinis abripiat eum.* Sic ſemel etiam in Piel legitur, Job XXVII, 21. *tollet eum Eurus, & abibit,* וִישָׂעֲרֵהוּ *& turbine abripiet eum de locô ſuô.* In Niphal *Pſal. L, 3.* adhibetur in deſcribendô majeſtaticô Dei adventu: *ignis coram eô vorat, & in circuitu ejus* נִשְׂעֲרָה *proceloſum eſt valdè:* Lutherus reddidit in noſtrô textu: Wird ſich gegen ihm ſträuben/ habitô reſpectu ſine dubiô ad congredientes invicem canes, feles, gallos gallinaceos, ac animantia ſimilia, qvæ plumas piloſq; ſibi mutuò videntur inſtar telorum obvertere (in dem ſie ſtraubig werden); Adeoq; ingens & hîc deſcribitur perſecutoris hactenus depicti indignatio, nihil non tentans eorum, qvibus alteri ſuo adverſario horrorem qveat incutere, ipſumve inſtar turbinis abripere: id qvod præcipuè cognoſci poteſt è bellis, ut appellari conſveverunt, ſacris, qvando

do totum occidentem concitavit Papa non ſemel ad recuperandam terram ſacram, regnumq; Mahumeticum debellandum acriter.

בְּרֶכֶב וּבְפָרָשִׁים וּבָאֳנִיּוֹת רַבּוֹת

In curribus, & in eqvitibus, & in claſſe magnâ.) Habemus hîc (5) apparatum bellicum tàm terrâ, quàm mari conqviſitum. De *curribus bellicis* profana etiam teſtatur hiſtoria unà cum ſacrâ, pugnatum ex illis fuiſſe jaculorum miſſione, ac modis aliis, aciem qvoq; turbatam fuiſſe vehementer, falcibus utrinq; ad axes appoſitis, & obvium qvemq; militem ſcindentibus. Vide *Exod. XIV, 6. Joſ. XI, 4. c. XXIV, 6. Pſ. LXXVI, 7. Pſ. XX, 8 &c. De eqvitibus* itidem res expedita eſt, iisdem multum tribuiſſe reges, ſi magnô hos poſſent educere numerô, præſertim cùm Iſraëlitæ ad eqvitandum viderentur inepti aut inexercitati, *Eſa. XXXVI, 8.* Vide ſis *1. Sam. XIII, 5. 2. Sam. IIX, 4. cap. X, 18. Eſa. XXII, 6. cap. XXXI, 1. &c.* Peditum nulla fit mentio, fortaſſe qvia iidem ſubintelliguntur factâ curruum & eqvitum mentione. Præterea verò memorantur etiam *Naves*, & qvidem רַבּוֹת *magnæ ac multæ*, ad exemplar ſcil. Regum Syriæ, qvi mari mediterraneo vicini rem nauticam excoluerunt ſtrenuè, adeoq; non ſemel terrâ mariq; oppugnarunt populos meridionales. Non enim naves hîc intelligi mercatorias, ſed bellicas, qvibus armati vehuntur milites ad occupanda loca maritima claſſesq; mari vagantes, præſens facilè oſtendit inſtitutum.

וּבָא בַאֲרָצוֹת וְשָׁטַף וְעָבָר׃

Et ingredietur terras & conteret, & pertranſiet.) Apparatum excipit (6.) Invaſio, ratione tùm actûs, tùm termini ad qvem. Actus triplici effertur verbô: veniet, שָׁטַף *exundabit*, (vide *v. 10. 22. 26.*) וְעָבַר *& pertranſibit*, h. e. longè latèq; ſuas explicabit vires, æqvè ut ſuprà *v. 10.* de filiis regis aqvilonaris Ægyptum invadentibus eadem uſurpari vidimus verba. Terminus ad qvem ſunt tùm *terræ*, plurali numerô expreſſæ, tùm ſingulariter *terra decoris*, v. 41. Nim. Antichriſtus Occidentalis provincias ſubinde addet provinciis, regna regnis, adeò ut licet iisdem non imperet immediatè & vi ſeculari, imperet tamen mediantibus mandatis ad ſpeciem Eccleſiaſticis aut ſpiritualibus, qvibus ærarium ſuum egregiè complevit, nec non obſeqvium paſſim hactenus extorſit.

Pori-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XL.

1. Qvò qvis inſolentior, eò plures gravioresq; conciliare ſibi ſolet adverſarios; æqvè ut h. l. faſtuoſus Aqvilonis tyrannus adverſantem experitur Regem meridiei.

2. Qvod inter bruta ſunt congreſſus petulcorum, hoc inter homines ſunt rixæ, digladiationes ac bella publica. Illis, uti delectantur homines otioſi, ita hæc ſunt jucundiſſima Dæmonum ſpectacula. Qvid tamen ex hujusmodi mutuis ſeqvatur morſibus, oſtendit inter cæteros Paulus *Gal. V, 15.*

3. Sicut qvandoq; Eccleſia ac pii liberantur è periculis, qvando perſecutores ipſorum novum naneiſcuntur adverſarium extraneum, (v. g. qvando Tirhaka Senacheribi invadit terras. *Eſa. XXXVII, 9. &c.*) ſic è diversô mundanorum hominum diſſidia piis pectoribus moleſtiſſima non raró creare ſolent pericula, (Sie kommen mit ins Gedränge/) veluti hic ex colliſione Meridici & Aqvilonis mons ſanctus ſua ſenſit damna, *v. 41.*

4. Qvam ſtrenui non ſemel milites extiterint Papæ Romani, *plus* operam dando conſcribendis copiis, legendisq; militibus, qvàm evolvendis ſcripis divinis, docent exempla Innocentii II. Julii II. Clementis VI. Leonis IX. aliorumqve, qvos recenſet Stephanus Szegedinus *Speculo Pontif. Roman. p. 85.* ubi de bellatoribus ac carnificibus. Si non valet clavis Petri, valeat gladius Pauli; Symbolum erat Julii II. de ſententiâ *Wiceliſi* Papiſtæ, Marti propioris, qvàm Chriſto, ut qvi novem annorum ſpatio 200000. hominum mortis occaſionem dedit. Utrumqve gladium, qvi non tribuit Papæ, hæreſeos meretur cenſuram, apud Baronium *ad annum Chriſti 1073. §. 14. ſeqq.* qvô in locô carpit Damianum, qvod Leonis IX. militare ingenium non approbarit adulatoriè.

5. Qvam felix alieni territorii invaſor ſit Pontifex Romanus, exemplis aliqvot docuit Polanus *in comment. hujus loci p. 1170.*

VERSUS XLI. וּבָא בְּאֶרֶץ הַצְּבִי *Et introibit in terram glorioſam.*

Sicut terram ſanctam *c. IIX, 9. & c. XI, 16.* vidimus vocari *terram ornamenti*, ob divinam ſcil. præſentiam cultumqve ſacrum, ibidem per omnibus mundi provinciis aliis inſtitutum; ita h. l. non immeritò idem ad ſacra reſpectus erit obſervandus. Inde Syrus expreſsè h. l. *ponit terram Iſraelis*, melius qvàm LXX. *εἰς τὴν γῆν τοῦ σαβαείμ*, id qvod retinuit etiam, tanqvam nomen proprium, interpres Arabicus. Nonnulli

eqvi-

Digitized by Google

eqvidem ſecundùm literam intellecta hæc volunt de Palæſtinâ, inſtinctu Papæ olim ad aliqvot annos Mahumetanis erepta duce Godofredô Bullionenſi, qvæ expeditio, ut vocabatur, Cruciata, initium cœpit ſub Urbanô II. circa annum 1095. vires imperii Romani non parùm abſumens, usq; ad annum 1270. Ipſa urbs Jeruſalem occupata fuit à Chriſtianis annô 1099. ſed à Saladinô, Ægypti Sultanô, recuperata annô 1187. adeoq; regnum hoc ægrè, nec ſine maximis impenſis duravit annos 88. Verùm commodiùs omninò videtur, myſticâ ſemel vaticinii hujus interpretatione approbatâ, hæc qvoq; interpretari de Eccleſiâ Dei genuinâ, qvòd eadem ab hôcce ſpirituali Antiochô occupata atq; indies vexata fuerit graviùs, æqvè ut olim Jeruſalem duriora ſubinde perpeſſa eſt ab Antiochô, non ſuccedentibus ex votô conatibus ejusdem profanis. Pariter namq; pii qvoq; moleſtias in conſcientiis, imò & corporibus, marſupiisq; ſubinde experti ſunt graviores, dum Romanus ille inſatiabilis Tyrannus ſedem in templô Domini poſuit firmavitq; pedetentim imperioſè ſatis: vide *2. Theſſ. II, 4.* de ſeſſione inſtar Dei in templô Domini,

וְרַבּוֹת יִכָּשֵׁלוּ *Et multi corruent.*

Veriùs; *Et multa ad ruinam adigentur.* Invaſiones jam ſubſeqvuntur (7) Conſeqventia; primum eſt multiplex ruina ac proſtratio. De verbô כָּשַׁל *impegit*, & impingendo *ad lapſum adactus fuit*, dictum jam aliqvoties *v. 14. 19. 33. 34. 35. it. Prov. IV, 12. 19. c. XXIV, 16. 17.* Tribuitur hicce lapſus non, (ut Vulgata habet,) רַבִּים *multis* (hominibus,) ſed רַבּוֹת *multis* fœminini, aut potiùs neutrius generis, h. e. אֲרָצוֹת *terris*, (qvarum præceſſit mentio *v. 40.* Confer *Jer. XXIIX, 8.*) vel עָרִים *civitatibus*, vel נְפָשׁוֹת *animabus*, (uti plenè hæc leguntur *Ezech. XVII, 17.*) vel rebus perſonisq; complexim: Notum ſiqvidem pro neutrô genere adhiberi ab Ebræis fœmininum; & ſpeciatim vox hæc רַבּוֹת de *copiâ* legitur *Gen. XXX, 43.* fuit ipſi צֹאן רַבּוֹת *grex multarum* (copiarum,) h. e. grex copioſus; *Levit. XXV, 51.* Si adhuc רַבּוֹת *multa de annis*, ſunt reſidua; &c. *Job. XVI, 12.* audivi hujus generis רַבּוֹת *multa*, *cap. XXIII, 14.* hujus generis רַבּוֹת *multa penes ipſum*: Proindeq; & hîc tàm perſonarum qvàm rerum perniciem à tyrannô hôc proventuram meritò colligimus inſignem, qvâ partim animæ, ut *Geſnerus* exponit, ſuperſtitionibus & impiâ doctrinâ, partim corpora armis jugulabuntur, ſicut catalogus martyrum ſeu teſtium veritatis oſtendit.

וְאֵלֶּה יִמָּלְטוּ מִיָּדוֹ אֱדוֹם וּמוֹאָב וְרֵאשִׁית בְּנֵי עַמּוֹן

Hæ autem ſolæ ſalvabuntur de manu ejus, Edom & Moab, & principium filiorum Ammon.) Ruinæ multiplici ſubjungitur ſingularis exceptio; *eripientur è manu ejus*, h. e. ſecuritate gaudebunt peculiari, nec communes perſentiſcent vicinorum calamitates. Vide de verbo נִמְלַט *ereptus fuit*, *Cohel.VII, 26. Prov.XI, 21. cap.XIX, 5. cap.XXIIX, 26. Pſal.*CXXIV, 7. Erepti trium ſunt generum: *Edomæi*, qvo nomine aliàs exprimuntur poſteri Eſavi, incolæ montanæ regionis Seir, qvi vicini erant Iſraëlitarum verſus meridiem: *Moabitæ & Ammonitæ*, qvi ambo erant poſteri Lothi, vicini itidem Iſraëlitarum verſus Orientem. Per *Edom* aliàs modernis Judæis deſignantur Romani: (videantur Urſini *Analect.p.214. part.1.*) nec non Chriſtiani, (cujus rei cauſas *Abarbinel* ſuppeditat, allegatas *in Coſri à Buxtorfiô editô p.389.* Et ex uſu Scripturæ hâc ipsâ voce *Edom* innuuntur communiter hoſtes populi Dei infenſiſſimi, qvi odiô ipſum proſeqvuntur internecinô, qvale erga Jacobum concipiebat Eſau, *Gen.XXVII,41.* Confer *Num.XXIV,18. Eſa.XXXIV,5.6. cap.LXIII,1. Joël.III,19. (vel 24.) Thren.IV,21.22. Pſal.CXXXVII,7.* (Alia adhuc de voce *Edom* congeſſit Feſſelius *adverſar. ſacr. L.4. c.11.*) Pari modô pro hoſtibus Eccleſiæ etiam adhibetur nomen *Moabitarum, Eſa.XXV,10. Pſal.LX,10. Pſal.LXXXIII,7. Pſ.CIIX,10. Ezech.XXV,8. Zeph.II, 8.10.* qvi & ipſi aliàs celebres erant ob faſtum, *Eſa.XVI,6. Jer.XLIIX,11.14.17.29.* prohibiti à cœtibus Iſraëlitarum ſacris, *Deut.XXIII,3. Neh.XIII,1.* cum qvibus pax nô ineunda, neq; bonum ipſorum qværendum, *Deut.XXIII,6.* Atq; ab his non abiverunt etiam *Ammonitæ*, qvi & ipſi Iſraëlitarum oſores erant perpetui, *Ezech.XXV,3. Zeph.II,8.10. Neh.IV,7. Jud.III,12. c.X,7. 2.Sam.X,3. c.XII,20. Pſal.LXXXIII,8. Amos I,13. 2.Reg.XXIV,2.* Juncti proinde Moabitis qvoad excluſionem à pace, *Deut.XXIII,6.* & à ſacris *v.3. Neh.XIII,1.* qvibus judicia denunciabantur acerba atqve horrenda, *Jer.IX,26. c.XXV,21. c.XLIX,1. Ezech.XXI,33. cap.XXV, 2. &c.* Ex qvorum textuum conſideratione attentiore eò delabimur, de ereptione hîc agi non gratioſâ, ſed potiùs de conjunctione cum Tyrannô amicâ. Ita nim. ſicuti Edomæi, Moabitæ atq; Ammonitæ, Antiocho contra Judæos belligeranti, promtas præſtando operas, evaſerunt ejusdem invaſiones, expilationes, trucidationes, captivationesq; hoſtiles; ſic tempore perſecutionum Antichriſtianarum, certi erunt Eccleſiæ vicini, qvi qvondam cum ipsâ videbuntur habere cognationem, (qvomodo

Edom

Edom, Moab & Ammon eosdem agnoſcebant cum Iſraële majores, ſtirpemq; Tharæ communem, *Gen.XI,27.*) qvi eundem qvoq; Deum ac religionem videbantur cum ipsâ ampleſti ac ſectari, utpote circumciſi, qvi vicini erunt, ſi non corporibus, attamen moribus ac ritibus non paucis, verùm reipsâ hoſtes Eccleſiæ infenſi, hypocritæ inſidioſi. Mammonæ aliorumqve mundi idolorum cultores ſtrenui; qvi ipſi Antichriſti partes tenebunt facilè, adeoq; adverſi ab eô nihil, aut parum omninò, experientur. Competit hoc omnium optimè in Chriſtianos tepidos, hypocritas, nominetenùs tales, it. hæreticos, qui è veris egreſſi ſunt Chriſtianis, qvi communem cum iis habere videntur patriam, adeòqve & commune ab hoſtibus periculum, qvi vicinitatem cum ipſis qvalemcunq; colunt, primâ tamen occaſione datâ promtiſſimè iisdem inſultant, & cum Antichriſtô unum, ut ajunt, cornu inflant. Ita verò probatum à noſtratibus eſt abundè, in Papatu omnes fermè confluxiſſe hæreſes antiqvas, adeoq; & Edomæos, & Ammonitas, & Moabitas hujusmodi non habere, cur Antichriſti extimeſcant furores. Omnes enim & omnia citiùs tolerare poteſt Papa, qvàm ſinceros Evangelicæ veritatis confeſſores vel myſticos Judæos. Speciatim verò Ammonitis præmittitur nomen רֵאשִׁית *primitiæ*, fortè, qvia Danielis tempore Ammonitæ inter Edomæos atq; Moabitas præcipuâ gaudebant felicitate vel numerô, qvomodo Amaleck vocatur רֵאשִׁית *primitiæ* gentium, *Num.XXIV,21.* Syrus trajectis literis videtur legiſſe שְׁאֵרִית, dum vertit, שְׁרָכָא *reliqviæ filiorum Ammon.* Sed cum fontibus faciunt LXX. & Arabs, adhibendo vocem ἀρχὴ *principium.* Subjungimus tamen ſententias interpretum qvoq; aliorum, v. g. *B. Lutheri*, Theodoretum qvodammodo ſecuti, dum accipit *Edom* de martyribus, ſangvine ſuô purpuratis; *Moabitas* de iis, qvi vitam in ſimplicitate fidei finiunt, à *Patribus* vel majoribus ſuis fidem eam adepti: *primitias filiorum Ammon* de infantibus baptizatis, vide ſis B. Gerh. *Tom.V. LL. de Eccleſiâ §.178.* & Dürfeldum *de fundam. fidei pag. 11. ſeqq.* Geſnerus per nationes hàs, tanqvam Iſraëlitis abominabiles, intelligit abjectum fidelium cœtum, qvi mirabili Dei protectione ſub mediô Papatu conſervatus eſt, qvos Papiſtæ hæreticos non aliter nominarunt, qvàm Judæi Chriſtum ejusq; diſcipulos, Samaritanos: Confer *Deut.XXIII,3.* Graſerus *de Antichr. pag.369.* & cum eô Alſtedius *in præcogn. Theolog. p.605.* per *Edom* deſignari volunt Eccleſiam Græcam, per *Moab* Æthiopicam, per *Ammon* Romanam, ita qvidem, ut *primitiæ* ejus ſint cœtus electorum, qvos Chriſtus ſibi omni

Ddd ddd 2 tem-

tempore ex mediâ Babilone ſeligit, & ab Antichriſti inqvinamentô puros conſervat. Græci & Æthiopes jugum Papæ evaſerunt corporaliter, ac primitiæ Moab tantùm ſpiritualiter. *Hieronymus* accipit hæc tria de Arabiâ, qvam Antichriſtus relinqvet intactam, qvia illuc ſancti ad deſerta confugient. Joſephus Medus *de apoſtaſiâ noviſſim. temp. pag. 159.* itidem incolas vult deſignari Arabiæ Petrææ, qvi nunqvam ſervitutem Turcarum ſubierint, ſed ſtipendia potiùs ab iisdem accipiant ob ſecuriora Caravanarum itinera. *Wigandus* denotari cenſet gentes nonnullas, qvæ videntur abjectiſſimæ, qvas tamen Turca, qvantoscunq; habeat ſucceſſus, ſubigere non poterit, neq; qvintam conſtituere Monarchiam. *Gravius* per *Edom* intelligit Latinos, in orientali imperiô vetere Romano viventes; per *Moabitas* Moſcowitas, per *Ammonitas* Abyſſinos, qvi liberi in hunc usq; diem à tyrannide manſerint Turcicâ. Judicet de his qvi poteſt: Nos acqvieſcimus in expoſitione primâ, tanqvam textui convenientiſſimâ, nec opus eſſe videtur ſingulas examinare enumeratas, rationesq; adducere in contrarium.

Poriſmata ex Verſu XLI.

1. Sicut terræ promiſſæ ſanctitas non obſtitit, qvò minùs Senacherib, Nebucadnezar, Antiochus, aliiq; Tyranni ipſam variis contaminarent cædibus, profanarent, devaſtarentq; horribiliter; Ita Eccleſia qvoq; N.T. immunis haut fuit vel erit ab hujusmodi profanationibus, ſiqvidem & hîc pari modô iram divinam provocavit ingratitudo, tepor, hypocriſis, &c. Hinc candelabrum locô ſuô fuiſſe motum non ſemel, *Apoc. II, 5. ſeqq.*

2. Qvod integræ perpeſſæ ſunt provinciæ, id ſingularibus etiam contingere poteſt perſonis. Terræ ob Dei cultum eximiæ atqve exornata, (ut hîc terra *decoris*,) irruptiones tamen hoſtium ſunt expertæ: ſic etiam ii, qvi à ſervitute Satanæ liberati, ſecuritatem tamen admiſerunt ſenſim, denuò prioribus immerſi ſæpè ſunt miſeriis, imò ultima pejora primis facta ſunt, *Luc. XI, 26.* Id qvod aliàs latiùs demonſtrari ſolet adverſus Calvinianos, ſtatu gratiæ renatos excidere non poſſe ſtatuentes.

3. Si multa multiq; corruent, antehac ſtantia florentiaqve, cunctis, etiam qvi ſtare ſibi videntur, diſpiciendum erit ſedulò, ne cadant, *1. Cor. X, 12.*

Mult.

Digitized by Google

4. Multi afflictiones declinant evaduntq; temporales, (ut h. l. Edom, Moab, &c.) qvi tamen perniciem animæ interea metuere habent æternam ac miſerrimam. Mundus amat, qvæ ſua ſunt, *Joh. XV, 19.*

וְיִשְׁלַח יָדוֹ בַּאֲרָצוֹת *Et mittet manum ſuam in terras.* VERSUS XLII.

Seqvitur jam *alterum* conſeqvens: terrarum ſcil. occupatio. Ubi phraſis, *manum ſuam extendere*, idem eſt ac, aliqvid ſibi appropriare; qvomodo *Gen. III, 22.* legitur de extenſione manûs ad arborem vitæ: *Exod. IV, 4.* de apprehenſione baculi: confer *Jud XV, 15. Pſal. CXXV, 3.* Imò manus etiam extendunt illi, qvi alios blandè alliciunt, & ad ſuſcipiendum ipſos oſtendunt ſe paratos, *2. Sam. XV, 5. Proverb. I, 24. Eſa. LXII, 2.* It. qvi violenter aliqvid rapiunt ac prædantur aliôve lædunt modò obvios. *Exod. XXII, 8. 11. Eſth. IX, 10. 15. 16. Thren. I, 10. Obad. v. 13. Eſr. VI, 12.* Qvadrat hoc in tyrannum præſentẽ, qvippe qvi & ipſe præ cupiditate inſatiabili, mediis tùm violentis, tùm doloſis cogitabit ad ſe derivare, ſuoqve imperio ſubjicere אֲרָצוֹת *terras* ſubinde plures, atq; ad ſe nullô titulô pertinentes; veluti jam vidimus *v. 40.* De Pontifice verò Romanõ eſt in proclivi ipſummet tùm ad Eccleſias Orientales Aſiaticas, tùm Meridionales Africanas, tùm Occidentales Europæas, tùm in ipſam Americam, & olim & nunc, ſuas ſemper extendiſſe manus inexplebiles, prætendendo vicariatum in his terris univerſalem, atqve adeò dominium modò directum, modò indirectum, ſicut id jam ſuprà qvadantenus attactum fuit. Non malè hanc in rem *Theodoricus à Niem* (apud Polanum in Commentariô hujus loci 1171.) *Camera Apoſtolica aſſimilatur mari, in qvod intrant omnia flumina & non exundat; Si enim portantur in iſtam auri pondo millia, attamen non impletur.* Et paulò poſt: *in qvâ ſunt multa ſangviſugæ dicentes: affer, affer, &c.* Vide illic adhuc plura.

וְאֶרֶץ מִצְרַיִם לֹא תִהְיֶה לִפְלֵיטָה:

Manum ſuam extendere.

Et terra Ægypti non effugiet.) Sicut *verſ. 40. & 41.* adventûs facta fuit mentio tùm generatim, *in terras*, tùm ſpeciatim, *in terram decoris*: ita & hîc ſermoni generali (*extendet manum ſuam in terras,*) ſubnectitur ſpeciatim *Ægyptus*, tanqvam regis meridionalis, ab hôc ipsô tyrannô *v. 40.* oppugnati, regnum hæreditarium atq; proprium. Nimirum Papa contentus haut fuit, provinciis per orbem Chriſtianis imperare paſſim pro lubitu, verùm Mahomedicas qvoq; vel Antichriſti Orientalis invaſit terras, ſub prætextu qvidem Chriſtiani nominis

ac gloriæ, vindicandiq; Dominici ſepulchri, ad bellum ſacrum incitando principes Chriſtianos, ita tamen, ut propriam potiùs intenderet gloriam, dominiumqve; directorium ſiqvidem affectavit in omnibus, reditusq; Cameræ Papalis ſperavit h. m. auctum iri non vulgariter. Qvoipſo etiam factum, ut Ægyptus propriè dicta à militibus Papalibus paſſa tum temporis fuerit invaſiones aliqvot, captâ etiam Ptolemaide, Damiatâ, Tripoli, &c. uti habet Graſerus *de Antichr. p. 379.* Qvanqvam ad ipſam hanc meridionalem terram haut adeò reſpiciat angelus, ſed potiùs ad ea, qvæ Mahomed paſſim poſſidet per varia orbis terrarum ſpatia: Vel ex mente Graſeri *pag. 380.* Ægyptus, oppoſita terræ ſanctæ ſeu nationibus religionem Chriſtianam per orbem profitentibus, deſignat totum genus barbararum nationum & gentilium, qvi à Chriſtô tàm alieni ſunt, qvàm olim Ægyptus à verô Iſraëlis Deô. Poſſent huc certô reſpectu etiam referri varii Pontificum emiſſarii, qvi ubivis terrarum ſub ſpecie prædicati Chriſti, dominium Papæ nituntur ampliare, proſelytosqve inſtar Phariſæorum facere, qvos ipſos tamen efficiunt filios Gehennæ, ſecundùm Chriſti effatum *Matth. XXIII, 15.* duplô majores ſeipſis. Sicut itaq; Antiochus non raró varias Ægypto accerſivit turbas; ita Antichriſtus qvoq; Occidentalis Orientali Antichriſto, diſpari licèt eventu, nec morâ ſemper adeò longâ. Imò forsàs abſurdum non foret, ſi dixerimus, prædici h. l. inſignem aliqvam regni Mahomedici concusſionem, conſiliis artibusqve Papæ adhuc procurandam, præſertim ſi *finem temporis*, (v. 41.) urgere qvis velit; de qvô tamen nihil aſſertum volumus. Cum Brochmandô *Locô de Pontif. Rom. ſect. 4. pag. 839.* hoc ipſum referre ad Mahumedem, Ægypti terræqve ſanctæ factum Dominum, non audemus. Qvoad phraſin (*non erit* לִפְלֵיטָה *in evaſionem,*) notamus adhuc, h. m. deſcribi tùm pericula undiq; circumſtantia, tùm realem malorum ejuscemodi perpeſſionem; nam פָּלִיט aliàs eſt *Evaſor*, qvi fugâ ſibi conſulit, vitamqve h. m. ſpolii locô ex clade aliqvâ reportat: Atqve ſic & פְּלֵיטָה eſt *evaſio* vel *reſiduum*; inde, *& erit cohors reſidua*, לִפְלֵיטָה *in evaſionem*, h. e. fugâ ſibi poterunt proſpicere, gladiiqve Eſavitici aciem ſic evitare, *Geneſ. XXXII, 8.* Proinde, *non eſſe in evaſionem*, eſt, ſuccumbere, victoremqve alterum experiri.

Pori-

Digitized by Google

Poriſmata ex Verſu XLII.

1. Qvisq; exemplô Evæ, manum ad vetita extendentis, diſcat imperare manibus ſuis, ne easdem illicitis admoveat, extendat potiùs ipſasmet ad Deum deprecandi ſtudiô, *Exod. IX, 29. 33. Eſr. IX, 5. Pſal. LXXXIIX, 10. Pſal. CXLIII, 6. Eſa. I, 15. 1. Reg. IIX, 22.*

2. Si vis ex malis evadere, ac liberari, exi qvoq; ipſemet in tempore è Babel, ne fias plagarum ejus particeps, *Eſa. XLIIX, 20. c. LII, 11. Jer. L. 8. cap. LI, 45. Apoc. XIIX, 4.* Exi è patriâ idololatricâ cum Abrahamô, *Gen. XI, 31. Act. VII, 3.* è Sodom cum Lothô, *Gen. XIX, 12. 14.*

וּמָשַׁל בְּמִכְמַנֵּי הַזָּהָב וְהַכֶּסֶף וּבְכֹל חֲמֻדוֹת מִצְרָיִם

Et dominabitur theſaurorum auri & argenti, & in omni- VERSUS XLIII.
bus pretioſis Ægypti.) *Tertium* hoc eſt invaſionis conſeqvens, videl. dominium in opulentiam Ægyptiacam. Verbum מָשַׁל *dominatus* משׁל
eſt, adfuit jam ſuprà *v. 3. 4. 5.* Dominii objectum ſunt tùm *aurum & argentum*, tum generatim *qvævis deſiderabilia Ægypti.* Non tamen abſolutè nominantur metalla iſthæc nobiliſſima, verùm præmiſsô nomine מִכְמַנֵּי, qvod non niſi h. l. obſervatur in totô codice ſacrô. R. Nathan in Concordantiis exponit per מַטְמֹן *theſaurum occultum*; ſine dubiô reſpectu habitô ad radicem Chaldæis uſitatam כְּמַן, (pro qvâ Ebræus dicit טָמַן) *latuit, abſcondidit*: Unde כְּמַנָּא *latibulum* vel *ſpelunca*, apud Chaldæum Paraphraſten *Pſal. X, 8.* Deinde חֲמֻדוֹת *deſideria*, meto- חמדות
nymicè ponuntur pro rebus deſiderabilibus, vide *v. 38.* Adeoq; ſicut l. c. *aurum, argentum, gemmæ* ac *deſiderabilia*, dicuntur ab hôc Tyrannô impendi cultui divino à ſe confictô; ita & h. l. iisdem rebus Ægyptiacis dicitur dominari, haut dubiè eundem in finem, ut tantò pomposiùs continuare & augere qveat iſta, qvæ inchoavit ſemel. Qvæ ipſa tamen non ita accipientur, ac ſi Antichriſtus Occidentalis dominium obtenturus ſit univerſale, plenum ac perenne in univerſam Ægypti opulentiam, vel in omnem Antichriſti Orientalis poſſeſſionem; verùm indefinitè dicitur, qvòd aliqvando, in aliqvot theſauros, & in omnis generis deſiderabilia regni Mahomedici, dominium qvalecunqve ſit adepturus; æqvè ut Antiochus ad aliqvod tempus Ægyptiacorum compos fuit factus ſpoliorum.

וְלֻבִים

וְלֻבִים וְכֻשִׁים בְּמִצְעָדָיו׃

Per Lybiam qvoq; & Æthiopiam tranſibit.) *Qvartum* conſeqvens eſt Lybiorum atqve Æthiopum in partes ſuas pertractio. Id namqve vult Ebræa phraſis, ubi non de regione, ſed incolis dicitur: *Lybii & Æthiopes*, בְּמִצְעָדָיו *in greſſibus ejus*. Omnium optimè hæc loqvendi ratio declarari poterit ex *2. Sam XV, 16. 17.* exiit David & omnis familia ejus בְּרַגְלָיו *ad pedes ejus*: it. & omnis populus בְּרַגְלָיו *ad pedes ejus*: 2. Reg. III, 9. non erat aqva exercitui jumentisqve, qvæ בְּרַגְלֵיהֶם *ad pedes eorum*: Exod. XI, 8. exi tu & omnis populus, qvi בְּרַגְלֶיךָ *ad pedes tuos*, Deut. XI, 6. omnem ſubſtantiam Corachi, qvæ בְּרַגְלֵיהֶם *ad pedes eorum*; 1. Reg. XX, 10. omni populo, qvi לְרַגְלָי *ad pedes meos*, h. e. qvi mihi Benhadado nunc in præſenti bellô obtemperat, & me comitatur: *Jud. IV, 10.* adſcenderunt בְּרַגְלָיו *ad pedes ejus* (Baraki) 10000. virorum: *cap. VIII, 5.* date panem populo, qvi בְּרַגְלָי *ad pedes meos* (Gideonis.) Pari itaq; modô in noſtrô textu, *ad greſſus alicujus eſſe* dicuntur illi, qvi inſtar militum ducis ſui inhærent veſtigiis, & ipſum undiqve ſectantur *greſſu* indiviſsô. Aliàs de voce מִצְעָד *greſſus*, qvô actiones etiam aliæ generatim exprimuntur, videantur dicta *Prov. XX, 24.* à Dominô *greſſus viri, &c.* R. *Saadia* literam צ poſitam putat pro ס, ut ſit בְּמִסְעָדָיו *in fulcimentis ejus*. Verùm opus haut eſt ad periculôſam hanc confugere literarum permutationem. Gentes verò regem huncce comitantes ſunt tùm לֻבִים cùm כֻּשִׁים.

בכשים. Prior vox nationem refert Africanam, haut dubiè belli non imperitam, utpote qvæ in exercitu qvoq; regis Ægyptiaci Siſaki Rehabeamum bellô adorientis, 2. Paral. XII, 3. *non erat numerus populo, qvi venit cum ipsô ex Ægyptô*, לוּבִים *Lybii*, סֻכִּיִּים *Succiim*, וְכוּשִׁים *& Æthiopes*. Sic in exercitu qvoq; regis Æthiopici, Aſſan oppugnantis, commemorantur Lybii, *2. Paral. XVI, 8. (cap. XIV, 8.)* ita *Nah. III, 9.* כּוּשׁ *Æthiopia erat illi robur, ut & Ægyptus: Put* וְלוּבִים *& Lybii*, בְּעֶזְרָתֵךְ *erant in auxilio tuô*. Qvanqvam verè Talmudici, ut eſt apud Buxtorfium *in Lexicô & in Aruch*, aſſerant, Lub eſſe Ægyptum, eò qvod לוּבִי vocetur *faba Ægyptiaca*, refutat tamen illud ipſum Bochardus *in Phaleg. fol. 336.* ſicut & illud alterum, λίβυας eſſe dictos à colore, qvod λίβυς antiqvâ lingvâ Græcâ denotet *Nigrum*, cùm tamen Græcum ſine dubiô deſcendat ex Ebræô לוּבִים, Arabibus autem hodieqve לוב ſit *ſitis*, & verbum לוב *ſiti langvere*; cui Arabico reſpondere porrò *anti-*

mal

mat Ebræum לאב unde תַּלְאֻבוֹת *ſiticuloſitates*, Hoſ. XIII, V. vide ibidem plura. Altera gens eſt כּוּשִׁים qvam vocem *Ebræi* ferè omnes, *Græci*, *Vulgatus*, *Philo*, *Joſephus*, *Euſebius*, *Hieronymus*, & *Patrum chorus* univerſus exponunt de *Æthiopibus*: Unus *Jonathan* Paraphraſtes *Geneſ. XI, 6.* reddit *Arabiam*: qvam ipſam poſteriorem ſententiam pluribus nec contemnendis tuetur argumentis Bochardus *l. c. fol. 238. ſeqq.* Verùm re ultrò citròqve penſitatâ tutiſſimum videtur, vocabulum hocce כּוּשִׁים, pro diverſitate textuum, modò de Æthiopibus, modò de Arabibus interpretari, æqvè ut & alia ejus generis nomina propria pluribus competunt locis, v. g. Succhot, Beerſaba, Mizpa, Eden, Cana, &c. de qvibus paſſim Philologi. Adeoqve cum hi ipſi *Chuſchim*, ſicut ex allegatis patuit textibus, æqvè ut Libyeos, olim fuerint à partibus Ægyptiorum, nunc verò hoc loco dicantur futuri *ingreſſibus*, (vel à partibus) Regis Septentrionalis, idcircò ingens regis Meridionalis diſpendium illinc colligitur, dùm non modò ab his deſeretur, qvi anteà juverant ipſum, verùm ab iisdem qvoqꝫ inſuper infeſtatur, utpote, qvi hoſti publico ſe aſſociabunt, ipſiusqꝫ exercitum notabili acceſſione ſuâ adaugebunt. Refertur hoc à qvibusdam ad Hiſpanos tanqvam Saracenis olim ſubjectos, adeoqve Mahomedico regno adhærentes, qvos Papa jam unà cum qvibusdam Indiarum regnis ſibi inſervientes habet qvàm fideliſſimè. Sed rectiùs dici adhuc poſſet, generatim tales deſcribi aſſeclas Antichriſti Occidentalis novos, qvi regno Mahomedico viciniſſimi antehac fuerant, (veluti Libyeos & Æthiopes Ægyptiis,) qvos in ſuas partes nihilominùs pertraxit Papa Romanus, id qvod per Jeſuitarum inſidias non raro procuratum novimus apud gentiles idololatras, Indos, Tartaros, &c. qvanqvam in illâ ipſâ prædicatione, qvâ Papæ dominatus ampliari debuit, non negemus, Chriſti nomen multis ſimplicibus innotuiſſe ad ſalutem, qvi Papam ut Papam ſive Antichriſtum, venerati haut ſunt; æqvè ut ſub ipſomet imperiô Mahomedicô multæ tamen Chriſto ſervatæ ſunt animæ fideles, ſervanturqve adhuc hodiè, (putà in Eccleſiis Græcis,) qvæ ad ipſum tamen Regem Meridionalem hautqvaqvam pertinent, aut accenſeri illius exercitibus debent. *Graſerus de Antichr. pag. 389.* & cum eô Alſtedius *Præcog. Theolog. pag. 606.* ſub *Cuſchitis* intelligunt Æthiopum colonias in illâ Aſiæ majoris plagâ, qvæ à ſinu incipiens Perſicô per meridionalia

Aſiæ littora ad extremum Orientem excurrit. Per *Lybios* volunt indicari Americanos ſive Occidentalem Indiam cum universô illô inſularum tractu, qvæ vel hinc Africæ Occidentalis littora, vel illinc Americam ſpectant. Ad has ipſas verò terras manum ſuam extendiſſe cenſent Papam, qvando per regnum Hiſpaniæ, tanqvam manum ſuam easdem ſubjugavit. Verùm cùm nimis hæc ſint ſpecialia, plurimosq; ſimul involvant nodos, autoribus ſuis meritò relinqvimus.

Poriſmata ex Verſu XLIII.

1. Chriſti ſubditi, qvà tales, non curant auri argentiqve theſauros, ſicut expreſſè profitetur Petrus: aurum & argentum non habeo, *Act. III, 6.* Aliter verò penitùs hodiernus Petri ſucceſſor putatitius, utpote qvi aurum & argentum abundè habet, fide autem Petri prorsùs caret. Pertinet huc, qvod *Gregorius X.* vel, ſecundùm Cornelium & Lorinum, *Innocentius IV.* atteſtantibus autoribus gravibus, aliqvando in Conciliô Lugdunenſi coram Thomâ Aqvinate faſſus fuerit, qvando magna vis auri ſignati numerabatur ipſi, *ſe & Eccleſiam non poſſe, ut olim Petrus, dicere: argentum & aurum non eſt mihi*: qvam appoſitè Thomas excipiebat: *fatendum hoc eſt S. Pater; ſed nec dicere tibi, nec Eccleſia licet ad claudum: ſurge & ambula.* De theſauris interim optimi generis videre licet, *Matth. VI, 19. 20. & 1. Tim. VI, 17. ſeq.*

2. Vide, qvem ſeqvaris, ne per imprudentiam ſtes à partibus Abſolonis rebellantis cum ducentis illis Hieroſolymitanis civibus, qvi in ſimplicitate cordis ſui ſeqvebantur ipſum, ſimul tamen nefandi illius facinoris ſe reddebant participes, qvod fortaſſe unus aut alter poſtmodùm capite luere coactus eſt, *2. Sam. XV, 11.* Etiam cæcus in foveam præcipitatur, qvi per imprudentiam à cæcô ſe duci patitur, *Matth. XV, 14.*

וּשְׁמֻעוֹת יְבַהֲלֻהוּ מִמִּזְרָח וּמִצָּפוֹן

VERSUS XLIV. *Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aqvilone.)* Fuit hactenus inde à *v. 40.* diſſidium, ſeqvitur nunc deniq; ejusdem eventus: Ubi tyranni meridionalis recenſetur tùm perterrefactio, tùm virium indignabunda ac furioſa velut collectio, *v. 44.* tùm caſtrorum poſitio, tùm tyranni finalis deletio, *vv. 45.* ita qvidem, ut oſtendatur populi Dei defenſor Michaël, *v. 1. c. XII.* populiq; defenſi miſeris ac miſe-

miſerorum ereptio, *ibid.* unà cum reſurrectionis univerſalis cataſtrophe ultimâ, *verſ. 3. 4.* Proinde conſideranda hîc venit 1. perterrefactio, & qvidem ratione tùm originis, tùm modi. Origo eſt שְׁמֻעוֹת שמעה
rumores, qvæ vox pluralis hôc unicô ſaltem in textu adhibetur in totô S. Codice; aliàs in ſingulari legitur de relatione ad aures alicujus, (radix enim eſt שָׁמַע *audivit*,) perlatâ ex locis remotioribus, v. g. qvando Sennacherib audivit שְׁמוּעָה *rumorem*, de Thirhakâ Rege Chus invadente ipſius territorium, unde etiam reverſus eſt relictâ Hieroſolymâ 2. *Reg.* XIX, 7. 9. *Eſa.* XXXVII, 7. Vide porrò *Jer.* X, 22. *cap.* XLIX, 23. *Ezech.* VII, 26. 1. *Sam.* IV, 19. 2. *Sam.* XIII, 30. *Pſal.* CXII, 7. *it.* *Proverb.* XV, 30. de famâ nominis bonâ. Hîc itaqve relatio non una, ſed multiplex terribilisqve innuitur, qvando ad tyranni aures talia perferuntur, qvæ indignationem, conſternationem metumqve ipſi incutiunt vehementem, adeò ut nova capeſſere cogatur conſilia, aliterqve res ſuas, qvàm hactenùs factum, tractare. Determinatur verò hic ipſe ingratus rumor ratione termini à qvô: *ex Oriente & Septentrione*, h. e. ex propriâ velut patriâ, (rex enim Aqvilonis hic ipſe fuit, uti colligitur tùm ex oppoſitione Regis Auſtralis, tanqvam adverſarii, *v. 40.* tùm ex disertâ appellatione, Regis הַצָּפוֹן *Aquilonis, ibid.*) nec non ex plagâ Orientali conterminâ; ex qvibus ipſis eliciuntur tùm diſſidia regni inteſtina, tùm hoſtilitates extrinſecùs imminentes. Exponitur verò hoc ipſum à *Wigandô*, *Geſnerô*, aliisqve; tùm de Eccleſiâ Græcorum Orientali, Papæ inſolentiam non parùm detegente, tùm de ulterioris Papæ adverſariis Septentrionalibus, *Johanne Huſſô* & *Martinô Lutherô*, qvi hunc Antichriſtum ſolenniter per Eccleſiam univerſam manifeſtarunt, ſuôqve Evangelii præconiô inſignem ipſi moleſtiam crearunt. Non malè hæc dilucidabuntur ex illô Pauli 2. *Theſſ.* II, 8. de revelatione ac peremtione Antichriſti τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας κυρίου, it. ex illô *Apocal.* XIV, 6. de angeli volantis Evangeliô. Qvibus poſterioribus accenſeri non immeritò poterunt teſtes etiam veritatis cæteri, qvi in ipsô regni Papalis meditulliô ſubinde bellum huic beſtiæ indixerunt, velut idipſum per ſecula teſtabitur *catalogus teſtium veritatis*, à Flaciô non ſine inſigni labore atqve fructu olim congeſtus. *Thomas Brigtmanus* rumores hos accepit de converſione Judæorum ad Chriſtianam fidem. Illi, qvi Regem Aqvilonis intelligunt de Portâ Ottomannicâ, dici hæc arbi-

trantur de perterrefactione Turcarum per Tamerlanem vel Timmurem Lancum, qvi devictum Bajazetem caveæ incluſit ferreæ, &c. idq; ab ortu, à Septentrione verò terrorem ajunt incuſſum per Moſcovitas, Hungaros ac Polonos. *Pererii* mens eſt, famam de regibus Orientis & Aqvilonis adverſus Antichriſtum bellum inſtaurantibus hic deſignari; vel NB. proceres Chriſtianorum Antichriſti decreta & juſſa aſpernaturos, omniqve contentione ſeſe illi oppoſituros eſſe, unde hic incredibili rabie ac furore ad illos profligandos & delendos rapietur, &c. (id qvod apprimè qvadrat ad bella contra Principes Proteſtantes per ſeculum paſſim Papæ ſtudiò concitata.) *Graſerus* per rumorem Orientalem vult denotari occupationem Conſtantinopolitani Imperii per Ottomannidas factam, unde univerſæ Europæ, imprimis verò Italiæ ipſiq; Romæ ingens incuſſus terror: per rumorem verò Septentrionalem, qvando hi populi Antichriſto parère ampliùs noluerunt. Hæc & alia cum iis, qvæ initiò diximus, conciliari poterunt non adeò difficulter, vel tamen ex iisdem dijudicari. Hactenùs perterrefactionis origo: Nunc etiam modus יְבַהֲלֻהוּ *conturbabunt ipſum*: (Ubi Grammatici notarunt, formam Maſculinam locô fœmininæ adhibitam, ob fœmininum antecedens nomen. שְׁמֻעוֹת *relationes*, haut dubiè ob commodiorem affixi agglutinationem. Senſus verò eſt, vehementer animum Regis ſive Tyranni hujus percellet, adeò ut qvid agendum omittendumvè ſit, propemodum neſciat. Ita namqve verbum בָּהַל (qvod qvandoqve eſt *feſtinare*, uti dictum *Cohel. VII, 1.*) de vehementi alterius perturbatione legitur Eſr. IV, 4. *vicini* מְבַהֲלִים *perturbabant eos, ne ædificarent*, 2. Paral. XXXII, 18. *clamabunt* (Aſſyrii) *Judaica contra cives Jeruſalem, ad terrendum eos*, וּלְבַהֲלָם *& ad perturbandum eos, ut caperent urbem*, Pſal. LXXXIII, 16. *turbine tuô* תְבַהֲלֵם *perdes ac percelles ipſos*: Job. XXII, 10. *in circuitibus ſunt laqvei*, וִיבַהֶלְךָ *& percellet te timor ſubitò*: Pſal. II, 5. *in furore ſuô* יְבַהֲלֵמוֹ *perturbabit ipſos*. Utut igitur præ faſtu Rex hic ſeipſum hactenus fermè ignoraverit, pro lubitu ſuô cuncta geſſerit, confictoqve ſuo Deo ac præſidiis unicè confiſus fuerit, nunc tamen ſe hominem ſentire incipiet, & qvidem miſerum, nulliusqve pretii, cujus cor æqvè ut cæterorum filiorum hominis, audax ac meticuloſum, *Jerem. XVII, 9.*

Digitized by Google

וְיָצָא בְּחֵמָא גְדֹלָה לְהַשְׁמִיד וּלְהַחֲרִים רַבִּים׃

Et veniet in multitudine magnâ, ut conterat & interficiat plurimos.) Potiùs ſecundùm fontes: *& exibit cum furore magnô ad perdendum & internecioni devovendum multos.* Habemus hîc (2) indignabundam virium collectionem; horror ſiqvidem deſinit in furorem. Notandus verò eſt h. l. actus וְיָצָא *& exibit*, nim. ſede ſuâ tranqvillè hactenùs poſſeſsâ; vel, deſeret qvodammodò terras hactenùs occupatas, *verſ. 42. 43.* bello vel conflictui acerrimo ſe commiſſurus. Ita namqve *exeundi* verbum in re militari aliàs eſt freqventiſſimum, v. g. *Jud. IX, 33. Deut. XXIV, 5. cap. XXIII, 9. &c.* Adjuncti locô memoratur חֵמָה *indignatio*, & qvidem *magna*: indignitas namqve factorum tantoperè faſtuoſum huncce commovebit Dominum, ut præ excandeſcentiâ totus fermè furat, cùm alios omnes conatus hucusq; fuerit ſibi ſubjugare, terroremqve ipſis incutere; qvod ipſum dum non conſeqvitur, verùm inſurgentes potiùs hos contra ſe experitur, idcircò tantò ægriùs fert ſui vilipendium, vindictamqve unicè meditatur. Confer de voce חֵמָה *excandeſcentia*, it. ſecundùm Rabbinos, flava bilis, qvæ in animalibus iracundi furoris eſt incentivum, (à rad. יָחַם *incaluit*,) Proverb. XV, 1. 18. Sic Naaman abibat בְּחֵמָה *cum excandeſcentiâ*, h. e. indignabundus valdè, *2. Reg. V, 12.* Conf. *Ezech. XIX, 12. cap. XXIII, 25.* Qvoad notam Maſoreticam obſervavit Graſerus *de Antichr. pag. 418.* ſcriptione hâc per א locô ה reſpici ad vocem חֶמְאָה *butyrum*, eò qvòd odium tegat diſſimuletqve hic hoſtis, (juxta *Pſal. LV, 22.*) qvod ipſum tamen nimis ſubtile textûsqve circumſtantiis non adeò conforme videtur. Finis hujuſce expeditionis eſt, *multorum extirpatio.* Effertur ea verbô geminô, לְהַשְׁמִיד *ad perdendum*, וּלְהַחֲרִים *& ad devovendum*, qvorum prius uſurpatur de deletione incolarum alicujus loci omnimodâ, uti conſtat ex *Deuter. II, 22.* ubi de Horæis à Deô extirpatis, & *cap. XXXI, 4.* ubi de Emoræis: ſic de Cananæis cæteris *2. Reg. XXI, 9.* de Jeroboami familiâ penitùs ſublatâ per Baaſam *1. Reg. XV, 29. &c.* Poſterius הֶחֱרִים eſt *anathemati* (חֵרֶם dicto,) *devovit* absqve רַחֵם *commiſeratione* ullâ; (contrarius nimirum utriq; huic vocabulo, iisdem literis conſtanti ineſt ſignificatus:) qvomodo incolæ urbis Ai tanqvam abominatio citra commiſerationem exceptionemqve ullam exterminati ſunt *Joſ. IIX, 26.* vid. *ibid.*

יצא

חמה

Digitized by Google

ibid. cap. X, 28. 35 40. cap. XI, 11. 20. 21. 1. Sam. XV, 3. 9. 15. 18. 20. 1. Reg. IX, 21. 2. Reg. XIX, 11. Adeoqve ex binis hiſce verbis, qvorum prius de apertô Marte ejusdemqve inconſultô impetu ac violentiâ, inſtar graſſantis beſtiæ vitam petente, poſterius de ſerpentinâ crudelitate & malitiâ, zeli qvandam ſpeciem habente interpretatur Graſerus *l. c. pag. 421.* abundè colligitur ſangvinarius tyranni hujus animus, qvi indiſcriminatim internecionem ſitiit omnimodam plurimorum adeò hominum, qvoscunqve modò ſibi obſiſtere aut regimini ſuo ſe ſubducere velle ex שמעות *rumoribus* ſuprà memoratis cognovit. Id qvod ſemper videre licuit ex perſecutionibus Waldenſium. nec non cæterorum veritatis confeſſorum, qvos inqviſitio Papalis delere ſemper ſtuduit acerrimè. Spectant huc bullæ Paparum ſangvinariæ: Speciminis locô recordamur verborum Adriani VI. in Brevi ſuô ad Fridericum Saxoniæ Ducem: *Revertimini ad cor & reſipiſcite Tu atq; miſerè ſeducti Saxones, niſi utrumq; gladium, Apoſtolicum ſimul & Cæſareum olim velitis experiri.* Plura ſævitiei Papalis exempla, qvando Reges ſibi valedicentes regnis exuere, liberos ipſorum infames reddere, ſubditos omnibus Chriſti beneficiis privare conatus eſt, annotavit h. l. *Polanus pag. 1180.*

Poriſmata ex Verſu XLIV.

1. Infinita Deus in promtu habet media percellendi, avertendi, ſubvertendiqve hoſtes, de qvibus nos nec cogitamus qvidem. Ita vanus inanisq; *rumor* conſilia poteſt tyrannorum peſſundare opinione citiùs; ſic venti, tempeſtates, lues, diſſidia mutua, inſecta ejusqve generis deſpecta media alia non rarò libertatem reſtituerunt extremè periclitantibus.

2. Tyranni ferociſſimi, puniente Dominô, nihilominùs ſe homines perſentiſcere coguntur, qvando ſubitô conſternantur terrore, adeò ut omne ſibi conſilium eripi ſentiant, neſciantqve qvò ſe vertant. Exemplo ſit Herodes, *Matth. II, 3.* it. Nero, & reliqva tyrannorum cohors. Econtra non pertimeſcit juſtus à rumore malô, *Pſal. CXII, 7.*

3. Sicut Satan ab initiô homicida fuit, *Joh. IIX, 44.* ita qvi ſimilia ſectantur ſtudia, trucidandi ſcil. peſſundandi, vaſtandi, facilè ſe cujus ſint filii, produnt ipſos. Diverſa autem planè ſtudia atqve ſtu-

fructus protrudit Dei Spiritus, *Galat. V, 22.* & ſapientia ſuperna, *Jac. III, 17.*

4. Qvò vehementior impiorum eſt excandeſcentia, eò propior ipſorummet ſolet eſſe ruina, ut h. l. Turbo, qvò ſævit acriùs, eò deſinere ſolet citiùs. Nullum violentum diuturnum. Cum duplicantur lateres, venit Moſes.

וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ בֵּין יַמִּים לְהַר צְבִי־קֹדֶשׁ

Et figet tabernaculum ſuum Appadno inter maria ſuper montem inclytum & ſanctum.) Cernimus hîc (3) Caſtrorum poſitionem: ubi (a) actus eſt *figere* & velut *plantare:* id namqve vult verbum נָטַע *plantavit*, qvod de terræ naſcentibus aliàs ſive vegetabilibus communiter uſurpari ſolet, qvando eadem terræ committuntur, ut radices ibi agant, firmiterq; infixa creſcant, *Deut. XX, 6. Pſal. CIV, 16. Proverb. XXXI, 16.* De tentoriis verò ſi legatur, reſpectus fit ad paxillos altè infixos terræ, ne ventô dimoveantur. Ad qvam poſteriorem acceptionem videtur referendus locus, *Eſa. LI, 16.* de cœlorum inſtar tentorii expanſione. (b) Caſtra porrò ipſa duobus efferuntur nominibus in regimine collocatis אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ, qvorum priùs אֹהֶל *tentorium*, & in plurali אֳהָלִים deſignat manſionem ſubitaneâ conſtructam operâ, ſive ex aulæis, ſive virgultis, aſſeribus aliisve textilibus, qvalia ſunt tuguria paſtorum peregrinantium, militumqve in campis commorantium. Vide plura de hâc voce apud Feſſelium *Tom. II. adverſar. pag 283. ſeqq.* Poſterius diverſimodè accipitur ab interpretibus ac Paraphraſtis, qvos accuratè recenſet h. l. *Hieronymus.* Siqvidem *Vulgatus* inſtar nominis proprii retinuit, qvod tamen regulis Grammaticis planè repugnat. Hinc alii retulerunt à rad. פדן ut R. *Dav. Kimchi*; meliùs verò *Joſeph Kimchi*, & cum eô Marinus *in Arcâ* à rad. אָפַד *ſuperinduit, operiendo adſtrinxit, ſuperinduxit*; unde אֵפוֹד *ſuperhumerale, cinctum*, & אֲפֻדָּה ejusdem ſignificatus, *Eſa. XXX, 22. Exod. XXXIX, 5.* qvâ ratione (נ) eſſet litera ſervilis, atqve integra vox eſſet אַפֶּדֶן, ſenſusqve eſſet: *tentoria operimenti ſui vel aulæi pretioſi*, h. e. tentoria non vulgaria, ſed ſplendida & pretioſis undiqve aulæis magnificè exornata: qvomodo etiam expoſuit Feſſelius *l. c. pag. 286.* R. Saadias ſic declarat מכסה צִיּוּר *operimentum picturæ ſeu picturatum.* Alii apud *Belgas* in ſcholiis interpretantur

VERSUS XLV.

נטע

אוהל

tur de tentoriis Ephodis idololatrici, h. e. in qvibus colitur Deus ſecundùm traditiones & figmenta hominum, *Jud. XVII, 5. Oſ. III, 4.* R. David Kimchi exponit אַרְמוֹנוֹ *palatii ſui*, eò qvòd Rabbini אַפַּדְנָא vocent *palatium*. Ita & *R. Nathan in Concord. Lutherus*, & cum ipſo *Belgæ, Junius ac Piſcator* vertunt: Das Gezelt ſeines Pallaſts. Simpliciſſimum videtur dicere אַפַּדְנוֹ & אָהֳלוֹ eſſe æqvipollentia; qvomodo colligere licet ex *Jerem. XLIII, 10.* ubi de Nebucadnezare dicitur: ponam ſolium ipſius ſuper hoſce lapides, - - - וְנָטָה *& expandet* שַׁפְרִירוֹ h. e. juxta Chaldæum אַפַּדְנֵיהּ *tentorium ſuum ſuper eos*. Inde etiam *Baal Aruch* reddit חֲצַר *atrium* ſeu *tentorium*. Ac proinde, ſicut & alibi combinantur non rarò Synonyma, v. g. cœnum luti, Pſalmus cantici, peccatum iniqvitatis, ſpina ſentis, &c. ita & h. l. tentoria domicilii ipſius. Ita ferè *Sanctius* qvoqve. Vide tamen, ſi placet, Fulleri *Lib. 5. Miſcell. cap. 18.* ubi de hac ipſâ voce pluribus diſqvirit, inclinans ad ſignificatum אֵפוֹד *amiculum* vel *tunica*, ut ſignificetur tentorium Imperatoris ipſius, ubi Romanorum more ſignum pugnæ ſolebat dari expanſâ ſuper Imperatoris tentoriô tunicâ coccineâ. Graſerus *de Antichr. pag. 435. ſeqq.* exponit, *tentorium Cleri ſui*, h. e. Concilii Tridentini, qvod fixum vel plantatum fuerit לְהַשֵּׁם ad anathematizandum, &c. ubi plura ſimul ſubjicit de ſitu urbis Tridentinæ, deqve rebus aliis, qvæ tamen ſcrupuloſa nimis, imò Geographiæ qvoqve non parùm adverſa. Qvid Syrus intenderit vertendo בַּאֲתְרָא שַׁפִּיָא *in locô cliveſô* vel *eminente*, vix liqvet, æqvè ut ſeqventia etiam fontibus haut qvadrant, *inter mare & montem*, pro, *inter maria*. (c) Locus caſtrorum deſignatur tùm generaliùs: *inter maria*; tùm ſpecialiùs: *in monte decoris ſanctô*. Prior phraſis בֵּין יַמִּים in memoriam nobis vocat eos textûs, ubi *à mari ad mare* dicitur dominari is, qvi à mari rubrô usqve Syriacum ſuum conſtituit regnum, vel qvi immenſum terræ ſpatium ſibi ſubjectum habet, *Pſal. LXXII, 8.* Confer *Mich. VII, 12. Amos IIX, 12. Zachar. IX, 10. Pſal. LXXXIX, 26.* Adeòqve & hic reſpectus habetur ad ſitum Zionis inter mare mortuum & mare mediterraneum, qvorum illud ab Oriente, hoc ab Occidente. *Porphyrius* intellexit locum inter Tigrim & Euphratem ſitum, qvæ ipſa tùm hiſtoriæ carent teſtimoniô, tùm verbis præſentibus hautqvaqvam conveniunt, dum flumina marium nomine venire finguntur. *Junius* de ſtatione inter paludes Chaldaicas hæc dici

Digitized by Google

dici conjicit, itidem ex falſâ hypotheſi. Specialiùs adhuc memoratur etiam *Mons decoris ſanctus*, h. e. Zion; de qvô repeti poterunt dicta *v. 16. & 41.* ubi *de terrâ decoris*. Confer *Eſa. XXVII, 13. Jer. XXXI, 23.* ubi mons ſanctitatis ponitur pro templô Hieroſolymitanô. Addi etiam poteſt Druſius *L. 11. obſervat. c. 18.* de vocis *Sabi* verſione. Haud dubiè verò deſcribitur h. m. Eccleſia, in qvâ ſedem ſuam figet hic tyrannus, interprete Apoſtolô, *2. Theſſ. II, 4.* efferet ſe homo peccati, adeò, *ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι*. Confer *Eſa. II, 2. c. LII, 7. Nah. I, 15.* Sunt qvidem, qvi de Româ, *inter maria* Tyrrhenum & Adriaticum ſitâ, hæc dici exiſtimant: Verùm obſtat ex mente Dn. D. Danhaueri *de Antichriſt. p. 288.* qvòd hîc ſermo ſit de egreſſionis bellicæ terminô ad qvem, non commorationis locô; it. qvòd in fontibus non habeantur duo maria, ſed *maria* abſolutè. Qvapropter ipſemet cum Dölingiô *de Antichriſti interitu p. 175.* interpretatur de Germaniâ, ubiq; maribus circundatâ, meridiem verſus mari mediterraneô, occidentem Oceanô, Septentrionem Balthicô; qvæ ipſa tamen an omnes tollant difficultates, meritò ancipites nos relinqvunt. *Graſerus* mavult Europam (*de Antichr. p. 451.*) & ſpeciatim reſpicit qvoq; cenſet ad Tridentum *p. 452.* de qvô jam meminimus. De Româ tamen, cujus paſſim qvoq; in Apocalypſi fit mentio, tanqvam ſedis Antichriſtianæ, ſermonem eſſe arbitrantur *gloſſatores Vinarienſes*, ita qvidem, ut, ſicut Zion ab initiô ſanctitate claruit verâ, ſic etiam Roma, temporibus primitivæ Eccleſiæ, *Rom. I, 8.* Atq; ſic etiam Geſnerus *in h. l. th. 121.* De monte Oliveti, in qvô periturus Antichriſtus ex mente Papicolarum non pauci inter eos, v. g. *Pererius*, adjiciens, in monte hunc Antichriſtum poſt ſimulatam tridui mortem in cœlum ope Dæmonum evehendum, interfectum in oris Chriſti Spiritu. Id qvod repetit etiam *Corn. à Lapide*; qvæ ipſa tamen figmenta ex ſe evaneſcunt facilè. Commodiſſimum videtur, per montem ſanctum intelligi Eccleſiam proteſtantium orthodoxam, contra qvam caſtra ponet Antichriſtus, eandem extremis modis vexaturus, ita ut *inter maria*, h. e. à mari unô ad alterum ſuas diſtribuat copias hoſtiles, qvibus undiqvaq; infeſtare poſſit, qvotqvot colla jugo ipſius recuſant ſubdere. Caſtrorum enim poſitio nil aliud infert, qvàm violentam alterius oppugnationem, adeò, ut vel urbes occupari, vel acies aperta ex ejusmodi caſtris inſtrui poſſit.

Digitized by Google

וּבָא עַד־קִצּוֹ *Et veniet usq; ad ſummitatem ejus.*

Lutherus: Biß mit ihm ein Ende werde. Seqvitur (4) finalis tyranni hujus exterminatio; *Veniet usq; ad finem ſuum,* h. e. ſicut Hieroſolymæ tandem appropinqvavit *finis,* c. IX, 26. ita hoſtis qvoq; infenſiſſimi fatalis tandem inſtabit hora, qvâ florere deſinet atq; vivere, ſimilis cadaveri exanimi, fœtenti, putrido, à reliqvô viventium cœtu penitùs eliminato, vide plura *l. c. & cap. IIX, 17.* Atq; ut alibi dicitur: *Venit finis omnis carnis,* Geneſ. VI, 16. *venit finis terræ,* Ezech. VII, 2. 6. *venit finis ſuper populum meum,* Amos. IIX, 2. ita h. l. inverſô qvaſi ordine, eôdem tamen ſenſu dicitur; *veniet ad finem ſuum,* h. e. ſinguli ejusdem paſſus propiùs ſubindè deferunt ipſummet ad foveam ſive barathrum, qvòd abſorbebit eum. *Jacchiades* dicta hæc cenſet de Turcâ, qvi poſt extinctum Imperium Roman. extingvendus ſit & ipſe, adeò, ut incipiat Regnum Iſraëlitarum qvintum. Qvæ ſomnia Judaica autori relinqvimus.

וְאֵין עוֹזֵר לוֹ׃ *Et nemo auxiliabitur ei.*

Deſcribunt hæc inevitabilem excidii neceſſitatem, usq; adeò, ut cùm Rex hic antehâc infinitos fermè habuerit ſemper paraſtatas, nunc deſertum ſe deprehendat ab univerſis; nemo ſiqvidē vel vult vel poteſt ſuppetias ampliùs ferre, qvandoqvidem decretorius inſtat dies, qvō tot facinorum pœnas repetet ab ipſô ſummus Judex. Confer *2. Reg. XIV, 26.* אֵין עֹזֵר *nemo auxilium ferens Iſraëli:* Pſ. XXII, 12. *& non auxiliator mihi,* Pſ. LXXII, 12. *egenus, cui non auxiliator:* Pſal. CVII, 12. *corruerunt, & non auxiliator:* Thren. I, 7. *non auxiliator ei,* (ſcil. Hieroſolymæ.) Atq; h. m. de Babelis interitu loqvi etiam videmus Johannem, *Apoc. XIV, qvòd ceciderit,* &c. nimirùm non in ævum hoc Antichriſti ſtabit regnum, veluti de Chriſti regnô aſſeruit Angelus *Luc. I, 33.* verùm ſuam certam habebit periodum, æqvè ut mundi regna cœtera, qvâ confectâ nil valebit omnis humanus aſtus, conſilium, arma, &c. *Maldonatus* & cum eô *Pererius,* pronomen לוֹ referunt ad הַר *montem,* qvòd nemo ſuppetias Sioni laturus ſit contra Antichriſtum, verùm hic ipſe occupaturus ſit eum. Sed mentio *finalis excidii,* tyranno huic imminentis ſatis refellit ipſum, ut taceamus reliqva.

Poriſmata ex Verſu XLV.

I. Ubi vera *ſanctitas,* ibi ſummum decus & majeſtas. Sancti autem dicuntur illi, qvi per ſangvinem Chriſti mundati ſunt à vitiis, ac

prota-

profanâ hominum aliorum colluvie per verbum, Sacramenta vivæq; fidei exercitium evidenter ſeparati. *Plura hâc de re in locô de Eccleſiâ* ejusdemq; ac membrorum ſanctitate.

2. Sanctum eſſe, & nihilominùs profanis impuriſſimisq; hoſtium caſtris contaminari, non ſunt contraria; ut hîc docet textus, egregium oppreſſis bellô mentibus exhibens ſolatium.

3. Memor eſto *finis tui*, ac ſubitò & inopinatè obveniens ipſô, cùm vivere adhuc ſperas multò diutiùs, *Luc. XII, 20.*

4. Cùm mundus hos, quos antea ſtipaverat aſſiduè, deſtituit in anguſtiis turpiter ac perfidè, pii econtra à mundanis omnibus deſerti, adjutorem ſentiunt Dominum, ejusdemq; Angelos mirabiliter ac glorioſè: *Luc. XVI, 22.*

5. Quæ Brichtmannus comminiſcitur tùm ex hôc Danielis, tùm ex *Apoc. XVI. & XX.* textibus, de Turcæ oppugnaturi Judæos noviter converſos, & in terram ſuam revertentes, internecione per Judæos in terrâ ſanctâ, ut & totali Imperii Turcici extirpatione, non opus eſt disquirere prolixiùs. Vid. Voëtii *part. 2. diſp. p. 140.*

CAP. XII.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

SIcut proximè ad *v. 44. cap. præced.* meminimus, pertinet hoc ipſum initium ad materiam antecedentem. Adeòq; in capite hôc ultimô deprehendimus (1) periclitantium in ultimis temporibus piorum defenſionem, *v. 1.* (2) defunctorum reſuſcitationem, *v. 2. 3.* (3) Danielis inſtructionem, tùm de vaticiniorum horum occluſione, *v. 4.* tùm de termini certi præfinitione, *v. 5. 6. 7.* tùm de uberiori ejusdem explanatione, *v. 8. 9. ad 13.* tùm de Prophetæ expectandâ in ſepulchrô reſuſcitatione, *v. 13.*

EXPLICATIO TEXTUS.

וּבָעֵת הַהִיא יַעֲמֹד מִיכָאֵל הַשַּׂר הַגָּדוֹל הָעֹמֵד עַל־בְּנֵי עַמֶּךָ׃ CAP. XII.

In tempore autem illô conſurget Michaël, princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui.) VERS. I. Sicut *cap. XI, v. 44.* mentio præceſſit de ingenti Antichriſti excandeſcentiâ exituq; ipſiusmet ad perimendum atq; anathematizandum eos, qui ſunt de monte ſanctô, *v. 45.* ita

 nunc

Digitized by Google

nunc perſecutioni iſti ſubnectitur cœleſtis conſolatio de efficaci prote-ctione vel defenſione. Attendenda hîc veniunt (1) *tempus*, qvod gene-raliùs denotatur vocibus binis בָּעֵת הַהִיא *in tempore illô ipsô*, vide-licet proximè deſcriptô ſub rabie Regis Aqvilonaris. Specialiùs ve-rò ratione anxietatis mox exponetur latiùs in hôc ipſô verſ. 1. (2) De-fenſor ratione nominis ſui dicitur *Michaël*; ratione dignitatis, *ille ipſe Princeps magnus*; de qvô nos iteramus dicta c. X, 13. *Michaël unus*, ſive primus *principum primariorum*, & verſ. 21. *Michaël, princeps ve-ſter*. Emphaticè autem utriq; nomini tàm ſubſtantivo, qvàm adjectivo, præmitti ה demonſtrativum, meritò obſervant Grammatici. Ac pro-indè adhibitis cæteris textûs circumſtantiis meritò intelligimus hîc cum *Oecolampadiô, Geſnerô, Juniô, Gerhardô, Oſiandrô*, aliisq;, Ange-lum fœderis magnum, Meſſiam in ſecula benedictum, qvi tanqvam defenſor ſui populi proditurus deſcribitur, *Apoc. XIX, 11. ſeqq.* adeòq; multis modis excellentior eſt Michaële creatô, *Ebr. I, 4. ſeqq.* (3) Defenſio exprimitur verbô *ſtabit*, it. *ſtans pro filiis*, &c. qvi ipſe ſitus op-ponitur otioſæ ſeſſioni aut cubitui, ſimulq; includit aſſiſtentiam propin-qvam, advertentiam accuratam, opitulationem promtam depulſionem hoſtilitatis animoſam & potentē. Nam licèt qvandoq; verbū עָמַד cum עַל conſtructum nudè ſit, *alicui vicinum eſſe, adſtare*, v. g. Jud. VI, 31. *Joas*

עמד *dicebat cunctis, qvi* עֹמְדִים עָלָיו *ſtabant juxta ipſum*. 2. Sam. XX, 11. *ſta-bat qvidam de miniſtris Joabi* עָלָיו *juxta ipſum Amaſam ſaucium*; it. licèt denotet hæc phraſis miniſtrationem, qvando qvis præſtò adſtat juſſa excepturus alicujus, ut *Gen. XIIX, 8. Exod. XIIX, 13. 1. Reg. XXII, 19. 2. Paral. XIIX, 18. Zach. III, 1. c. IV, 14. Jud. III, 19.* aut etiam hoſti-litatem, qvando qvis *contra alterum ſtat*, eidemvé ſe opponit, uti vi-dimus *c. IIX, 25. c. XI, 14.* it. *1. Paral. XXI, 1. c. XXVI, 18.* hîc tamen ma-nifeſtè ſatis aſſiſtentiam denotat amicam atq; ſalutiferam, qvam ſub-ſeqvitur *Ereptio*, ceu contextus docet. Facit huc, qvod particula עַל

עַל pro qvandoq; valet *pro*, ut Neh. IV, 14. (vel v. 8.) *pugnate* עַל *pro fratribus veſtris*, 1. Sam. XXV, 16. *fuerunt murus* עָלֵינוּ *pro nobis*; hinc *Lutherus* h. l. der für dein Volck ſtehet. Dum verò bis adhibetur vocabulum hoc ipſum, videlicet & participialiter & indicativè, meritò illud Parti-cipium *ſtans* accipimus de eô, qvod fit communiter, hoc verò *(ſtabit)* de eô, qvod peculiariter certô demum tempore futurum erat; unde *Lutherus*: Wird ſich auffmachen/ qvaſi dicitur, cùm hactenùs Michaël inſtar otioſi miſeriam populi ſui inſuper habuiſſe viſus ſit, nunc de-

demum

Digitized by Google

dium *ſurget*, ſive ad defenſionem ejusdem ſe accinget, fermè ut Stephanus Jeſum cernebat ſtantem, *Actor. VII, 55*. eô ipſô ſcil. tempore, qvô pugnæ inſtabat epiphonema glorioſum ſive triumphus. (4) Defenſi ſunt *filii populi Danielis*, h. e. populares ejus, eandem cum ipſô ut ſtirpem, ita & religionem amplexi. Vid. ſuprà c. IX, 19. *ſuper civitatem tuam, & ſuper populum tuum*. c. XI, 14. *filii latrocinantium populi tui*, c. X, 14. *quod eveniet populo tuo*. Ubi tamen notandum, non omnes eſſe Iſraël, qvi ſunt ex Iſraël, *Rom. IX, 6*. adeòq; etiam h. l. illi ſunt populus Danielis, qvi eandem cum Daniele venerantur Deum ac Meſſiam, qvi Danielis imitantur pietatem, conſtantiam, mores innocuos, &c.

וְהָיְתָה עֵת צָרָה אֲשֶׁר לֹא נִהְיְתָה מִהְיוֹת גּוֹי עַד הָעֵת הַהִיא

Et veniet tempus, qvale non fuit ab eô, ex qvô gentes eſſe cœperunt usq; ad tempus illud.) Eſt hæc uberior temporis modò tacti deſcriptio, ab adjunctô anxietatis planè incomparabilis. *Tempus* צָרָה *anguſtiæ* eſt, qvod libertate privat homines pretioſâ atq; acceptabili, includens & cor & corpus variis moleſtiis undiq; conſtringentibus, uti oſtenſum qvadantenus ad *Prov. XXIV, 10*. Comparativè autem hæc ipſa temporum difficultas deducitur ulteriùs, qvod inde ab hominum exiſtentiâ non deprehenſa fuerit ſimilis. Meminit גּוֹי *gentis*, ut h. m. primam primorum hominum ſolitudinem ſeqveſtret à ſuccedaneâ hominum ſuper terris multiplicatione. Lutherus: Sind daß Leute geweſen ſeyn; qvam ipſam ſententiam ſvadet abſentia ה Emphatici; vel pro ratione materiæ præſentis, *Gentis* nomine ſolus intelligitur populus Iſraëliticus, ex eô tempore, qvô in Ægyptô cœpit gentis adipiſci titulum, ſimulq; anguſtias experiri haut vulgares. Verùm licèt & tunc & poſtmodùm in terrâ Canaan malis exerciti fuerint planè duriſſimis, conſcientiæ tamen libertas intereà remanſit ipſis, adeò ut ad idolomaniam neminem legamus coactum. Secus accidit, ut ſub Epiphane, ita multò magis ante ultimum Chriſti adventum, ſecundùm allegationem Chriſti, *Matth. XXIV, 21*. adeò ut niſi abbreviarentur dies, non ſalva fieret ulla caro. *ibid.* Qvanqvam enim omni tempore Chriſtus eripuerit ſuos è tentationum periculis, ſpeciatim tamen hæc ejus cura ſingularis pateſiet tempore manifeſtati Antichriſti, ubi ſe Eccleſiæ ſuæ defenſorem miris probabit modis.

וּבָעֵת הַהִיא יִמָּלֵט עַמְּךָ כָּל־הַנִּמְצָא כָּתוּב בַּסֵּפֶר׃

Et in tempore ſalvabitur populus tuus, omnis qvi inventus

fuerit ſcriptus in librô.) Eſt hîc (5.) defenſionis effectus, nimirum ſalvatio: ubi non ſine cauſâ repetitur ſimul determinatio temporis: *in tempore illô ipſô:* (notetur ה emphaticum, tàm nomini qvàm pronomini præmiſſum, ſicut in præcedentibus;) ſiqvidem ejusdem tùm periculoſitas, tùm felicitas egregiè ſic combinantur, ne periclitantium pectora debitis deſtituantur ſolatiis, præcluſamvè ſibi metuant ob incomparabiles illas adverſitates divinam opem. Salvatio ipſa eſt in verbô ימלט *eripietur;* qvô tùm anguſtiarum communium declinatio, מלט tùm peculiaris proſperitatis conceſſio, egregiè includitur, uti colligi poteſt ex dictis *c. XI, 41.* locisq; illic allegatis. Ereptio igitur iſthæc fiet non modò ſecuritatis qvalicunq; in ſeculô hôc conceſſione, verùm præcipuè per placidæ tempeſtivæq; mortis analyſin, animoſæve martyrii triumphum, qvi unô velut momentô ex tot ſcelerum tormentorumq; conſpectu ſubducit fideles Dei ſervos, ne vel ipſi deficiant ad errores ac flagitia, vel communibus involvantur mundanorum plagis. Erepti ſunt generatim, *populus tuus*; ſpecialiùs, *omnis in librô ſcriptus.* De priori confer dicta *cap. IX, 19. c. X, 14. c. XI, 14.* poſterior phraſis haut dubiè eſt figurata, ita ut mentione *Libri* reſpectus habeatur ad catalogos, qvibus nomina civium continebantur, familiarum vel militum, *Gen. V, 1. Neh. VII, 5. Matt. I, 1. &c.* Ita namq; paſſim in ſacris mentionem fieri videmus *libri vitæ,* Apoc. III, 5. c. XX, 12. c. XXII, 19. qvi & *liber vitæ Agni* vocatur cap. XIII, 8. c. XXI, 27. Hinc *Eſa. IV, 3.* Prophetæ verba ſunt: *eritq; ut relictus in Zion & reſiduus in Jeruſalem ſanctus dicatur ei,* (Domino,) *omnis ſcriptus* לחיים *ad vitam in Jeruſalem. Et ſcripti in cœlis ſunt* cives cœleſtes, *Ebr. XII, 23. Luc. X, 20.* Qvorum etiam *nomina* dicuntur *ſcripta in librô vitæ,* Phil. IV, 3. Apoc. XXI, 27. E diverſô mentio fit qvoq; *non ſcriptorum in librô vitæ,* Apoc. XX, 15. c. XIII, 8. cap. XVII, 8. qvomodo de Pſeudoprophetis loqvitur Ezechiel c. XIII, 9. *In cœtu populi mei non erunt, & in deſcriptione domûs Iſraël non ſcribentur, nec ad terram Iſraëlis venient:* & qvomodo *Jerem. XVII, 13.* hujusmodi homines dicuntur *ſcribi in terrâ.* De tribus Judæorum libris, qvos Deo tribuunt, in qvibus tùm juſti, tùm impii, tùm intermedii conſignantur, vide Buxtorf. *Synagog. Jud. p. m. 341.* Nos hîc poſthabitis iis, qvæ aliàs de *libris Dei* disqviruntur, per *ſcriptos* hos intelligimus eos, qvos Deus per prævidionem ſuam infallibilem ab æternô vidit in fide perſeveraturos, adeòq; ipſosmet tanqvam regni cœleſtis heredes, conſignavit veluti in catalogô ſuô cœleſti, qvi ipſi ſoli, & præ-

ter

ter ipſos alii nulli, infelicitatem ultimorum temporum per Dei gratiam ſuperabunt. Non enim ſoli hîc deſignantur Judæi ſecundùm carnem, (ſicut voluit *Scioppius* refutatus à Balduinô *de Antichr. p. 128.*) ſed qvotqvot per fidem verè ſunt Iſraëlitæ, vel qvotqvot nomen Dei invocant, *Joël II, 32.* κεχαριτωμένοι in Chriſtô *Eph. I, 6.* nova facti creatura, *Gal. VI, 15.* Adeòq; lubricum planè eſt fundamentum eorum, qvi ex textu hôc generalem Judæorum in fine mundi converſionem ad Chriſtianiſmum elicere laborant; de qvibus vide *Sanctium* h.l. it. Barradiſium *L. 1. harmon. Evang. fol. 49.* Pererium *h. l. p. 893.* Raymundi *pug. fid. fol. 739.* Hottingeri *theſ. Philol. p. 9.* Crocii *Tom. 1. AntiWeigel. p. 374. 380.* Voëtii *Tom. 2. diſp. ſelect. p. 124. ſeqq. & 934. ſeqq.* Graſeri *ultima verba p. 436.* Alſtedii *Præcogn. Theol. p. 609. 618.* (qvi ultimus converſionem hanc futuram ſtatuit anno 1694.) Hülſem. im Gewiſſens-Wurm *pag. 1173.*

Poriſmata ex Verſu I.

1. Optimum contra pericula perſecutionesq; ſolatium eſt ex Michaëlis veri atq; ſummi, h.e. Chriſti Filii Dei, præſidiô. Hic ſiqvidem præſtò eſt Eccleſiæ ſuæ vel adſtat populo ſuo, non dimidius, aut ſecundùm ſuam ſolùm Deitatem, ut more ſuorum loqvitur hîc *Polanus* pag. 1296. *Chriſtum ſecundùm humanitatem ſuam à nobis receſſiſſe*; verùm totus Immanuel nobiscum eſt ad finem usq; ſeculi, *Matth. XXIIX, 20.* veluti hoc à Noſtratibus alibi fuſiùs eſt oſtenſum.

2. Eccleſia eſt *populus Dei ſcriptus in librô* ſcil. vitæ vel ſalvandorum. Nimirum hanc qvalemcunq; deſcriptionem Eccleſiæ inviſibilis ſuppeditat præſens angeli ſermo; qvanqvam aliter loqvamur de Eccleſiâ viſibili, cui intermixti adhuc ſunt hypocritæ, ut docet *Artic. VII. A. C. & ejusdem Apolog. p. 144. ſeqq.*

3. Ereptio ex anguſtiis non eôdem omnibus contingit modô: qvidam enim eripiuntur, ut ſuperſtites hîc maneant ſub cœlô, qvidam verò ut morte ex hôc carcere penitùs exeant in cœlum. Adeòq; licet hi ſecundùm ſenſuum rationisq; judicium pereant, eô ipſô tamen felicitatis palmam ſecuriſſimæ reportant, *Apoc. VII, 13. ſeqq.*

4. De libris Dei confer B. Gerhardi *Diſp. Iſagog. L. 9. c. 1. §. 14. ſeqq.* Hutter. *Tom. 1. diſp. Witteb. p. 768. ſeqq.* D. Calovii *Arminian. p. 472.* Riveti *Comment. in Exod. XXXII, 32.* Creguti *revel. arc. p. 663.* Gomari *Tom. 2. Op. fol. 517.* Grynæi *diſp. p. 338.* Pradum *ad Ezech. XIII, 9.*

Sixti

Digitized by Google

[illegible] *[illegible] p. m. 108. 156. it.* Gloſſium, [illegible]
Aſſelmannum, Thummium, Meiſnerum *in diſp.* [illegible]
materiâ conſcriptis.

§. Qvidam in librum vitæ ſcripti ſunt ex *Dei* [illegible]
ri illinc poſſunt à fide reſilientes; qvidam *ex* [illegible]
piſione, qvi qvamvis ex ſuâ parte deleri qveant, [illegible]
qvam actu, ex eventûs infallibilitate; ſicuti, [illegible]
Stegman *antiphot. diſp. 14. qvæſt. 4. arg. 2.* [illegible]

[illegible] מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת־עָפָר יָקִיצוּ [illegible]

Et multi de his, qvi dormiunt in pulvere [illegible]

Alterum hoc eſt capitis præſentis membrum, de [illegible]
get reſuſcitatione, qvam unà nobiscum agnoſcunt [illegible]
res, exceptô *R. Joſua*, uti meminit h. l. *Oecolampad* [illegible]
Judæorum & Chriſtianorum hoſte acerrimô *Porph* [illegible]
rat *Grotius*, h. l. exulum ad urbem reditum trad [illegible]
futatione indignum præterimus. Adeòq; (a) [illegible]
tur tùm à copiâ, *multi*, tùm à ſtatu, *dormientes*, [illegible]
רבים *terra*. Copiam qvando diximus, intelligimus [illegible]
defunctorum indè à mundi primordiis mult [illegible]
nem excludit. Ita namq; vox, *multi*, qvandoq; [illegible]
omnis, v. g. *Rom. V, 15.* ubi de unius Adami [illegible]
inferente *multis*, h. e. omnibus Adami poſteris, [illegible]
multis conſtitutis peccatoribus per unicam [illegible]
Confer *Rom. XII, 5.* & *1. Cor. X, 17.* multi ſumus [illegible]
XCVII, 1. exultent inſulæ *multa*, Eſ. LII, 12. *& in* [illegible]
lit, h. e. omnium, ex *2. Cor. V, 15.* vide etiam [illegible]
XXVI, 28. Atq; hanc univerſalitatem reſuſcitand [illegible]
Chriſtus, *Joh. V, 28.* πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις [illegible]
cem כֹּל sed רַבִּים *multos* adhibuerit Angel [illegible]
tentias adducit Crocius *Tom. 2. Antiweig. p. 330.* [illegible]
8. Locor. de Reſurr. p. 100. ſeqq. Plura de hoc Sync [illegible]
maliter nec omni, nec τῷ cuidam vel cuidam [illegible]
trôq; abſtrahit, cùm aliqva poſſint eſſe [illegible]
viciſſim omnia, qvæ non ſunt multa, &c. [illegible]
menevt. p. 228. & Tom. 2. hodamer. Calv. [illegible]
p. 59. Copioſiùs adhuc perſeqvitur hæc [illegible]

Digitized by Google

ſeqq. & in notis Philol. ad h. l. p. 899. ubi ſpeciatim qvoq; reſpondet qvoad præſentem noſtrum textum, tùm Judæis, particularitatem reſuſciandorum hinc exſculpentibus, tùm *Ambroſio Catharino*, qvi locum intermedium pro infantibus non baptizatis hinc elicit, tùm *Brigthmanno*, qvi reſurrectionem literaliter hîc attendi negat *l. c. Diſp. p. 66. ſeqq.* Idem cum Catharinô ſenſit etiam *Salmero*, cui Bellarminum & Tirinum opponit noſter Gerhardus *Tom. IV. Confeſſ. Cath. p. 463.* adde Chamieri *Tom. 3. Panſtrat. l. 6. c. 4. §. 13.* Sic cum Brigthmannô facit etiam Hulſius *Tom. I. Theol. Jud. p. 73.* Hugo Grotius & horum anteceſſor Porphyrius, qvos refellit Crocius *l. c. p. 341. ſeqq.* Gerhard. *l. c.* nec non D. Calovius *Socin. profligat. 1070. ſeqq. & in annot. Grot. h. l.* Porrò qvoad ſtatum, mentio fit *Dormientium*. Et qvidem præmittitur dictioni huic præpoſitio מִן *de*, multi *de dormientibus*, h. e. multi dormientes, qvi videlicet immenſam ac planè innumerabilem conficient multitudinem, ſi aliqvando in extremô die tàm confertim undiq; ex terræ viſceribus erumpere aut prodire deprehendentur. Adeòq; præfixum hoc qvodammodò redundat, æqvè ut in illô Pſal. XVI, 4. *libamina ipſorum* מִדָּם *de ſangvine*, h. e. ſangvinea; Prov. VII, 19. *abiit viâ* מֵרָחוֹק *è longinqvô*, i. e. longinqvâ. Vel oſtendit nobis materiam; unde tanta multitudo aut cœtus aliqvando ſit conflandus, nimirum *multi* illi coagmentabuntur, vel copia iſthæc exiſtet non ex ſuperſtitibus extremæ diei ſpectatoribus, verùm *ex dormientibus, &c.* ſic Pſal. XVII, 14. *ab hominibus* מֵחֶלֶד *de mundô.* Eſr. III, 12. *multi de ſacerdotibus & Levitis & primoribus patrum*, &c. h. e. ingens cœtus ex ſacerdotibus, ſenioribus, aliisq; ejus ordinis conflatus deplorabat præſentis templi cum deperditô diſparitatem, adeò ut tutò dici qveat, neminem ex ſenioribus remanſiſſe, qvi non ſimilem cum cæteris mœrorem fuerit teſtatus. Sic & h. l. *multi ex dormientibus*, h. e. immenſa illa ex meris defunctis conflata copia evigilabit, adeò ut nulli ex dormientibus remanſuri ſint in terræ pulvere. Id qvod notandum contra eos, qvi particularitatem ex phraſi hâc conantur elicere, adeò ut *multi ex dormientibus* neqveant eſſe dormientes univerſi, ſed ex iisdem ſolùm aliqvi; cùm tamen ejusmodi *ἀκρίβειαν* hautqvaqvam inferat Ebraiſmus. Vid. etiam B. Feuerbornius *Faſc. 3. p. 5.* ubi ſimiles Piſcatoris argutias refellit. De *dormientibus* id ſolùm adjicimus, deſignari per eosdem cadavera defunctorum, aut pulverem cum oſſibus, qvive dormientibus ſimiles, ob facilem ad vitam hanc revocationem, ſi vox Domini inclamaverit

 eadem

eadem, Matth. IX, 24. (*non mortua eſt puella, ſed dormit,*) Job. III, 13. cap. XIV, 12. Eſa. XIV, 8. Matth. XXVII, 52. Joh. XI, 11. 13. 14. &c. Hinc *dormire dormitione mortis*, Pſal. XIII, 4. *dormire ſomnô perpetuô, nec expergiſci*, Jerem. LI, 39. 57. *dormire in pulvere*, Job. VII, 7. *dormire cum patribus ſuis*, Gen. XLVII, 30. Deut. XXXI, 16. Et ne de animabus id dici opinemur, Socinianorum fortè aut Arminianorum more, additur (dormientes) *terræ pulveris*, utpote in qvâ, tanqvam lectulô, corpora reclinantur ac qvieſcunt; unde etiam loca iſta κοιμητήρια nuncupari conſveverunt, eò qvòd illic expertes motûs jaceant defuncti, qvietem captantes. Notandum verò, hanc conſtructionem duorum nominum אַדְמַת עָפָר *terra pulveris*, nuſpiam aliàs occurrere in ſacris. Vide, ſi opus, qvoad vocem אַדְמַת *terra*, Eesfelii *Tom. 2. adverſar. p. 14. ſeqq.* Nomen autem participiale יְשֵׁנֵי *dormiens*, in regimine poſitum, ſeqvente nomine loci (*dormientes terræ,*) pertinet ad claſſem participiorum ſimili modô conſtructorum, v. g. שׁוֹכְבֵי *cubantes ſepulchri*, Pſ. LXXXIIX, 6. *habitantes portæ*, Pſal. LXIX, 12. *egredientes fœmoris*, Exod. I, 5. Sicut itaq; Angelus hîc meminit *terræ*, ita maris etiam, mortis ac inferni, mortuos ſuos reſtituentium, meminit Johannes, *Apoc. XX, 13.* Porrò

קיץ (β) reſuſcitatio ipſa eſt in voce יָקִיצוּ *evigilabunt*; qvæ rad. קִיץ *tædere, anguſtiâ affici*, qvandoq; ſignificatum aſſumit verbi יָקַץ *evigilavit*, adeòq; ſomni naturalis ceſſationem infert, qvando qvis ad conſvetas vigilantium redit operas liberis ſenſuum antè ligatorum functionibus, uti conſtat ex *Eſa. XXIX, 8. Pſal. III, 6. Pſ. LXXIII, 20. &c.* Qvandoq; tamen Metaphoricè accipitur de excutientibus veternum peccati, vel reſipiſcentibus, *Eph. V, 14. Rom. XIII, 11.* it. de reſuſcitatis è ſomnô mortis, *Job. XIV, 12. Eſa. XXVI, 19. Pſ. XVII, 15. 2. Reg. IV, 31.* Pertinet hæc vox Dei facillimè excitantis, itemq; locô inertiæ, novarum virium exercitium dexterrimum, hilare, continuum, &c. De ו ante רַבִּים notavit *L' Empereur* h. l. id reddi poſſe *tandem* vel *poſteà*, ut *Exod. XXXII, 6.* qvam *Jacchiades* efferat per אָז *tunc*.

אֵלֶּה לְחַיֵּי עוֹלָם *Alii in vitam æternam*.

(γ.) Reſuſcitationis jam ſeqvitur terminus vel conſeqvens, qvorſum ſcil. venturi ſint ipſi evigilantes; nimirum eſt ea vel ad æternam beatitudinem; vel ignominioſam damnationem. *Illa* deſcribitur mentione *vitæ*, qvam aliàs Ebræi ponere ſolent expreſſuri felicitatem, tanqvam vitæ adjunctum optimum ac neceſſarium, uti notavimus *Prov. III, 2.* hîc verò ſimul additur duratio: *vita* עוֹלָם *ſeculi*, h. e. ſempiterna,

terna, non menſurabilis ſecundùm annos aut dies, verùm coëxiſtens Deo immortali. Atq; hæc ipſa phraſis, *vita ſeculi*, nuſpiam aliàs legitur in V. T. in N. autem ſæpiùs occurrit *ζωὴ αἰώνιος*, v. g. *Matth. XIX, 16. Joh. III, 15. 16. 36. c. V, 24. c. VI, 27.* &c. De pronomine אֵלֶּה *illi* adhuc notandum, idipſum, ſi repetatur, innuere diſtributionem, reddiq; poſſe per, *aliqvi* vel *alii*, ut Pſ. XX, 8. אֵלֶּה *aliqvi in curribus confidunt*, וְאֵלֶּה *& aliqvi in eqvis*; Confer etiam *Eſa. VI, 3. 2. Sam. XII, 8. Num. XXII, 24.* אלה

וְאֵלֶּה לַחֲרָפוֹת לְדִרְאוֹן עוֹלָם׃

Et alii in opprobrium, ut videant ſemper.) Alter hic eſt reſuſcitatorum terminus, priori prorſùs contrarius. Adeòq; ut illic erit *vita*, nimirum felix, ita hìc mera *mors* infeliciſſima: illic *honor*, hic *ignominia*: illic *αὐτάρκεια*, hìc *tædium*; utrobiq; tamen עוֹלָם *perennitas* nunqvam finienda. Qvoad vocem חֲרָפוֹת (cujus ſingularis חֶרְפָּה *opprobrium*, eſt à rad. חָרַף *probris affecit*, &c.) notanda ignominiæ multiplicitas & inexhauſta copia, qvando damnati univerſæ carni erunt contemtui, non ad aliqvod breve ſpatium, ſicut Meſſias tempore paſſionis ſuæ, *Pſal. XXII, 7.* verùm in ſempiterna ſecula, *Eſa. LXVI, 24.* hujus namq; multiplicitatis cauſâ adhibitus etiam fuit numerus pluralis, æqvè ut *Pſal. LXIX, 10. 11.* alibi verò pluralem hunc in ſacris non reperimus. Vide interim de voce hâc *Prov. VI, 33.* ubi de opprobriô adulteri: unde ſimul conſtabit, locô eximii honoris q;, qvô aliàs filii hujus ſeculi olim gaviſi ſunt in terris, ſucceſſurum eſſe merum deſpectum, vilipendium ac deteſtationem, qvô Deus ipſe côram ſuis Angelis beatisq; cæteris hominibus juſtiſſimè afficiet hos ſuos contemtores, adeò ut qvi priùs Deum cum verbô miniſtrisq; ſuis ſpretim habuerant, nunc multò duriora juſtiſſimè experiantur in ſemetipſis. Additur alterum adhuc דִּרְאוֹן qvod non niſi hîc reperitur, & in ſimili materiâ adhuc ſemel *Eſa. LXVI, 24.* ubi itidē de damnatis: *vermis ipſorum non morictur, & ignis ipſorum non extingvetur, & erunt* דֵּרָאוֹן *faſtidium omni carni.* Exponitur verò à R. Nathane in Concord. per מאוס *reprobatio, nauſea*; id qvod apprimè qvadrat in ejuſmodi cadavera, qvæ vermibus ſcatent, horrendum in modum fœtent, adeòq; igni etiam ſunt abſumenda; qvibus emphaticè ſatis comparantur illic loci damnati. Non modò autem faſtidio erunt beatis, verùm etiam ſibi ipſis mutuò, imò damnatus ſeipſum abominabitur, nec ſecum habitare poterit: ſentiet non ſolùm ſe contemni ab aliis, verùm etiam ob patefacta ſua facinora חרפה

Digitized by Google

[illegible] . Subjicimus hic verba Christi [illegible] 28. *venit hora, in quâ omnes, qui ſunt in monumentis,* [illegible] *& procedent, qui bona fecerunt,* [illegible] *egerunt, in reſurrectionem judicii.*

Poriſmata ex Verſu II.

1. Utut aliàs reſurrectio adhibeatur tanquam [illegible] tis è captivitate liberationis, *Ezech. XXXVII, 3.* [illegible] liter idem inculcatur fidei noſtræ articulus, [illegible] V. T. habuerunt communem, æqvè ut doctrinam [illegible] *nâ;* contra *Socinianos,* Patribus ante Christum [illegible] ratiâ fuiſſe promiſſa, aſſerentes; qvibus adſtipulatur [illegible] & à qvibus non multùm abeſt Becanus *Anal. V.* [illegible] æternam non expreſſè promiſſam fuiſſe ſentiens. [illegible] ſcribit Grotius, *reſurrectionis myſterium apertè* [illegible] *Danieli revelari.* Vide Franzii *diſp. 19. de ſacrif.* [illegible] *Tom. 3. p. 492. & 474.* D. Haberkornii *Syn.* [illegible] *Socin. profilg. p. 325. & Armin. p. 208. 332.* [illegible] *374. ſeqq. & Iſagog. Scripturæ p. 55.* Spanhemii [illegible]

2. Mors hominum tùm piorum, tùm [illegible] *mnus,* ob cauſas paſſim in homileticis recenſitas [illegible] *mientes terræ* vocari h. l. conſtat ex diſtributione [illegible]

3. Reſuſcitatio futura demonſtrat nobis div[illegible] cujus verbo parebunt etiam mortui, ut olim [illegible] nihilum, *Ebr. XI, 3.* tùm ſapientiam, tùm [illegible] tis rependet ſecundùm opera, *2. Cor. V, 10. Cobel* [illegible] rum circa reſurrectionem ſententiâ tùm veterum [illegible] ralem voluit, populo ſolùm Iſraëlitico ipſam [illegible] centiorum, qvi magis generalem faciunt, de om[illegible] nentes, de vitâ etiam æternâ aliisq; hujus gener[illegible] Antonius Hulſius *Theol. Jud. p. 167. ſeqq.* ubi [illegible] Menaſſis Ben Iſraël aliorumqve expoſitiones [illegible] recenſet.

4. De vitâ æternâ, nec non de æternâ damna[illegible] tur Loci Theologici. Qvodcunq; ergò è [illegible]

Digitized by Google

ritò recordari debemus extremæ illius, de qvâ hîc actum, reſuſcitationis, ſecundùm monitum *Tertulliani* Lib. de animâ, c. 43. *Cùm evigilaverit corpus, redditum officiis ejus, reſurrectionem mortuorum tibi affirmet, &c.*

5. Damnatos non minùs reſurrecturos, qvàm electos, contra Weigelium ex ipſô hôc textu defendit Crotius, *Tom. 2. Antiweigel. pag. 330.*

וְהַמַּשְׂכִּלִים יַזְהִרוּ כְּזֹהַר הָרָקִיעַ

Qvi autem docti fuerint, fulgebunt qvaſi ſplendor firmamenti.) Specialiùs nunc reſumuntur reſuſcitati ad vitam æternam, ita ut certa ipſorum velut producatur claſſis, videlicet martyrum vel confeſſorum, qvi doctrinâ ſuâ ejusdemq; intrepidâ coram hominibus confeſſione, nec non exemplari vitâ, multùm commodarunt aliis. Hi namq; appellantur הַמַּשְׂכִּלִים *informantes*, videl. עַם *populum*, veluti pleniùs hoc ipſum habetur *c. XI, 33.* Vide etiam *ibidem v. 35.* nec non *cap. I, 4.* ubi intranſitivè vox eadem ſignificat *intelligentes* vel *eruditos*. Et qvanqvam eundem intranſitivum ſenſum cum *Vulgatô* amplectantur nonnulli, h. l. dici cenſentes hæc de *diſcipulis*, ſicut ſeqventia de *Doctoribus*; (vide Hackſpanii *notas ad h. l. p. 905.*) rationes tamen tanti momenti non ſunt, qvæ conſvetam Scripturæ ἐπιμονὴν, ſive repetitionem rei ejusdem per verba diverſa, h. l. infringant, Lutheriq; verſionem refutent. Idem nobiscum ſentit *Franciſcus Junius*, cujus rationes, qvi vult, expendat. Felicitas horum exprimitur ſplendore: ubi idem adhibetur verbum הִזְהִיר, qvod aliàs creberrimè valet *Admonere, inſtruere*, ut *Ezech. III, 17. 19. 20. c. XXXIII, 7. 8. 9. &c.* poſtmodùm verò, juxta Chaldæorum morem, idem eſt ac, *reſplendeſcere, lumen emittere*, qvi ipſe verbi poſterior ſignificatus nuſpiam in ſacris, præterqvam hîc deprehenditur. Aptè verò ſplendorem illum mentis, qvi in his terris doctrinâ informantis conciliatur apud ignorantes ac tenebricoſos, excipiet olim ſplendor ille æternus ac ineffabilis, qvô Doctores pietatis, ſive ordinarii ſive extraordinarii, ſive publici ſive privati, in vitâ alterâ ſingulari coruſcabunt luce, tùm animæ illuminatæ, tùm corporis glorificati, imò coruſcabunt qvaſi זֹהַר *ſplendor firmamenti*, h. e. ſicut Sol, Luna, aut ſtellæ aliæ. Vide vocem hanc ſemel adhibitam, Ezech. IIX, 2. *ab aſpectu lumborum ejus & infrà erat ignis, & à lumbis ejus & ſuprà tanqvam aſpectus* זֹהַר *ſplendoris, tanqvam viſio electri.* VERSUS III. זהר

[illegible] in paraphrasi Chaldæâ vocabulum hoc legitur [illegible] de Lunâ, *Deut.* [illegible] & de planetis reliquis, itidem in Chaldæâ [illegible] *XXXII, 8.* Vox [illegible] expanſum ſumitur Metonymicè [illegible] in firmamentô conſpicuis. Ipſum enim expanſum lumino[illegible] bus noſtris licèt deprehendere, in ſenſus [illegible] Niſi fortè [illegible] intelligi Planetas, tanqvam in firmamentô inſigniores [illegible] qvarum mox ſeqvetur mentio, ſidera minora. [illegible] corpus cœli Sapphirinum & nitidum, qvod [illegible] bus. De voce hâc Ebræâ vide ſîs *Gen. I, 4. 6.* [illegible] *Pſal. XIX, 2. Pſ. CL, 1.* Atq; ſic expreſſè [illegible] ſit mentio *1. Cor. XV, 41.* item qvoq; ſolis *Matth.* [illegible] cernit hæc *Cornelius à Lapide*, ponens (n) cœlum [illegible] dorem firmamenti, h. e. candorem vel nubem illic [illegible] lis. Verùm placet ſententia prior, ſi omninò aliquod [illegible] diſcrimen.

[illegible] כַּכּוֹכָבִים לְעוֹלָם וָעֶד׃

Et qvi ad juſtitiam erudiunt multos, qvaſi [illegible] *tuas æternitates.*) Adduntur hæc per [illegible] amplificationis cauſâ. Licèt enim nonnulli hæc [illegible] gvant, tanqvam dicta de doctis (paſſivè) & Do[illegible] minùs ſplendeant, tanqvam lux firmamenti [illegible] tanqvam ſtellæ, uti videre eſt apud *Carthuſianum* [illegible] meritò cum *Hieronymô* facimus, qvi idem diver[illegible] cenſet. (ita & *Pererius*.) Adeòq; qvi modò vocab[illegible] *formantes,* nunc appellantur מַצְדִּיקֵי הָרַבִּים *juſti*[illegible] qvidem juſtitiæ habitum infundendo, verùm media [illegible] nem divinitùs ordinata decenter oſtendendo, aut [illegible] qvam enim aliàs contra Pontificios abundè ſit [illegible] bus, ſignificatum verbi hujus הִצְדִּיק primarium ac [illegible] ſem, ita ut ſit, *juſtum pronunciavit aliqvem,* [illegible] (vide notata ad *Prov. XVII, 15.*) id tamen hautqva[illegible] ipſis, ut inficientur penitùs ſignificatum hujus verbi [illegible] tum controverſiæ ſic potiùs formant: an verbi hujus [illegible] ſecundùm interpretationem Pauli aut analogiam [illegible] ficatione, ſignificatus aſſeri poſſit alius, præter [illegible] qve *B. Chemnitius* Tom. 1. Exam. fol. 145. [illegible]

ſtio, quid verbum juſtificare in aliis Scripturæ locis ſignificet, ſed hoc quæritur: qvam ſignificationem verbum juſtificare habeat in illis Scripturæ locis, in qvibus doctrina juſtificationis, tanqvam in ſuâ ſede, traditur & tractatur. Reliqva verò exempla tantùm declarationis gratiâ adhibentur. Adeòq; cùm hîc non ſit ſermo de juſtificatione hominis peccatoris coram Deô; verùm de iſthôc pietatis officiô, qvô homo ignorans, errans aut injuſtitiæ dans operam, promovetur ad veræ Deoq; placentis juſtitiæ adeptionem, tùm doctrinâ, tùm interceſſione, tùm Evangelii applicatione, factâ per Doctores bonos, &c. Idcircò ineptum foret, ex unicô hôc textu probare velle genuinum verbi ſignificatum, præteritis tot textibus claris cæteris, qvi unanimiter forenſem adſtruunt acceptionem. Vide ſîs D. Chemnitii *Tom. 2. Locor. p. 270.* Gerh. *Tom. 3. Locô de juſtif.* [illegible] *12.* B. Hülſem. *Harmon. Pauli & Jacobi contra Grotium p. 88-97.* Jacobi Martini *Collegium ſecundum, in A. C. diſp. 3. th. 28. ſeqq.* ubi reſpondet Bellarmino *L. 2. de juſtif. c. 3.* hunc Danielis locum urgenti, diſtingvendo inter juſtificationem, prout præſtatur à cauſâ principali, & prout proficiſcitur à cauſâ ſubordinatâ & miniſteriali: poſteriori modô juſtificant miniſtri Eccleſiæ, à peccatis vice Dei & virtute ejus abſolvendo, *2. Cor. V, 19. 20.* æqvè ut & ſalvare dicuntur ſe & alios, *1. Tim. IV, ult.* ubi etiam verſionem *Lutheri* (ſo viel zur Gerechtigkeit weiſen/) dicit complecti totum miniſterium, qvo paſtores ad juſtitiam ducunt multos, non tantùm docendo, ſed & à peccatis abſolvendo. Adde Helvicum *in vind. loc. V. T. p. 109.* Gomarum *Tom. 2. Oper. fol. 20.* Spanhem. *part. 3. dub. Evang. p. 525.* Meiſn. *part. 2. Philoſ. ſobr. p. 359.* Danh. *Tom. 2. hodomor. Pap. p. 253.* De iis, qvi vel verbô vel exemplô aliis præeunt ad juſtitiam, adeòq; juſtos reddunt, ſicuti מַשְׂכִּלִים *erudientes*, reddunt eruditos, exponunt locum hunc Gatakerus *de ſtylô N. T. p. 83.* & Petrus Molinæus, *Tom. 1. Diſp. Sed. p. 626.* Chamier *Tom. 3. Panſtrat. L. 21. c. 5. §. 11.* cum proteſtatione tamen, hôc modô neqvaqvam ſtabiliri theſin Papiſtarum. Et objici hîc poſſet tali homini: *Juſtificare* h. l. non eſt, juſtitiam infundere, Ergò nec alibi talis locum habebit acceptio: qvid reſpondebit, qvô non & nos uti poſſemus? Non abſolutè autem mentio fit juſtificantium; ſed ſimul additur ſubjectum recipiens הָרַבִּים *hosce multos*, h. e. qvi tantam periclitantium in ultimis temporibus animarum (*v. 1.*) gerunt curam, ut omnibus modis easdem ex injuſtitiæ barathrô eruere, cœleſtisq; juſtitiæ participes reddere allaborant, utut ſeipſos infinitis

Digitized by Google

hinc disponuntur [illegible] & periculis majoribus [illegible]
dum accipi debet ex membro praecedente [illegible]
splendoris innuitur comparatione cum stellis, quae [illegible]
neficiô gaudent luce, ut per universum orbem [illegible]
vixerunt, animantibus conspici potuerint, [illegible]
& quidem per tot milliaria, imò [illegible]
mensam, ut fulgorem de se spargant [illegible]
vè rerum elegantiâ imitabilem. Quid [illegible]
sine luce praesente aliâ? quousq; diffundunturr [illegible]
essè cessat omnis Regum mundanorum glori[illegible]
Matth. VI. ubi Herodias? &c. Duratio [illegible]
לְעוֹלָם וָעֶד *in secula & aeternitatem* [illegible]
ut cessaturus aliqvando sit hic mundus [illegible]
na, astrisq; caeteris; imò qvamdiu [illegible]
lum & in aeternitatem, *Exod. XV, 18. Ps. X, 16. Ps.* [illegible]
XLIIX, 15. Ps. LII, 10. & Ps. CXLV, 21. &c. [illegible]
tudo splendoris, siqvidem Sol & Luna suas [illegible]
menta & decrementa, &c. verùm ad omne [illegible]

Poriſmata ex Verſu [illegible]

1. Egregium pietatis charitatisq; opus [illegible]
In rectam coelestis veritatis viam reducere, [illegible]
in officiô publicô. *Si qvis enim à veritate* [illegible]
ipſum aliqvis, ſciat, qvòd ſalvet animam à morte, [illegible]
catorum, Jac. V, 20. Ita Simon Oniae filius [illegible]
Domini, qvasi stella matutina in mediô nebul[illegible]
diebus suis, & sicut Sol refulgens, *Sir. L, 6.* [illegible]

2. Ministerii Ecclesiastici magna est & [illegible]
gnitas.

3. Ineffabilis in coelô reposita est felicitas [illegible]
inter homines promoverunt pro viribus; [illegible]
ficatur non ex meritô, sed gratiâ, *Rom. VI, 23.* [illegible]
tinet qvoq; corporum fulgor, qvippe [illegible]
teriùs & exteriùs, adeò ut sint transparent[illegible]
cognoscere cupiet partium interiorum, [illegible]
mae pellucidae, &c.

4. De distinctis gloriae gradibus, an [illegible]

Digitized by Google

ſint expectandi, velut nonnulli ex præſente etiam eliciunt textu, vide Martyrem *in Loc. Com. fol. 734.* Spanhemium *part. 3. dub. Evang. pag. 758.* D. Calovii *Socin profl ig. p. 1110.* Et qvidem paritatem gaudii propugnavit Jovinianus, notatus ob id ab Hieronymô, (vide Parei *Tom. 2. Oper. fol. 666.*) qvam eandem cum Jovinianô ſententiam amplexus eſt qvoq; *D. Schönfeld,* (referente D. Feuerborniô *Tom. 7. Giſſenſ. diſpp. p. 276.*) & Camero *Tom. 2. Oper. ad Matthæi cap. XIIX, 2.* caſtigatus à Maccoviô *part. 5. Locor. Commun. diſp. 9. & 10.*

5. Utut JCtorum ordini nemo detrahere honoremq; debitum invidere debeat, hîc tamen de tali jure non agitur, qvod traditum à Juſtinianô vel aliô mundanô Principe, verùm de juſtitiâ in verbô Dei revelatâ. Ita *Cornel. à Lapide* ſermonem dicit eſſe, *non de docentibus profana aut humana jura, Philoſophiam aut Theologiam ſpeculativè tantùm, ſed de iis, qvi ſacra ad praxin dirigunt,* &c. Vide *Matth. V, 19.* qvi fecerit & docuerit, &c.

וְאַתָּה דָנִיֵּאל סְתֹם הַדְּבָרִים

Tu autem Daniel claude ſermones.) Tertium hîc inchoat capitis membrum, Danielis referens inſtructionem, & qvidem (1) de vaticiniorũ horum obſignatione, ubi (α) obſignans eſt *Propheta Daniel;* qvem tot tantorumq; arcanorum conſcium hactenùs reddi placuerat Domino. (β) Obſignatio ipſa geminô innuitur vocabulô סְתֹם *obſigna, occlude;* de qvâ & voce & re dictum c. IIX, 26. *tu ergò viſionem hanc* סְתֹם *ſigna, qvia poſt multos dies erit:* alterum eſt חֲתֹם, qvô de mox ſeqvetur. Notandum verò, inſtar præcepti *(obſigna)* proponi id, qvod eventurum prædicebatur; *(erit hoc qvaſi obſignatum;)* fermè ut & alibi futurum primum ponitur pro ſecundô: *eſto benedictio,* h. e. eris benedictus, &c. Sic *Eſa. VI.* excœca oculos, indura cor, h. e. excœcabis, indurabis. Vel verbum hoc obſigna, idem eſt ac, ne addas expoſitionem, nevé dilucides, prout poſſes aut velles. (γ) Res obſignanda ſunt הַדְּבָרִים *verba hæc,* nimirum angelica, hactenùs de futuris rerum eventibus Danieli in aurem velut dicta. *R. Levi* exponit: *Ne libro huic adjicias qvicqvam.*

VERSUS IV.

וַחֲתֹם הַסֵּפֶר עַד־עֵת קֵץ

Et ſigna librum usq; ad tempus ſtatutum.) Occluſioni additur ſigni appoſitio, ne ſcilicet res occluſa aliis innoteſcat curioſulis aut temerariis, qvomodo aliàs hujus rei cauſâ Epiſtolas ad finem deductas

Digitized by Google

ſigillo communire ſolemus, ne alii irruant promiſcuè, velut
verbi חתם ſignificatum evolvimus uberiùs cap. IX, 24.
paulò antè dixerat; verba hæc, id nunc appellat ספר
ſcriptum Propheticum, quô & viſiones &
חתם fuerant conſignati: quâ ratione etiam prophetia
liber, Nah. I, 1. it. Jeremiæ, c. LI, 63. c. XXXVI
inſtar theſauri clàm habere jubetur, ne
oſtendat ipſum communicetvè cum profanis, qvi
rumq; inepti ſunt ad hujusmodi κειμήλια,
turis eum reſervare uſibus debere hinc intelli
termini mentio innuebat: עד עת קץ uſq; ad
præſtò erit illud ipſum tempus, cui deſcribenda
velata. Vide de hôc tempore finis cap. IIX, 17.
vaticinia ante complementum meris involuta
biguitatibus, proindeq; ab ignaris ac profanis
qventur, aut prorſus contemtim proculcantur
jubet ſigillum veluti imprimere, donec finis
namq; ſpontè velut aperientur hæc lectoribus,
rum animos, dum clarè adeò temporum
olim depictum, allucescente Spiritûs S. gratia
Huc illud Irenæi L. 4. adverſus hæreſ. c. 43.
compleatur, ænigma eſt: cùm autem impleta eſt
ſitionem & intelligentiam; Referri hoc poteſt
ſuô tempore Judæorum Regi Joramo exhibita,
profanis etiam hiſtoriis hujusmodi occurrunt
bularum, apertorum ſepulchrorum, &c. ubi
mul antiqva & dudum obſignata. Vide sîs
ſignatione hâc elicit eventuum longinqvitatem,
ſcriptorum certitudinem.

רבים ותרבה הדעת:

Plurimi pertranſibunt & multiplica
obſignationis fructus, nimirum ſalutaris
רבים *multos* non immeritò intelligimus pios
tores verbi divini, qvi & infortuniis
non ſalubri doctorum inſtitutione
colligitur ex verbô שוט, qvod eſt *circum*

colligentis Manna, *Num. XI, 8.* inſtar Dæmonis, terram undiq; perveſtigantis, *Job I, 7. c. II, 2.* inſtar Joabi, milites per univerſam Palæſtinam luſtrantis, *2. Sam. XXIV, 2. 8.* ſic in Piel præter hunc noſtrum textum reperitur qvater, *2. Paral. XVI, 9. & Zach. IV, 10.* oculi Domini מְשׁוֹטְטוֹת *percurrunt univerſam terrã:* Jer. V, 1. שׁוֹטְטוּ *percurrite plateas Jeruſalem, & videte, & cognoſcite, & inqvirite,* &c. Amos IIX, 12. יְשׁוֹטְטוּ *percurrent ad qværendum verbum Domini.* Qvapropter & h. l. talis innuitur diligentia ac fervor, qvâ qvis periculorum imminentium immenſitate eventuumq; ambiguitate compulſus, anxiè ubivis disqvirit, præcipuè verò S. Prophetarum paginas percurrit, illinc animæ pabulum ſolidum ſolatiumq; petiturus, ne vel illicitis utatur mediis, vel penitùs animum deſpondeat aut deſperet. Talem itaq; discurſationem excipiet *ſcientia multiplicatio*, h. e. Deus hujusmodi ſedulis Prophetiarum ſcrutatoribus non deerit revelante ſuô Spiritu, qvin potiùs inſperatâ ipſos perfundet luce, ut videant in verbô, qvæ profani haut vident, ut illinc in fide atq; in ſpe confirmentur, malisq; ſuperandis per Dei gratiam mirè hôc modô ſufficiant ac vincant. Huc referatur illud ἐρευνᾷν, cujus meminit Chriſtus *Joh. V, 39.* item illud *νοεῖν, Matth. XXIV, 15. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω.* Malè autem *Pererius* hanc ſcientiæ multiplicationem refert ad allationem diverſarum interpretationum, qvas gignit libri obſcuritas: ipſa enim illa varietas magis dubitationis, qvàm ſcientiæ meretur titulum.

Poriſmata ex Verſu IV.

1. Utut Deus ſanctô conſiliô vaticinia nonnulla ad certum tempus certisq; perſonis occulta eſſe voluerit, illinc tamen hautqvaqvam inferendum eſt contra univerſalem ejus gratiam mundiq; amorem, qvô non vult mortem ullius peccatoris morientis, *Ezech. XIIX, 23. c. XXXIII, 11. Joh. III, 15. 1. Tim. II, 4. 2. Pet. III, 9.* Aliud eſt abſoluta omnis veritatis cœleſtis (vel legalis vel Evangelicæ) occultatio, aliud juſta ingratorum privatio, qvoad certum revelationis gradum, qvomodo v. g. non fecit ulli nationi, ſicut Iſraëli, *Pſal. CXLVII, 19. Eſa. LXV, 1. Hoſe. I, 10. Actor. XIV, 16. c. XVII, 30. Matth. XI, 25. Rom. XVI, 25. Eph. II, 11. 13. c. III, 5. Col. I, 26.* Malè igitur hoc ipſum à Calvinianis refertur ad Dei beneplacitum, cùm pertineat ad juſtitiam Dei punitivam, qvando facere velut cogitur opus peregrinum.

2. Abſconſio nonnullorum in ſacris acuere in nobis debet deſi-

derium, qvô perfectè talia intueri tandem poſſimus in cœlis. Imò eò ardentiùs etiam orandum, ut agnus ſigilla aperiat, *Apoc. V, 5.* & qvanqvam aliqvandiu nonnulla nobis ſint abſtruſa, propterea tamen haut negligenda ſunt aperta, multò minùs à ſcrutatione debitâ deſiſtendum. Si omnia propter doctrinam ſcripta ſunt, *Rom. XV, 4.* ſanè illa, qvæ obſcura erunt, propter noſtram ignaviam ignorabuntur. Deglutiendi ſunt libri ſacri: *Ezech. III, 1. ſeqq.* imò ſolus agnus eſt, qvi reſerare poteſt ſigilla voluminis clauſi, *Apoc. V, 5.* qvi proindè & invocandus & expectandus.

3. Spes perſeverare debet *ad tempus finis usq;*, Jer. 23, 20. Hab. 2, 3.

4. Studium divinorum oraculorum multam reqvirit tùm oculorum corporis, tùm mentis *diſcurſitationem*, ut in omnes circumſtantiarum angulos intenti ſimus, nihil prætermittendo, nil obiter tranſiliendo, nec impatienter ſubſiſtendo, pedemvé rurſus referendo, &c.

5. Ingens *Pererii* aliorumq; Papiſtarum eſt temeritas, ex hâc peculiaris vaticinii, de particularibus Eccleſiæ fatis, obſignatione argumentari ad totius codicis obſcuritatem ſecundùm partes ejus omnes, & inprimis eas, qvæ articulos ſcitu ad ſalutem neceſſarios apertè tractant. Et qvis, qvæſo, noſtratium dixit, *omnem Scripturam, cuilibet etiam de vulgô, facilem eſſe intellectu?* Cum ſuis ergò larvis pugnat Jeſuita. Vide tamen B. Gerh. *Exeg. Tom. I. Locor. p. 463. §. 426.* Channeri *Tom. I. Panſtrat. Lib. 15. cap. 13. §. 12. fol. 277.* Calixt. *de pactis theſ. 59.* & qvæ aliàs *de Scripturæ perſpicuitate* latiùs tractari ſolent in Locis Theol. De ſenſuum etiam literalium multiplicitate in textu unò, qvam *Pererius* elicit ex *multiplicitate ſcientiæ*, operoſiùs actum eſt à Proteſtantibus: Vide Danhau. *herm. p. 24.* Gerhard. *Tom. II. Confeſſ. Cathol. p. 232.* D. Calovii *Tom. I. Syſtem. p. 662.* adde, ſi placet, Spanheim. *p. 2. Dub. Evang. p. 499.*

וְרָאִיתִי אֲנִי דָנִיֵּאל וְהִנֵּה שְׁנַיִם אֲחֵרִים עֹמְדִים

Vers. V *Et vidi ego Daniel, & ecce qvaſi duo alii ſtabant.)* Progredimur nunc (2) ad alterum inſtructionis membrum, de *finis* videl. inſtantis exactiori *determinatione:* ubi nova ſimul occurrit viſio, inq; eâ (α) *Daniel videns:* Vidi ego, videl. eô modô, ut jam aliqvoties antehac, *c. IIX, 4. ſeqq. c. IX, 21. c. X, 5. 7.* (β) Perſonæ viſæ ratione numeri dicuntur, *duæ*, & qvidem à jam memoratis *c. X, 5. ſeqq.* אֲחֵרִים *diverſæ;* ratione ſitûs עֹמְדִים *ſtantes*, ut ſuprà *c. IIX, 15. c. X, 16.* Haut dubiè

dubiè verò cœleſtes nobis ſiſtuntur genii præter eos, qvi jam apparuerant, majoris certitudinis majeſtatisq́ cauſâ Danieli nunc oſtenſi. Haut congruum enim videtur de tribus S. Triados perſonis accipere cum Dölingiô *de Antichr. p. 179.* potiùs angelos hîc habuit ὁ λόγος ſatellites, ut in viſione *Gen. XIIX, 2.* Cur *Vulgata* adverbium ſimilitudinis addiderit, (*qvaſi* duo,) haut eqvidem liqvet ex fontibus. Cur Alcaſari (*Apoc. X, 1.*) adſtipulemur, intelligenti hîc Reges Auſtri & Aqvilonis, obſiſtentes angelo ſtanti ſuper aqvas, h. e. Judæis, nil planè congruentiæ deprehendimus in contextu: Cur *Hieronymus* hosce duos cenſuerit fuiſſe principem, tùm Perſarum, tùm Græcorum, adverſantes Ebræis, ejus rei nullum è textu produxit fundamentum. Sufficiat in præſentiâ non unius hæc eſſe geſta, ſed plurium, ne ullum de veritate ſubnaſceretur dubium aut hæſitatio. Imò cupidos hôc modô angelos rerum humanarum, nec non providentiæ divinæ meritò conjicimus cum Petrô, *1. Epiſt. I, 12.*

אֶחָד הֵנָּה לִשְׂפַת הַיְאֹר וְאֶחָד הֵנָּה לִשְׂפַת הַיְאֹר׃

Unus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex alterâ ripâ fluminis.) Ratione loci à perſonis hisce apparentibus occupati, videmus *oram* ſive *ripam fluvii* nominari. Et ſicut ex *c. X, 4.* conſtat, Daniel ad fluvium magnum Hiddekel ſubſtitit, dum viſionis hujus factus particeps: qvapropter & h. l. eadem illa שָׂפָה *ora* ſive *ripa* intelligitur, qvæ utrinq; fluvii aqvas continebat, æqvè ut aliâs שָׂפָה *labium* oris, terminum qvaſi figit illis, qvæ ex ore humanô fluunt vel exſpuuntur, aut ipſum etiam intrant. De labiis enim hominis vox hæc uſurpatur propriè, *Eſa. XXV, 11. Pſal. XXII, 8. &c.* Hinc tropicè notat extremitatem aulæi, *Exod. XXVI, 4. 10. &c.* it. ripam maris aut fluminis, ut *Gen. XXII, 17. c. XLI, 3. Exod. II, 3. c. VII, 15. c. XIV, 39. Deut. II, 36. cap. IV, 48. &c.* Porrò nomen יְאֹר *rivus* non minorem duntaxat aqvæ fluxum è flumine ad rigandum agros ductum, ſed & ipſum ingens flumen aliud notare ſolet, qvale Nilus in Ægyptô, *Geneſ. XLI, 1. 2. ſeqq. Exod. II, 3. 4. 9.* Atq; ſic & h. l. Tigris. Dum verò ad fluvii hujus oram utramq; apparuit vir geminus, diſtributio iſthæc indicanda fuit repetitione unius phraſeos geminâ: *unus hîc ad oram rivi, unus hîc, &c.* Pro qvô Latinus diceret: *unus hîc, alter illic,* (vide qvoad vocem אלה *v. 2.*) Adeòq; miniſterium angelicum hinc meritò colligimus promtiſſimum, qvòd Dei Filio hi ipſi Spiritus miniſtratorii ubiq; ſe ſiſtant

שָׂפָה

יְאֹר

Digitized by Google

officioſiſſimos, tàm ultrà, qvàm cis flumen, ad excipienda ubivis ipſi-
usmet mandata: qvanqvàm aliàs nec fluvius, nec ignis, aut
eundem functionibus obſtare poſſint. *Grotius* hæc refert ad
tùm Perſarum, tùm Græcorum angelum, de poſſeſſione
rarumq; cis & ultra hoc flumen veluti certantium. V
hòc ne minimum in textu veſtigium. Id qvod
ctio, qvi propterea in ripâ fluvii hos ſtetiſſe Perſarum
gelos opinatur, Judæorum verò angelum in ipſo
qvòd illorum res eſſent extra aqvas in pace & oti
in turbatione ac periculis. Sed & hæc figmenta
tûs autoritate deſtituta.

Poriſmata ex Verſu V

1. Manifeſtationes divinæ ſua habent in
vè plures à Prophetâ piisq; ſentiuntur angeli, qv
buerant notitiam.

2. Sicut Patri, ita & Filio ubivis adſtant
cœleſtes, *Pſal. CIII, 20. ſeqq. Ebr. I, 6. ſeqq.*

3. Sicut cis & ultra fluvium videmus angelos,
vii alveô, imò in mari mediô, eosdem nobis credim
do in mediis fornacis flammis ipſos præſentes vid

לְבוּשׁ הַבַּדִּים אֲשֶׁר מִמַּעַל לְמֵימֵי הַיְאֹר

VERSUS VI. *Et dixit viro, qvi erat indutus lineis, qvi*
fluminis.) Perſonarum deſcriptionem excipit
iterum attendendi veniunt tùm interrogans, tùm
interrogatio. Interrogans nonnihil ambiguè poni
Si ad ultimum referamus, erit vir ſtans cis fluvium
tamen ad utrumq; hoc ipſum pertinet, *& dixit*, ſc.
Sic & alibi ſingularem verbi de binis aut pluribus
tàm hic, qvàm ille, idem præſtitit aut dixit, v. g.
וַיֹּאמֶר *& dixit filii Gad*, h. e. ſinguli Gaditani
XXXV, 26, *hi ſunt filii, qvi* יֻלַּד *natus eſt*, (h. e.
rat natus,) *ipſi:* Vide *Cohel. II, 7. c. X, 1. 12. Prov.*
ſam Vulgati lectionem in qvibusdam exemplaribus
moramur. Potiùs angelum interrogaſſe
lentium velut indictum fuit obſignationis mentione

Digitized by Google

tes timidior redditus, interrogare ampliùs reformidabat: qvapropter etiam exemplô qværentis angeli erectus, qværere audet & ipſemet denuò, *v. 8.* Interrogatus deſcribitur tùm nomine *viri*, tùm à veſtimentis, qvòd *lineis indutus* fuerit, tùm à ſitu, qvòd *ſupra aqvas fluminis* ſit deprehenſus. Repetenda igitur hîc erunt, qvæ de eôdem hôc apparente *virô lineis indutô* ſuprà jam perpendimus, *c. X, 5.* accedit ſolùm h. l. ממעל qvòd מִמַּעַל *è ſuperiore* velut *locô*, vel ſuper aqvis *fluvii* conſpectus fuerit, h. e. non conſtitit in terrâ, prope fluvii ſuperiores fortè partes, unde ille deſcendebat, verùm in ipſô velut aëre, aut ſupra medias fluminis aqvas incedere vel ſtare videbatur, (æqvè ut Chriſtus in mari Genezareth, *Matth. XIV, 25.* item angelus ille fortis, pedem dextrum imponens mari, ſiniſtrum verò terræ, *Apoc. X, 2.)* id namq; vult Ebræa vox מִמַּעַל conſtructa ſeqvente (ל), v. g. Gen. XXII, 9. *impoſuit Iſaacum altari* מִמַּעַל לָעֵצִים *ſuper lignis:* Levit. XI, 21. *qvibus ſunt crura* מִמַּעַל לְרַגְלָיו *ſupernè ſuper pedes ipſorum, qvibus ſaltant ſuper terram:* Eſa. VI, 2. *Seraphim ſtabant* מִמַּעַל לוֹ *ſuper illud (ſolium.)* cap. XIV, 13. *cœlum aſcendam,* מִמַּעַל *ſuper ſtellas cœli exaltabo ſolium meum,* confer etiam *Jer. XXXV, 4. c. XLIII, 10. c. LII, 32. Ezech. I, 27.* Adeòq; non malè hæc verſa videntur à Piſcatore: **der oben über dem Strom des Waſſers ſchwebet/** ſic namq; dominium hujusce *viri* ſeu Filii Dei ſuper aqvas populosq; multos egregiè depingebatur, utpotè, qvi omnia ſuis ſubjecta habet pedibus, eadem calcat pro lubitu, cui nihil adverſum eſſe poteſt ipſumve deglutire, ſicut aliàs hujusmodi flumina viros abſorbere ſolent, &c. Unde *Thomas Aqvinas* ſumere potuerit: Virum hunc ſuper aqvas ſtetiſſe in arbore, (qvaſi ab aqvis extante,) meritò *Sanctius* ſe non videre faſſus eſt. Imò dum Domino huic ab utrâq; fluvii ripâ ſatellites adſtare cernimus, meritò ejusdem dominium tantò magis veneramur ac prædicamus. Adde ab hôcce Dominô futura unicè explorari poſſe ac debere; nam & angeli ab hôc reſciſcunt, qvæ ex ſe ignorant.

עַד־מָתַי קֵץ הַפְּלָאוֹת׃ *Usq; qvò finis mirabilium?*

Habes hîc interrogationem ipſam, videl. qvantum adhuc temporis intervallũ reſtet, donec mirabilia hactenùs prædicta executioni dentur ſingula, finemq; ſuum conſeqvantur atq; ceſſent. Videtur autẽ hæc qvæſtio in gratiam Prophetæ inſtituta, & ejus velut vice, ſiqvidem angelus debilitatem ipſius de facili cognoſcens, *(c. X, 8. ſeqq.)* nec non verecundiam in percontando conjiciens, locô Prophetæ ſciſcitatus eſt, adeòq; infor-

Digitized by Google

informationi pleniori anſam velut præbere voluit [illegible]
nem aliqvando nanciſceretur hæc tota revelatio. Per [illegible] mi-
פלאות rabilia, intelligimus inuſitata illa opera ac eventus, quæ humano intel-
lectui ſunt qvodammodò impervia, atq; à communi [illegible]
deflectentia. Miramur hôc modô Eccleſiæ, populi Dei [illegible]
tionem, immanem perſecutionem, ſubitam refectionem [illegible]
hoſtium confuſionem, &c. Ita verò פלא *mirabile* [illegible]
פלאות *mirabilia*, tribuuntur Deo, qvòd ea faciat [illegible]
Pſal. LXXVII, 12. & 15. Pſal. LXXIIX, 12. Eſa. XXV [illegible]

Poriſmata ex Verſu VI.

1. Interrogationis neminem pudere debet [illegible] terrogantes cernimus. Imprimis verò hoc ad [illegible] tem, ne intempeſtivô pudore aut ſcientiæ præſum[illegible] ipſis viam proficiendi præcludant optimam. Imò [illegible] meriti ſunt ipſimet Apoſtoli: *nemo veſtrûm me interrogat* [illegible]

2. Informationem ne petamus ab ullô præter [illegible] Patre noſtrô unicô Jeſu Chriſtô, *Matth. XXIII* [illegible] re, qvæ in ſinu Patris ſunt *cap. XI, 27. Joh I, 18.*

3. Viri hujus, olim incarnandi, nunc verò [illegible] nati, ſolius eſt, conculcare ac compeſcere gentium [illegible] *Pſ. LXV, 8. Matth. IIX, 27.*

4. Finem miſeriarum reſciſcere, non parum [illegible] tiſcentium ſub onere. *Brevitas enim tribulationis* (u[illegible] tur Pererius,) *ſi nota ſit, magna eſt levatio doloris* [illegible] *nentibus ſolatium.* Qvocirca etiam Paulus non [illegible] παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, 2. Cor. IV [illegible]

5. *Miracula* & *mirabilia* differunt: Illa [illegible] Dei potentiâ efficiuntur: hæc verò ſunt opera [illegible] ac facultatem mirantis apparent, ut loqvitur D. K[illegible] *228.* Atq; ſic mirabilia Dei continuabuntur ad [illegible] verò miracula, qvæ tanqvam perennem Eccleſiæ [illegible] gent Pontificii.

[illegible] הַבַּדִּים אֲשֶׁר מִמַּעַל לְמֵימֵי הַיְאֹר

VERSUS VII. *Et audivi virum, qvi indutus erat lineis* [illegible] *aqvas fluminis.*) Seqvitur nunc (δ) Qvæſtionis [illegible]

Digitized by Google

dens eſt idem *vir* glorioſus, cujus modò meminimus, nempè ὁ λόγος in formâ *viri* hominibus apparíturus, qvi ſenſibiliter coram Daniele loqvitur, adeò ut *audiverit*, naturali ſcil. auditûs ſui organô; niſi dixeris, adeò hæc divinitùs impreſſa fuiſſe phantaſiæ Danielis, ut inſtar altè ſomniantis omninò arbitratus fuerit, ſe ſuismet hæc percepiſſe auribus externis.

וַיָּרֶם יְמִינוֹ וּשְׂמֹאלוֹ אֶל־הַשָּׁמַיִם וַיִּשָּׁבַע בְּחֵי הָעוֹלָם

Cum elevâſſet dextram & ſiniſtram ſuam in cœlum, & juraſſet per viventem in æternum.) En reſponſionis certitudinem prorſùs infallibilem, qvam innuit ſolenne reſpondentis juramentum. Attende hîc tùm ritum, tùm juramenti actum, tùm ejuſdem objectum. *Elevatio manuum ambarum verſus cœlum* aliàs in animum revocabat cœleſtis Numinis & præſentiam & vindictam, ſicuti conſtat ex verbis Abrahami Gen. XIV, 22: *elevo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ*, &c. Ita Deus ipſe ait Exod. VI, 8. *adducam vos in terram, de qvâ levavi manum meam*, (h.e. juravi,) *ad dandum eam Abrahamo*, &c. ſic Num. XIV, 30. Devt. XXXII, 40. (*tollo ad cœlum manum meam, & dico: Vivo ego in ſeculum*, &c.) *Neh. IX, 15. Pſ. CVI, 26. Ezech. XX, 5. 6. 15. 23. 28. 42. cap. XXXVI, 7. c. XLIV, 12. cap. XLVII, 14.* Sic *Apoc. X, 5.* is, qvi pedibus ſuis ſuper mari terrâq; conſiſtebat, elevat in cœlum manum ſuam, & jurat per viventem in æternum, qvi creavit cœlum, & qvæ in ipſo, &c. qvod tempus non erit ampliùs. Qvapropter ſicuti Romani milites juramentum dicturi, ſuum levabant pollicem, ſicut ī nos manum dextrã, inq; ipſâ tres præcipuè majores digitos; ita Judæis in uſu fuit haut dubiè manuum ambarũ elevatio; Sicut & aliàs, Deum invocaturi in precibus, ambas itidem tollebant extendebantq; manûs. Atq; hunc ipſum ritum majoris corroborationis cauſâ adhibuit qvoq; apparens Dei Filius, æqvè ut Deum ipſum aliqvoties manum ſuam, jurantis inſtar, levâſſe audivimus in textibus citatis. *Pererius* ſiniſtram hanc & dextram refert ad immutabilitatem decretorum Dei, tàm in bonum, qvàm in malum, tàm ad hoc, qvàm futurum ſeculum ſpectantium, &c. *Polanus & Junius* exiſtimant, utriusq; angeli, hinc & illinc ſtantis cauſâ, utramq; etiam levàtam eſſe manum. Cur verò cœlum potiùs, qvàm terra oſtendatur manibus extenſis, haut dubiè fit ob majeſtatem lucidiſſimi hujus ſpatioſiſſimiq; opificii, ubi ſedem ſuam habere dicitur Dominus Creator, ex qvô, velut thronô, inferiora hæc in-

tuetur exactiſſimè,&c. Ais: qvid opus erat, Filium Dei jurare per vi-
ventem in æternum? Annon fides ipſi nudè recenſenti habetur [illegible]
citra ullum additum juramentum? Reſp. qvid opus erat, ipſummet ju- [illegible]
rare qvoq; Deum Patrem? nonne id fit ex φιλανθ[illegible]
qvâ tantoperè nobis condeſcendit, ut ad tollendum [illegible]
hæſitationemq; apponat qvoq; juramentum. Cum verò [illegible]
habeat neminem, idcircò jurat per ſeipſum. Vid. *Ebr.* [illegible]
חי dem vox חי etiam aliis in juramentis non rarò depre[illegible]
XLII,15. 16. חי (per) *vitam Pharaonis*, vel, ut vivit [illegible]
חי (per) *vitam animæ tuæ, Domine*, cap. XVII,55. [illegible]
mæ tuæ, Rex, ſi novi (puerum illum, qvis ſit;) *it cap.* [illegible]
Dominus חַי *&* (per) *vitam animæ tuæ, prohibuit te* [illegible]
2. Sam. XIV,19. c. XI,11. c. XV,21. 2. Reg. II,2.4.6. cap. IV [illegible]
Qvapropter & hîc *viventem in æternum* neminem [illegible]
præterqvam Deum verum, qvi ipſe eſt Pater, Ve[illegible]
Adeòq; Filius per ſeipſum qvoq; jurat, citra ullum di[illegible]
judicium, qvam aliàs impugnare ex ejusmodi text[illegible]
Pugnam Grammaticorum, an nomen חי ſit nomen [illegible]
vel *vivens*, pro חַי, uti dico יָשֵׁן *dormiens*, an ver[illegible]
ſubſtantivum in regimine collocatum, (ſicuti d[illegible]
aqva, דֵּי *ſufficientia*, à דַּי &c.) noſtram hîc non fa[illegible]
xicon Pagnini *per Mercerum in Rad.* חיה. Si examin[illegible]
pturæ textus, continentes hocce חי, ubivis commo[illegible]
per ſubſtantivum, *vita*; etiam *Levit. XXV,36.* חֵי [illegible]
cum, h.e. ut eadem apud te durare vel continuari [illegible]
non rarò idem nomen accipi poſſe & adjectivè & ſub[illegible]
vitâ, qvàm pro *vivô*, non reſtabit fortè difficultas [illegible]
ſeculi & *vivus in ſeculum*, inter ſe parum habebunt diſc[illegible]
vita in abſtractô, & *vivus* in concretô. Rabbinorum [illegible]
adhibitô, in juramentis per Deum ipſum, חי verò [illegible]
creaturas aut idolum, fallit in præſente textu: [illegible]
ratur per *vivum in æternitatem*, vel *per vitam* [illegible]
aliud, qvàm ipſe unicus ac ſempiternus Deus. Vide [illegible]
Nizzachon §. 335. ubi ex Majmon. *L. I. More N*[illegible]
hunc exponit de Deô verô, tanqvam vitâ mundi. [illegible]
ſin *Theol. Jud. p. 268.* & Liber Coſri *per Buxt*[illegible]

Digitized by Google

כִּי לְמוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי

Qvia in tempus & tempora & dimidium temporis.) Hic demum qvæſtio ſolvitur; qvanqvam non adeò dilucidè, velut ipſemet fatetur Propheta. Qvæſitum namq; fuerat; *Usq; qvò* (differtur) *finis mirabilium?* Reſpondet Dominus לְמוֹעֵד *in tempus*, מוֹעֲדִים *tempora* וָחֵצִי *& dimidium temporis:* qvæ ipſa loqvendi ratio jam ſuprà qvoq; fuit adhibita in vaticiniô de duratione cornu parvi: *& tradentur in manus ejus ad tempus, & ad tempora, & dimidium temporis;* qvod ibidem à nonnullis exponi vidimus de annô, bienniô, & dimidiô annô, ut harmonia ſit cum menſibus 42. *Apoc. XIII,5.* nec non cum diebus 1260. *cap. XII,6.* qvæ expoſitio de totidem diebus angelicis ſive annis, furori Papiſtico conceſſis, placuit qvoq; *Vinarienſibus* h.l. qvos acriter perſtringit *Erbermannus*, caſtigatus à Dn. D. Muſæô *in præfat. tractatûs de converſione p.34. & 55.* qvòd ob ignoratam fortè circumſtantiam (termini ſcil. à qvô,) non ſtatim neganda ſit res ipſa, (Antichriſtianiſmi ſcil. Papiſtici.) Atq; ſic harmoniam illam temporis, dierum ac menſium nondum adeò claram eſſe faſſus eſt noſter *Balduinus* ſuprà citatus; ut proinde plures cordatiorum maluerint ἐπέχειν, qvàm incertâ ariolatione dubiam reddere interpretationem qvoq; reliqvam, aliàs fide ſatis dignam. Eadem loqvendi ratio occurrit etiam *Apocal. XII, 6. 14.* Confer *Dan. IV, 20.* ubi ſeptem עִדָּנִים *tempora* ſunt ſeptem anni; adde Brochmannum *L. 3. de Antichriſtô c. 9. p. 232. & locô de Pontifice Rom. tom. 2. pag. 832.* & Balduini *Phosph. p. 956.* Wigandus conjicit, *tempus* appellari ſpatium à Daniele ad Meſſiæ usq; nativitatem elapſurum, qvingentorum triginta ſex annorum circiter; *tempora*, ſpatium regni Meſſiæ ad revelationem usq; Antichriſti; *dimidium temporis*, ſpatium poſt revelationem hanc ad mundi usq; finem. *Oecolampadius* reſpici opinatur ad hebdomadem, qvæ plenus eſt numerus; qvare dimidiata hebdomas, (trium & dimidiæ diei,) abbreviati temporis erit ſymbolum; qvomodo trium & dimidiæ dierum fit mentio in hiſtoriâ teſtium interfectorum, *Apoc. XI,9.* it. trium cum dimidiô annorum mentione 42. menſium, *Apoc. XIII,5.* ita modici temporis meminit angelus *Apoc. VI, 11.* Sic *Corn. à Lapide* meminit qvorundam, qvi totum tempus Evangelii vocari cenſeant dimidiam ſeptimanam, ex illis nimirum ſeptuaginta, de qvibus *c. IX, 24.* qvam tamen ſententiam rationibus aliqvot impugnat. Manemus nos in ἐποχῇ, donec certiora appareant.

Digitized by Google

וּכְכַלּוֹת נַפֵּץ יַד־עַם־קֹדֶשׁ תִּכְלֶינָה כָל־אֵלֶּה׃

Et cùm completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur univerſa hæc.) Sicut proxima certam temporum menſuram complectebantur, ita etiam jam certi eventûs ſit mentio, qvô cum connectitur complementum omnium, h. e. *finis mirabilium*, anteà in qvæſtione propoſitus. Eventus igitur hujus ſive miſeriæ ſubjectum recipiens eſt *populus ſanctitatis*, h. e. Eccleſia Dei, ex impurâ hâc mundi colluvie ſeparata, Deoq; peculiariter per fidem & Sacramenta congregata; ita verò *populus ſanctus* appellatur Iſraël, *Devt. VII, 6. c. XIV, 20. 21. c. XXVI, 19. Eſa. XXIIX, 9. c. LXIII, 18. Dan. IIX, 24.* Itemq; fideles N. T. vocantur עַם הַקֹּדֶשׁ *populus ſanctitatis, redemti Domini*, Eſa. LXII, 12, &c. Miſeria ipſa colligitur ex voce geminâ, יָד *manus* ſive plaga, & נַפֵּץ *collidere vel diſpergere.* Notiſſimum namqve, *manum*, qvâ aliàs uti ſolemus ad percutiendum, vulnerandum, occidendum, poni pro variis afflictionum generibus, v.g. qvando dicimur incidere *in manus hominum, vel in manus Dei, 2. Sam. XXIV, 14. Jud. XV, 18. Ebr. X, 31. Pſal. XXXIIX, 7. &c.* Adeòq; *manus populi ſancti* idem erit ac plaga eundem gravans duriter ac lædens. *Pererium & Cor. à Lapide*, qvi manum accipiunt pro multitudine, robore vel fortitudine, hic non moramur: qvibuscum ſentiunt & *Belgæ*, citantes *Devt. XXXII, 36.* ut ſenſus ſit: cùm abſolverit diſpergere *manum ſeu vires populi ſancti*, &c. Huic
נפץ verò manui inſuper tribuitur נַפֵּץ מן *collidere* aut *diſpergere*, ſiqvidem hôc modô præſens verbum Pielicum occurrit Pſal. CXXXVII, 9. *de colliſione infantum ad lapidem:* Pſ. II, 9. *de colliſione vaſis figulini.* Jer. LI, 20. 21. 22. 23. ſeqq. *malleus es mihi - - - & comminuam per te gentes, eqvos, currûs, &c.* Jer. XIII, 14. *collidam eos alterum ad alterum*, cap. XLIIX, 12. *vaſa ejus exhaurient, & utres ejus comminuent.* E qvorum textuum collatione conſtat, talem qvoq; hîc colliſionem aut miſeriam ſubinnui, qvâ & conſcientiis & corporibus fidelium ægerrimè fiet, adeò, ut ſimilis miſeria hautqvaqvam anteà extiterit, juxta *verſum 1.* Miſeriæ tandem finis colligitur ex verbô כְּכַלּוֹת *ſecundùm conſummare*, h. e. qvamprimùm afflictiones hæ Eccleſiam ſatis exercuerint, adeò ut Deo calicem hunc ab ipſâ auferre placeat: *Lutherus:* **Wenn die Zerſtreuung des heiligen Volckes ein Ende hat**; LXX. ἐν τῷ συντελεσθῆναι διασκορπισμὸν, *cùm completa fuerit diſperſio*; Aldina & Complutenſis editio addunt, χειρὸς λαοῦ ἡγιασμένου. Atq; ſic & *Arabs*, meliùs qvàm

Syrus

Syrus: tempore qvô נֶתְפַּצְּיָן *liberabuntur manus totius populi ſancti;* qvi ipſe videtur Ebræum נַפֵּץ retuliſſe ad ſuum פצא, qvod in Ethpaël eſt *liberari, eripi*, vide *c. VII, 26.* Cum hâc itaq; conſummatione plagarum copulatur *conſummatio horum* omnium prædictorum, ita ſcil. ut unus communisq; hisce omnibus futurus ſit terminus. LXX. hîc non parùm deviant à textu: *γνώσονται πάντα ταῦτα cognoſcentur omnia hæc;* cùm tamen תִּכְלֶינָה à radic. כָּלָה *abſolutionem vel conſumtionem* alicujus denotet, qvomodo v. g. anni ubertatis תִּכְלֶינָה *abſolvebantur*, Gen. XLI, 53. qvomodo farina Kadi non תִּכְלָה *abſumebatur*, 1. *Reg. XVII, 14.* Confer *Prov. V, 11.* פלה

Poriſmata ex Verſu VII.

1. De Filii Dei majeſtate repetantur dicta, *v. X.* In hôc omnes ſapientiæ ac cognitionis theſauri ſunt abſconditi; *Coloſſ. II, 3.* ab hôc ergò ſolô diſcendum eſt, qvod ſcire refert.

2. Juramentum in ſe haut eſt illicitum; aliàs id neqvaqvam adhibuiſſet ipſe Deus. Vide & alia contra Anabaptiſtarum ineptam ſanctimoniam apud Spanhemium *part. 3. dub. Evangel. p. 624.* Rivetum *ad Exod. XX. p. m. 108.* Gomarum *Tom. 2. op. fol. 126. ſeqq.* Arcularium *Tom. I. Diſſp. Marpurg. p. 249.* Brochmandum *Tom. II. de Lege cap. 9. qvæſt. 1. p. 73.* Hamburgenſes *von Qvackern / p. 345.* &c.

3. De Ceremoniis jurantium, v. g. elevatione manûs ac digitorum, appoſitione ad librum Evangeliorum &c. conſuli poterunt illi, qvi de juramentis ſcripſerunt ex profeſſô, ut & de ſolô Deô in juramentis invocandô, &c.

4. Solatio ſit ſingulari, qvòd afflictio piorum certis gaudeat limitibus, cùm ultra vires non permittat nos tentari Dominus, *1. Corinth. X, 13.*

5. De Antichriſtô Papiſtarum triennali dictum ſuprà. Adde hypotheſes ipſorumet de totâ gente Judaicâ, per totum orbem diſperſâ, per hunc Pſeudo-Chriſtum ſeducendâ, de ſeſſione in templô Hieruſ. de trucidatione regũ Ægypti, Lybiæ, Æthiopiæ aliorumq; VII. de reſtauratione Romæ, à X. Regibus exultæ, de occupatione orbis univerſi, Chriſtianiſmi extirpatione, &c. tantisne expeditionibus ſufficere poterit tantillum tempus?

וַאֲנִי שָׁמַעְתִּי וְלֹא אָבִין *Et ego audivi, & non intellexi.* VERSUS IIX.

Fuit hactenùs Domini reſponſum. Seqvitur (s) Reſponſi aſſecu-

tio Danieli negata, vel vires ipſius excedens. Nim. [illegible] *audivit* qvidem, rem verò verbis illis indicatam aſſeqvi haut potuit; [illegible] ut aliàs Apoſtolos novimus Magiſtri ſui verba qvidem percepiſſe; [illegible] ſenſu autem penitùs ancipites hæſiſſe: *qvid eſt hoc, [illegible] ſcimus qvid loqvatur,* Joh. XVI, 18.

[illegible] אֲחֲרִית אֵלֶּה׃ מָה אַחֲרִית [illegible]

Et dixi, Domine, qvid erit poſthæc?) En [illegible] nem. Anteà ſciſcitantes audivimus angelos; nunc [illegible] lis datum, Daniel, tanqvam homo fragilis, haut [illegible] interrogandi ſibi ſumit licentiam. Compellat verò [illegible] dutum, *v. 7.* ſive angelum ſibi viciniorem, titulô [illegible] honoris elogiô & ſuprà vidimus uſum, *c. X, 16. 17. 19.* [illegible] qværit, convenit cum *fine mirabilium,* v. 6. Siqvidem [illegible] parùm inter ſe diſtabunt. Adeòq; ſcire cupit מָה [illegible] nam *poſtremum horum* ſit futurum? Vide, ſi lubet, [illegible] ſteriore אַחֲרִית, *Prop. V, 4. 11. c. XIX, 20. c. XXIII, 18.* [illegible] *19. 23. c. X, 14.* Nonnullis videtur Daniel nova qvære[illegible] turum ſit denuò, poſt omnia hucusq; commemorat[illegible] rùm id minùs qvadrat ad ipſius ignorantiam, qvam [illegible] ſus. Qvî enim ad alia plura progrederetur, qvi no[illegible] tuit antecedentia?

Poriſmata ex Verſu IIX.

1. Imbecillitatis ſignum eſt, non capere, qv[illegible] claris ſatis eadem efferantur ſermonibus. In culpâ [illegible] ſunt præconceptæ opiniones, ſenſus ad caduca pro[illegible] perſi, &c. ut proindè precibus habeamus opus ferv[illegible] dam Spiritûs S. gratiam, hebetes noſtros faſcinatosq; [illegible] corroborantem, ſanantem, &c. Videatur integer *P*[illegible]

2. Modeſtiæ ac ingenuitatis eſt ſingularis, ſua[illegible] fiteri inſcitiam. *Optimus ac graviſſimus qvisq;,* (verba [illegible] Tuſcul. qvæſt.) *confitetur, ſe multa ignorare, & [illegible] iam eſſe diſcenda.* Et ſicut Gregorius M. *L. 17. moral.* [illegible] *tolerabilius eſt Deo, qvempiam cum ignorantia* [illegible] *qvàm cum elatione alta ſapere;* qvilibet etiam pi[illegible] ſtatem ſuam palàm exponit, qvàm ut opulenti[illegible] benignitati divinæ viam obſtruat.

Digitized by Google

3. Caveat tamen qviſq;, ne vitiô ſuô ignarus maneat, & ſemper ſit inter diſcentes, nunqvam verò proficientes, *2. Tim. III, 7.* qvâ ratione non pauci *ſibi de infirmitate vel ignorantiâ blandiuntur, qvi, ut liberiùs peccent, libenter ignorant vel infirmantur;* ſicut alicubi loqvitur *Bernhardus.*

4. Saluberrima eſt *noviſſimorum* meditatio; qvapropter ſemper *de Fine* horumme et omnium ſolicitos nos præbeamus: *Sir. VII, 40.*

וַיֹּאמֶר לֵךְ דָּנִיֵּאל *Et ait: Vade Daniel.*

En (η) ultimam ad rogata reſponſionem, ubi (1) Prophetæ tranqvillatio: לֵךְ *vade Daniel,* h. e. mitte hanc præſentem tuam curam, abi ab hôc objectô, age, alioſum dirige meditationem, &c. Vide de hâc excitandi voculâ לֵךְ *abi,* (ab inuſ. ילך) *Cohel. IX, 7.* Nos Germani diceremus: Gib dich zu frieden/ laß gnug ſeyn an dieſen. VERSUS IX.

כִּי סְתֻמִים וַחֲתֻמִים הַדְּבָרִים עַד־עֵת קֵץ׃

Qvia clauſi ſunt ſignatiq́ ſermones ad præfinitum tempus.) Ratio, cur acqvieſcendum in revelatione datâ, & cur ignorantiam non ægrè debeat ferre Propheta, petitur à rerum harum conditione; nim. qvia הַדְּבָרִים *hæc ipſa verba* vel *res* (v. 4.) ſunt *clauſa & obſignata,* (h. e. humano captui impervia, non abſolutè, ſed) *uſq; ad tempus finis,* h. e. donec eorundem adſit impletio actualis, *v. 4.*

Poriſmata ex Verſu IX.

1. Summæ benignitatis Chriſti eſt, non dimittere ſine reſponſô ſe invocantes, *Joh. VI, 37.* Etiamſi qvandoq; dixerit, ut *2. Cor. XII, 9.* ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. vel *Act. I, 7:* non eſt veſtrûm nôſſe tempora, qvæ Pater in ſuâ ipſius poteſtate poſuit; aut *Joh. XXI, 22.* qvid hoc ad te?

2. Deſine inveſtigare ea, qvæ mortalibus hîc & nunc Deus ſapientiſſimus voluit eſſe occulta. *Cohel. VII, 15.* Præſtat, qvotidianis precibus divinæ providentiæ qvotidiè filialiter ſe committere, qvàm ex Aſtrologicis ſuperſtitionibus circa futura vel fruſtrà metuere, vel ſtultè lætari.

יִתְבָּרְרוּ וְיִתְלַבְּנוּ וְיִצָּרְפוּ רַבִּים

Eligentur & dealbabuntur, & qvaſi igni probabuntur multi.) VERS. X.
Seqvitur (2) afflictionum prædictarum confirmatio, ſiqvidem hæc gloſſam

Digitized by Google

gloſſam qvaſi præbent miſeriæ incomparabilis, delineatæ *v.1.* Adeòq; ut *cap. XI,35.* meminerat probationis accuratæ, ita nunc denuò probandos deſignat nomine רַבִּים *multorum*, qvotqvot ſcil. piè volunt in Chriſtô vivere, *2. Tim. III,12.* de mundanis namq; talia non dici, ſatis oſtendunt ſeqventia. Triplex ſiqvidem affertur *multorum* horum probatio: יִתְבָּרְרוּ *purgabuntur*, (vid. *cap. XI, 35.* לְבָרֵר *ad purgandum;*) יִתְלַבְּנוּ *dealbabuntur*, (nempe l.c. eſt לַלְבֵּן *ad dealbandum;*) יִצָּרְפוּ *liqvabuntur* (l.c. eſt לִצְרֹף *ad liqvandum;*) unde conſtat, afflictiones has vel perſecutiones definitum ſuum habituras eſſe finem atq, uſum, videl. emendationem aut expurgationem vitiorum tàm mentis qvàm voluntatis, affectuum atq; morum, adeò ut per ejusmodi cribrationes innoteſcant ſincerè credentes, excernantur πρόσκαιροι, hypocritæ, extingvantur ſtudia mundana, perfectiores cœloq; aptiores indies reddantur fideles. Huc pertinet, qvòd phraſi Scripturæ aliqvid dicitur fieri, qvando factum eſſe innoteſcit. Adeòq; *dealbari* dicuntur *multi*, qvando per publicam confeſſionem candida ipſorum mens ac veritas cœleſtis innoteſcunt, &c.

וְהִרְשִׁיעוּ רְשָׁעִים וְלֹא יָבִינוּ כָּל־רְשָׁעִים

Et impiè agent impii, neq; intelligent omnes impii.) Ut proximè de perſecutionem paſſis, ita nunc ſeqvitur (3) perſecutorum obſtinatio; qvaſi diceret: utut pii acerbè ingemiſcant ob mundi neqvitiam incorrigibilem, eorumq; errores & vitia inſectentur graviter, mundus tamen id parùm curabit, verùm ſui ſemper manebit ſimilis: *impii impietatem exercebunt ac continuabunt ſtrenuè*, ſecurisſimè ſuis indulgebunt ſtudiis neqviſſimis, antediluvianos imitabuntur ſedulò, pios prement acriter, &c. (Vide de verbô הִרְשִׁיעַ *improbè egit,* it. *improbum renunciavit, damnavit*, cap. IX,5.) Pertinet hoc ad ultimorum temporum malitiam peſtiferam, de qvâ *Matth. XXIV, 24.38. 2. Tim. III, 1. ſeqq.* Additur tamen, *hosce impios in univerſum*, utut alioqvi filii hujus ſeculi ſoleant eſſe ſatis perſpicaces, *Luc. XVI, 8.* nihil prorſus *intellecturos eſſe* vaticiniorum, in librô hôc à Daniele conſignatorum, qvippe qvibus deeſt Spiritus revelans interior; oculos habent ad videndum, & tamen haut vident; adeòq; hic liber verè manet obſignatus, *Eſa. XXIX, 11. ſeqq.* imò nec ſentient pœnarum ſuarum appropinqvationem ſatis alioqvi palpabilem; Horſum enim verbum יָבִינוּ *intelligent*, reſpicere, & non ad ſui ipſius notitiã reflexam, neq; etiam ad Dei opera alia, contex-

tus

tus omninò ſvadet. Eſto, ante oculos profanorum jacere hæc vaticinia cœleſtia, iſtorum tamen nil qvicqvam ſalubriter aſſeqventur. Simile ferè qvid ſub finem Apocalypſeos traditur, cap. XXII, 11. *qvi nocet, noceat adhuc, qvi ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc*, &c.

וְהַמַּשְׂכִּלִים יָבִינוּ׃ *Porrò docti intelligent.*

Eſt hæc (4) cognitionis promiſſio. Cùm enim Daniel *v. 8.* conqveſtus eſſet de ſuâ imbecillitate, qvòd *non intellexerit* revelata, nunc reſpondetur, affuturum aliqvando eſſe tempus, ubi alii intellecturi ſint, qvæ ante impletionis tempus jam Daniel intelligere neqveat. Vocantur autem iidem illi הַמַּשְׂכִּלִים *intelligentes*, qvorum jam facta mentio *v. 3. & cap. XI, 35.* qvòd ſcil. debitâ devotione, præmiſſis precibus, adhibitisq; aliis interpretationis mediis, beneficiô illuminantis Spiritûs, ex eventu ac vaticiniorum collatione egregiè cognituri ſint prædictorum veritatem: vide ſuprà *v. 4.*

Poriſmata ex Verſu X.

1. Magna ſemper afflictionum apud fideles deprehenſa fuit utilitas, ſiqvidem inſtar tritici à paleis purgantur, inſtar panni obſcuri æſtu hocce dealbantur, inſtar metalli à ſcoriis ſeparantur, &c. Innoteſcit & ipſismet & aliis tùm humana infirmitas, tùm fidei profectus, tùm Spiritûs corroborantis benignitas, &c. Vide *Eſa. XLIIX, 10. Pſal. CV, 19. Deut. IV, 20. Pſ. LXVI, 10. Eſa. I, 25. Zach. XIII, 8. 9.*

2. Impii in fecibus ſuis utplurimum incorrigibiles perſeverant, obſcuratam habentes mentem, &c. *Rom. I, 21. ſeqq. c. II, 19. ſeq.* Hinc in *animam malevolam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubditô peccatis*, Sap. I. Qvapropter etiam mirum non eſt, cur Jeſuitæ aliiqvè in Papatu lumen hoc Propheticum de Antichriſtô non capiant, cùm tot impietatis glaucomatibus præoccupatam habeant mentem. Imò mirum qvoq; non eſt, mundanos ad pœnas ſuas appropinqvantes tam eſſe ſtupidos, cùm ſimile qvid Iſraëli contigerit, *Deut. XXXII, 29. ſeqq.*

3. Stulta Fevardentii eſt textûs hujus detorſio ad probandum purgatorium. Vide Meiſner. *de purgat. c. 4. p. 180.* Qvæ enim fiunt in hâc vitâ, ineptè referuntur ad ſtatum intermedium poſt hanc vitam.

וּמֵעֵת הוּסַר הַתָּמִיד

VERSUS XI.

Et à tempore, cùm ablatum fuerit juge ſacrificium.) Qvin-

Digitized by Google

tum cœleſtis reſponſi membrum certum dierum numerum propoſit. Ubi (*a*) *Terminus à qvô* eſt remotio ſacrificii jugis, de qvô ipſo repeti poſſunt dicta *c. IIX, 11. 12. 13. & c. XI, 31.* Sine dubiô autem phraſibus veteris Teſtamenti exponuntur res Teſtamenti Novi. Adeòq; ſicut ſacrificium juge cultus erat divinitùs inſtitutus, expiationem Meſſiæ perfectiſſimam ac unicam qvotidiè revocans in memoriam fidelibus; ita in N. T. remotio talis ſacrificii nil aliud erit, qvàm extinctio meriti ac paſſionis Chriſti, non unô modô in Papatu facta per meritorum propriorum confictionem, ſanctorum commendationem, ſuperſtitioſorum cultuum cumulationem, &c. Ita *Vinarienſes*. Sic Dorſcheus de *Miſſâ c. 4. p. 107.* de ſuppreſſione cultûs ſacri, in Dei verbô præſcripti; ita qvoq; gloſſa tùm *marginalis*, tùm *interlinearis*, Hugo aliiq; ita *Pererius* de Entelechiſmô ſeu continuitate divini cultûs in Eccleſiâ omni tempore Deo exhibiti: qvi pro ſe *Hieronymum* qvoq; & *Theodoretum* allegat: ita & *Sanctius* de miniſteriô Eccleſiaſticô, *in Commentariô hujus loci §. 41.* Pleriq; Calvinianorum hæc referunt ad tempora Judaiſmi, perſecutionem Antiochi Epiphanis ſubſecuta *cap. XI, 31.* qvibuscum ex noſtris ſentit *Wigandus*, & ex Pontificiis Alcaſar *ad Apoc. X.* Verùm cùm Dei Filius extrema mundi tempora, reſurrectionem judiciumq; anteceſſura, exponenda ſumſerit, meritò & nos ad antitypum Antichriſtum literaliter hæc pertinere ſtatuimus. Intereà Papiſtis omninò nuncium mittimus, qvi per juge ſacrificium intelligi volunt *Miſſam*: qvos inter alios latè refellit h. l. Polanus *p. 1259. ſeqq.* ubi ſimul abſurditatem denudat etiam illam, qvâ docent, continuò poſt mortem Antichriſti finem habiturum eſſe mundum: qvô poſitô, ſeqvetur, homines ultimorum temporum præcisè cognitum habituros diem extremi judicii, videlicet diem 45. poſt mortem Antichriſti: contra apertum Chriſti effatum *Matth. XXIV, 36. & Marc. XIII, 32.* Idem Polanus *pag. 1272. & 1274.* oſtendit, Bellarminum contra intentionem tacitè indicaſſe, Papam eſſe Antichriſtum, qvando docet, Pontificem Romanum ultra qvingentos annos utrôq; gladiô fuiſſe uſum; qvô ipſô ſanè Chriſti vicarium ſe minimè probavit, ut qvi ſecularem gladium prorſus ignoravit, imò improbavit, &c.

וְלָתֵת שִׁקּוּץ שֹׁמֵם

Et poſita fuerit abominatio in deſolationem.) Pertinet & hoc ad terminum à qvô; ſiqvidem remotio ſacrificii jugis, & abomina-

tionis

tionis ſurrogatio, ſe mutuò comitantur. Repetenda hîc iterum ſunt dicta ad *cap. XI, 31.* ita ut accommodentur ad abominandum illum Papatûs idololatricum cultum, de qvô prolixi Proteſtantium extant tractatus, v. g. Joh. Valkenieri *de idol. Pontif.* D. Dannhaueri *diſput. Decal. in prim. præcept.* &c. Et qvanqvam aliqva religionis Chriſtianæ remanſerint in Eccleſiis Papiſticis, non tamen impediunt ea ipſa introductionem abominandæ deſolationis; æqvè ut in Synagogis Iſraëlitarum ſeu decem tribuum multa remanſerunt de verô cultu, qvem ipſum tamen Deo abominabilem reddiderunt vitulis aureis, cùm Deus voluerit coli ſolus, & qvidem ſolô illô modô, qvem præſcripſit ipſe: aliàs ſiqvidem committitur idololatria. *Corn. à Lapide* ter repeti abominationem deſolationis dicit, 1. ſub Epiphane, 2. ſub Titô, 3. ſub Antichriſtô: hîc verò ipſummet intelligit Antichriſtum, qvi ſe adorari velit: *αὐτόθεως.*

יָמִים אֶלֶף מָאתַיִם וְתִשְׁעִים

Dies mille, ducenti & nonaginta.) (β) Spatium ab iſtô terminô ad finem usq; mirabilium *v. 6.* ponitur geminum, tùm brevius, h. l. tùm prolixius *v. 12.* Illi, qvi tempora Antiochi deſcripta adhuc arbitrantur, dies intelligunt propriè dictos ac naturales, ita ut ex hisce mille ducentis nonaginta conficiatur triennium cum dimidiô ac paucis diebus: (qvi pauci dies, ſive triginta, ſive tredecim, potiùs accedunt anno dimidio, qvàm trienti vel qvadranti.) Adeòq; dicunt, poſt illud tempus repurgatum à Maccabæis fuiſſe templum, Judæisq; reſtitutam libertatem, &c. Qvi verò tempora Antichriſti hîc recenſeri autumant, dies intelligunt angelicos, h. e. totidem annos; juxta illud, *Ezech. IV, 6.* diem pro annô dedi tibi: item juxta menſuram LXX. hebdomadum, qvæ & ipſæ 490. conficiebant dies angelicos ſive annos: de qvorum tamen terminô à qvô nonnulla reſtant dubia, fermè ſicut ſolutionem captivitatis Babilonicæ præter propter noſſe potuit Daniel, licèt de annô aut menſe unum adhuc alterumve foveret ſcrupulum.

Poriſmata ex Verſu XI.

1. Juge ſacrificium ineptè à Pontificiis exponitur de Miſsâ, ac ſi eadem abolenda ſit per Antichriſtum in univerſô mundô, &c. qvod latiùs refutatum vide apud Dorſcheum *de Miſsâ p. 107. ſeqq.* Benè autem à noſtratibus impingitur Papatui, qvòd per ipſum ſit juge ſacrificium (h. e. vera de expiatoriô, unicô æterniq; valoris ſacrificiô Chriſti pa-

Digitized by Google

tientis doctrina,) abrogatum, per excogitata ſc. merita propria, ſatisfactiones, indulgentias, purgatorium, &c. itemq; per confictum Miſſæ pro vivis mortuisq; ſacrificium, &c. Vide Brochmandum *L. 3. de Pontif. Rom. p. 230. ſeqq.* Balduin. *de Antichriſto p. 139.*

2. Eccleſiam viſibilem deficere poſſe qvoad cultum publicum, ex textu hôc contra Bellarminum aliosq; Pontificios adſtruitur à B. Meisnerô *de Eccleſiâ p. 516.* Botſaccô *in contradict. Pontif. c. 29. §. 97.* aliisq; noſtratibus.

אַשְׁרֵי הַמְחַכֶּה וְיַגִּיעַ *Beatus, qvi expectat & pervenit.*

VERSUS XII. Latiùs adhuc oſtenditur ſpacium, & qvidem cum adjectione felicitatis cujusdam novæ. Ubi (α) Subjectum felicitatis videmus הַמְחַכֶּה *expectantem,* qvi repreſſâ carnis impatientiâ, (*Apoc. III, 10.*) inſuperq; habitis afflictionibus miſeriisq; animoſè rebus ſe ſervat ſecundis, ita ut divinam præſtoletur providentiã, manumq; omnia mutantem, (*Pſ. 77, 11.*) ita namq; verbum hoc חִכָּה uſurpatur de Elihu, Jobi ſermones expectante, *Job. XXXII, 4.* de Iſraëlitis non expectantibus Dei conſilium *Pſ. CVI, 4.* de diffugiente Prophetâ, nec expectante, *2. Reg. IX, 3.* de latrone expectante ſpoliandum, *Hoſ. VI, 9.* de leproſis expectantibus auroram, *2. Reg. VII, 9.* de expectantibus mortem, *Job. III, 20.* item, Dei auxilium, *Eſa. IIX, 17. c. XXX, 18. c. LXIV, 4. Hab. II, 3. Zeph. III, 8. Pſ. XXXIII, 20.* Qvapropter & h. l. ſermo erit de fidelibus Dei ſervis, qvi fidem in Deum patientiamq; ſervant illibatam adverſus qvoslibet carnis inſultûs ac murmura, ne ad apoſtaſiam ullô flectatur modô, utcunq; etiam Satan atq; mundus inſidiis atq; violentiâ inſtent periculoſiſſimè. (β) Adjunctum hujusmodi expectantis eſt *beatitudo,* oppoſita ærumnis *v. 1.* prædictis, includens tranqvillam in Deô hilaritatem, conſcientiarum libertatem, ſucceſſusq; in negotiis ſpiritualibus omni ex parte exoptatos. Plura de hâc voce אַשְׁרֵי beatitudines annotavimus olim ad *Pſ. CXII, 1.* (γ) Origo beatitudinis promiſſæ oſtenditur in aſſecutione termini ulterioris: וְיַגִּיעַ *&* (qvi) *attinget,* nim. vitæ fideiq; ſuæ diuturnitate finem miſeriarum cœlitùs conſtitutum. Ita verò verbum נָגַע in Hiphil intranſitivè qvandoq; valet, *præſtò eſſe,* ut Ezech. VII, 12. *venit tempus,* הִגִּיעַ *adeſt dies:* Cant. II, 12. *tempus cantionis* הִגִּיעַ *adeſt,* &c. qvandoq; tranſitivè, *attigit,* ut Pſ. LXXXIIX, 4. *vita mea* הִגִּיעוּ *attigit* vel *pervenit ad ſepulchrum:* Gen. XXIIX, 12. *ſummitas ejus pertigit ad cœlum usq;* &c. Vide *Cohel. IIX, 14. & Dan. IIX, 7.*

לַקֵּץ

Digitized by Google

לְיָמִים אֶלֶף שְׁלֹשׁ מֵאוֹת שְׁלֹשִׁים וַחֲמִשָּׁה׃

Usq; ad dies mille trecentos triginta qvinq;.) (b) Terminus hic novus præcedentem excedit ſuperatq; 45. diebus, intra qvod ſpatium nonnulli prædicationem ponunt appariturì Eliæ, v. g. *Theodoretus*: alii hoc ſpatium reſtituti jugis ſacrificii usq; ad extremum diem tribuunt pœnitentiæ apoſtatis ſub Antichriſtô lapſis conceſſæ, ut illi, qvi hôc rectè utuntur, dicantur *Beati*: Sic *Hugo, Dionyſius, Lyranus, Pererius, Sanctius*; (qvi ultimus mavult Judæorum converſionem ad ſpatium hoc referre, eò, qvòd hi Antichriſtum ſecuti ſint, &c.) *Cor. à Lapide*. Illi verò, qvi ad Epiphanem traxerunt hoc vaticinium, referunt ad tempus tyranni hujus mortem ſubſeqvens, qvô metus in Judæis adhuc reſiduus penitùs evanuit, ſecurèq; cultui publico, nec non rebus ſuis œconomicis ipſimet operam rurſus navarunt Judæi: Ita *Polanus, Bruchtonus, L' Empereur, Hulſius*, Theolog. Judaic. p. 77. &c. Papiſtæ ut plurimum hos 45. dies interpretantur de ſpatiô à morte Antichriſti adusq; mundi finem intermediô, adeòq; diem hunc, (aliàs ne angelis qvidem cognitum, *Matth. XXIV, 36.*) fidelibus eô tempore victuris perſpectum fore arbitrantur; uti videre eſt apud Plaſium, Viegam, Schioppium aliosqve; qvos refutatos vide apud Balduinum *de Antich. p. 157.* Meyfartum *in qvæſtion. illuſtr. p. 370.* Dorſcheum *de Miſſâ p. 120.* Lipmannus *in Nizzachon n. 332.* hunc 1335. dierum numerum ita conciliat cum ſpatiô *verſiculi ſeptimi*, qvòd *tempus* ſit illud ſpatium ab egreſſu ex Ægyptô ad extructum templum primum, videl. annorum 480. *tempora* ſint ſpatium 410. annorum, qvamdiu ſcil. ſtetit illud templum; *dimidium* deniq; *tempus* (horum ſcil. binorum ſpatiorum,) conficiat annos 445. Unde emerget tandem ſumma 1335. h. m.

480
410
―――
490 dimidium hujus 445.
445.
―――
1335.

Verùm merus hic eſt ingenii Judaici luſus; cur enim pluralis (*tempora* annorum 410.) minor ſit ſingulari (*tempus* 480.) cur *tempus* ad ſpatium illud ab exitu ad extructionem templi hic reſpiceretur, & non aliud? Tacemus alia. Hoc tamen in Judæô illô laudamus, qvod addidit: *Ceterùm qvis ſcit tempus initii numerorum*, (unde nim. computus

ſit inchoandus,) *ut poſſit finem ejusdem conſtituere?* Qvod ipſum qvodammodò convenit cum annotatione Dnn. Vinarienſium. De cæterô, qvanqvam definire noluerit annorum horum ſupputationem accuratam, ait tamen hic ipſe Judæus §.335. plurimorum in Judaiſmô conſenſum eſſe, non dilatum iri adventum Meſſiæ, templiq; reſtaurationem ultra millenarii ſexti annum 170. idq; eò, qvòd ſicut templum primum ſtetit annis 410. alterum 420. idcircò templum ſub Meſſiâ tertium extiturum 830. annis, cum duplicibus populum ſuum conſolaturus ſit Dominus. Verùm differant hæc, qvousq; velint, Meſſiam experientur reſtare ſibi nullum. *Jacchiades* ita ſupputat, ut conjungantur ambo numeri

1290	2625
1335	3391
2625	6016

qvibus addit 3391. à principiô mundi ad dies Danielis, ut inde emergant ſex mundi millenarii, ſecundùm Talmudiſtarum dogma de mundi duratione; qvanqvam annorum horum diſtributionem pro ratione præſentis vaticinii non evolvat. *Oecolampadius* ad ſeptenariùm rurſus habitô reſpectu, in numerô hôc 45. ſex obſervavit ſeptenarios cum dimidiô fermè, ita, ut accommodentur hæc ad finem accelerandum. Aliqvi intelligunt 45. annos, poſt mortem Antichriſti conceſſos lapſis, ad reſipiſcentiam, æqvè ut poſt mortem Chriſti usq; ad everſionem Hieroſolymæ Judæis conceſſi fuêre anni 40. *Corn. à Lapide* Hieronymi nomine præmiſſô, computat Antichriſti interitum inſtare peractis Bacchanalibus primô die qvadrageſimæ, ac deinde reliqvos qvadrageſimales dies, qvi ſunt 45. dandos lapſis, ut ultimo ſe præparent paſchati, qvô reſurrectio extremumq; inſtet judicium; qvæ ſanè egregia calculatio non ſineret nos ambigere de tempore ultimi reditûs, angelis alioqvin occulto. *Paraphraſtæ Vinarienſes* exponunt qvidem de tempore adventûs ultimi ad judicium, ſimulq; totalis ruinæ Antichriſti, *2. Theſ. 2,8.* verùm cum hâc cautelâ additâ, qvòd ob ignoratum terminum qvô ignoretur etiam dies iſte ultimus, ſuô tamen tempore veritatem vaticinii hujus manifeſtò comprobaturus. Et qvanqvam in ſpecie determinari hìc nihil prorſus qveat, generatim tamen conſtare ſatis arbitrantur, eundem terminum non ampliùs diſtare multùm. Addimus nos *Lutheri* verba ex præfatione in Danielem: *Dies hi 1335. nunqvam publicè intelligentur, donec impleantur in noviſſimô die; niſi fortè Deus*

Digitized by Google

Neminem aliquem exſtitiſſe [illegible], qui dies hosce exactiſſimè ſupputare poſſit. Et benè Dn. D. *Dannhawerus* de Antichriſtô p. 289. *Hîc nos definiendi [illegible] compeſcimus, non dum [illegible] perſecutionum finem attigimus, eloqvia igitur [illegible] qvi eſt [illegible] eventûs, non deſtituit.* Hæc ille. Haud dubiè verò hi 45. dies ſævitiæ perſecutionum maliſq; aliis ſuperabunt dies 1290. antecedentes, adeò ut qvi fidem conſcientiamq; ſervaverit puram per illam ultimam Satanæ tyrannidem, adusq; ipſam Chriſti apparitionem, meritò pro beatô ſit prædicandus.

Poriſmata ex Verſu XII.

1. Magnum ſemper in Dei populô fuit pretium *fidei, ſpei ac patientiæ*; id qvod & h. l. prædicari videmus adverſus omnem carnis timiditatem, inconſtantiam, fluctuationem, apoſtaſiam, &c.

2. Beatitudo non competit propter patientiam, ſed patienti: Sic beati dicuntur hîc flentes, *Matth. VI, 6. Luc. VI, 21.* non propter fletum, (flent enim mundani qvoq; propter lugubres ſuos ſuorumq; caſus,) ſed illi, qvi fidem retinentes patiuntur adverſa multa, &c.

3. Periculoſiſſima erunt mundi tempora extrema, adeò ut pueriliter decipiantur, qvi aureum ſibi pollicentur ante mundi finem ſeculum. Vide Luc. XIIX, 8. *Num fidem reperiet Filius hominis, &c.*

4. Beatitudo vera erit ibi, ubi non eſuriemus ampliùs, neq; ſitiemus, &c. *Apoc. VII, 17. ſeqq.*

5. Per 45. ultimos dies prædicaturum fore Eliam opinatus eſt *Theodoretus*, qvem tamen meritò erroris arguit *Pererius*.

וְאַתָּה לֵךְ לַקֵּץ *Tu autem vade ad præfinitum.*

Eſt hæc vaticinii clauſula, Prophetam inſtruens de expectandâ in ſepulchrô reſuſcitatione glorioſâ. Attendimus hîc tùm monitum, tùm promiſſum. *Tu verò abi ad terminum*, h.e. poſtqvam tot ac tanta hactenùs percepiſti arcana, tuum nunc eſt, ô Daniel, contentum his eſſe, matureq; jam diſponere domui tuæ, ut placidè ac in Dominô moriaris, *Eſa. XXXIIX, 1.* Id namq; vult קֵץ *terminus* vel *finis*, qvando ſcil. inter homines eſſe deſinimus, vitamq; hanc ſublunarem, ſolutô corporis animæq; commerciô, prorogare ampliùs neqvimus; uti conſtat ex *Pſ. XXXIX, 5.* doce me, Domine, קִצִּי *finem meum.* Alia de voce hâc, vide *Cohel. IV, 8. Dan. IIX, 17. 19. c. IX, 26. c. XI, 35. &c.* Ad finem hunc *ire* jubetur Daniel, h.e. ſeſe diſponere: Vel futurum primum ponitur pro

VERSUS XIII.

קֵץ

ſecun-

Digitized by Google

ſecundô: *ito*, h. e. ibis propediem: qvomodo *Geneſ. XX, 7.* dicitur: orabit pro te, & vive, h. e. vives: c. XII, 2. *eſto benedictio*, h. e. eris benedictus, c. XLII, 18. *hoc facite & vivite*, h. e. vivetis. Atq; hunc in ſenſum etiam in noſtrô textu ſubſeqvi videmus futura: *qvieſces, reſurges.* Aliene Grotius: *Vade ad negotia tibi injuncta, ut c. IIX, 27. & reqvieſces, h. e. tranqvillè vives poſthàc*, &c. Nim. odioſa fuit huic viro mortis reſurrectionisq; meditatio, qvam maluiſſet proſcriptam penitùs.

וְתָנוּחַ וְתַעֲמֹד לְגֹרָלְךָ לְקֵץ הַיָּמִין׃

Et reqvieſces & ſtabis in ſorte tuâ in finem dierum.) Seqvitur promiſſum geminum, tùm qvietis, tùm reſurrectionis. *Qvieſces* videl. à laboribus, moleſtiisq; hactenùs in ærumnarum hâc valle toleratis; qvieſces etiam à peccatorum tumultibus, qvibus caro adhuc ſolicitare ac impetere ſolet renatorum Spiritum; qvieſces in ſepulchrô, qvantum ad corpus, ita tamen, ut anima intereà fruatur dulciſſimô cum Deô Spiritibusq; beatis conſortiô. Sic *Eſa. LVII, 2.* de juſtô ſcribitur, à facie iniqvitatis abreptô: *venit ad pacem*, יָנוּחוּ *reqvieſcunt in cubilibus ſuis*, &c. Job. III, 13. *cubarem & tranqvillus eſſem*, &c. vide ibid.
עמד *v. 17. & 18.* De reſuſcitatione obſervari debet (α). Actus תַּעֲמֹד *ſtabis*, poſtqvam hactenùs jacuiſti; vel *evigilabis*, poſtqvam dormiveris ſomnum tuum, uti ſuprà locutus fuerat, *v. 2.* ſtabis, qvando ſcil. impii non ſtabunt, *Pſal. I, 5.* (β) Locus ſtationis, vel ſi mavis, terminus ad
גורל qvem ſurrectionis, eſt גֹּרָלְךָ *ſors tua:* qvâ voce aliàs certa terræ portio deſignabatur, qvæ tribui vel familiæ poſt diſtributionem terræ ſanctæ competebat ſorte, uti conſtat ex Jud. I, 3. *aſcende mecum in ſortem meam, & ibo etiam ego tecum in ſortem tuam.* (Aliàs גּוֹרָל propriè notat calculum, vel ſimile qvid, cujus jactu deciditur controverſia, vel dividitur qvid inter plures, uti notatum ad *Prov. I, 14.*) Hîc igitur Metaphoricè intelligitur cœleſtis illa portio vel hæreditas, ad qvam, tanqvam ad fundum omnigenæ ubertatis, reſurgent immittenturq; beati, juxta illud Servatoris: *poſſidete regnum, qvod paratum eſt vobis*, &c. Matth. XXV. adeòq; ſicut hîc ſalvi ſumus in ſpe, ita illîc in re; jam anima poſt mortem unitur qvidem Chriſto, *Phil. I, 21.* in extremô autem die totus homo redivivus plenam adibit hæreditatem. Imò ut ſuprà dixerat, *v. 2.* ſurrecturos eſſe fideles *ad vitam æternam*; ita hîc Danieli ait, *ſurges ad ſortem tuam.* (γ) Tempus reſuſcitationis Danieliticæ erit non ſub adventum fortè Meſſiæ primum, ſicut multi eo-

dem

dem reſurgente, hôc gaviſi ſunt privilegiô, *Matth. XXVII, 52. 53.* verùm לְקֵץ הַיָּמִין *in fine dierum*, qvando ſcil. unà cum ſole ac cœlis intereuntibus ceſſabunt qvoq; dierum, menſium atq; annorum dimenſiones, qvando horum aderit *finis*. Aliàs phraſin hanc, *finis dierum*, etiam ex Rabbinorum ſententiâ poni pro diebus Meſſiæ, obſervavit inter cæteros Hornbek *contra Judæos p. 174.* hîc tamen non adventus ejus primus, ſed ultimus deſignatur, qvando non ampliùs erit tempus, *Apoc. X, 16. Jac. V, 3. 1. Pet. I, 5.* Si duplicem verſu hôc memoratum finem attendamus, ivit Daniel *ad finem*, nempe ſuum particularem; reſurget autem *in fine dierum*, h. e. univerſali rerum omnium caducarum interitu.

Poriſmata ex Verſu XIII.

1. Qvivis noſtrum qvotidiè ad *finem ſuum* vadit; utinam qvisq; noſtrum id etiam ſapienter attenderet! Sic enim haut facilè peccaret, qvin potiùs ſaperet, *Pſ. XC, 12. Sir. VII, 40.*

2. Qvies optima ac ſecuriſſima poſt vitæ hujus turbas reſtat, non qvòd animæ tunc dormiant, h. e. poſt mortem neq; ſentiant neq; intelligant qvicqvam, veluti delirant *Anabaptiſtæ, Weigeliani, Sociniani*, citantes prò ſe nonnullas Patrum Latinorum Græcorumq; autoritates; qvod etiam ſtatuunt Ruſſi (apud Brerevvodum *ſcrutin. religionum p. 75.*) Armeni *ibid. p. 118.* Græci (apud Hornbekium *in controv. relig. p. 856.* Niehuſium *in concordiâ Eccleſiarum Græc. & Latin. p. 158. ſeqq.*) Sed qvia penitùs à moleſtiis præſentis ſeculi ſunt immunes, ſoliqve Deo vacant, &c. Vide Thyræi *L. 1. apparit. N. T. cap. 3. ſeqq.* Cameronis *opera fol. 40. col. 2.* Mareſii *diſp. p. 303.* Stegmanni *Photinianismum diſp. 56.* Botſacci *AntiStegmannum p. 229. ſeqq.* Calovii *Arminianiſmum p. 501. ſeqq.* D. Johann. Heinr. Urſini Zuſtand der Seelen/ *p. 209.* Malitioſè *Luthero* tale qvid affingi, attigit Hülſemannus *AntiHager. pag. 622. ad 628.* De conciliô in Arabiâ anno 249. habitô contra hæreticos, hominum animas mortales, & cum corpore extingvi, cum eôdem verò in extremô die reſuſcitandas ſtatuentes, vide Euſebium *L. 6. cap. 37.* Baronium *ad annum Chriſti 249. n. 6.* Binium *tom. 1. concill. fol. 153.*

3. Cuivis beatorum ſua continget ſors ſine invidiâ, ſine defectu ullô, ſine detrimentô ex cohæredum copiâ, &c. Imò *ut ſors ſignificat aliqvid non ex propriâ virtute & facultate proveniens, ſed qvod incertô &*

Digitized by Google

improviſò contingit eventu ; ita gratia prædeſtinationis nullô piorum meritô, ſed gratuitâ ſolius Dei benevolentiâ & charitate : qvæ ſunt ipſiſſima *Pererii* verba, cum meritô bonorum operum nunqvam conciliabilia. Cui qvid *Cornel. à Lapide* reſpondere velit, ipſemet viderit, ita h. l. commentatus: *In ſorte tuâ, h. e. in gradu gloriæ, qvi tibi dabitur pro menſurâ meritorum tuorum.*

4. De aureolis Papiſtarum videatur *Corn. à Lapide, h. l. fol. 1401.* ubi martyribus aſſignat claritatem ſubrubeam aut purpuream inſtar roſarum, unà cum palmis geſtatis; virginibus claritatem candidam cum liliis; Doctoribus claritatem ſtellatam & viridem inſtar lauri, &c. Epicriſin dabit Mareſius *diſſp. p. 199.* & B. Gerhardus *T. 9. Locor. p. 1017.*

5. Noſtrum eſt, ſuſpirare apud nosmet ipſos, ſortem & adoptionem noſtram expectantes, h. e. redemtionem corporis noſtri, *Rom. IIX, 23.* Obliviſcamur ea, qvæ à tergô ſunt, ad ea verò, qvæ à fronte ſunt, contendamus, ſcopum verſus feramur, ad præmium ſupernæ vocationis Dei in Chriſtô Jeſu: *Phil. III, 14.* Certamen decertemus præclarum, &c. *2. Tim. IV, 6. ſeqq.* In qvô indeſinente deſideriô ſtudiôq; ad ultimum usq; halitum noſtrum conſtanter nos ſervet Dominus in ſecula benedictus; cui pro revelatione verbi conceſſisq; hactenus viribus ſit laus, honor atq; gloria!

AMEN!

Digitized by Google

Index I. Vocum Ebraicarum.

א

א Emphaticum 464. 472
אבד periit 546
אבל luxit 771
אבן lapis 177
ארנג Dominus 20.664
אוהל tentorium 959
אות ſignum 305
אזד abire, recedere 109
אחד unus pro aliqvis 617.777.804
אחרית poſterius, finis 640.810
אחשררפניא Satrapæ 236.ſeq.
איל aries 593
אילן arbor 324
אים formidabilis fuit 529
אים inſula 872.ſeq.
אלה maledictio 687
אלים potentes 922
אלהים Dii 664.668
אלך ecce 324
אלף mille 390
אמן firmus fuit 453
אמת veritas 652
אנא obſecro, qvæſo 668.ſeq.
אנבא fructus 326
אנס cogit, angit 321
אנש homo miſer 519.549
אסר ligavit 456
ארגונא purpura 405
ארו ecce 511
ארך prorogavit 359
ארכה prorogatio 359.548
אשפים Magi 92
אשר qvi, ut &c. 57.66
אתא venit 481
אתרחץ credidit, confiſus fuit 295

ב

באש diſplicuit 474
בג cibus 46
בר linum 797
בדר diſperſit 331
בהל turbavit, conturbavit 313
בין intelligere 38.83.660.769
בזה ſprevit, נבזה contemtus 881
בזז diripuit 114
בזר diſperſit, diſſipavit 890
בחל perturbavit 956
בחר elegit, מבחר ſelectum, delectus 866
בל cor 475
בנה ædificavit 565.740
בנס indignatus fuit 126
בעא qvæſivit, percontatus fuit 137.384
בעה territus fuit 627
בצר munivit, occluſit 865
בקש qvæſivit, petiit 59.623
בר filius 549
ברא ager 334
ברית fœdus 756.ſeq.
בריך benedictus 294
ברך benedixit 143.378
ברם veruntamen 332
ברק fulgur 782
ברר mundus fuit 916

בשר caro pro homine. 124. ſeq. pro carne animata 328

ג

גאל redemit, faſtidivit, polluit 57
גב fovea 458
גבר roboravit, validum fecit 756
גבר vir 410. 623
גדד excidit 330
גדול magnus 668
גדל magnificè egit 597
גדל educavit 47
גו corpus 780
גוא medium 384
גוה ſuperbia 387
גוח erupit 512
גורל ſors, calculus 1000
גזר ſcidit, ſecuit 178
גזרא decretum 348
גזרין arioli 962
גיל ſimilitudo, exultatio 67. ſeq.
גלה migravit, revelavit, retexit 769
גירא calx 399
גלא revelavit 143. 150
גרה miſcere, prælia 853
גשם Chald. corpus. Ebr. imber. 290

ד

דבר duxit, ducendo gubernavit 283
דבר verbum, res, demenſum 45. ſeq.
דוש triturare 572
דחל cohorruit 312. 421
דחיל terribilis 174
דין judicium juſtum 387
דמות ſimilitudo 812
דמין membra, fruſta 110
דקק comminuit 178. 206
דר generatio 308
דרבן ſtimulus, gubernator 383
דרת habitavit 327

ה

ה demonſtrativum quam vim habeat 789
nota multitudinis 919
הא ecce 284
הבין informavit, intelligere fecit 660
הגדיל magnum fecit, inſolenter egit 597. 612. 648
הדבריא gubernatores 282
הדר honor, gloria 366
הוד forma, ſpecies, decor 790
היה fuit, fregit 99
הכה percuſſit 603
המון multitudo, turba 785
הן ecce 359
הפך convertit 760
הצלה eripere 300
הצלח effloruit, proſperos fecit. 301
הרהור cogitatio 312. ſeq.
התיב repoſuit 130

ו

ו Copulativum quandoq; redundat, vel exponitur per, id eſt 322. ſeq.
nimirum 349. 355. ut 439. 478
nam 548, 816. ideoq; 647. 722
præcipuè 708. Adverſativum 423
quamvis 747. 858

ז

זהר ſplendor 973
זור ſuperbire 424
זוע tremere 421
זחל timuit 528
זיו ſplendor, gravitas 173. 383
זכה mundus, purus fuit 492
זכו puritas 492
זמן tempus, ſpatium 137. 147
זעם indignatio 621

Digitized by Google

זעף *macilentus* 67
זעק *clamavit* 487
זרוע *brachium* 844. 866
זרע *ſemen* 73

ח

חבא *abſcondit, occultavit* 787
חבל *deſtruxit* 205. 347. *corruptio* 285
חבר *ſociavit* 842. 887
חדה *unus* 481. 598
חור *albus, candidus* 536
חזא *vidit, conſpexit* 312. 600
חזוא *viſio* 83. *ſeq.* 142. 290
חזות *aſpectus* 326
חזק *roboratus eſt, invaluit.* 818 *ſeq.* 824. 827.
חזקה *robur* 832
חטא *aberravit à ſcopo, peccavit* 672
חיא *vixit* 422
חיב *debitor, reus* 68
חיוא *beſtia* 514
חיל *robur, exercitus militaris* 379. 848
חכה *exſpectavit* 996
חלה *ægrotavit* 652. 692
חלל *polluit, profanavit* 906
חלף *mutavit, tranſiit, præteriit* 335
חלק *levis, mollis fuit* 882
חלקה *blanditiei* ib. 909
חמד *deſiderium* 721. 927
חמה *indignatio, excandeſcentia* 699. 957
חמר *aduſſit* 931. 393
חמרא *vinum* ibid.
חמת *æſtus* 602
חנן *miſertus eſt* 357. *gratioſus fuit* 470
חנף *profanare, contaminare* 908
חסד *gratia, benignitas* 64
חסן *confortari, poſſidere firmiter* 568
חסנא *potentia* 366
חצה *dimidiavit, partitus eſt* 835
חצף *acceleravit* 135
חרבה *vaſtatio, deſolatio* 662
חרוץ *aurum, ſedulus, mutilus* 746. *ſeq.*
חרטמים *arioli* 91
חרפה *ignominia, probrum* 702. 971
חרץ *lumbus* 402
חרץ *decidit* 754. *ſeq.* 763
חתם *obſignavit* 730. 733

ט

טבח *lanius, ſpiculator* 132. *ſeq.*
טל *ros* 334
טלל *obumbravit* 327
טעם *judicium, ſententia, decretum* 131. 298
טפר *ungvis* 374. 569
טרד *ejecit* 349

י

יאר *rivus, fluvius* 981
ידה *palam confeſſus eſt* 464. 668
יד *manus,* ידות *partes* 80
יהב *dedit* 438
יום *dies* 698
יכל *potuit, prævaluit* 570
ילד *puer, adoleſcens* 33
יסף *addidit* 385
יעף *defatigatus fuit* 717
יעץ *conſuluit, conſilium iniit* 456
יצא *egreſſus fuit* 739. *ſeq.* 856. 957
יציב *firmitas* 116. 283
יציבא *veritas* 562
יקיר *onus grave* 123. *ſeq.*
יקר *honor, gloria* 114. 368
ישר *rectus fuit.* 843. ישר *rectus* 869
יתירה *nimis, valdè* 529
כאה *doluit* 901

Digitized by Google

כבוד *gloria* 937
כהל *potens* 161
כוא *feneſtra* 463
כח *robur, facultas, aptitudo* 39. 789
כי *qvamvis* 683. *ſed* 710
כלא *clauſit, cohibuit* 728
conſumſit, finivit 729
כלה *finiri, conſumi, it. conſummatio* 762. *ſeq.* 923.
כלי *vas* 850
כן *baſis* 847
כנף *ala, extremitas* 760
כען *jam, nunc* 264. 386
כרה *fodit, horruit* 559
כרסא *ſolium* 424
כרת *excidit* 749. *ſeq.*
כשדים *Chaldæi* 42
כתם *aurum* 779
יתר *Niph.* נותר *relinqvi, ſuperſtitem manere* 806

ל

ל *poſſeſſivum* 678
ſignificat poſt 654
לא *non, nihilum* 378
לבן *albus fuit* 916
להן *qvamobrem; verum, ſed* 169. 355
לוה *adhæſit* 914
לחם *panis, convivium* 389
לחנתא *concubina* 394
לכד *cepit, occupavit* 864
לפיד *fax* 782. *ſeq.*
לפני *in facie, vel conſpectu* 64

מ

מאמר *dictum, ſermo, ſententia* 337
מדר *habitatio* 351
מה *qvid, qvam* 307
מום *macula, vitium* 34
מועד *tempus certum* 632
מזון *alimentum* 327
מחא *percuſſit, vehementer movit* 380. 422
מטא *ad-per-ſuper-venit* 348
מכון *locus paratus* 613
מכשפים *præſtigiatores* 100. *ſeq.*
מלך *conſilium* 355
מלתא *negotium*
מנא *numeravit* 432
מנה *determinavit, conſtituit* 45
מנדע *ſenſus, ſcientia* 377
מנחה *munus, donum, oblatio* 227. 718
מעוז *munitio* 848
מעל *prævaricatio* 680
מצעד *greſſus* 952
מרא *Dominus* 342
מראה *aſpectus* 35. 75. 78. *viſio* 665
מרד *rebellis fuit* 672
מרט *evulſit, depilavit, glabravit* 917
מרמה *dolus* 647
מרר *amarus fuit* 642
משל *dominatus eſt* 834. 857
משתה *convivium, potus* 47
מתן *donum* 24
מתנים *lumbi* 778. *ſeq.*

נ

נגר *traxit, protraxit, ſtillavit, fluxit* 551
נגח *cornu feriit* 594. 942
נגיד *Dux, anteceſſor* 742
נגע *tetigit, læſit* 599. 630. 717. 996
נדח *vibravit, depulit* 680
נדנה *vagina, corpus* 560
נהורא *lux* 151
נוגש *exactor* 878
נוח *qvieſcere* 792. 818

ערלי

Digitized by Google

נולי ſterqviliniũ, inqvinamentum 111
נוע agitari, moveri, vagari 793
נורא formidabilis 668
נזק læſit, damnum intulit 448
נחש & נחשת æs, chalybs 175.333 569.784
נחת deſcendit 330.424
נטל ſuſtulit, projecit 518
נטע plantavit 959
נכר peregrinus 436
נכשל impegit 945
נמלט ereptus fuit 946
נסה tentavit, exploravit 72
נסכים principes 850
נסך effudit, libavit 218
נסק adſcendit 495
נפל cecidit, proſtravit 858.876.ſeq.
נפץ collidere, diſpergere 988
נצח vicit ſuperavit, prævaluit 449
נצר ſurculus 847
נרדם obſopitus eſt, ſomno profundo fuit obrutus 630.792
נשא elevari, in altum extolli 857.
נשים mulieres, fœminæ, conjuges 927
נשמה halitus, anima 429.816
נתך effuſus fuit
נתן dedit 20.614.845
נתר excuſſit, ſolvit 331
נתש deſtruxit, extirpavit 837

ס

סביב ambitus, circuitus 702
סגד adoravit 217.29[illegible]
סגן præfectus 237
סגניא Magiſtratus. ib.
סוף finiit 206
סור recedere 673
סליחה condonatio 683
סלל aggeſſit, contumulavit 864
ספר liber, litera, ſcriptio, 40.83.542
סרבל pallium 276.291
סריס Eunuchus 4.ſeq.27.ſeqq.
סרך Eparchus 446.456
סתם obſtruxit, occluſit 652

ע

עבד fecit, fieri curavit 231
עבר tranſiit, præteriit 686.854.878
עדא tranſiit, præteriit 148.292.368
עדן tempus 117.147.335
עוד adhuc 829
עוה curvus fuit, perverſe egit 356.672
עויא iniqvitas 356
עוף volare 716.ſeq.
עז fortis, durus, intractabilis 641.ſeq.
עזז robuſtus fuit 858.ſeq.931
מעוז robur, munimentum 931.ſeqq.
עזקא ſigillum, annulus ſignatorius 482
עין oculus, ſpecies 784
עיר vigil 329
עליא excelſus, 288.338.378
עלל ingreſſus fuit 315
עלם ſeculum 567
עמד ſtetit 802.830.833.964
עמיקתא profunditates 150
ענה reſpondit 363. afflixit 797.ſeq.
עני pauper, miſer, afflictus 358
עפיא herba, germen, flos, folium 326
עצב doluit 487
עציב triſtis ib.
עצם robuſtus fuit 607
עצר occluſit, cohibuit 791
עקר ſtirps, radix 332.533
עקר evulſit 533
עשבא herba 351
עשה fecit 849.936
עשית cogitavit 450
עשר diteſcere, עשר divitiæ 831

פרזה

פ

פחה *dux, princeps* 238
פלח *coluit* 296.479
פס *pars, fruſtum* 400
פעם *agitavit, pulſavit* 98
פרס *diviſit, ſeparavit* 437
פרץ *disrupit, irrupit, perrupit* 862
פרק *abrupit, laceravit* 356
פרתמים *proceres magnates* 31.ſeq.
פשרא *interpretatio* 316
פת *fragmentum, fruſtum* 46

צ

צבא *voluit* 568. צבו *voluntas* 482
צבא *militia, exercitus* 611.ſeq. 768.ſeq.
צבי *decus, caprea* 609
צבית *anxiè deſideravit, optavit,* 568
צבע *tinxit* 334
צד *latus* 452
צדקה *juſtitia, benignitas* 356.ſeq. 700.
צוק *arctari, arctè cohærere* 747
צוק *coarctatio, anguſtia* ib.
צור *obſedit, arctavit* 19
צי *ſiccitas, navis* 900
צירים *tormina* 814
צלם *imago* 172.231
צלע *coſta* 522
צפיר *hircus* 598
צרף *liqvavit* 915
צרר *obſedit, ligavit* 19

ק

קבל *accepit* 566
קדוש *ſanctus* 329
קדמא *antiqvitas, prioritas, ponitur adverb.* 466
קום *ſtare, ſurgere* 188.204.282.541
קומי *ſurge, vocula excitantis* 524.ſeq.
קטרין *nodi, vincula* 402
קים *ſtatutum* 456
קימא *ſtabilis* 354.504
קל *Chal. ex Ebr.* קול *ſonus, vox* 367
קלל *levis fuit, item; terſus* 784
קץ *finis* 628.753
קצין *Dux* 873
קצף *ſpumavit, ira commotus fuit* 126
קצץ *præcidit* 331
קצה *extremitas* [illegible]
קרא *clamavit, vocavit* 330
קרב *appropinqvavit* 288
קרב *bellum, prælium* 569
קרה *accidit, evenit* 809
קרץ *excidium* 498
קשט *veritas* 221

ר

ראה *vidit* 75
ראש *caput, ſumma* 508.ſeq.
ראשון *primus* 805
רב *multus, magnus* 173
Magiſter. 30. *Præfectus.* 132.225.
רבו *vel* רבות *amplitudo, magnificentia* 345
רבו *Chal.* רבבה *Ebr. myrias, decem millia* 540.851
רבא *crevit, multus, magnus fuit* 223. 325.344.ſeq.
רבא *educavit, numero auxit* 225
רבי *magnificavit* 225
רברבנין *magnates, proceres* 384
רגז *commotus fuit* 261
רגש *tumultuatus eſt* 455
רוא *aſpectus* 174.285
רום *altitudo* 324. *elevari* 857
רז *arcanum, ſecretum* 140.142.32[illegible]
רחוב *platea* 74[illegible]
רחמים *miſerationes* 64.140.[illegible]
ריח *odor* [illegible]
רכש *acqviſivit* 860

רסא

רמא *projecit, deturbavit* 534
רמס *pedibus conculcavit* 604
רעד *tremor* 796
רענן *viridis, florens* 310
רפס *vel* רפש *conculcavit, calcando conturbavit* 530
רשם *ſcripſit* 461
רשע *improbus fuit* 672

ש

שאל *interrogavit* 337
שאר *reliquus* 547
שבח *laudavit* 155.396
שבע *ſeptimana, hebdomas* 723
שבק *reliqvit* 206
שבר *fregit* 835.879
שבש *obſtupeſcere, conturbari* 408
שבת *qvievit, ceſſavit* 758
שגא *creſcere, multiplicari* 304
שגיא *amplus, magnus* 173.324.ſeq. *copioſus* 326.ſeq. *multū, vehem.* 475
שגל *conjux* 394
שדר *miſit* 476
שוב *reverti, redire* 692.740
שוט *circumire* 978
שום *ponere* 475.481
שחת *corrupit, perdidit* 752.871
משחית *corruptio* 790
שטף *inundatio* 753.ſeq.884.ſeq.
שיזב *eripuit, liberavit* 295.479.ſeq.
השכיל *attendit, intellexit, erudivit, ſcientem fecit* 37.532
שכל *intellectus* 646
שלה *qvietus* 309.359
שלום *pax* 818
שלו *delictum, error* 298
שלח *miſſus fuit* 795.ſeq.
שלט *dominium obtinuit* 290
שלטן *dominatus* 308.345
שליט *Dominator, potens* 135.338
שליטא *Id.* 134.ſeq.
שמם *obſtupuit* 341
deſolatus eſt 619.704.707.
שמן *pingvis fuit.* משמן *pingvedo* 888.
שמע *audivit, obtemperavit* 77
שמעה *rumor* 955
שמש *miniſtravit* 540
שנא *mutatus fuit* 291.295.334
שנת *annus* 17
שעה *hora* 340
שער *pilus* 372
שער *horruit* 942
שפה *ora, ripa, labium* 981
שפט *judicavit* 690
שפך *effudit* 864
שפל *humiliari* 387
שפר *pulchrum, conveniens fuit, placuit* 306.326.355.
שקד *vigilavit, ſedulus fuit* 694
שקוץ *abominatio* 760
שר *princeps* 799
שרא *ſolvit* 285

ת

תוב *reverti* 377
תוה *trepidavit, contremuit* 281
תורה *lex* 685
תמה *admiratus fuit, obſtupuit* 305
תמיד *jugiter* 906
תמם *complevit, conſummavit* 641.730
תפלה *oratio* 665
תקל *appendit* 435
תקן *paravit, ſtabilivit, fundavit* 384
תקף *fortis, durus vel robuſtus fuit* 325.34.366.424.869
תקיף *potens, fortis* 307.325
תקף *robur* 869
תרע *oſtium, porta* 288
תרשיש *gemma fulgida* 781

Digitized by Google

Index II. Rerum.

A

Abednego aliàs Azaria 52
Abominatio deſolationis qvid ſit 760. ſeqq. 907. 994. ſeq.
Abſcondita vide Myſteria
Abſtinentia, ab iis, qvæ voluptates exſtimulant, adoleſcentes decet 57. ſeqq. 61
à cibis delicatis, promovet devotionem 773. ſeq.
Abſurdo uno dato ſeqvuntur plura 483
Adiaphora an in caſu confeſſionis poſſint mutari 467. 470
Adoratio duplex 216. ſeq.
competit Chriſto ſecundum H. Naturam 559.
Adulantium doli 459
Ægyptum qvinam deſcripſerint 697
Æmulatio in bono eſt licita 70
Æra Mundi à Judæis qvando primum fuerit obſervata 15
Ætas puerilis & juvenilis eſt cerea 33. ſeq. 43
ideò præcipua ejus habenda cura 43
poſterior priori plerumq; pejor 639
Æternæ vitæ & mortis prædictio 970. ſeq.
Affixum poſteriori nomini additum pertinet tamen qvandoq; ad prius 727
Agonizantium ſtatus 404
Ahasverus Darii Medi pater qvinam 658. ſeq.
Alacritas egregia virtus 160. 605
Albedo qvale ſignum 536. ſeq.
Alcorani blaſphemiæ, &c. 577
Alectriomantia 95
Alexander M. Pardo comparatur 595
per hircum depingitur 598. ſeqq. 635. ſeq.
Alexandri M. fama, ſtudium 191. ſeq.
fortitudo & potentia 833. ſeq.
Expeditionum mira feſtinatio 599. ſeq. 600
Ejus curſoria Lados velocitas 599
Mors 606. ſeq.
Succeſſores 526. ſeq. 637. 836. ſeq.
Ammonitæ Iſraëlitarum oſores perpetui 946. ſeqq.
Ampliativæ orationes 38
Anabaptiſtarum errores de Magiſtratu 44
de vita æterna 1003
ἀταξία in Miniſterio Eccleſiaſtico 677
Ananias 49. ſeq. cognomine Sadrach 52
Angeli an Gentilibus cogniti 294
dicuntur vigiles 329. 330
ſunt obſeqvioſiſſimi 629
aſſiſtunt piis 624. 833
deferunt hominum delicta ad Deum 330
cur in forma humana 287
virili apparuerunt 706

Digitized by Google

cur alati 716.ſeq.
an habeant notitiam cogitationum humanarum 123
mali habent Principes 801
Angelorum exiſtentia adſtruitur 490.493.807
qvalitates diſpares 807
ſermo qvalis 794.ſeq.
nomina an vera 627.803
numerus 540.ſeq. 544.
ordines 541.807.ſeq.
πȣ̃ vel locus 720
cura & officium 807.ſeq.
bonorum lucta cum malis 802.ſeq. 821. 824.
cultus an licitus 815.824.
Animarum ſtatus poſt mortem 429 ſeqq. 1001
Animæ immortalitas gentilibus credita 109
cura corporis debet præferri 69
Animi perturbationes etiam ſanctiſſimos & feliciſſimos vexant 100. 561. 583
aliis debemus communicare 105
Annulorum uſus 482.ſeq.
Anti-Chriſtus literaliter deſcriptus 918.ſeqq.
ſub typo cornu parvi 574.ſeq.
Antiochi 651.883.ſeq.
Orientalis ſive Mahumet per Regem Auſtri indicatus 941 ſeqq.
de Eo Papiſtarum & Judæorum ſomnia 580.884.919.924.989
vide Papa Romanus.
Antiochus Theos ducit Berenicen Ptolomæi Philadelphi filiam 842. ſeq.
Antiochi M. contra Reges Ægypti bella 854.ſeq.
Mors 876.ſeq.
Antiochus Epiphanes, Magni filius & Seleuci frater, Rex contemtus 880.ſeq.
impudens & ſævus 641.ſeq.645
aſtutus 642.644.647.ſeq. 882. ſeqq.
—— Deo ſe opponit 648.ſeq.
—— Antichriſti typus 651. 883
—— per cornu parvum adumbratus 610.ſeqq.
Ejus in Judæos tyrannis 621.897 ſeqq.
pœna 649.ſeq.
Antiqvus dierum qvis ſit 535
Apoſtaſia Rom. Eccleſiæ 905
Apoſtatarum conditio 904
Aqva Suſiana, cur eam Reges Perſiæ ſecum duxerint 587.590
Aqvam & terram petierunt Perſæ hoſtem invadentes 590
Aqvarum myſtica ſignificatio 592
Aqvilæ qvinam comparentur 517
Arbor, ſchema hominis 347
Regis 344.ſeqq.
Arcana, vide Myſteria
Archaiſmus 531
Ardua non debent præcipitari 462
Aries Magnatum ſchema 593
Arietem præmittebant Romani in fines hoſtium 593
Arieti comparatur Monarchia II. Medorum 633

Digitized by Google

Ariochus Præfectus ſatellitii regii 132
Arithmomantia 93
Arrogantia vide ſuperbia.
Artes Satanicæ juſtè capitaliter puniuntur 113
Aſinus ſylveſtris qvale animal 425. ſeq.
Aſpenas Præpoſitus Evnuchorum Babilonicorum 27
Aſtrologia Chaldæorũ inventum 41
an licita 94
an ejus prædictionibus aliqvid tribuendum 991
Aſtrologorum vitium 109. pœna 118
Auguſtana Confeſſio adulterata 592
Aulæ debent eſſe theatra pietatis & eruditionis 89
Aulicæ vitæ viciſſitudines 301.507
pericula 43.453.466.ſeq.
Aulicorum mores 43
Aurora Muſis amica 486
Autoritas donum eſt cœlicum 423
Azaria 50. cognomine Abednego 52

B.

Babel, ſive Babilon, Chaldææ Metropolis 18.ſeq.310.363.ſeqq.
Babilonica turris 364
Babilonicæ captivitatis tempus 660 ſeqq.
Balthaſar vide Belſazer.
an ſit nomen Chriſtianis licitum 54
Bellorum infinita ſunt incommoda 855
Belſazer Daniel dictus 51.318
Rex, an Nebucadnezaris filius 388.ſeq.
Ejus mors 441
Benedicere debemus maledicentibus nobis 493
Beneficia Dei ſunt deprædicanda 306
Beneficiorum Dei recens ſemper debet eſſe memoria 698
Berenice Ptolomæi Philad. filia Antiocho Theo in fœdus amicitiæ nuptum datur 843
occiditur 844.ſeqq.
Beſtiis homines per peccata ſiunt ſimiles 375
Bibliothecarum dignitas, &c. 85
Blaſphemiæ pœna eſt capitalis 300
Bonæ cauſæ nota non ſemper eſt victoria 570
Boni motus ſunt fovendi 56
Boni publici prætextus ſæpe militat pro cauſis peſſimis 473
Bonitati cauſæ non ſoli fidendum 497
Bonorum facilis eſt oblivio 443
Bonum propoſitum fidei indicium 59.ſeq.

C.

Calumniæ pœna 498.ſeqq.
Canoniſatio Sanctorum 243
Capillorum cura ex parte Dei 279
inſolitum augmentum 373
Captivitatis ingens miſeria 852
Carnifices & lictores nulla laborant infamia 283
non ubiq; reperiuntur 274.ſeq.
Cautè vivere debemus, propter obſervatores 453
Ceremoniæ tam ſacræ, qvam profanæ pro diverſitate Nationum ſunt diverſæ 237

vide

vide Adiaphora.
Ceremoniarum Leviticarum diſpenſatio 61
Chaldæi unde dicantur 42
Chaldæi vox κατ' ἐξοχὴν ponitur pro Aſtrologo vel divinatore 42. 102.ſeq.
Chaldæorum regnum leoni comparatur. 516. aqvilæ 517
Chaldæorum Philoſophorum æſtimium 41
Chaldaica lingva an Dialectus ſit Ebraicæ, &c. 41.ſeqq.
vocatur qvandoq; Syriaca 106. 108
Chariclia virgo regia impune in rogum inſiliit 291
Chiliaſtarum ſomnia refutata 214. 550. 568
Chittim qvinam 900. ſeq.
Chriſtus qvando unctus fuerit 738
vocatur Dux 742. Lux 153. Sanctus Sanctorum 334. ſeqq. cur Filius hominis 550
comparatur Lapidi 208
In forma humana in V.T. apparuit 549. ſeq. 777. ſeq.
qva lingva uſus in N.T. 108
Chriſti Juſtitia in qvo conſiſtat 732
Regnum 211. ſeq. 213. ſeq. 307. ſeq. 545. ſeqq. 558
nomine debemus orare, qvod fecerunt etiam Patres V.T. 705. ſeqq.
Chriſto Homini Majeſtas & dona infinita ſecundum H. N. ſunt communicata 556. ſeq.
competit adoratio 559
Chriſtianorum perpetuum debet eſſe Renovationis ſtudium 45
Chronologia commendatur
Cibi debent cujusq; naturæ eſſe convenientes 48
tenues, Dei benedictione, nutritioni aptiores ſunt, præ lautitiis 78. ſeqq.
inſoliti 351. ſeq.
Ciborum diſtinctio. 60. lautitiæ an licitæ 774
Cibum & potum gentiles idolis conſecrabant 57. ſeqq.
Cleopatra Antiochi filia datur Ptolomæo Epiphani 870. ſeqq.
Cœleſtia nunqvam ſatis cognoſcuntur 823
Cœlum pro aëre 511
Cœnacula Veterum Oratoria 462. ſeq.
Cogitationũ ſolicita ratio habẽda 167
Comitas inſignis ſuperiorum virtus 78. 88. 138. 161.
Concilia an præſumtionem habeant veritatis & juſtitiæ 459
Conciones vocabantur Tractatus 181
Concubinatus an licitus 395
Confeſſio qvotuplex 306. 464. 671
debet eſſe ingenua 674. 681
eſt pars precum 670
Confeſſionis caſus an reqvirat conſultationem 270
an intermiſſionem externarum ceremoniarum concedat 466. ſeq. 470
Confeſſionarius an honorarium accipere poſſit 419

Digitized by Google

Connubia ſæpe ſunt unionis vinculum, rarò tamen ea felicia 200. ſeqq.
inter perſonas diverſæ nationis, religionis & complexionis ſunt periculoſa 846
Conſangvinei ſunt vindices ſangvinis 848
Conſcientia qvantum valeat 404
Conſcientiæ puritati ſtudendum 60
tranqvillitati 820
— ſcrutinium qvotidianum inſtituendum 76
malæ ſigna 485. ſeqq.
trepidæ magna ſolicitudine ſunt erigendæ 819
Conſilia non ſunt præcipitanda 462. 476
Conſtantia debet eſſe in bono 71. 808
in religione debet eſſe immota 455
Conſternationis ſigna vel effectus 401. ſeqq.
Converſatio politica eſt homini connata 353
Converſio diverſimodè deſcribitur 361
Converſiones rerum mundanarum ſunt miræ 375
Conviviorum uſus & abuſus 392. ſeq.
Cor hominis comparatur mari 283 ſeq.
Cornu tribuuntur oculi & os 532
inſigne Regum 635. ſeq.
Cornua beſtiarum armatura, & qvid per ea indicetur 532. 594. 605
Corpus animæ carcer 561
Corpora noſtra in vita æterna fulgebunt 976
Corporis infirmitates unde oriantur 657
Corruptionis immunitas cui competat 287
Criminis læſæ Majeſtatis qvinam rei 258
Crucis maximus eſt uſus 381. 917. 993
Curioſitati natura hominum dedita 104
Cyrus, Darii nepos, cujus nomine bellum geſſit 438. 594. Spaco dictus 767

D

Damnandus nemo inaudita cauſa 261
Daniel, an autor ſit libri ſui prophetici 2
Alii ejuſdem nominis ib.
an Evnuchus fuerit 4. ſeq.
an Propheta 5. ſeqq.
Cur ariolorum princeps dicatur 310
Danielis nomen & ejus origo 2
ſtemma, an regio genere fuerit 3
Patria 3. ſeq.
Ejus & ſociorum ingenium ſive dotes animi 4. 36. ſeqq.
forma corporis 34. ſeqq.
Transportatio ejusq; tempus 14. ſeqq.
Informatio 40. ſeqq.
Alimenta 45. ſeqq. 56. ſeqq.
Vitæ genus & officium 4
Res geſtæ 8

Digitized by Google

Conjugium 4.ſeq.
Domicilium 139
Abſtinentia 56.ſeqq.60.ſeq.
fides heroica 74
ætas longæva 8.94.
Mors & ſepulchrum 9.ſeq.
Danielitici ſcripti accuratiorem meditationem ſpeciatim Chriſtus nobis commendavit 1
Materia. 10. Diviſio. ib. Additamenta 10. ſeqq. Lingva Originaria 12. Finis. ib. ſeq. Adjuncta difficultas 13
Inſignis utilitas 13.ſeq.
Darius Socer Cyri 594. qvinam fuerit 442
expugnavit Babilonem 438
an proſelytus factus 502
Medus differt à Perſico 658.ſeq.
Deambulatio ad loca fluviorum commendat 776.ſeq.
Decreta Dei ſunt vel abſoluta vel conditionata 339
Magiſtratus inferiores debent à ſuperiori confirmari 461
non debent præcipitari 462
Dedicationes templorum, altarium &c. an improbandæ 244.ſeq.939.ſeq.
Delationis vitium ſummè eſt perniciosum 258
ejus pœna 498.ſeqq.
Deus aureus 430
Dentes beſtiarum armatura 529.ſeq.
ferrei qvid denotent 530
Deprecari pro aliis qvoq; licet 682
Devotionis excitandæ medium 671
Dei *Nomen* ad exaggerationem ſolet apponi 286
Vocatur Deus patrum noſtrorum 154
Deus vivus 488.ſeq.
Eſſentia & forma
Affectuum expers eſt 702
An poſſit depingi 543
Intellectus & ſcientia
Omni ſcientia an ab Ethnicis credita 125
Præſcientia confirmatur ex eventuum prædictione 632.833
Eſt revelator ſecretorum 152.ſeq.165.167
Æternitas,
vocatur Antiqvuus dierum 535.ſeq. 543
Veritas, devotam meretur meditationem 694
Eandem juramento ſæpe confirmat 985.ſeq.
Ejus comminationes & promiſſa ſunt infallibilia 362.655.689
Bonitas
Nobiſcum humano more agit 817.ſeq.
Fruſtra ſe coli haut patitur 480
Compenſat collata in pios 81
Miſericordia 684.ſeq.
tum pœnis, tum beneficiis homines ad pœnitentiam invitat 25.ſeq.
Homines non rarò monet de futuris plagis 369.401

In piis

Digitized by Google

In piis perſecutionem patitur 651
Longanimitas nos ad pœnitentiam invitare debet 549
Puritas, Eſt Lux 151. ſeqq.
Tribuitur ei veſtimentum & capilli candidi 536. ſeq.
Juſtitia, 678. 680. ſeq. 695. ſeq.
Non eſt autor peccati 525
Accuratè qvaſi in ſtaterâ expendit hominum actiones 435. ſeq.
Eſt judex 541. ſeq. 544
Ejus vigilantia in pœnis 695
Eſt pœnarum omnium autor & criminum ultor. 25. 431. 524. ſeq.
qvomodo ira ei tribuatur 699
Cur ſacra loca vaſtari permittat 26
Potentia 45. ſeq. admiranda 497 691
Eſt Excelſus 565. Eſt Dominus cœli 428
Ejus thronus 537. ſeq. Nubes 551
Satellitium 540
Eſt autor ſtatus Politici 149
Exaltat & humiliat 385. 415. 581. 597
Inſtituit, moderatur & transfert regna, &c. 20. 25. 147. ſeq. 187. 339. 369. 581. 691.
contemtum effundit in Principes 520
moderatur viciſſitudines temporum 146. 149
expeditiones bellicas 20. 25
infinita habet media hoſtes percellendi 954. 958
corda poteſt inclinare 63. ſeqq. 279
miris modis homines ad agnitionem confeſſionem deducit 125
mortuos poteſt reſuſcitare 972
Sapientia. Eſt omnis ſapientiæ autor 81. ſeq. 85. 145. ſeq. 148. ſeq. 156
Præſentia, terrorem incutere debet 792
Voluntas, eſt Operum ejus regula ſanctiſſima 381
Deitatis affectatio eſt inprimis Regibus infeſtum vitium 230. ſeqq. 458
Diaboli an cogitationes hominum poſſint penetrare 123
Diabolorum cura 808
Difficilium rerum enodatio Spiritus S. donum 443
Dignitates Politicæ non pugnant cum verâ pietate 446
Dii Majorum vel Minorum gentium 221
Dii Chaldæorum 23. ſeq. 53. 124. ſeq. 257. 397
Dilatio non ſemper proficua 476
Dilecti Dei qvomodo eſſe poſſimus 722
Dilectio ſincera moræ impatiens 486
Diſcordiæ damna 302. 639
Diſputandi genus per qvæſtiones eſt captioſum 473
Doctoribus major gradus gloriæ in vitâ æternâ promiſſus 973. ſeqq.
Domini ſupremum recognoſcant Dominum 381

Domos

Digitized by Google

Domos diruere & in latrinas convertere, qvalis pœna 111. ſeq.
Domum noſtrarũ verus uſus 311. 353 367
Dona Dei ſunt varia 450. 516
Dona recuſare generoſi eſt animi 418
Druſius num rectè probet Judæorum diſtinctionem inter libros Scripturæ 6
Dubitare de gratiâ divinâ an debeamus 360
Duces populi depinguntur ſub ſchemate arietum 593. hircorum 635. ſeq.

E.

Ebrietatis vitium mare malorum 395
Pœna ſubſecuta 443
Eccleſia eſt mixta 863. ſeq. 910
comparatur monti 209. 961
vocatur mons ſanctus decoris 961. ſeqq.
terra decoris 944
populus ſanctitatis 988
Eccleſiæ notæ falſæ 26. 100. 242
Romanæ Apoſtaſia 905
Edomæi hoſtes populi Dei infenſiſſimi 946. ſeqq.
Eleemoſynæ non concedunt impunitatem ſcelerum 361
Ellipſis 721
Enallage Numeri 203. 725
Temporis 351
Modi 440. 460. 503. 620. 673 ſeq.
Enthuſiaſtarum de Revelationibus ſomnia 626
Eremitica vita an probanda 353
Eruditorum in aulis maximus uſus 44
Ethnicorum Scriptorum lectio an licita 44. 85
Evnuchi vox eſt ambigua 4. ſeq. 27. ſeqq.
de diſtinctis eorum generibus & conditionibus 29. ſeq.
de pœnis eorum, qvi ſeipſos vel alios emaſculant; ib.
Examen profectuum valdè eſt proficuum 76. 87. ſeq.
Executio ſententiæ latæ non feſtinanda 476. ſeq.
Exempla aliorum non ſunt negligenda 428
multum valent ad perſvadendum 123
Exteri an ad officia poſſint promoveri 451
Exultare num liceat in judiciis divinis 571

F.

Favor hominum eò inclinat, qvò fortuna 863
Favorem hominum malis artibus noli ſectari 65
Felicitas temporalis non eſt nota veræ Eccleſiæ 26. 907. nec ſemper cauſæ bonæ 650. 924
eſt tamen abundantior calamitate 736. ſeq.
Feſtum Expiationis 732
Fidei veræ natura & vis 496. ſeq.
Fideles vocantur exercitus cœlorum 611. 650.
Fidelitas in officio optimum contra male-

Nnn nnn

Digitized by Google

malevolos remedium & ſecuritas, 453.ſeq.
Fides poteſt amitti contra Calvin. 236
Fiducia qvomodo comparata eſſe debeat 297
in cordibus fidelium excitatur à Spiritu S. 216
Filii degeneres 20
Filii Dei qvinam dicantur 285. ſeq.
Filius hominis qvinam appelletur 627.812
Finis mundi an certè conſtet 998. ſeq.
Fluvius ardens egreditur à facie Dei 538.ſeq.
Fœdus Dei cum homine 669.ſeq.897
Fœdera per connubia inita 200.ſeqq.
Fœderis Novi per Meſſiam confirmatio prædicta 756.ſeq.
Fœminarum ope qvandoq; uſus eſt Deus in cauſis graviſſimis 413
Forma elegans eſt utplurimum index elegantis animi 35.ſeq.43.
Formoſitas corporis Dei donũ eſt 43
Formula ſalutandi & bene precandi 106. ſeq. 303.ſeq.
Fortitudo donum Dei ingens 834
Fortuna proſpera facilè poteſt immutari 838
Comitatur eam ſuperbia 647. 859
Fragilitatis noſtræ ſimus memores 838
Fraus in mundo familiaris 888.897
Futurorum notitia eſt extraordinaria Dei gratia 165. 833. Hominum nulla eſt 316
Eorum ignorantia perturbationum cauſa 561
nulla fatalis neceſſitas 561
an indagare liceat 811

G.

Gabriel viſiones Danieli explicat 615 ſeqq. 716
Genethlialogia Chaldæorum inventum 41
Genii qvibus crediti 295
Gentilium vocatio fuit multiformis 502
vide Ethnici.
Geomantia 93
Gloriæ gradus in vitâ æternâ ſunt diſtincti 976.ſeq.
Gloria propria poſtponenda divinæ 306.311.367
Gog & Magog Anti-Chriſtus Orientalis 580
Græca vocabula occurrunt in lingva Chaldaica 244.246. ſeqq.249
Græcorum Imperium Pardo comparatur 575
hirco 598. ſeqq.634. ſeqq.
cur alæ & capita qvatuor attribuantur 526.ſeq.
Gratia Dei non eſt irreſiſtibilis 677

H.

Hæretici an capitali ſupplicio afficiendi 253.276.300
Hebdomades angelicæ qvales 724. ſeqq.
Hendgadis 329.616.763
Heroum filiæ noxæ 20
Hiddekel tertius Paradiſi fluvius, aliàs Tigris 776

Hiero-

Digitized by Google

Hieroſolyma, regni Judaici metropolis 19
vocatur mons ſanctitatis 700
Civitas Domini 708. Civitas ſancta 727
Hieroſolymæ everſio ultima prædicta 752. ſeq.
vaſtatio ſempiterna 754. ſeq. 762. ſeq.
Hieroſolymitani templi profanatio 906
abominanda devaſtatio 907. ſeq.
Hirci unicornes an reperiantur 600
Hircus Alexandri M. imago 598. ſeqq. 634. ſeqq.
Hiſtoriarum ingens utilitas 421
Homines ſunt nihil 381
poſſunt obicem ponere Spiritui Sancto 677
ſylveſtres ac hirſuti 371. ſeq.
Honores fugientem ſeqvuntur 301. ſeq. 440.
Horæ Canonicæ cur improbandæ 468
Humana præſidia ſtraminea, Deo concurſum negante 866
Humanæ ſtaturæ proportio 233. ſeq.
figuræ mutatio præternaturalis, ejusq; exempla 370. ſeqq.
Humilitas erga omnes colenda 77
eſt comes pietatis 171. 251
Hymnum Trium puerorum pertinet inter Apocrypha 282

I.

Idolorum vanitas colligitur ex eorum captivatione 851. ſeq.
Jejunia an ſint cultus divinus 667
veterum in ſacco & cinere 666
Jejunium Papiſtarum larvatum 774. ſeq.
ineptè probatur 62
Ignorantiæ neminem pudeat 560
Eam profiteri ſingularis eſt modeſtiæ 990
Illuminatio mentis ſolet eſſe ſucceſſiva 817. ſeq.
Imago Dei an poſſit concipi & depingi 543
Imagines an tolerandæ 397. ſeq. 543
Earum veneratio an licita 271
Impatientiæ ſigna 406
Imperia mundi ſunt ſomnia 100
Impenſonalis locutio per participium exprimitur 523
Imperſonalem ſignificatum habet tertia Plural. 554
Impii plerumq; ſunt incorrigibiles 993
Imprecari an liceat aliis 348
Inconſtantia hominum ingens eſt 235
Inculpabiles eſſe poſſumus & debemus coram mundo 453
Indignitatis propriæ agnitio creat patientiam 681
reqviritur in precibus 710
Ingenii aptitudo maximè variat 323
Ingenia hominum ſunt diſtincta pro ratione diſtinctarum mundi plagarum 604
Eorum delectus ad officia haberi debet 43
Injuriam ferre melius qvàm inferre. 487
Innocentia ſecura 453. ſeq.

Digitized by Google

Inqviſitorum hæreticæ pravitatis pravitas 470.474
Inſidiæ clanculariæ illicitæ 470
Inſolentia vide ſuperbia.
Interrogare alios in factis & faciendis prudentis eſt 284.984
Interrogatio apud Ebræos qvanti ſit ponderis 66.263.266.364
Interroganti non ſemper directè reſpondendum 472
Invidiæ malum deteſtandum 453
Invidorum molimina non ſemper ſuccedunt 453
Invocatio Sanctorum rejicitur 666. 711
Ira cohibenda eſt 127.273
qvomodo Deo tribuatur 699
Irati vultus 272
Iſraëlitæ vocantur populus Dei 696 ſeq.
populus ſanctorum 646
Judæa vocatur terrarum ornamentum 609.ſeq.868
Judæi vocantur fœdus ſanctum 897. ſeq. 902. ſeq.
unde poſſint convinci de Meſſiâ exhibitô 765
cur tam frivolè de Daniele ſentiant 7
Eorum generalis converſio an ſperanda 967
refutatio 2.5.ſeqq.213.ſeqq.&c.
Eis interdicta communis cum gentilibus menſa 57.ſeq.
Judaicæ politiæ nulla expectanda reſtauratio 765
Judicii extremi delineatio 541. ſeqq. 844
Junii ceſpitatio 5
Juramenta an licita 989
Jurantium ritus & formulæ 985.989
Jus venandi cui competat 187.ſeq.
Juſtificatio qvid ſit, & qvotuplex 975
gratuita non excludit Chriſti ſatisfactionem 614
Juſtitia Chriſti nobis imputata eſt æterna & perfecta 737. an ſit eſſentialis ib.
Operum non deſtituitur ſuis præmiis 361
Juſtitiæ diviſio 453.494
Juvenilis ætas eſt cerea 33.ſeq.

L.

Ladæ curſoris Alexandri M. velocitas 599
Lætitia noſtra qvalis eſſe debeat 496 ſeq.
Latina Lingva an ſolis ſacris peragendis competat 45
Laudare in faciem an liceat 406
Legum ceremonialium abrogatio 758.ſeq.764.
Legumina cibus Danielis 73
Lectorum uſus 510
Leo Regiæ Majeſtatis ſymbolum 516
Ejus proprietates ibid.
Leones ad ſontium ſupplicia alebantur 458.ſeq.
Levitici cultûs abrogatio prædicta 758.ſeq.764.
Lex Perſarum immutabilis 460.ſeq.
Liberationis modi apud Deum infiniti 300
Liberi an ob parentum delicta puniendi 408.ſeqq.501

Libertas

Digitized by Google

Libertas magnum bonum 276.287
Libri Dei & in ſpecie Liber vitæ, qvid ſit 966. ſeqq.
Librorum in judiciô divinô apertio qvid denotet 542. ſeq. 545
Librorum ſacrorum pretium 663
distinctio Judæorum an rectè probetur à Hornejô 6
Limbus Patrum deſtruitur 287
Lingvarum notitia ſingulare Dei donum 108
pietatis præmium 95
Luctus debet habere modum 772

M.

Maccabæorum zelus & auxilium prædicitur 913. ſeqq.
Magiæ nomen, ſpecies, &c. 93.104
Magorum apud Chaldæos ſtudia & æſtimium 41
Magiſtratus omnis eſt à Deô 421.527 567
ſcitè depingitur per arborem 346. ſeq.
per cornu 605. 636. per arietem 593. 597. per hircum 635. ſeq.
an bonâ conſcientiâ poſſit ſuſcipi à Chriſtianô 448
an gentilibus præeſſe poſſit 322
cura circa religionem 300. 304. 502
ſuprema Lex ſalus populi 304
inferioris edicta à ſuperiori debent approbari 461
deciſa capitalia non debet præcipitare 136
Ei parere qvivis debet 104. 280. 297. 459.
Eam docet animus generoſus atq; alacris 520
Magnates magnis ſæpè involvuntur ſuppliciis 375
Mahumet Anti-Chriſtus Orientalis per Regem Auſtri indicatus 941. ſeqq.
Mahumetica fides & ſtatuta 577. ſeq.
ruina 579
Majeſtas divina communicata eſt Filio hominis ſecundum H. N. 556 ſeqq.
Majorum autoritati in religionis negotiô qvid tribuendû 929. ſeq. 936
Maledicta divina peccatores opprimunt 688
Mare vitam noſtram adumbrat 514
Martyrii dignitas 278. qvalitas 279
Matrimonia vide Connubia.
Matronarum officium 413
Matrum conſilia qvandoq; filiis ſalutaria 413
Medi unde dicti 438
Media provincia Aſiæ opulentiſſima 438
Melzar Aſpenaſi miniſter 70. ſeqq.
Memoria ingens Dei donum 106
Mentis illuminatio ſolet eſſe ſucceſſiva 817. ſeq.
Meſach aliàs Miſaël 52
Meſſias vocatur Dux 742
Meſſiæ nomen cui tribuatur & cur 741. ſeq.
mors prædicta 749. ſeqq.
Metus vide Timor.
Michaël an Angelus creatus vel increatus 903. ſeqq. 964

Cuſtos Eccleſiæ Judaicæ 809. 825.ſeq.
Miniſtri ſæpè extendunt Dominorum mandata 130
non debent Dominorum promovere impietatem 397
Eorum perfidia vitium immane ac peſtilens 894.ſeq.
Dei ſunt venerandi 677
Eorum prudentia debita 361
Eos decet parrheſia 348.677
Mirabilia qvotuplicia 396
& Miracula qvomodo differant 984
Miracula an per ſe ad fidem adducant 279
Miſaël 50. cognomine Meſach 52
Miſſa per vocem Mauſim indicata 932.935.
an per juge ſacrificium poſſit exponi 994.ſeq.
Eam unde probent Papiſtæ 558
Mixtura ubiq; eſt ingeniorum 202
Moabitæ hoſtes Eccleſiæ 946.ſeqq.
Modeſtia in qvo conſiſtat 181
commendat 74. 228. eſt comes pietatis 171
Monarchia Babilonica cur capiti aureo aſſimiletur 185.ſeqq.
Perſica cur pectori argenteo 188 ſeqq.
Græcorum cur ventri æneo 190 ſeqq.
Romanorum cur ferro 192.ſeqq.
Monoceros an ex ſacris probari poſſit 600
Morbi melancholici exẽpla 371. ſeqq.
Mors dicitur ſomnus 969.ſeq.972
Mortuorum reſurrectio aſſerta 968. ſeq.972.ſeq.
Multi æquipollet qvandoq; univerſali *Omnes* 968
Mundi finis & de eo conjecturæ 611
an certè conſtet 998
pollicitationes vanæ 115
Munera flectunt animos 115
accipi & recuſari poſſunt 418 ſeq.
Munitis locis non eſt confidendum 840
Muſica in cultu ſacro non eſt improbanda 251
Mutationes Rerumpubl. unde 149. ſeq.
Mutationibus omnia ſunt obnoxia 520.658
Myſteria an & qvomodo ſcrutanda 141.143
Eorum revelatio dependet à Deô 152. ſeq.165.616
Cur Deus qvædam occulta eſſe voluerit 979.ſeq.

N.

Nebucadnezar, Origo Nominis 18
Servus Dei ib. cur Rex Regum vocetur 181.ſeq.
Cur regnum ejus capiti aureo fuerit aſſimilatum 185. ſeqq.
Ejus territorium qvousq; ſe extenderit 182. ſeqq. 345. ſeq.
Superbia.18. Tyrannis ac crudelitas 18.33.113
Abducit vaſa ſacra 21.ſeqq.

Muniſ-

Digitized by Google

Munificentia in pueros captivos 45.ſeqq.
Somnium 97.ſeqq.312.ſeqq.
Pœna & mutatio miraculoſa 370.ſeqq.
An converſus ad Deum verum 318
An ſalvatus 387
Necromantiæ Chaldæi dediti 41.102
Nobilitas vera unde commendetur 43
generis ſervire qvandoq; cogitur 33
Noctis opera qvænam 513
Nomen Dei eſt ipſe Deus 144
proprium ponitur pro Pronomine Ego 49
Nomina noſtra ſint memorialia Dei 53
gentilium liberis non ſunt imponenda 53
exoſa nobis imponi ægrè non debemus ferre 55
Eorum impoſitio & mutatio 50. 53. ſeq.
Pontificiorum parùm Chriſtiana 54. ſeq.
Nominatos nos eſſe à Deô maximum ſolatium 710
Nominativus tàm Nominis qvàm Pronominis æqvipollet membro integro 166. 168. 175. 401. 569. 574. 583. 601
Nox inſomnis meditationibus ſacris inſerviat 513
Nubes vehiculum Dei 551
Numerati ſunt dies & anni noſtri 433 ſeq.

O.

Oculorum recta uſurpatio 597
elevatio ritus eſt precantium 376
Odia neminem dimoveant à rectô 455
Officiis qvinam præficiendi 450
Onager qvale animal 425. ſeq.
Inter eos verſatus eſt Nebucadnezar 351. 371. 374. 425. ſeq.
Opera bona infidelium ſunt peccata 360.
Opes propter abuſum ſæpiùs alium nanciſcuntur Dominum 898
Opprobrium grande ſupplicium 703
Orantis geſtus, locus & tempus 464. usq; ad 469. 667.
Orantes indignitatem agnoſcant 710
Orationis neceſſitas 459. ſeq.
Oratoria veterum qvalia 463
Ordo decens ubiq; obſervandus 178. 181. 187. 243. 445. 448. 624
Otia dant vitia 363

P.

Pacem apprecabantur ſalutantes 303 ſeq.
Pace rectè utendum 311
Pactum Dei cum hominibus 669. ſeq.
Palæſtina vide Judæa.
Pantarbis gemmæ qvalitas 291
Papa Romanus cur ſanctiſſimus vocetur 738
qvalem Deũ veneretur 931. ſeq.
an atheus ſit 926. ſeq. 929. ſeq.
Cœlibatûs autor 927. ſeq. 930
præſidia & defenſores ſibi parat donis 936. ſeqq.

Digitized by Google

ſtrenui fuerunt milites 944
Ejus poteſtas 920. arrogantia 921. 925. blaſphemiæ 922. ſeq. avaritia inexplebilis 949.ſeqq. theſauri 951.ſeqq. adverſarii 955. ſeq. ſævitia 957. ſeq. ſedes in Eccleſiâ 959. ſeqq. ruina finalis 962 vide Antichriſtus.
Pardus animal Aſiaticum 525
Ejus comparatio cum aliis ib.
Parrheſia in caſu confeſſionis eſt neceſſaria 270
decet Miniſtros Dei 348.677
multis qvandoq; augetur honoribus 440
Parentibus claris ortum eſſe felicitas eſt temporalis 33
Inter eos & liberos maxima ſæpè diſparitas 880.883
Patientia oritur ex indignitatis & peccatorum agnitione 681
Pax vobis, formulæ ſalut. 303
Peccata convertunt homines in beſtias 375
Eorum diſtincti ſunt gradus & diverſa genera 674. 684. 737
Ab eis nemo immunis 714
Eorum certus modus ac menſura eſt 643
Perfectio qvanta in hâc vitâ eſſe poſſit 714.ſeq.
Perſarum origo & nomen 438.800
Lex immutabilis 460.ſeq.
Regnum comparatur urſo 520. ſeqq. arieti 593.633.
Ejus amplitudo 595
Reges aqvam Suſianam ſecum habuerunt 590
Perſecutionis origo 681. effectus 651
Perſecutorum qvalitates 643.881. pœnæ 501.651
Perturbationibus animi etiam pii ſunt obnoxii. 561.583
Petitioni honeſtæ annuendum 81
Philavtia qvantum malum 366
Phraſes Ebræis peculiares.
A facie Dei vel Regis, i.e. à coram 135.140
Cogitare cogitationes 891
Cogitationes aſcendunt 166
Cœlum contingere 325.345
Cor humanum pro timidô
Dare aliqvem in gratiam 63
Dentibus tenere, i.e. in poteſtate habere 522. ſeq.
Extremus dierum 164
Filius captivitatis pro homine captivô 473. 861.ſeq.
Homo pro miſerô, vel debili 518
In caput venire 69
In mediô eſſe 324
Levare vultum ſuper aliqvem 704
Locus non eſt inventus 179
Manus pro plagâ 988
Ponere faciem ſuam 868. ſeq. ad aliqvem 664
ſuper cor 56. vel dare cor ad aliqvid 797
cor ſuper aliqvem 475
non ponere rationem ſuper aliqvô 453

Surge.

Surge, vocula excitantis 524
Phreneticus morbus 371. ſeq.
Phyſiognomia non inſuper habenda 43
Pietas ad omnia utilis 453
Ejus comes eſt modeſtia & humilitas 171
Pii non carent perturbationibus animi 561
Pœna æterna qvalis 871
talionis 498.ſeq.
non debet eſſe inhumana 460
Pœnitentiæ tempus non differendum 375. 443
Politicorum modernorum religioſitas 70
Pontificii incerta ſæpè pro certiſſimis aſſerunt 3.4.ſeq.
Præcipitatio in rebus arduis eſt periculoſa 462.476
Prætextus malæ cauſæ ſunt infiniti 472.478
Preces ſunt vel mentales vel orales 714
debent eſſe humiles 706
factæ à Patribus etiam V. T. in nomine Meſſiæ 704.ſeqq.
noſtræ Deo glorioſum Nomen ſuum debent obvertere 699 701.713
in qvibus fiunt repetitiones unius rei non ſunt tavtologiæ 693.713
non debent eſſe ſine deprecatione & confeſſione 670
Precum doctrina 139.141.467
—— neceſſitas 459.ſeq.467.470
—— devotio 666
—— ſociarum valor 139.156
devotarum certa exauditio 714
patienter tamen expectanda 799
objectum primarium ſalus Eccleſiæ 715
Principes an legibus ſoluti 834.ſeq.
cur exteros ſibi devincire debeant 48
Eorum ſtudia 43.ſeq.
Officium 33
in ſpecie beneficentia in ſtudioſos 48
Procraſtinationes noxiæ 160. 605.
Prodigia nos debent excitare 404
Eorum varia ſunt genera 400. ſeq.
Profanatio ſacrorum grande nefas 26.395
Prophetæ veri qvi 167
ſunt ſervi Dei 675
an qvæ dixerint intellexerint 770
Providentia Dei inexplorabilis qvoad ſuorum ductum 32
Proximi mala nos moveant 343.772
delicta indagare Diabolicum eſt 453
Prudentia opus eſt ſingulari in religionis negotio 74
In Miniſterio Eccleſiaſtico 361
In converſatione cũ hæreticis 62
Prudentis eſt, in rebus arduis non feſtinare 343
non proprio ſolum judicio niti 284

Digitized by Google

Ptolomæus Lagi filius, Rex Ægypti 526.637.836.ſeq. 839. ſeqq.
Evergeta, ejus ſucceſſus 847.ſeqq.
Philopator *κατ' ἀντίφρασιν* dictus 856
Epiphanes ducit Cleopatram Antiochi filiam 870.ſeqq.
Philometor ſe opponit Antiocho 892.ſeqq.
Pudor qvid ſit? 679
eſt initium ſalutis 681
conſeqvens peccati ibid.
Pueri an ad Jeſuitarum Scholas poſſint ablegari 45
Pueritiæ maxima habenda cura 43
Pulchritudo vide Forma & Formoſitas.
Purgatorium unde probent Papiſtæ 545.993.
Purpura genuina Regibus propria 405

Q.

Qvackerorum *ἀταξία* 677
Qværens inveniet 572

R.

Rationis uſus magnum eſt beneficium 381
Ratio omnibus aliqvando reddenda 449
Reges qvidam pro Diis coli voluerunt 230.ſeqq.458.
ſæpe ſubditis ſuis ſervire coguntur 480
Regionis alicujus decor 650
Regnum Dei 308.ſeq.504
Chriſti 211. ſeqq. 307. ſeq. 545. ſeqq.558
Regna comparantur montibus 209
an ſuos habeant angelos tutelares 506
Regnorum certæ ſunt periodi 434. 638.736
Religionis coactio an licita 241.ſeq. 301
mixtura an toleranda 300
avitæ in qvantum tenaces eſſe debeamus 929.ſeq.936
falſæ difficilior abrogatio qvàm veræ 242
Reliqviarum veneratio unde probetur 279.495
Repetitionis utilitas 654
Repetitiones unius rei in precibus nõ ſunt tavtologiæ 693.713
Reſcripta Principum non ſunt aliqvoties immutanda 461
Reſpondendo ne te præcipites 472
Reſurrectio mortuorum aſſerta 968. ſeq.972.ſeq.
Revelationis obſignatio qvid velit? 977.ſeq.
Revelationum divinarum non una eſt ratio 510.591.
Revelationes per Scripturam qvomodo excipiendæ 629.ſeq.
Angelicæ in Articulis fidei an expectandæ 624. 626. 810. ſeqq.
qvædam juxta flumina contigerunt 590
Romani Imperii pictura vel delineatio 528.ſeqq.

S.

Sacerdotalis habitus fuit lineus 777. ſeq.

Sacramen-

Digitized by Google

Sacramentum pro arcano 140. ſeq.
Sacrificium veſpertinum qvale 718. ſeq.
Sacrificiorum abrogatio prædicta 758.ſeq.
Sacrilegium non reticendum 430
Sadrach aliâs Ananias 52
Sagarum mutationes an veræ 370
Eas conſulere maximum peccatum 316
Salaria miniſtris verbi accipere licet 226
Salutationis officium cui competat 413
Sancti an rectè invocentur 219.666
Sanctuarii profanatio per Antiochũ prædicta 220.906
purgatio 622
everſio ultima 752
Sanitas Dei beneficium 79.ſeq.
Sapientia Dei donum 81. ſeq.85
purum amat domicilium 85
fortitudine præſtantior 168
Satisfactiones Papiſticæ an probandæ 359.ſeq. 667
Scholarum cura 43
Scriptura miraculoſa 407
Ingens beneficium 461
Sacæ lectio commendatur 663
Ejus difficultas qvem uſum habeat 20
an laicos arcere debeat à lectione 654
Obſcuritatem unde Pontificii probent 980
S. an in captivitate Babilonicâ interierit 664
Securitas continua in his terris non ſperanda 749
Seleucus Nicanor Syriæ & Babiloniæ Rex 526.637.837.840.ſeq.
Callinicus, Antiochi filius 844. ſeqq.
Philopator Antiochi M. filius, Rex viliſſimus 877.ſeqq.
Septimanæ annorum qvænam 723. ſeqq.
Septuagenarius numerus in ſacris celebris 662.724
Sermo index animi 88
Servi Dei qvinam 288. 292.675
Simonia qvale vitium 419
Sinear i.e. Chaldæa 23
Sociniani refutantur 181
Solitudinem amant perturbati 485
Somnium Nebucadnezaris 97. 312. ſeqq.
Somnia fatidica 100
terrentia 311.314
Somniorum varietas & veritas 86
Interpretatio cui competat 171
periculoſiſſimis expoſita eſt vanitatibus 109
Somnus placidus Dei beneficium 100
Spectra non ab omnibus videntur 401
Spiritus Deorum ſanctorum qvis? 319
Spiritus non ab omnibus videntur 287
Stationes Chriſtianorum in precibus 244
Statuarum antiqvarum materia, forma, veneratio 232.234.242
Status Politicus eſt à Deô 149
Studia ad certum ſcopum debent collimare 49

Studiis certum tempus tribuendum. 48
Studioſi Theologiæ debent orare 141
Subditos decet obſeqvium 244
ſunt obſtricti cuiq; Magiſtratui 385
qvousq; 459.494
Subſcriptio nominis qvid importet 462
Superbia vitium maximum 430
celari neqvit 266
comitatur fortunam proſperam 647
ſibi multos conciliat adverſarios 944
Ejus merces debita 113
præcedit degradationem 425. 838.864
fugienda 181
qvomodo eidem reſiſtendum 425
Supplicantium geſtus 709
Suppliciorum ſæva genera 110. ſeqq. 113
Surſum leva oculos & corda 376. 381. 605
Suſan caſtrum Perſiæ deſcribitur 586. ſeqq.
Suſiana aqva, cur Reges Perſiæ eam ſecum duxerint 587.590
Syncretiſmus Religionum an ſit fundamentum Pacis 242.897
Synecdoche Numeri 541

T.

Talionis Lex 498.ſeqq.876
Temperantia non caret immenſis commodis 80
Templum vocatur Domus Dei 22
Templorum erectio & dedicatio 244. ſeq. 939. ſeq.
Tempus qvandoq; ponitur pro anno 967
viſitationis qvodnam 739
captare prudentis eſt 118
carè æſtimari debet 128
Tempore utendum 363
priora ſorte meliora 180.192
Tempora ſolennia cultûs publici obſervare debemus 719
Temporum ultimorum anguſtiæ 965. 999
Terra & aqva petita ab hoſte invadente 590
Theſaurus templi Babilonici 24
Timor Dei hominum timori eſt præferendus 69
Timoris ſigna & effectus 401. ſeqq. 811
Titulis nemo debet intumeſcere 55. ſeq.
pii magis onerantur qvam honorantur 322
Tranqvillitas non raro eſt mater ſecuritatis 311
Tributa qvomodo imponi debeant 880
Trinitatis Myſterium notatur 711
TriumViri qvinā ap. Medos 447. ſeq.
Turca Anti-Chriſtus Orientalis per Regem meridionalem indicatur 941. ſeqq.
Turcicum imperium notatur per cornu parvum 575. ſeq.
Typi Meſſiæ 738
Tyranni urſis comparantur 520.524

ferocior

ferociſſimi ſubitò ſæpè conſternantur terrore 958
Tyrannicus Magiſtratus præſtat nullo 347

V.

Vaſa Sanctuarii qvænam? 21. ſeq.
Partem eorum tradit Deus in manus hoſtium 21.
Venti adumbrant angelos 513
Ventorum conflictus qvid denotet? 511. ſeq.
Ventus pro hoſte 511. 514
Verbi divini neglectus vel contemtus exitioſiſſimum peccatum 685. 691. 948
in Papatu ſuppreſſio prædicta 994
Verborum noſtrorum accuratam Deus habet rationem 369
Veſtes albæ qvale inſigne 536
Veſtium cura 279
diſcrimen eſſe debet 406
Victi qvandoq; rurſus fiunt victores 861
Victoria omnis à Deô 25. 597. 857
non evincit religionis veritatem 26
non eſt ſemper nota bonæ cauſæ 497. 570. 886. 894
Victori jus competit lingvæ dandæ in victos 42
Vini diverſi effectus 395
Viri optimi deliteſcunt 413. 415
Viſiones an expectandæ 86
cur non omnibus contingant 786. 788
Viſionis obſignatio qvid denotet? 652. ſeq.
Vita æterna prædicitur 970. ſeq.
Vitæ æternæ gloria diſtinctos habet gradûs 976. ſeq.
deſiderium debet eſſe continuum 1002
Vitæ privatæ commendatio 466
Vivat Rex, ſalutandi formula 106
Vivendi verbum qvomodo accipiatur 107
Ungvium ſecandorum cura neglecta 374
Unicornes hirci an reperiantur 600
Vocabula exotica in Chaldæâ & Græcâ lingvâ reperiuntur 249
Voluptatibus multi ineſcantur 48
Urbes munitæ poſſunt expugnari 20
Urſis comparantur tyranni, Perſæ 520 ſeq.
Urſorum proprietas 521

X.

Xerxis opulentia 881

Z.

Zeli ſpecies 278

FINIS.

Digitized by Google

Errata.

P. 4.lin.16.poſt *Paulinum;* ſupple, qvod.p 5.lin.6.à fine:pro *Matth.* lege Marci. p.7. lin.4.*poſſunt.* lege *poſſent.* lin.20.lege:*Dan.Caput 2.6.&9.* lin.14 pro *Cap. 21.* lege *c.12.* p.9. lin.9.à fine. *Pardorumq;,* lege *Parthorumq;,* p.11.lin.ult. *ſanctim,* lege *Sanctius.* p.12.lege ἐνανθρωπήσας. p 13.lin.11.à fine,poſt, *Hieronymi,* adde in parentheſi (nempe Ægyptii, qvi res Phœnicum ſcripſit,) lin.10.à fine:Claudi, lege,Claudii,p.14.l.8.poſt *etiam,* deleatur *item.*p.15.l.9.*nundanis,*lege,mundanis. p.16.l.16.*incuſationem,* lege,*incurſionem,*l.12.à fine:*Jojakimi,*lege, Jojakim. p.18.l.7.it.p.27.l.15.p.50.l.12.p.51.l.11.p.52.l.10. *Franzii* lege *Franci.* p.21.l.10.lege:*curam; & qvia vaſorum qvoq;.*p.25.l.4.à fine,locô puncti ponatur coma.p.26.l.2.Ro.11.pro Rom.2.p.28.*l.4.à fine:*obtinetr, lege,obtinuerit p.30.l.14 pro Lobierz.lege Kobierzyki. p.35.l.21. Gen 29.9.lege Gen. 29,17.p.39.l.3.ſic,lege,hic. p.40.l.18.σύγγραβα *lege* ſyngrapha.p.41.l.18.Chaldaicum, *lege* Chaldaicorum. p.47.l.13..& ex,*lege,* & de.l.12.lege,pretioſiſſimô,& קונריטון p.51.l.13.à fine,lege צָפַן pro זפן p.53.l.6.uti,pro,ubi. p.63.l.3. lege,*exaggeravitve,* p.64.l.10. Qvorũ, *lege* qvarum l.6.à fine:*lege,*vel conſpectu p.65.l.21.indiges,*ſupple,*tanqvã te &c.p.67.l.23.à fin.leg. בגילכם per ב loco כ *lin.ult.lege:* ut & vos *nunc* eſtis. *ibid.* Apud Talmud. autem.p.68. l.7.à fine lege pro *pual,* paël. p.69.l.9.lege : *immolandarum.*l.11.pro illius,lege,*ullius.*l.18.pro connectendi,lege,*convertendi.l.8.à fine,*lege,*obſervata.*p.71.lin.14.poſt,pigeat,dele,*etiam.*p.72.lin.16.pro obſervantis,lege, *obſecrantis.*p.73.l.1.pro fovet,lege,*foret.* p.75.l.2.à fine:pro videt,*vidit.*p.76.l.3.à fine lege:Triſmeg. *c.3.t.1.* opp.f.p.78.l.8.lege,*ſi ſecutâ macie,interea,&c.*p.84.l.19 pro 25.pone 15. p.85.l.11.à fine, lege.*de libris,ut Chald.*l.10.à fin.præſcribendis,lege,*proſcribendis.*l.2.à fine,pro Pjerius, *Pererius.*p.89.l.10 pro canitiem , *canities.* p. 91.l.3. lege:*Huc,qvod Philo, &c.* p.92. l.5. pro itaq;.lege *Ita.*p.97.l.14.à fine.qv.lege,*qvem.*p.99.l.4.pro ſomnium, lege,*ſomnum.* l.8.pro ſomnii,l.*ſomni.*p.107.l.15. hæc, lege, hoc.l. 18. nudam manu haſtam , lege,*nudam manu hauſtam* p.108.l.9.pro 10.lege 12. p.110.l.6. pro Jam.lege, *Imò.* p.128.l.2.à fine , dini, lege, *ordini.* p.127.l.14. à fin. primorum lege, *plurimorumve.*l. 7. à fine lege מִתְקַטְּלִין p.137.l.14.poſt;*v.3.* ſupple,regem,ut denuò præſit regimini,c 4,33.p.138.l.2.fine pro אֲרַל lege אֲוַל p.140.l.à fine 9.pro דְּנָא lege דְּנָה p.146.l.7.pro,*ac,*lege at. p.147.l.10.*eorum,*lege,*cornu* p.155.l.12.à fine,lege *hendiadyn,*p.156.l.1.lege וּבְעַן p.161. l.6.c.IV,25 lege *c.IV,15.* p.163.l.9.à fine,*ruminando,*lege,*ruminanda.*p 165.l.13.*ſum,* lege,*ſunt.*p.182.l.9.lege,*Hab.I,10.*p.192.l. ult.lege *Qvareſmio.* p.208.l.21.XXV,lege XXI. p.210.l.2.Jeſ.XI,4 lege *Jeſ.XI,1.* & l.12.à fine;*qvi,* lege, *qvos.*p. 213.l.10.poſt , *haltenus,* ſupple, *homini,imò nec ſomnianti ipſi,* & l.13.à fine,poſt,*æternum:*ſupple *Pſ.II,7. LXXII,8. Rom.X,19.Col.I,23.*p.215.l.11.*ſpecialem,* lege *ſpiritualem.* p. 222. l. 4. *reſeramus* , lege, *conſeramus.*p.225.l.11.à fine:*&c.*lege,*id eſt,* 227. l.12. à fine:*ceſſabit* lege, *ceſſavit.* 241. l.4. lege לְמַרְיָא l.16 pro *XII,17.* lege *XII,27.* 243.l. 13.à fine : *monent* lege,commonent. l.9.à fine,lege *juſtitiaria.*246.l.12. בקרם lege בְּקָרְן l. 13. *ornamentum* , lege, *armamentum.*l.7.à fine,*tanqvam* lege,*qvi.* p.247.l.11.*Eſr.V.*lege *Jeſai.V,* p.248.l.9.*cecinerit,* lege,*cecinerint:*252.l.14.à fine,*poterint,*lege,*potuerint* 262. l.10.*qvâ ,* lege, *qva.*l.5.à fine lege צָרוּיָא *illuſor,*p.264.l.12.lege בְּעַן (in textu & in marg.) l. ult.lege עֲדַן 265. l.17. lege הַכְּתִיב 270.l.7.à fine:*dic* lege,*dic,*276. l.7.à fine:*qva* lege,qvi 278.l.3.à fine CIII.lege CXXX,279.l.10. à fine,*velatos* lege *levatos,*284.l.22. *polica,*pro *politica.*285.l.2.à fine. *præſtitit,*lege, *reſtitit.* 286. l.5. *proxima,* lege *proximè.*l.14.*ſubjudicare,* lege,*ſubindicare* l.15.VI,pro XI, 288.l.9.*procedat,*lege *præcedat* 290. l.23.*mancipi,*pro,*mancipii,*292.l.4.à fine.

Digitized by Google

à fine: *caVeto*, pro *cabete*. p. 302. l. 14. *artu* lege, *capitis* 304. l. 6. *augmentiq;*, lege, augmenti quoq; 309. in marg. *Verſ. V.* lege *IV*. l. 4. à fine, XLIII lege XLIV. 317. lin. 12. *usq;* addendum. 318. l. 1. אֱלֹהַכ lege אֱלֹהַי 320. l. 22. lege, *fiducia de eodem concepta expoſitio*, 325. l. 4. à fine: *hincce* lege, *hicce*. 327. l. 9. à fine, *animacla* lege, *animalia*. 338. l. 3. à fine, *imperii* lege, *impii*. 347. l. 10. à fine, *reſcenſere*, lege, *recenſere* p. 349. l. 21. poſt. *Nathane*, inſere, *per*. p. 351. l. 1. *excommunicationibus*, lege τοῖς δὲ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν, *execrationibus ritibusq; innexus*. 357. l. 13. à fine מְחוֹנִם lege מְחוֹנְן p. 361. l. 3. *n. 31.* lege *pag. 31.* l. 10. à fine, *mera* lege *Vera*. 364. l. 2. à fine, *Jeſ. 51.* lege *Jerem*. 371. l. 3. à fine: *induxiſſet* lege, *induxiſſent*. 373. l. 8. à fine, lege, *Ciſalpini*. 375. l. 13. pro *A. 790*. lege, A. 709. l. 15. poſt *lapſus*, dele, *fuerit*. 377. l. 10. à fine, lege, *obliterabantur*. l. 9. à fine lege, *induebantur*, *poterat*. 390. l. 14. pro *LV*. pone *LI*. 394. l. 11. pro *Ca. I, 8*. lege, *C. I, 2*. l. 19. *graVitate*, lege, *raritate* 396. l. 13. à fine, *adeò* lege *ad eò*. 400. l. 6. à fine, *2. Reg. XIII*. lege *2. Sam. XIII*. 402. l. 10. lege סַשְׁתָּרִין 403. l. 20. pro *437*. pone *467*. 404. l. 12. à fine poſt, *hic* ſupple (*a*) 405. l. 11. à fine lege צְוָארָה 428. l. 3. à fine lege, *ſibi ipſiſmet*. 435. l. 8. à fine *florenti* lege *floreni*. 442. l. penult. *800* lege *80*. l. ult. *900*. lege *90*. 451. l. 10. *bonorum* lege, *honorum*. 463. l. 2. *Jud. IIX*. lege *Judith*. 464. l. 3. *facta* lege *factam*, 467. l. 19. *X, 31*. lege *X, 39*. p. 479. l. 16. à fine, *adhibitur* pro *adhibetur* p. 481. l. 12. à fine lege: *nugatur, & hunc*. l. 11. à fine lege: *additamenta Danielis*. p. 482. l. 22. lege, *mutaretur, Vel alia fieret*. 483. l. 6. *judice* lege *indice*. 503. l. 9. *pareant* lege *pateant*. 523. l. 3. poſt *Hyſtaſpes* ſupple, *ſeptentrionem*. 531. l. 1. pro *Matth. V, 3*. lege *V, 13*. l. 3. lege שארה 535. l. 17. *præter* lege *præteriti*. 543. l. 29. pro 1109 lege 1009. 545. l. 19. poſt *opuſc*. ſupple, 2. 549. l. 19. *reVelare* lege, *reVelari*. 552. l. 17. à fine, *p. 447*. lege *427*. 560. l. 8. poſt, *26*. ſupple, *terra*. 571. l. 2. à fine lege, *commentariis*. 577. l. 2. *adherent* lege *adhærent*. 590. l. 17. à fine: ἀποδ. lege ὑποδείξαι τι. 593. l. 9. à fine: lege, *inſtar excubantis pro grege*. 596. l. 14. à fine: *propoſitam*, lege, poſtpoſitam. 608. l. 12. *1. Par. IX, 21*. lege, *IX, 24*. 609. l. 8. à fine: *deVictum*, lege, devictam. 625. l. 2. *initum*, lege, *initium* 627. (inſcriptio *Cap. V, 16*. lege *VIII, V. 17*. l. 8. כבעת dele *dageſch*. pænè, *lege*, penè 635. l. 1. *prærumpta* lege *prærupta*. 642. l. 16. *elicendis* lege *eliciendis*. 662. l. 9. à fine, *2. Par. 37, 25*. lege *V. 21*. 663. l. 8. *eVolationem*, lege, *eVolutionem*. 664. l. 13. *piorum* lege, *priorum* l. 8. pro, *V. g.* ponendum, *Vide*. p. 666. l. 12. *multis* lege *multi* l. 13. *Eſa*, lege, *Eſra*. 676. l. 20. *adeò*, lege *Adeòq;* l. 22. *contradictione* lege *contractione*. 677. l. 7. *aſtra* lege *caſtra*. 678. l. 19. *CXIII*. lege CIII. 679. l. 12. à fine lege יְרוּשָׁלַם 683. l. 1. *Voluerin* lege *Voluerint*. l. 8. *ipſe eſt* lege *ipſa es*. 686. l. 17. à fine *1. Sam. XV, 34*. lege *24*. 693. l. 7. à fine *comminationem* lege *comminationum* 700. l. 11. à fine, *Kedit* lege *Redit*. 705. l. ult. ארני lege אֱלֹהַי 717. l. 6. à fine, *operui* lege *aperui* 723. l. 1. *excitandu* lege *excitandus*. 727. l. 9. à fine, *Flacius* lege *Flacium* l. 8. à fine *p. 103* lege *153*. 728. l. 2. poſt, *utroq;*, ſupple, *inſtaurandam Videlicet eſſe ciVitatem*. 730. l. 4. *Matth. XXIII, 22*. lege, *32*. l. 17. lege לְהָהם 733. l. 6. à fine, *tot à tot*, lege, *tot ac tot*. l. 3. à fine, *heroum* lege *herorum*. 734. l. 10. à fine *addenda* lege *attendenda*. l. 2. à fine *infimum* lege *intimum*. 740. l. 2. *XXIX* lege XXIIX. 742. l. 18. *interpetatur* lege *interpretatur*. l. 20. *ſcientia* lege *ſententia*. p. 743. l. 14. *Nehem. XIII, 15* lege *6*. 749. l. 2. à fine: poſt *36*. ſupple *VII*. 750. l. 17. *Verbi* lege *Verbò*. 753. l. 14. à fine, *qVarum* lege *qVorum*. l. 5. à fine *306*. lege *305* 758. l. 1. *Sanctium* lege Pererium. 759. l. 16. *occurrit* lege, *excurrit* 765. l. 8. à fine, *beneficam* lege beneficia. 766. l. 1. *Raiboldi* lege *Rainoldi*. 767. l. 1. *folent* lege, *ſolent*. 768. l. 13. *tibi* lege *ibi*. 774. l. 14. à fine, lege *Capucinorum*. 777. l. 5. à fine, *C. XVI, 14*. lege 4. 778. l. 6. *Thedotionis*, lege, Theodotionis. 779. l. 15. lege פֵּן l. 16. *qVorſum*, lege, qvôcum. 782. l. 4. (σ) ponatur (ς) 784. l. 13. à fine, poſt, *qVod*, ſupple, *apud*. 795. l. 13. lege ἐρόσμιος.

801. l. 3.

Digitized by Google

801.l.3. *qvaſt. 273.* lege *qvaſt. 113.* 803. l. 4. *hoſtium* lege *hominum*. 810. l. 7. *ibi*, lege *tibi*. l.16. *dabit* lege *David*. 814.l.7. *Jeſa.45*, lege *25*, 816.l.19. *tandem* lege *tamen*. l. 8. à fine, *moveretur* lege *moreretur*. 819. l. 1. *involui* lege *convalui*. 824 l. 13. à fine שרכם lege ערכם 825.l.4 poſt *parum* ſupple *iisdem*. p 831. l.5. *mundanorum* lege *mundanarum*. l.6. *ſeptuaginta* lege *ſeptingenta*. l. 7. *triginta* lege *trecenta*. 833. l. 14. *imperiorum* lege *inferiorum*. 837. l.13. *uti* lege *ubi*. 838. l.13. à fine *2. Cor. II,7.* lege *2. Cor. XII,7.* 842.l.3. *2.Reg.19,17.* lege *19,7.* 843.l.3. *Theodoretus* adde (3) *qvidem* lege, *qvidam*. l.20. *Bataram* lege *Pataram*. 849.l.6. *IIX,34.* lege *IIX,24.* 850.l.16. *ſtatua* lege, *ſtatue*. l.19. lege מסכה 851.l.10. *obtenda* lege *obtenta*. 852. l.21. *locatum* lege *locatam*: 855. l.10. à fine, *exludere* lege, *excludere*. 857.l.7. à fine, *inſolidi*, lege *inſoliti*. 859. l.7. à fine lege העמיר 860.l.4. *expreſſa* lege *expreſſô*. 861.l.16. à fine *ſucus* lege *fucus*. 862. l.2. *Pſ. XIX.* lege *XIIX*, 865.l. 7. cap. *XI,34.* lege, *XI,24.* 870, l,3. à fine poſt, *per*, ſupple, *Euclem*. 873. l. 21. *propriâ miſſâq;* lege, *miſſâq; propriâ juriſd*. p.884.l.18. *conteruntur* lege *contererentur*. 885.l.12. lege ישטף l.18. *ſeparati* lege *ſuperati*. 898. l. 16. *atq; ſit* lege, *atq; ſic*. 899. l. 4. *Auſtum* lege *Auſtrum*. 901.l.17. *1.Pet.I,7.* lege *1.Par. I,7.* 910.l.5. à fine, *converſ.* lege *controverſ.* 920. l.4. *caravit* lege *curabit*. l.6. *ſeqvatur* lege *ſeqvetur*. 931. l.2. à fine; *f.381.* lege f.1381. 938.l. ult. lege חלקו 939.l.17. *nemimem* lege *neminem*. 940.l.16. pro בעת באת lege 941.l. 6. à fine: *affectantes* lege, *affectantis*. 942.l.23. *formidabunt* lege, *formidarunt*. 946.l. penult. *certi* ſupple *qvidam*. l. ult. *qvondam* lege, *qvandam*. 948. l. 3. *ac* lege, *at*. l. 11. *orientali* lege, *occidentali*. 950.l.13. *qvi alieni*, lege, *qva aliena*. 953. l.5. *Gen. XI.* lege X.l. 12. & 13. *Libyeos* lege *Libyes*. l. 14. *ingreſſibus* lege *ingreſſibus*. l. 16. *deſeretur* lege, *deſeritur*. l.17. *aſſociabunt* lege *aſſociarunt*. 959.l.9. à fin. *à rad.* lege *ad rad*. 960. l.10. à fin. *in* lege *iri*. 970. l. 16. *fœmoris* lege *femoris*. 973.l.4. *affirmu* lege *affirmat*. 975. l. ult. *allaborant* lege *allaborent*. 978. l.14. à fine, *hoc* lege, *huc*. 980. l.17. *argumentari* lege, *argumentantium*. 981. l.8. *aqvas* lege *aqvis*. l.20. poſt *factus* ſupple, *fuit*. 988. l. 8. *congregata* lege, *conſecrata*. 997. l.8 à fine: *490.* lege, *890.* 998. l. 6. à fine, *terminum* adde, *à qvo*, 999.l.15. à fine: *Apoc. VII,17.* lege, *16.*

Atq; hæc ſunt, Lector benevole, qvæ inter conferendum cum prototypô notata ac oſtenſa ſunt abſenti. Fateor, curam attentionemq; Domini Correctoris ultimi, fuiſſe ſingularem planè atq; accuratam. Verùm cur hæc non ſemper vincat, norunt, qvi operas non prorſùs ignorant typographicas. Si autor præſtò adeſt operi, relegitq; ipſe, ſuccurrunt ſubinde, qvæ exaſciant hiſpida. Taceo interpunctiones hic paſſim impertinentes, itemq; literas majuſculas initiales. Verùm Charitas etiam hic mendorum, ſi qvæ occurrent præter annotata, cumulum. V.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ ★ LAVSANNENSIS

Digitized by Google